




3-a-1-6



Po. 30

Del Co. Legio de la Com. de Jerez de la frontera 555

R. 1054

ALPHONSI

TOSTATI

HISPANI.

EPISCOPI ABVLENSIS,
PHILOSOPHI, THEOLOGI,

Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Secundam Partem EXODI:

Mendis nunc fanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



Consilium S.^{te} Inquisitionis per
Expurgatorium anni 1700 præcipit,
ut omnes notæ, et cautiones, quæ in
3^o expurgatorio anni 1632 operi-
bus Abulen. adhiberi iussit, abole-
antur. Ex anat. die 19 Aprilis anni

Los Comission de los señores
Inquisidores Corregi este
libro conforme al expurga-
torio nuevo del año. 1632.
en granada 27. de Abril
1632.
Al. de messasus

VENETIIS, M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Selsam, fratres.

2 400 40 Balle MADE IN SPAIN



3-a-1-6

ALPHONSI TOSTATI HISPANI

EPISCOPI ABYLENSIS, PHILOSOPHI, THEOLOGI,



Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi,

Commentaria in Secundam Partem EXODI:

Mendis nunc sanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum
Hispaniarum, & Indiarum Regem.



Consilium S. Inquisitionis per
Expurgatorium anni 1602 precipit
ut omnes notæ, et cautiones, quas in
Expurgatorio anni 1632 operati-
bus Abulenſis adhiberi iussit, abole-
antur. Exanat. die 19 Aprilis anni


Los Comisarios de los señores
y nquisidores Corregl este
libro conforme al expurga-
torio nuevo del año 1632.
en granada 27 de Abril
1632.
Al. de medrano



VENETIIS, M D XCVI.

Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

Bo 20



ALPHONSI TOSTATI

Episcopi Abulensis

COMMENTARIORVM IN EXODVM

Pars Secunda.

CAPITVLVM. XXIIII.



MOYSI quoque dixit. Ascende ad Dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitur procul. Solusque Moyses ascendet ad

Dominum, & illi non appropinquabunt, nec populus ascendet cum eo. Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: responditque omnis populus vna voce. Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus.

Supra 9. Intra co.

Septuaginta habent audiemus.

Moysi quoque. Supra Israel totus ad legis obseruationem multis suasionibus mouebatur: hic consequenter lex tradita inter Deum, & populum confirmatur. Et diuiditur in duas partes, primo ponitur confirmatio verbalis: secundo subditur confirmatio realis: secunda ibi. *Scriptis autem Moyses.* Circa primum. *Moysi quoque dixit Deus.* In principio huius literæ est quedam difficultas, scilicet quo tempore, vel quo ordine facta fuerunt, & dicta ea, quæ continentur in hoc cap.

An ea, quæ in hoc cap. dicuntur per anticipationem dicta sunt, & an opinio Iudæorum in hoc possit stare.

QVAESTIO. I.

1. positio quorundam Iudæorum

QUIDAM voluerant quod omnia, quæ in hoc c. dicuntur, sunt per anticipationem, & non so- Alph. Tost. super Exodi

lum hæc, sed etiam ea, quæ continentur a c. 20. vsque ad 25. ca. l. q. recapitulata sint, quia deberent poni immediate post 19. ca. ante 20. & finitis omnibus his, q. poneretur vigesimus, de legislatione in voce tubæ, & ponunt istum ordinem, scilicet q. filij Israel venerunt ad radices montis Sinai die primo mensis tertij, & ascendit Moyses in montem ad dñm, recepitque ab eo præcepta ceremonialia, & iudicialia hæc, quæ continentur ab illo loco. Dixitque dominus, quod est circa finem 20. c. & omnia, quæ in 21. & 22. & 23. c. continentur, & descendit ad populum. Et quarta die mensis huius confirmauit istud fœdus domini s. m. ceremonias, quæ hic ponuntur construendo altare, & immolando atq; effundendo sanguinem super altare, & librum legis, atque populum: ita q. recitatio istorum præceptorum coram toto populo fuerit in quarto die mensis, & sequenti die Moyses ædificato altari fecit istas ceremonias supradictas, & in eodem quinto die expletis his ceremonijs ascendit Moyses in montem, & cum eo Aaron, & Nadab, atque Abiu, & septuaginta seniores vsque ad certam partem montis, sicut in litera continetur, & sequenti die, s. sexto mensis eiusdem incepit in conare vox tubæ de monte, & congregato toto populo, audita sunt decem præcepta, quæ continentur supra 20. ca. & fuit ista dies sexta quinquagesima ab eo die, quo exierunt de Aegypto, quæ erat dies festi azymorum, & secundum hoc exponunt literam istam sic. *Moysi quoque dixit, ascende ad me.* Id est quod quando stabat Moyses in monte Sinai cum Deo, & Deus dedit ei omnia præcepta ceremonialia, & iudicialia supra posita, quod erat in tertio die, & cum vellet redire ad populum, vt denunciaret eis præcepta data a Deo, dixit ei Deus. *Ascende ad me tu, & Aaron.* i. postq. cõpleueris ceremonias confirmationis legis super populum ascende ad me. i. iterum ascendas in hunc montem tu, & Aaron, & alij, qui sequuntur, & hoc ad audiendum decem præcepta, q. dabo, & ad magis confirmandum fœdus vobiscum.

Expo. litem. referendū illam positionem.

Et Nadab, & Abiu. Isti erant filij Aaron, & erant in magna dignitate propter esse cognatos Moyfi. Et septuaginta seniores ex Israel. Quos elegerat Moyles ad ascendendum secum. Et adorabitis procul. Id est non accedatis omnes ad caliginem nubis, ubi est gloria mea, sed omnes simul adorabitis a longe procedentes in terram, & post hoc ipsi manentibus ibi. Solus Moyles ascendet ad dominum. Id est ad caliginem nubis, ut ibi magis audiat verba Dei, vel quia erat ceteris dignior. Et isti. Scilicet Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores. Non appropinquabunt. Scilicet ad locum caliginis magna in summitate montis. Et populus non ascendet cum eo. Sed maneat circa radices montis in terminis constitutus a Moyse, ut ibi audiant legem in voce tubæ, & nemo presumat ascendere, ut patet supra 19. c. Venit ergo Moyles. Scilicet vel in fine tertij diei mensis tertij, vel in principio quarti, & tunc sequitur. Et narravit omnia verba domini, atque iudicia. Scilicet in die quarto mensis tertij antequam daretur lex in voce tubæ, quæ fuit data die sexta (ut volunt.) Et hunc modum rosequuntur isti de hac positione. Sed ista positio non potest stare, quia intentio eius repugnat literæ huic: nam ipsi volunt, quod cum fuerit facta confirmatio legis cum populo in die 4. & 5. q. Moyles, & Aaron, & Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores, qui omnes erant principes in populo, ascenderet ad magis confirmatum fœdus cum domino, quia erant digniores gerentes totius populi vicem, & omne quod cum eis fiebat, erat quasi cum toto populo fieret. Sed litera repugnat huic intentioni: nam si ad magis confirmandum istud fœdus cum domino hi ascendissent, oportebat ut simul irent ante dominum, & loqueretur cum eis de fœdere legis: sed litera dicit, quod ipsi non ascenderunt ad dominum, sed magis manserunt a longe adorantes, & solus Moyles ascendit, & non locutus fuit eis Deus. Item non potest stare, quia dicitur, quod Moyles in quarto die mensis tertij descendens de monte recitavit omnia ista verba domini, scilicet ceremonias, & iudicia, & quod postea in sexto die fuerit data lex in voce tubæ: nam ista verba domini, de quibus hic fit mentio incipiunt ab illo loco. Dixit quoque dominus ad Moysem. Quod est circa finem 20. ca. & continentur usque ad principium huius ca. sed principia illorum verborum dicta sunt post vocem tubæ, & post dationem decalogi, ergo omnia sequentia eodem modo se habebunt, quod dicta fuerunt post vocem tubæ. Patet consequentia, quia solum volunt ipsi præcepta decalogi dicta fuisse in die sexto, alia autem fuisse dicta Moyfi in die tertio, & postea quod ipse retulerit ea populo in die quarto eiusdem mensis. Antecedens patet, quia supra circa finem 20. ca. cum Deus inciperet dare Moyfi ceremonias, & iudicialia præcepta, dixit. Vos vidistis quod de celo locutus sum vobis, id est in voce tubæ de loco alto, hoc autem nunquam fuit, usquequo data fuerunt præcepta decalogi, quia tunc incepit in aurora tubæ clangor, & micare fulgura, & venit populus, & audiuit præcepta decalogi: ergo dicendum est necessarium, quod omnia ista præcepta ceremonialia, & iudicialia data fuerunt Moyfi post promulgationem legis decalogi in voce tubæ, & a fortiori fuerunt populo narrata post promulgationem decalogi, quia Moyles non poterat ea narrare populo, donec Deus ei dedisset. Item si confirmata fuit lex ista Israelitis die quarto, & quinto, oportebat, ut quando eam recipere essent mundi, precipue cum sanguis sacrificiorum super eos fundendus erat, qui super immundos nullatenus funderetur: sed in die tertio, & quarto, & quinto, ipsi non potuerunt esse purgati, ergo nec fuit illis diebus facta confirmatio legis. Antecedens patet, quia ipsi non potuerunt mundificari in die quarto aut quinto: nam non poterant mundificari antequam diceretur eis,

sed ante diem quartum non fuit dictum eis, ut patet ex fundamento positionis istorum, scilicet quia, ut habetur supra 19. c. istud fuit dictum tribus diebus ante dationem legis, scilicet estote parati in die tertio, & ne appropinquetis vxoribus vestris, & tunc sequitur, iamque advenit tertius dies, & mane incluserat, ceperuntque audiri tonitrua &c. & ibi apparet, quod illo die 3. data fuit lex, si ergo (ut tenent) iste dies dationis fuerit sextus dies mensis tertij, oportebat, ut istud mandatum de mundando vestes, & non accedendo ad vxores fuerit datum tribus diebus ante, scilicet die quarto mensis illius. Et quia ante istud mandatum non poterant se purgare, cum nescirent, ergo in die quarto non erant purgati: sed isti ponunt in die quarto fuisse confirmatam legem, & verbo ab eis perquam, & in die quinto fuisse confirmatum fœdus in sanguine, ergo in diebus confirmationis legis non erant mandati, quod erat valde inconueniens, & nullo modo concedendum, cum nouiter recepturi essent legem tantæ reuerentiæ. Et dato, quod dicas in illa die quarta potuisse populum mundificari a sordibus vestium, ita quod immediatè ut venit Moyles de monte, enūciato isto præcepto in eodem die, lauerunt vestimenta sua confestim, & postea congregati sunt, & eodem die recitata sunt omnia ista verba coram populo: tamen non poterat esse populus mundus a mulieribus, quia fortassis præcedenti nocte, quia admoniti non fuerant, vxoribus se admisserunt, & sic potissima mundicia, quæ requireretur nullo modo haberi poterat in eis saltem in omnibus. Item valde irrationalis opinio est ista, scilicet quod præcepta ceremonialia fuerint data ante præcepta decalogi. Primo quia præcepta ceremonialia sunt determinationes præceptorum decalogi, sed determinatio non datur ante determinabile, quia in quantum huiusmodi, scilicet ut determinans, & determinabile includit contradictionem, determinationem esse ante id, cuius est determinatio: ergo præcepta ceremonialia, & iudicialia, de quibus dictum fuit, non fuerunt data ante præcepta decalogi, quod tamen isti volunt, dicentes quarto die mensis tertij data fuisse præcepta ceremonialia, & iudicialia, & sexto die fuisse datam legem, scilicet decalogum. Patet autem evidens, scilicet quod præcepta ceremonialia, & iudicialia sunt determinationes præceptorum decalogi: nam in decalogo continentur præcepta quædam dirigentia in Deum, & in proximum, & sunt regulæ communissima habentes quasi notitiam ex ipsa natura, scilicet ex primis principijs rationis practice, ut declaratum fuit supra, vigesimo capitulo: quia tamen ista præcepta sunt universalia valde, & actiones humane habent multas differentias particulares, necesse erat ea determinari ad plures casus particulares. Et quia illa pertinebant ad duo, scilicet quædam ad Deum dirigebant, alia vero in proximum, oportebat dari duas determinationum species, scilicet determinationem præceptorum decalogi primæ tabulæ pertinentium ad Deum, & determinationes præceptorum secundæ tabulæ pertinentium ad proximos. Primorum præceptorum, scilicet pertinentium ad Deum determinationes sunt præcepta ceremonialia: nam præcepta decalogi ad Deum pertinentia de cultu Dei agunt, conformiter autem præcepta ceremonialia modos colendi Deum determinant tam in sacrificijs quam in omnibus alijs, ut satis patet hic, & in Levitico vberius ampliusque. Præcepta autem secundæ tabulæ, quæ ad proximos diriguntur, continent quandam æqualitatem iustitiæ inter proximos: præcepta autem iudicialia sunt conformiter determinationes horum, quia ipsa declarant quædam regulas bonæ habitudinis, siue iustitiæ inter proximos, quan-

4. rat. contra Iudeos
Præcepta ceremonialia sunt determinationes præceptorum decalogi.

Præcepta ceremonialia sunt determinationes præceptorum primæ tabulæ, & iudicialia secundæ tabulæ.

Quandoque aliqua lex fertur auctore alia non potest dari ante illam.

Quid autem dicitur in obsequatione alicuius legis.

5. rat. contra Iudeos

quantum ad negocia particularia, sicut patet in tribus precedentibus c. nullo modo ergo debuerunt dari præcepta ceremonialia, & iudicialia ante præcepta decalogi. Secundo legislator debet procedere in ferendis ijs legibus ad modum naturæ, si rectè leges tradere vult, quia ordo naturæ est optimus, ut ait Arist. 12. Meta. f. quod entia nolunt male disponi, sed in naturali cognitione, sic est, quod principia speculatiua, quæ notiora sunt, primo traduntur, deinde conclusiones, & ineptissime ageret, qui in speculatiuis traderet vltimas conclusiones artis, & deinde rediret de principijs tractatus: conformiter ergo in agibilibus quorum altissima consideratio ad legislatores pertinet, qui de eis regulam tradere debent, sunt principia, scilicet quædam regulæ notiores, & alia veluti conclusiones, quæ quadam illatione sapientibus cognita, quorum est ordinare, ut patet in 1. Meta. ex principijs practice deducuntur: sed sic est, quod præcepta decalogi sunt propositiones notiores in actionibus, quam aliquæ alia leges posita, ergo si de illis legislator tractaturus erat, necesse erat, ut hæc præcederet, alius totus procedendi ordo turbaretur, sed de istis præceptis legislator fecit mentionem, ut patet supra 20. c. ergo illa ante præcepta ceremonialia, & iudicialia data atque promulgata sunt. Tertio quia quandoque aliquid fertur ab altero auctoritatem, debet sublequi ad id, a quo recipit auctoritatem, sed præcepta iudicialia, vel ceremonialia accipiunt auctoritatem ex legislatione præceptorum decalogi in voce tubæ datorum, ergo illa prius data sunt quam hæc. Maior patet, quia id, a quo alterum suscipit auctoritatem, est quasi principium eius, principium autem præcedere debet res principiatas: nam sicut in speculatiuis est certitudo, propter quam aliqui reiasentimus, ita in moralibus auctoritas, vel potestas est, propter quam assentimus circa legislationem. Ad hoc enim, quod alicui legi subdamur, non respicitur, vtrum bona, aut mala sit solum, sed vtrum ille, qui ea posuit, habuit auctoritatem condendi. Et tunc siue bona sit, siue mala (dum tamen non contineat manifestum errorem) dato quod aliquo modo sit grauis, tenebitur, & dato quod bona sit aliqua lex, si tamē lata sit ab eo, qui potestatem non habet condendi, non obligat: sed sic est, quod ceremonialia, & iudicialia præcepta, quæ ipsi Moyfi dicta fuerunt, accipiunt auctoritatem a publicatione præceptorum decalogi, ergo præcepta decalogi debent præcedere præcepta ceremonialia temporis dationis. Patet hoc, nam cum præcepta ista ceremonialia non fuerint data publice a Deo, sed data Moyfi in secreto, præsentante ea Moyse coram populo, si præcepta decalogi antea data non fuissent, putasset populus, quod Deus non dederat aliqua præcepta: sed magis fingebat ea Moyles de corde suo, & non assentiret eis, cum autem data fuerunt præcepta decalogi super montem Sinai, vidit cunctus populus ignem magnū, & nubem caliginosam, audiuitque vocem domini loquentis ad se, & non dubitavit Deum loqui confitentibus ipsis, quod vidissent maiestatem domini, & audiuerunt voces eius, ut patet Deut. 5. ca. & rogauerunt Deum, ut amplius non loqueretur, sed Moyles loqueretur, quæcumque dicenda essent. Cum ergo postea Moyles rediret ad eos porrans mandata ceremonialia, & iudicialia, non habebant aliquam rationem dubitandi, quin illa a Deo forent, cum ipsi audiuerunt Deum loquentem alia mandata, & rogauissent ne magis eis Deus loqueretur, dicendum ergo, quod ista postea data sunt. Item patet, quod ista præcepta fuerint data post præcepta decalogi, quia cum data fuerint præcepta decalogi in voce tubæ, & staret Moyles in monte Sinai, ut patet sup. 19. atque 20. c. cessante clangore buccinæ mandauit Deus Moyfi, ut ceteri recederet in castra sua, & Moyles ma-

neret cum domino, ut daret ei mandata, & ceremonias atque iudicia, ergo post dationem decem præceptorum data fuerunt præcepta ceremonialia, & iudicialia, & non ante. Antecedens patet Deut. 5. c. cum dicitur, ex voce populorum ad Moysem, scilicet tu magis accede, & audi omnia, quæ dixerit dominus Deus noster tibi, loquerisque ad nos, & nos audientes ea faciemus, quod cum audisset dominus, dixit ad me, audiui vocem verborum populi huius, bene omnia sunt locuta. Et postea subiungitur. Vade & dic eis, reuertimini in tentoria vestra, tu vero sta hic mecum, ut loquar tibi omnia mandata, iudicia, atque ceremonias, quæ doceas eos, ut faciant ea, nullo modo poterit dici, quod præcepta decalogi data fuerint post præcepta ceremonialia, atque iudicialia, ut isti volebant, scilicet quod in quarto die mensis tertij data fuerint præcepta a Deo, & præsentata populo per Moysem, & quod in sexto die eiusdem mensis data fuerint præcepta decalogi. Doctores autem nostri cōmuniter tenent omnia ista, quæ hic dicuntur fuisse facta eo ordine, quo hic dicuntur, scilicet, quod post legislationem præceptorum decalogi, & postquam ceremonialia atque iudicialia data sunt, descendit Moyles ad populum, & mandauit Deus, ut ascenderent Moyles, & Aaron, Nadab, & Abiu, & isti qui hic sequuntur. Sed ista non videntur satis firmiter dicta: nam si hic non est aliqua recapitulatio, sed per totum est rectus ordo, necesse est, ut isti Nadab, & Abiu, & Aaron cum senioribus Israel ascenderint ad dominum post data, & publicata ceremonialia præcepta: nam post illa præcepta supra data, ponitur hic mandatum, quod ascenderint isti: sed post ista præcepta data Moyfi, qui manserunt in monte cum Deo, post promulgationem decalogi descendit Moyles ad confirmandam legem datam, ergo oportebat istos, qui hic nominantur ascendere cum Moyse ad dominum, sed solum fuit postea unica ascensio eius ad dominum, de qua Deus loqui posset, ergo oportebat, quod illa vice ascenderent cum eo. Sed non videtur hoc potuisse fieri, quia in illa vice ascendit Moyles pro tabulis legis, & solus Iosue ascendit cum Moyse: nam cum rediret Moyles post quadraginta dies, ipse cum solo Iosue venerunt ad castra, ut patet infra 32. capitu. Aliqui autem Hebræorum, ut Aben Ezra, & quidam alij volentes, ut sibi videretur subleuius dicere, dicunt quod ista litera est partim in recto ordine, & partim secundum recapitulationem: nam id est quod dicitur infra scilicet. Venit ergo Moyles, & narravit plebi omnia. Dicunt esse secundum ordinem continuatum ad præcedentia, scilicet quod postquam data fuit lex, mansit Moyles cum Deo, & ille demonstrauit ei tunc omnia præcepta ceremonialia, & iudicialia. Descendit Moyles ad populum, & denunciavit ei omnia atque confirmauit legem, & hoc fuit in eadem die, quæ data fuit lex decalogi in voce tubæ, & in sequenti die, quem dicunt esse diem septimum mensis, fecit sacrificium Moyles, & ascendit ad dominum eadem die cum Iosue ad accipiendum tabulas. Hoc autem quod dicitur in principio capituli, dicunt esse per recapitulationem, scilicet quod Deus mandaret Moyfi, quod ascenderet ipse, & Aaron, & Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores. Nam volunt, quod hoc fuerit ante dationem legis: nam ante legem datam ascendit Moyles ad dominum, ut patet supra decimonono capitulo, & in vna harum dixit eis, quod quando lex dari deberet, quod manente reliquo populo apud radices montis ascenderent ipse, & Aaron, & Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores, ut in signum dignitatis essent separati a reliquo populo audientes legem in loco digniori, sic autem dicentes exponunt literam hoc modo.

3. opi. Ra. Abraham. expo. hęc re lectu istam opinionem.

Confutat. positionis Iudeorum 1. ratio.

Secunda.

Tertia.

Moyſi quoque dixit Deus, Scilicet quando aſcendit ad eum ante dationem legis referens conſenſum populi conſentientis mandatis Dei. *Aſcende ad dominum tu, Scilicet tempore, quo debuerit dari lex in tubarum voce, aſcende ad montem, in quo eſt Deus, vt ibi audias vocem eius, Et Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſeniores Iſrael.* Etiam omnes iſti aſcendent, quia digniores ſunt reliquo populo, *Soluſque Moyſes aſcendet ad dominum.* Id eſt ſicet omnes iſti tecum aſcendant, tamen non aſcendent omnes iſti ad locum, in quo tu ſteteris, quia tu aſcendes ad ſummitatem montis, *Et illi non appropinquabunt.* Scilicet ad ſummitatem montis, in qua eſt Deus, ad q̄ Moyſes aſcendit, *Nec populus aſcendet cum eo.* Id eſt nulli de popularibus aſcendet, q̄ fuerat poſita lex a Deo, vt quicumque ſue homo, ſue beſtia montē tangeret (dum ſerebatur lex) q̄ lapidibus obrueretur, aut confoderetur iaculis, vt patet ſup. 19. c. *Venit autem Moyſes.* Iſta iam ſm eos tenent rectum ordinem, & dicunt eſſe facta poſt dationem legis decalogi, & poſt ceremonias traditas atq; iudicia ipſi Moyſi, tunc enim deſcendit de monte, & confirmavit legem. Et quantum ad hoc melius dicunt, quam illi de prima poſitione. nam p̄ter rationes ibi poſitas, adhuc eſt aliud inconueniens, ſ. q̄ ipſi non poterant aſſignare ad quid vocauit Moyſen Deus poſt dationem legis, & acceſſit Moyſes ad ipſum in caligine nubis, vt dicitur ſupra 29. c. q̄ cum audiret populus voces terribiles, & ignem magnum vidiret, timuit, & non potens tolerare rogauit, vt Moyſes loqueretur, & non Deus, & ſequitur poſtea, q̄ acceſſit Moyſes ad caliginem, in qua erat Deus. Si tamē dicamus, q̄ erant data p̄cepta ceremonialia, & iudicialia, & confirmata quando fuerunt data p̄cepta decalogi, non poterit inueniri aliquid, ad quod Moyſes intraret ad caliginem, in qua erat Deus; ſed non eſt dicendum, q̄ fruſtra intraret, poſſimum cum populus orauit, vt omnia, quæ eis dicenda erant, dicerent Moyſi, ergo ipſe ad illud intrauit, maxime quia immediate ſequitur ibidem litera, quomodo inceperit ei Deus dicere de p̄ceptis ceremonialibus, & iudicialibus. Sed adhuc iſta poſſio dicitur literam iſtam eſſe partim per recapitulationem, & partim ordine recto, non poſſe ſtare quantum ad hoc, q̄ dicitur iſtam primam partem literę eſſe per recapitulationem, & debere intelligi de aſcenſu ad audiendum legem: nam ad audiendam legem in monte Sinai non aſcendit Nadab, & Abiu, & ſeniores ſeptuaginta ſed Moyſes, & Aaron ſoli, vt patet ſupra 19. c. cum dicitur, *Vade, & deſcende, aſcendeque tu, & Aaron tecum, Sacerdotes autem, & populus non tranſeant terminos, nec aſcendant ad dominum, ergo non intelligitur iſta aſcenſus de aſcenſu ad audiendam legem, ſi iſta verba de aſcenſu Nadab, & Abiu, & ſeniorum intelligerentur de aſcenſu ad audiendum legem non poterant dici cum iſtis, quæ hic ponuntur, ſcilicet, venit ergo Moyſes, & narrauit plebi omnia verba, & cum ſuperioribus p̄ceptis iudicialibus, & ceremonialibus, quia hæc dicta fuerunt, & facta poſt dationem decalogi, niſi forte dicerentur per recapitulationem, ſed litera verat intelligi per recapitulationem hic ex ſuo modo loquendi, ergo non debet poni per recapitulationem. Antecedens patet, quia dicitur, *Moyſi quoque dixit.* Id eſt non ſoli Deus dixit Moyſi illa ſuperiora, quæ ad populum pertinebant, ſed etiã dixit iſta, quæ ſequuntur, quia iſta ad verbum quoque eſt addituum, ideo oportet, q̄ ſuper prædicta etiã ponatur iſtud; & ſic pertinebant ad eundem contextum, & dicta fuerunt in eodem tempore, ſed ſuperiora fuerunt dicta poſt dationem legis, ergo etiã iſtud de aſcenſione Moyſi, & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeniorum, ſed ſi tunc dicta ſunt, non poterunt intelligi de aſcenſu in montem Sinai ad audiendum legem, ergo refer-*

Retur ad aliam aſcenſionem, quæ fuit facta poſt deſcenſum Moyſi de monte, & confirmationem legis, & ſic non erit vlla recapitulatio. Item quia ex litera concluditur hoc neceſſariè: nam infra poſitur, q̄ poſtquam Moyſes confirmavit legem cum populo verbo, & facto in ſacrificijs, & aſperſione ſanguinis ſuper totum populum, aſcendit ad aſſumendas tabulas, & tunc aſcendit cum eo Nadab, & Abiu, & Aaron, atque ſeptuaginta ſeniores Iſrael. Neceſſariò ergo dicendum eſt, q̄ iſta litera ſit tota ordine recto ad præcedentia ca. & ad ſubſequentia ſecundum opinionem ſeu potius veritatem firmam catholicorum doctorum in hæc parte. Et eſt ſenſus q̄ expletis omnibus p̄ceptis ſuperiorum capitulorum tam ceremonialibus quam iudicialibus, quibus Moyſes populū admoniturus erat, Deus adiunxit quoddam p̄ceptum ipſi Moyſi, ſcilicet vt aſcenderet pro tabulis, in quibus lex ſcriberetur deſcendendo primò ad confirmandum legem datam, & tunc aſſumeret ſecū Aaron, & Nadab, atque Abiu cum ſeptuaginta ſenioribus Iſrael, & aſcenderet cum eis in montem. Ad argumentum autem quod ſupra fiebat contra iſtam poſitionem, ſcilicet q̄ ſi in iſta litera non eſſet recapitulatio, neceſſe eſſet, vt iſte aſcenſus de quo hic dicitur, eſſet poſt confirmationem legis, & hoc conceditur. Et quando vltra arguitur, q̄ poſt hæc confirmationem, non fuit alius aſcenſus Moyſi ad montem, niſi pro tabulis, ergo aſcenderunt cum eo pro tabulis, & hoc etiã conceditur. Et quando vltra arguitur non poſſe hoc ſtare; nam ſolus Iſue videtur aſcendiſſe: nam in deſcenſu Moyſi portantis tabulas, ſolus fuit Moyſes Iſue comitatus, vt patet infra 32. ca. Respondetur, q̄ ſecundum quod infra patet in litera, Iſue magis aſcendit cum Moyſe ad accipiendas tabulas, quam alij: nam alij manſerunt ad radices montis Sinai venientes cum Moyſe de caſtris populi, vſque ad illum locum ad comitandum, & honorandum eum, & cum illuc acceſſit Moyſes, redierunt ad caſtra, Iſue autem aſcendit magnam partem montis cum eo, & maſit ibi expectans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, donec rediret cum tabulis, & in deſcenſu montis inueniens Iſue in loco, vbi eum reliquerat, ad duxit ſecum, & poſtea cum pariter deſcendiſſent venientes ad radices montis, audierunt vocem populi clamantis in caſtris adorando vitulum, quem fabricauerant, & cōfregit tunc Moyſes tabulas, quas vtraque manu portabat. De alijs ſcilicet Nadab, & Abiu, & ſenioribus, & Aaron non dicitur, quod Moyſes eoſ inuenit in deſcenſu montis, ſcilicet quia immediate, vt Moyſes incepit aſcendere in montem ad accipiendum tabulas, reuerſi ſunt ad caſtra. Et ſecundum hoc debet exponi litera vere ſcilicet, *Moyſi quoque dixit.* Id eſt etiã Moyſi dixit, ſcilicet iſta, quæ ſequuntur quaſi dicit, q̄ iſta p̄cepta, quæ poſita ſunt a fine cap. 20. in loco vbi dicitur, *Dixitque præterea dominus ad Moyſen, & in ca. 21. & 22. & 23.* pertinebant ad inſtructionem populi, dixit Deus Moyſi. Sed his finitis cum Moyſes de monte deſcendere vellet, dixit etiã ei hæc, ſcilicet, quæ ſequuntur. *Aſcende ad dominum tu.* Hic mandat ei Deus aſcendere pro tabulis: nam licet hic ſolum dicitur, quod aſcendat ad dominum, ſatis tamen declaratur, quod mandauit ei aſcendere pro tabulis; non tamen expreſſit hoc hic, quia ſatis infra patet, dixit enim illi Deus, *Vade ad populum, & recita coram eis omnia iſta p̄cepta quæ hic tibi dicta ſunt, & ſi conſenſerint recipere ea, facias holocauſta, & aſperge ſanguinem ſuper altare, & librum legis, & totum populum, & his factis aſſume tecum Aaron, & Nadab, & Abiu filios eius, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael, & aſcende ad accipiendum tabulas legis. Si autem dicas, quod non videtur, quod Deus iſta dixerit.*

2. rō contra Rabbi Abrabam.

Ad argumentum Rabbi Abraham. Keipōſio.

Doct. op.

Expoſitiō vera literę.

Reſpon.

Respondetur, quod ita dixit, vt patet ex ſuperioribus: A cōſenſerint ſi eis expreſſe poſita fuiſſet. Nam in generali promiſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet in ſpecie veriſimili conceſſurus, vt patet De regulis iuris in ſexto, in regula. In generali conceſſione. Ad hoc ergo q̄ cauſaretur cōſenſus totaliter liber, requirebatur, vt iſta in particulari proponerentur, & hoc fuit per recitationem iſtorum p̄ceptorum coram toto Iſrael, de qua in iſto c. Decebat ergo vt iſta recitarentur prius populo, quam aliquid aliud fieret. Sed adhuc argues, q̄ licet decens eſſet iſta ceremonialia p̄cepta, & iudicialia recitari populo, antequam ſtatuereſſent, tñ quia Deus ſciebat certiffime illos conſenſuros in hæc p̄cepta, & in quolibet aliorum particulariter, non oportebat, vt prius eorum quæreret conſenſum, & poſtea confirmaret, ſed q̄ immediate vt protulit, conſtituiſſet hæc debere ſeruari cum notus eſſet conſenſus: nã propter hoc legiſtatores antequam ſanciant aliquid inquirunt conſenſum ſubditorum, quia neſciunt vt r̄ conſentient, Deus autem ita certe ſciebat eos cōſenſuros, quando nondum conſenſerant ſicut ſciebat eos conſenſiſſe poſtquam conſenſerunt ad hoc. Reſponderi poteſt dupliciter. Vno modo, q̄ non poterat hoc fieri conuenienter: nã ſi ponamus legem obtinere vim legis ex determinatione legiſlatoris cum conſenſu ſubditorum, & ſic Deus volebat facere, ſ. q̄ nō faceret aliquam legē, niſi in quam ſubditi conſentirent, impoſſibile erat cōſenſum ſubditorum obtinere vim legis, niſi prius eis lex notificetur, quia effectus non poteſt eſſe ante cauſam. Et ad hoc non magis refert, q̄ Deus cognouerit certiffime, q̄ populus iſte eſſet conſentiturus, quam ſi nunquam cognouiſſet, cum lex fortiatur vigore per actualem iſtus conſenſum, qui nōdum eſt, ergo non poterat lex iſta obtinere vim legis, donec Iſraelite actualiter conſentirent. Sic enim patet quod Deus ſcit certiffime, quod Sortes gignat Platone, tamen nondū eſt genit: Plato, donec eū Sortes gignat. quocunq; ergo dato decebat, vt iſta p̄cepta data ſoli Moyſi in monte recitarentur populo, vt videretur eorum conſenſus. Et quando dicit, q̄ ideo legiſtatores humani requirunt conſenſum ſubditorum, quia non cognoscunt, q̄ conſentient, ideo in Deo cum datur q̄ ſciat eos conſenſuros, non oportebit querere conſenſum ſubditorum. Respondetur quod legiſtatores non ſciunt conſenſum ſubditorum, quia hoc Deu eſt ſcire, tamen dato quod cognoscereſſent aliquo modo eos cōſenſuros, ſi actualiter non conſentirent, non haberet lex aliquam vim legis: vt puta ſi aliquis princeps haberet ſubditos ita beniuolos ſibi, quod in omnibus, quæ diceret conſentirent, & ipſe noſſet hoc multis experientijs, & poſt faceret aliquam legem credens, quod conſenturi erant ſubditi, etiam dato quod facta ea cōſentiant, tamen donec ad eorum notitiam deneniat, & conſentiant in eam tacite vel expreſſe, nunquã obtinebit vim legis, quia conſenſus ſubditorum erat vna cauſa neceſſaria ad hoc, q̄ lex firmaretur. Alio modo poteſt reſponderi ad argumentum ſuperius. ſ. q̄ Deus non ſolum vult facere nobis id quod in cōſpectu eius ſimpliciter iuſtum eſt, ſed id, quod etiã in cōſpectu nro ſit iuſtum. Licet ergo cum Deus cognoscereſſet eos certiffime cōſenſuros nihil grauaret eos ſi illã legem imponeret eis, tñ ipſi hrent poſtea quãdam excuſationē, q̄ peccarent p̄ta illam legem dicentes, q̄ non fuiſſet de eorū voluntate introducta talis lex; vt ergo nihil omittereſſet quod poſſet iuſtificare leges datas, ante eorū ſtatuitionē perfectã cōſenſus populi ſpecialiter circa eas queſitus eſt. Sed adhuc argues, dato q̄ Deus voluerit ad validitatem iſtorum p̄ceptorum ceremonialium & iudicialium recitari ea primò corã toto populo: tñ poterat añ cōſenſum i hæc p̄cepta mittere tabulas legis; nam nō exiſtebat in illis eadē ratio, cum p̄cepta

Et ſi Deus poterat iuſte Iudæis leges imponere, voluit tamen eorum habere conſenſum, ne occaſionem haberent peccandi contra eas.

QV AESTIO. II.

SCIENDVM namque q̄ licet Deus poterat fatiſ iuſte ponere Iſraelitis quæcumque p̄cepta vellet, quia debebant ei naturaliter ſubiectionē, & omnimodam obedientiam, tñ voluit mitius agere, ſ. imponere eis leges, quas ipſi voluntariè recepiffent: nam ſi imponeret leges inuoluntariè eis, haberet maiorē occaſionem ad peccandū, & minus culpabiles eſſent: expectauit ergo eorū conſenſum, vt videret quid vellent. Sed adhuc dices, dato q̄ Deus expectauiffet eorum cōſenſum, non oportebat nūc ab eis inquirere iſſum, quia iã conſenſerant, vt patet ſup. 19. c. l. r̄ dicit vniuerſus populus ſimul, cuncta quæ locutus eſt dñs faciemus. Et non ſolum fuit iſte conſenſus ante dationē decalogi, ſed etiam poſt dationē, ſicut patet Deu. 15. c. cum dixit populus ad Moyſen. Tu magis aſcende, & audi cūcta, quæ dixerit dñs Deus noſter tibi, loqueriſq; ad nos, & nos audientes faciemus ea. Non ergo erat neceſſarius alius conſenſus. R̄ſponderetur q̄ Deus volebat pleniū liberumq; populi conſenſum: cum autem aliquis conſentire debet, oportet vt ſciat qd eſt illud, i qd cōſentit: nã ignorans inuoluntarius eſt, vt ait Ariſt. in 3. Ethic. diſtinguens inuoluntarius per ſm ignorantia, & ſm coactionem. Qñ autē aliquis cognoscit aliquid, & illud valde imperfece cognoscit, non eſt multum voluntarius ad illam rem, quia non cognoscit omnia, quæ ſunt in illa re, illud ergo, quod ibi incognitū eſt, volitum non eſt. Sic etiam eſt qñ aliqua res cognoscitur vniuerſali: nã in vti latent multa particularia, & cognito vniuerſali, non cognoscuntur omnia particularia, vel cognita aliqua re ſm vſem rationem, non cognoscit ſm oīa, quæ ſunt in ea, ideo ea, quæ vtr̄ cognoscuntur ſolū, non poſſunt perfecte diligi, aut potius eligi, ſiue ad bonū, ſiue ad malum. Conſenſus autē Hebr̄eorū factus ante dationem decalogi vniuerſalis valde fuit ſm petitionē Dei vniuerſalē, dixerat namq; Deus. Si ergo audieritis vocem meã, & cuſtodieritis pactum meū, eritis mihi in peculium de cunctis populis terræ, & nō expreſſit aliquid huius pacti in ſpeciali. Sic etiã Iſraelite in vniuerſali r̄nderunt conſentientes, ſ. Cūcta, q̄ locutus eſt dñs faciemus, vt patet ſupra 19. c. & iſte fuit conſenſus ante dationem decalogi. Eodem modo conſenſus, qui fuit poſt dationem decalogi fuit vniuerſalis, cum dñ Deu. 5. c. Tu magis accede, & audi cūcta, quæ dixerit dominus Deus noſter tibi, loqueriſq; ad nos, & nos audientes faciemus ea. planum eſt ergo q̄ ex his duobus conſenſibus non cauſabatur conſenſus liber totaliter, quia vterque erat in vniuerſali, & poterat Deus poſt cōſenſus hos aliquam legem conſtituere, in quam ipſi non

Nō eſt cōſenſus totaliter liber, cum res proponit in vniuerſali.

Alph. Toſt. ſuper Exodi

Alph. Toſt. ſuper Exodi
Pars Secunda. A 3 decem

Conſuta. opi. Rabi Abrabam, l. 1. 110.

Quia De⁹ non miſit tabulas teſt. q̄ tñ q̄ Iudæi conſentirent. n. p̄cepta iudicialia, & ceremonialia.

decem in tabulis solum conferenda erant, & in hæc decem præcepta ipsi iam specialiter conferant, quoniam audierunt ea in voce tubæ loquente domino super Sinai. Tabulæ ergo legis non præsupponebant consensum in præcepta ceremonialia, & iudicialia, sed in sola præcepta decalogi, in quæ iam conferat populus audiens ea a dño distincte, & singulariter; ergo tunc convenienter poterunt dari tabulæ. Respondetur quod tabulæ datæ sunt in signum fœderis domini facti inter Deum & Israel, scilicet, ut si negare vellent Israelitæ factum fuisse fœdus inter eos & Deum, per illas tabulas comprobaretur, sicut etiam ponebatur vna vna continens gomor manna in arca, ut patet ad Heb. 9. cap. ut testimonium esset futuris generationibus, quod Deus illos aluisset in deserto cibo illo, ut patet sup. 16. cap. iste autem tabulæ dabatur quasi in signum fœderis confirmati. Si autem fœdus secundum præceptorum ceremonialium, & iudicialium non confirmaretur recipientibus Hebræis, Deus volebat tenere cum eis aliquod fœdus. Nam dato quod Iudæi responderent recipere mandata ceremonialia atque iudicialia, tenerentur ad mandata decalogi, quia illa sunt naturalia. Iam in istis rationibus practica, cum sint quedam principia in ratione practica: aut quedam conclusiones immediatè elicitæ a principijs rationis practica, quod quasi ad idem pertinet: tamen Deus non dedisset eis tabulas, quia tabulæ erant in signum cuiusdam fœderis specialiter confirmati cum Hebræis: si autem responderent præcepta ceremonialia & iudicialia, nullum fœdus cum eis magis erat, quam cum alijs gentibus: ideo non erat conveniens eis dari tabulas in signum patris fœderis. Concludit ergo fuisse conveniens, quod licet Moyses maneret tunc cum domino in monte, quod non daret nunc ei tabulas, sed quod veniret ad castra Israelitarum, & confirmaret fœdus ceremonialium & iudicialium præceptorum: & tunc rursus ascenderet in montem ad ferendum tabulas primi. Et Aaron. Quia erat frater eius, & valde dignus inter Israelitas propter Moysen. Etiam quia eum Deus in sacerdotem magnam conferauerat. Et Nadab, & Abiu. Isti erant filij maiores Aaron. nam & alios duos minores habebat. f. Eleazar, & Thamar, ut patet Num. 3. c. Et isti duo consumpti sunt coram altari sacrificio, ex eunte igne de altari, quia contra domini præceptum offerebant de igne alieno, ut patet Leui. 10. & 16. ca. Et septuaginta seniores Israel. i. accipies septuaginta de senioribus Israel, quos tu elegeris.

An. septuaginta seniores a Moysse fuerint specialiter constituti: & an essent illi septuaginta, ad quos Moyses dedit de spiritu prophetico.

QVÆSTIO III.

Prima opinio.

ALIQVI putant istos seniores esse præcipuos viros inter omnes iudices ordinatos à Iethro, & Moysse, scilicet de tribunis, centenarijs, siue centurionibus, & quinquagenarijs, atque decanis, qui fuerunt constituti, ut iudicarent populum, ut patet supra 18. c. Sed hoc non potest stare, quia isti iudices constituti sunt postquam venit Iethro ad Moysen in desertum Synai, ut patet supra 18. c. Sed, ut ibidem probauimus, non venit Iethro ad Moysen usque circa finem temporis, quo manserunt in monte Sinai, scilicet, in fine anni primi exitus de Aegypto, vel in principio secundæ: ergo non poterant esse isti septuaginta seniores de illis iudicibus. Alij putant hos esse illos septuaginta viros, de quibus fit mentio Nu. 11. c. qui adducti sunt coram Moysse, & acceperunt de spiritu eius, & prophetabant: atque ad regendum præfecti sunt. Sed hoc non potest stare, quia illi septuaginta viri fuerunt electi, & consti-

Secunda opinio.

tuti in dignitate, quoniam stetit populus in sepulchris concupiscentiæ, ut patet Nu. 11. c. ista tamen mansio ultra montem Sinai est, ut patet Nu. 33. c. in catalogo mansionum, sed isti septuaginta seniores ascenderunt cum Moysse ad montem, quoniam portare debebat tabulas, ut patet hic, quod fuit in monte Sinai: ergo non fuerunt isti seniores, qui accepti sunt in sepulchris concupiscentiæ: & satis innuitur ex processu libri Numerorum: nam in ca. 10. Nu. dicitur, quomodo recesserunt de monte Sinai, & postea fit mentio in 11. c. quomodo illi septuaginta seniores electi fuerunt. Aliqui volunt quod isti septuaginta seniores erant quidam iudices, qui præerant populo antequam fieret per Iethro ordinatio tribunorum, centurionum, & quinquagenariorum, atque decanorum: & tunc quoniam ascendit Moyses ad montem & isti seniores cum eo, nondum venerat Iethro: & sic erant isti priores iudices, qui existebant antequam veniret Iethro. Sed hoc falsum est: nam antequam veniret Iethro, & ordinaret iudices in populo, solus Moyses iudicabat: & ob hoc redarguit Iethro Moysen, quia stulto labore consumeretur, non potens solus tanta negocia aut expedire, aut sustinere, ut patet sup. 18. c. cum dicitur: Quid est hoc, quod facis in plebe, cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane usque, ad vesperam? Et postea subditur: Non bonam, inquit, rem facis, stulto labore consumeris tu, & populus iste, qui tecum est; ultra vires tuas negocium est, & solus nō poteris illud sustinere. Dicitur ergo quod isti septuaginta seniores non erant aliqui iudices, vel constituti in aliqua speciali dignitate, vel officio: sed elegit eos Moyses de honoratioribus totius populi, ut magis scilicet cum eis honoratus. Et hoc etiā aliquantulum videtur: nam in Hebræo, ubi sunt articuli denotantes secundam notitiam supposito, ut ait Priscia. in primo minoris, ut declarauimus sup. 4. c. cum aliqui specialiter, & quasi per regulationem denotatur, ponuntur articuli. f. ha. hu. hi. unde si in Hebræo ponatur aliqua distinctio sine articulo, nō denotat aliquam singularem, aut certam personam: ut si nos dicamus Homo, signatur homo: & nō determinamus magis hunc quam alium: sic in Hebræo cum ponitur Adam quod signat hominem, quia ibi ponitur sine articulo signat hominem non determinando se ad aliquem certum hominem: cum autem ponitur cum articulo, denotat certa persona, quam cognoscimus, vel de qua olim sermonem habuimus: ut si dicat ha Adā, quia ibi præponitur articulus, tunc nō poterit stare ha Adam pro quolibet homine, sicut si solum poneret Adam: sed stabat pro aliquo speciali homine, de quo habuimus cognitionem, & eum memoriter retinemus. Hoc autem in Latino dari non potest, quia nō sunt articuli, sed bene apud græcos, ut ait Priscian. in primo minor. Tūc est articulus in vulgari nostro Hispanico castellano. f. la, & lo, & similes: ideo magna dña est si dicamus sermone vulgari Toma setenta hombres, Vel si dicamus; Toma los setenta hombres: quia in primaharum oronum non determinatur specialiter aliquis homo: in secunda autem sic. Idem autem est in Hebræo, vel in Græco præpositis articulis, vel non præpositis: si ergo Moyses voluisset hic exprimere, quod in populo erant aliqui septuaginta viri, quos specialiter ad hoc dñs specialiter elegisset, utpote quia illi septuaginta erant constituti in aliquo officio, vel dignitate, posuisset hic articulum, cum nominaret septuaginta viros, sed non posuit articulum, ergo non intellexit de aliquibus specialibus viris distinctis ab alijs ex natura officij, vel dignitatis, sed de quibuscumque senioribus populi, quos Moyses eligeret, isti autem omnes scilicet Aaron, Nadab, Abiu, & omnes septuaginta seniores iuerunt cum Moysse, nō quidem ut cum eo ascenderent aliquam partem montis Sinai, sed ut comitarentur eum usque ad radices montis

Tertia opinio.

Do. detur.

Hebraicis articulis.

Lingua Hispana vulgaris articulos habet. loquor de castella refidet nomē & caput Hispaniarum & illa proprie appellat Hispania.

An Iosue cum Moysse ad montem Sinai ascenderit.

& manerent ibi. f. non ascendentes, sed redirent in castra sicut magis patet. infra Moyses autem ascensurus erat, & cum eo Iosue usque ad aliquam partem montis. Et adorabitis procul. Hoc commune erat quantum ad omnes, scilicet, quod omnes adoraret deum a longe, scilicet, distantes a loco illo, in quo erat deus: nam in cacumine montis Sinai erat nubes gloriæ domini dentis, in qua dicebatur esse deus, ut patet, supra 19. c. Descendit deus super montem Sinai in ipso montis cacumine, & vocauit Moysen in cacumine eius. & sup. 20. c. dicitur: Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat deus. De longe autem omnes isti adoraturi erant, quia cum accederent, ad radices montis consistere debebant, & tunc omnes simul prostrati in terram adorauerunt dominum cuius gloria apparebat super monte Sinai. Et tunc incipientibus Moyses & Iosue ascendere in montem manserunt omnes alij, & redierunt in castra. Solusque Moyses ascendit ad dominum. Scilicet ad summam partem montis, in qua erat gloria domini: sic dicitur infra: Septima die vocauit Moysen de medio caliginis. Et sequitur: Ingressusque est Moyses medium nebulæ, & ascenditque in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

An septuaginta seniores montis Sinai cum Moysse ascenderint.

QVÆSTIO III.

ET si dicas contra, quia infra dicitur quod ascenderunt Moyses, & Aaron, & Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel. Respondetur quod non ascenderunt isti cum Moysse, nec etiam aliquam partem montis ascenderunt, sed solum accesserunt usque ad radices montis, & ibi manserunt, reuerisive fuerunt in castra. Et hoc satis patet ex litera infra, quia non dicitur, quod Aaron, & Nadab, & Abiu, & 70. seniores ascenderunt cum Moysse in montem, sed dicitur solum quod ascenderunt, & hoc est finis ea, que declarauimus supra 19. cap. ubi ponitur ascensio populi de castris ad audiendam legem, cum dicitur: Cum cepit clangere buccina, tunc ascendent in montem, & tamen mandatum fuerat, quod nullus auderet tangere montem, nec saltem terminos eius, nec transire terminos positos ad radices montis. Et sic datur intelligi, quod erat ascensus aliquis a loco castrorum versus ipsum montem, qui tamen nō erat per ipsum montem. i. quod nihil de monte ascendere tur, sed usquequo accederetur ad radices montis, erat aliquis ascensus: & hoc quia castra filiorum Israel erant in loco infimo, & plano circa aquas, & mons erat in quodam loco plano, ita quod radices montis incipiebant ab aliqua planicie, & illa erat altior quæ locus castrorum, & a loco castrorum usque ad illam erat quidam ascensus, & tamen nondum ascendebatur quidquam per montem, & iste fuit ascensus populi, quoniam iuit ad audiendam legem, & hoc idem ascenderunt isti seniores, & Nadab, & Abiu comitantes Moysen de monte. Sed adhuc hoc patet, quia infra cum ponitur ascensus iste, dicitur: Surrexerunt Moyses & Iosue minister eius: ascendensque Moyses in montem Dei senioribus ait: Expectate hic donec reuertamur ad vos: in quo videtur, quod seniores nihil ascenderint de monte, quia cum Moyses ascendere vellet, dixit senioribus, quod expectarent: ergo non ascenderunt. Sed adhuc de Iosue arguetur, quia dicitur quod Moyses & Iosue minister eius ascenderunt, & dixit senioribus, expectate hic donec reuertamur: ex quo videtur, quod non solum ipse ascendebat: sed etiam Iosue cum eo: nam pro seipso non diceret donec reuertamur. Respondetur quod Iosue ascendit cum Moysse, sed non ascendit ad cacumen montis, nec intrauit caliginem, ad quam intrauit Moyses, sed ascendit ad

quandam partem montis altam, & steterunt ibi Moyses & Iosue sex diebus. Nam non audebat Moyses accedere ad caliginem, in qua erat deus: & in septimo die vocauit Deus Moysen de medio nebulæ, & intrauit Moyses illam caliginem, & mansit ibi quadraginta diebus, & noctibus quadraginta. Iosue autem mansit in loco illo, ubi steterat ante cum Moysse antequam vocaretur a Deo. Et patet, quia ipse nesciebat quomodo tempore Moyses permansurus esset in caligine cum Deo: & tamen in die quadagesimo quando descendebat Moyses de monte descendit cum eo pariter Iosue, ut patet infra 32. c. Cuius signum est, quod semper expectauisset eum. Et illi non appropinquabunt. i. seniores, & Nadab, & Abiu, atque Aaron non debebant appropinquare ad locum, in quo erat deus, sed manserunt ad radices montis Moysse ascendente, & postea in castra populi reuersi sunt. Nec populus ascendet cum eo. Non solum non ascendet populus cum Moysse ad montem in partes superiores, sed etiam nec exibat de castris cum eo, ut veniat usque ad radices montis: nam hoc solis septuaginta senioribus, & Nadab, & Abiu, atque Aaron concessum est. Venit ergo Moyses. scilicet descendens de monte Sinai in die, quo data fuit lex, & in quo ei soli præcepta ceremonialia, atque iudicialia supra posita dicta sunt. Et sciendum quod postquam finito clangore tubæ super montem Sinai quando dabatur præcepta, & vocatus fuit Moyses ad medium caliginis nunquam descendit, donec ista præcepta, quæ continentur in istis tribus capitulis a domino accepit, & rediit tunc ad populum in eadem die ad confirmandum legem cum populo, & iste fuit reditus, de quo dicitur hic. Et narrauit plebi omnia verba domini. Ut videret si consentiret populus his legibus: & hoc mandauerat ei Deus in principio horum præceptorum. supra 20. cap. in fine, cum dicitur: Dixit præterea dominus ad Moysen: hæc quoque dices filiis Israel. Omnia verba domini. scilicet omnia contenta in tribus capitulis immediatè præcedentibus, & in vltima parte. 20. ca. Atque iudicia. In istis capitulis continentur præcepta ceremonialia, & iudicialia, & aliqua, quæ erant aliquantulum moralia. f. informationes quedam iudicum, de quibus patet præcedenti capitulo, maior tamen pars est in præceptis iudicialibus: ergo nominauit hic iudicia. Possunt autem intelligi ceremonialia & quedam moralia hic dicta per id, quod dicitur. Omnia verba domini. Et sequitur confirmatio. Responditque cunctus populus.

An totus populus fuerit congregatus ad audiendum præcepta veniente Moysse de monte: & qualiter potuit ab omnibus audiri.

QVÆSTIO V.

QVÆRES nunquid totus populus affuerit ad audienda ista præcepta veniente Moysse de monte. Forte respondebit quispiam quod non fuerunt omnes de populo, sed principaliores, qui in virtute continent totum populum: sicut patet supra 12. c. ubi dixit deus Moysi: Loquere ad vniuersum cætum filiorum Israel. Et postea cum Moyses vellet complere hoc præceptum, sequitur: Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel. quod quod in senioribus populi totus populus consistebat: & magis declaratur in fine eiusdem. c. nam cum solos seniores vocasset, & locutus fuisset eis, subditur quod auditis his incuruatus est populus, & adorauit dominum. Seniores ergo vocauit totum populum: & sic videtur hic forte dicendum alicui, quod soli principaliores populi vocati fuerint. Et potissimum si detur, quod omnes de populo uenerunt ad audiendum: cum ibi esset tanta hominum, &

Oportet quorsidā. Et ratio.

Alia ratio.

Parti Secunda. A + mulic.

Alph. Tost. super Exodi

Doctores
sponso.

mulierum multitudo tam Hebræorum, quam Agy-
ptiorum, satis difficile videbatur, quò vos audiretur.
Sed dicendum est non obstantibus his, quod ad audienda
ista præcepta totus populus conuenit, s. oēs tam Israe-
lita, quam Aegyptij promiscui, qui cum eis ascende-
runt, & hoc tam senes quam iuuenes, præceptis, quas pro-
pates rationis, & legis erant. Et ratio est, quia si ad au-
diendū recitari, nisi legis factam per Moysen in Deum,
totus populus conuenit, ita quod nullus uir, aut femina de
his, qui intelligere poterant desiciebat, quanto magis
videbatur debuisse stare nunc in promulgatione legis.
Fundatur ratio in hoc, quia multitudinē congregari
totum in tanto populo, quantus erat populus Iuda, offi-
erat difficile, & non congregabatur nisi in ualde ma-
gnis negociis, quāto ergo maiora erant negocia, tanto
magis rationale erat conuungi totam multitudinem,
sed magis necessarium erat, quod conuinceretur ad audiē-
dam legem, quā tempore quo Moyses eam recitauit, &
tunc congregata est, ergo etiam nūc congregata fuit.
Quia autem magis necessaria esset nūc quā tūc,
patet, quia quō Moyses eam recitauit, cū moriturus eras,
iam lex lata fuerat, & confirmata, nec inde aliquas vi-
res acquisiuit, & dato quod tunc audirent eam, isce pondē-
bāt aliquas vires legi, nec tollebant. Nunc autem quā
lex non confirmata fuerat, & pendebat confirmatio
eius a uolūtate ipsorum recipientiū, multū differebat,
quod audirent ad confirmandum, uel infirmandum per
consensum suum, magis ergo necessaria erat tūc au-
ditio legis toti multitudini, quā tūc. Quia autem tūc
rota multitudo audiret congregata, patet Deut. 29. e-
cum dixit Moyses, Vos estis hic hodie coram domino
Deo uestro principēs uestri, atque tribuni, & maiores
natu atque doctores, omnis populus Israel, liberi, & uxō-
res uestræ, & aduena, qui tecum moratur in castris, ex-
ceptis lignorū ceteris, & his, qui comportāt aquas.
Dicendum est ergo, quod nūc in confirmatione, & pri-
ma auditione legis, quā erat in potestate eorum con-
sentire uel non consentire magis irent omnes ad au-
diendum, & sic tenendū est. Cum uero obijcis, quod no-
mine totius populi intelliguntur soli seniores, uel illi,
qui in populo sunt principaliores. Respondetur, quod ue-
rum est, nec enim arguimus ideo debuisse totū pō-
pulum conuenire ad audiendum, quia dicitur quod totus
populus conuenit, sed quia tale negocium erat, ad
quod totus populus conuenire debebat, cum in alijs
minoribus conueniret. Ideo etiam si non diceretur quod
totus populus conueniret intelligendum foret totum
populum conuenisse. Quando autem arguis, quod diffi-
cile erat posse a tanta multitudinē audiri uocem Moysi.
Respondetur, quod humanitas satis foret difficile, ut rāta
centena mil. a hominum uocem unius clare atque di-
stincte, & dulciter audiret, & quod ipse Moyses loquens
non ita alte aut impetuose loqueretur, quod cito fastidire-
tur: tamen factis modicis Deo erat, quia non erit im-
possibile apud Deum omne uerbum, ut patet Lu. 1. c.
Et necesse est dicere, quod uocē eius supra naturaliter Deus
clenauit, & contempneret faciendo sonantem at-
que suauem, quia confitetur morte suam toti
populo congregato legem totā explanauerit eo ordi-
ne, quo in Deuteronomio continetur. Eadem ergo
uocem, quā ibi uocauerit toti multitudinē audibilem
fecit, eadem fecit hic, cum esset tanta, & maior ne-
cessitas. Dicitur ergo, *Responditque cunctis populus*. Quia
cunctus populus ad audiendum conuenit, & cū
fuerat tanta uocem Moysi recitantis, mouit Deus
coram, ut eis illa uerba placerent, & omnes uno
animō responderent, quod uolebant. *Una uocē*, id est
quia equaliter omnes a Deo moti fuerant ad consen-
tiendum, equaliter omnes moti fuerant ad idem re-
spondendum. Et hoc factus est admirabile, quod in tan-

ta multitudinē non fuerit aliquis, cui ista non placuit,
cum hominis uaria cogitationes sint, nec omnes
idem iudicant, aut sentiunt, nec omnibus sic unanimi-
ter placuisset nisi Deus omnes eodem modo, & ad
idem promouisset. *Omnia uerba domini, quae locutus es
faciemus*. Id est omnibus legibus, præceptis, quas pro-
posuisti, consentimus, & libenter volumus regi per
illas.
Scripsit autem Moyses uniuersos ser-
mones Domini, & mane confurgens edi-
ficauit altare ad radices montis, & duode-
cim titulos per duodecim tribus Israel.
Misitque iuuenes de filijs Israel, & obru-
lerunt holocausta, immolaueruntque vi-
ctimas pacificas domino, & uirulos duode-
cim. Tulit itaque Moyses dimidiam par-
tem sanguinis, & misit in crateras, partem
autem residuam fudit super altare. Assu-
mensque uolumen foederis, legit audiente
populo, qui dixerunt. Omnia, quae locu-
tus est Dominus faciemus, & erimus obe-
dientes. Ille uero sumptum sanguinem
resperxit in populū, & ait. Hic est san-
guis foederis, quod pepigit Dominus uobi-
scum super cunctis sermonibus his. Ascen-
deruntque Moyses, & Aaron, Nadab, &
Abiu, & septuaginta de senioribus Israel,
& uiderunt Deum Israel, & sub pedibus
eius quasi opus lapidis Sapphyrum, & quasi
caelum, cum serenum est. Nec, nō super eos,
qui procul recesserant de filijs Israel, misit
manum suam, uideruntque Deum, &
comederunt, ac biberunt. Dixit autem do-
minus ad Moysen. Ascende ad me in mon-
tem, & esto ibi: daboque tibi tabulas lapi-
deas, & legem ac mandata, quae scripsi, ut
doceas filios Israel. Surrexerunt Moyses, &
Iosue minister eius, ascendensque Moyses
in montem Dei, senioribus ait. Expectate
hie, donec reuertamur ad uos. Habetis
Aaron, & Hur uobiscum: si quid natum
fuerit questionis, referetis ad eos. Cunque
ascendisset Moyses, operuit nubes mon-
tem, & habitauit Gloria Domini super Si-
nai tegens illum nube sex diebus: septimo
autem die uocauit eum de medio caliginis.
Erat autem species gloriae domini, quasi
ignis ardens super uerticem montis in con-
spectu filiorum Israel. Ingressusque Moyses
medium nebulae, ascendit in montem, &
fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta
noctibus.

Supra eo
Hebrg. 9.

Infra 31,
& 32.

Infra 34
& 35

cap. mii
ante h.

Scripsit

Responsio
ad ratione
alterius o-
pinionis.

Responsio
ad aliam
rationem.

Admirabi-
le fuit, quod
tanta mul-
titudine
Hebræoru
non fuerit
aliquis cui
illa præce-
pta non pla-
cerent.

gens. Poterat autem esse alia causa, quia populus ad-
merat nouiter legem, quia multa præcepta continent
in tribus. s. in personibus, non potuit populus retinere,
ideo ut daretur populo copia legis, quam acceperat, &
dum Moyses maneret in monte ad accipiendas tabu-
las, haberet populus in quo uacaret studijs, & addisce-
ret legem, quae necessaria erat: ne forte si contra eam
agerent, non excusarentur, quia eam non sciebant, quia
copia eis non data fuerat legis. *Et mane confurgens*. Scili-
cet in aurora diei sequentis postquam descendit de
monte, & composuit legē recitauit coram Hebræis.
Adificauit altare. Istud altare fuit ad immolandum in
eo holocausta domino, ut de sanguine horum holo-
caustorum aspergeretur super populum, & super alta-
re, & super librum legis: *Ad radices montis*. Scilicet
montis Sinai, quia iste apud eos uocatur mons per ex-
cellentiam, quia plura ibi bona receperunt quā in alijs
locis, s. legem, sacrificia, sacerdotium, & tabernaculum,
& omnes ceremonias illius populi, ut patet in discursu
istius libri a. c. 9. supra posito usque ad finem: in quo
agitur de præceptis constructionis tabernaculi atque
moralibus, & de constructione tabernaculi. In Leui-
tico quoque consequenter de sacrificijs, & solemnitati-
bus, & alijs ceremonijs. Et haec omnia, dicta sunt in
monte Sinai, ut patet Leuit. 27. c. scilicet in uisita-
tione ipsius Leuitici, cum dicitur. Haec uerba locutus
est dominus ad filios Israel, per Moysen in monte Si-
nai, & non solum haec, sed etiam computatio bellato-
rum, totius populi, & diuisio locorum in castrametandi
quantum ad quamlibet tribum, & separatio Leuitarū
ad ministerium domini pro toto Israel, cum determi-
natis officijs suis, & consecratio tabernaculi, & similia,
quae describuntur in lib. Numerorum a principio us-
que ad decimum c. in monte Sinai facta sunt, quia 10.
cap. libri Numerorum agitur, quomodo mouit castra
Israel de monte Sinai. Vocatur etiam Sinai mons, nō
expresso nomine proprio, quia quādo ista fiebant, erat
apud montem Sinai castrametantes, ut satis patet ex
dictis, ideo non oportebat nomen montis exprimere.
Apud radices montis. Non tenuerunt postea Iudaei equi-
dem uinum immolandi, quem nunc tenuerunt: nam
semper iam uolabant intra atrium tabernaculi, & qui-
cunque aliō uictimam aliquam offerret, morte di-
gnus erat, ut patet Leuit. 17. c. Nunc autem tabernacu-
lum nondum erat, nec atrium tabernaculi, ideo non
poterat offerri intra atrium tabernaculi, sed ad radices
montis. Et hoc fecit Moyses, quia ibi erat locus mun-
dus separatus a castris, quae erant infra in loco plano
circa aquas. A loco castrorum usque ad radices mon-
tis erat quidam ascensus, ut supra dictum est, & apud
eandem radices seniores septuaginta Israel, & Moyses,
& Aaron, Nadab, & Abiu adorauerunt prostrati in ter-
ram, quando Moyses, debuit in monte ascendere pro
tabulis, ut supra diximus. Causa autem alia, quare ibi
altare positum, uel adificauit fuit, est, quia sacrificia
fuit coram domino: sed ab illo loco directe uidebatur
esse profectus ad nubem caliginosam gloriae domini,
quae erat in uertice Sinai, ergo locus ille aptior erat,
quā in castris ad immolandum, & ista eadem causa ui-
detur esse, quare ibi seniores prostrati adorauerunt, s.
quia ibi erat altare, ubi fuerant facta holocausta, quod
representat speciem Dei assistentiam. Etiam quia ex
illo loco Deum uidebant, s. nubē gloriae eius ducēti-
& melius, quā in castris partibus propinquis monti.
Et duodecim uirulos per duodecim tribus filiorum Israel. Di-
citur titulus aliquis lapis in signis eleuatus ad manife-
standum aliquod de loco, & hoc modo proprie uocatur.
Quid sit titulus lapis quaedam super sepulchrum, aliquis ad no-
tum, quod ibi sepulchrum sit, & hoc dicitur Gen. 35. c. 1.
Erexit Iacob titulum super sepulchrum Rachel, hic
est

Ora pce
pta tam
moralia q
iudicialia,
& ceremo-
nialia a 19. c.
Exodi scā
sūt in mō-
te Sinai.

Qf Moy-
ses fecit al-
tare ad ra-
dices mō-
tis Sinai.

est titulus monumenti Rachel. Aliquando accipitur titulus pro lapide nominante aliquem locum ratione alicuius rei specialis, & sic Jacob posuit titulum in Bethel, ut patet Ge. 28. c. Surgens mane Jacob tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens desuper oleum. Aliquando accipitur pro aliquo lapide posito in signum cultus Idolorum: & coram illo lapide inclinabant se homines, ut patet Leuit. 26. c. Non facietis idolum sculpsile, nec erigatis titulos, nec ponetis lapidem in signum, ut adoretis in terra vestra. Aliquando accipitur titulus pro altari, ut patet Gen. 35. cap. cum dicitur: Ille vero, scilicet Jacob erexit titulum lapideum in loco, in quo locutus fuerat ei Deus libans super eum libamina, & fundens oleum. Hec autem libatio super altare fit, siue illud paruum, siue magnum sit.

An fuerint duodecim altaria a Moyse edificata in radice Sinai.

QVAESTIO. VI.

HIC autem si forte dicit aliquis, quod accipiuntur tituli pro altaribus: ita quod fierent duodecim altaria pro commemoratione duodecim tribuum Israel, & super quodlibet immolaretur pro sua tribu. Sed hoc non videtur verum, quia tunc non esset altare vnicum sed altaria multa, scilicet duodecim litera tamen repugnat, quia dicit quod Moyse edificauit altare: si autem isti tituli essent altaria, diceretur quod Moyse edificauit duodecim altaria, & non quod edificauit altare: vel diceretur quod istud altare esset extra duodecim altaria, & hoc valde superuacuum est: quia tunc in illo non immolarentur hostia cum in alijs deberent immolari pro qualibet tribu in altari suo. Respondendum ergo, quod altare vnicum fuit, ut litera innuit, scilicet edificauit Moyse altare, & in illo altari fuerunt facta omnes victimae: nam non debebant in multis altaribus simul immolari Deo, ne putarent pluribus dijs immolari, & quaelibet tribus crederet se pertinere ad alium Deum, quod nullo modo conueniebat, de quo magis diximus supra 20. cap. De titulis autem dupliciter dici potest: vno modo, quod isti duodecim tituli, fuerint duodecim magni lapides erecti in memoria duodecim tribuum Israel, & quod super istos lapides distincte positos ob recordationem nullum sacrificium fieret, sed solum super altare vnicum, quod fabricauerat Moyse, & hoc satis concordat litera dicentis: Aedificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos, per duodecim tribus filiorum Israel, id est altare primo edificauit, deinde posuit duodecim titulos in diuersis partibus ob recordationem duodecim tribuum Israel. Et hoc non recipit aliquod inconueniens, sicut si poneremus fuisse facta altaria duodecim. Nam sacrificia diuersis locis facta aliquo modo erant in scandalum illi genti, quae facilius inducebatur ad credendum multipliciter Deorum, cum sacrificia sint cultus diuini. Quod tamen ponantur altaria ad memoriam tribuum, vel alicuius alterius facti nullum scandalum est: & ista fuit ratio, quare cum tempore Iosue deuictis hostibus, & diuisa terra, duae tribus, & dimidia, quae hereditatem acceperant ante transiitum Iordanis, redirent in possessionem suam, & constituerent altare nimiae magnitudinis circa Iordanis tumulos: comperit per alias nouem tribus, & dimidiam, quid fractes sui egissent parauerunt se ad bellum contra eos. putantes, quod ibi per se vellent sacrificare, cum iam alius locus sacrificandi intra atrium tabernaculi constitutus fuisset in Silo, ut patet Iosue 18. c. Mittentes autem nuncios ad eos, ut totaliter veritatem, & motuum eorum cognoscerent, compererunt quod duae tribus, & dimidia non fecerant altare ad immolandum hostias, sed in

Do. sua.

memoriam posterorum, ut ipsi etiam crederentur ad Deum Israel pertinere, sicut & nouem tribus, & dimidia, quae habitabant transito Iordane: quo cognito placatus fuit Iosue, & omnes nouem tribus, & dimidia, nec interunt bellum, ut patet Iosue 22. c. Alio modo potest intelligi de istis duodecim titulis, quod non fuerunt lapides positi per se distincti ad futurorum memoriam, sed de istis duodecim lapidibus, qui ad signandum duodecim tribus Israel ponebantur factum fuit altare, & tunc adhuc isti lapides duodecim erant tituli ad duo. primo quod signabantur absolute duodecim tribus Israel per istos lapides duodecim, qui sicut vnum altare constituebant, ita duodecim tribus Israel ad vnum Dei cultum pertinebant. Secundo erant tituli: quia signabant, quod sacrificium illud, quod super illud altare fiebat, erat ad rogandum pro duodecim tribubus Israel, siue quod sanguis effusus super illud altare fiebat ad confirmationem pacti cum duodecim tribubus Israel, & isto modo Iosue 4. c. habetur quod mandauit Iosue educi lapides magnos duodecim de aluo Iordanis, & fieri altare vnum de illis ad memoriam filiorum duodecim Israel. Sic etiam 3. Reg. 18. cap. habetur de sacrificio Eliae in monte Carmelo, quod fecerit altare ponens lapides duodecim, ad memoriam duodecim tribuum: & hoc magis tenendum est.

An in duodecim lapidibus positis in memoriam duodecim tribuum scriberentur nomina ipsarum tribuum.

QVAESTIO. VII.

SED tunc quares, cum isti lapides 12. positi fuissent ad memoriam 12. tribuum Israel, nunquid fuerunt scripta nomina eorum ibi. scilicet quod nomen vnius scriberet in lapide vno, & nomen reliquorum in reliquis. Et videtur sic, quia cum ista positi lapidum fieret ad memoriam tribuum 12. & memoria magis seruatur in literis, quam si sine literis ponatur: debebat sculpi littera in lapidibus. Patet enim quia si non sculperentur lapides illi 12. licet tunc sciretur, quare ponebantur 12. lapides: tamen non cognosceretur post hoc, quare positi fuissent ibi illi lapides. duodecim, si litera non declararent: si autem litera in signata essent lapidibus maneret in aeternum memoria illius facti: ergo literis hoc traditum est memoria. Item quia sic mandauit Deus fieri in vestibus sanctis Aaron. scilicet in lapidibus sculperentur nomina filiorum Israel, & sculpebantur bis, quia in Ephod, siue superhumerali erant duo Onychini magni, in quorum quolibet sculpta erant sex nomina filiorum Israel: & erant isti Onychini in extremitate Ephod, siue superhumerali. Sculpta sunt etiam duodecim nomina filiorum duodecim Israel in lapidibus duodecim, collocatis in quatuor ordinibus in rationali: & ista nomina portabat Aarō corā dño, cū ministrabat, ut patet infra 28. c. ergo conformiter hic in his duodecim lapidibus altaris sculpi debebat. Dicendum autem quod duodecim lapides positi in illo altari ad memoriam 12. tribuum in futurum, & ad significationem eorum, quae tunc fiebant nullam litteram insignitam, aut sculpturam habebat. Et forte aliquis dicit causam huius esse: quia si sculperentur illi lapides, & imprimerentur ibi nomina filiorum Israel: oportebat nomina illa, quae sculpta forent in lapidibus existentibus apud pavementum esse in loco abiecto, & nomina scripta in lapidibus, quae erant in superiori parte altaris esse in loco nobiliori, super quo diffensionis fomes nasceretur: ideo non debuerunt in scribi sic lapidibus non scriptis autem literis, licet essent ibi duodecim lapides signantes, duodecim nomina filiorum Israel, quia tamen nesciretur quod lapis ponebatur pro vno, & quis lapis pro altero: non posset diffensio suboriri.

Do. datur. Rō quēdā ponēs quā non erant lapides sculpi.

Respon-

Resp. ad rationem.

Mod⁹ quo collocarētur si lapides sculpi fuissent. Qui prior est tempore: potior est aere.

In politijs bene ordinatis gradus scissionis, & locutionis.

Rō doct. ponēs quā re lapides sculpi non fuerit insigniti.

Respondetur, quod ista ratio nihil concludit: nam hoc dato eodem modo fuisset contentio propter lapides existentes in rationali habentes nomina duodecim filiorum Israel, quia quidam erant superiores, & quidam posteriores, & inferiores, cum essent in quatuor ordinibus, ut patet infra 28. c. & tamen isti lapides continebant nomina duodecim, & non fuit ob hoc facta aliqua diffensio. Eodem modo diceretur, etiam quod sequeretur diffensio propter castrametationum loca, scilicet in nobiliori loco castrametaretur ad orientalem plagam: & cum buccinā clangerent dando signum motus castrorum vexillum tribus Iudae mouebatur, ut patet Nu. 2. & 10. c. Etiam esset diffensio, quia quaedam tribus habebant vexilla, scilicet quatuor tribus, scilicet Iudas, Ruben, Ephraim, Dan, ut patet Nu. 2. c. & aliae tribus erant sub vexillis harum: tamē nulla erat diffensio: ergo nec hic esset diffensio. Modus autem, quo collocari debebant lapides isti si sculperentur nominibus filiorum Israel, erat quod illi, qui essent priores secundum natiuitatem, ponerentur in loco nobiliori, & digniori altaris, & sic per ordinem, donec veniretur ad vltimum datum, qui ponere tur sub omnibus alijs in loco inferiori, & non esset tunc locus inuidiae, quia rationabiliter ille, qui prior est tempore, potior est iure: & tunc scit quilibet se habere locum secundum ordinem natiuitatis suae, & cognoscit alios natiuitate priores superiorem locum tenere, non indignatur. Si autem daretur locus: propter dignitatem, aut bonitatem alicuius, esset tunc locus inuidiae: quia ex hoc quod aliquis poneretur sub omnibus alijs, daretur intelligi, quod omnes alij erant meliores eo: in quo homines multum zelant, quia dato, quod sic esset secundum rectum, nemo vellet se teneri ab alijs in minore reputatione bonitatis, quam quilibet alius. Et patet, quod iste fuisset ordo in ponendo lapides in altari, quia istum ordinem mandauit Deus esse in sculptura nominum, cum posita sunt in duobus Onychinis Ephod, & in duodecim lapidibus rationalis, ut patet infra 28. c. cum dicitur: Sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in lapide altero iuxta ordinem natiuitatis eorum opere sculptoris: sunt ergo ad eundem modum in politijs bene ordinatis gradus scissionis, & locutionis, & omnium aliorum quantum ad honores, & actus publicos. Et ob hoc rectores ciuitatum tenent gradum in sedendo secundum gradum antiquitatis: non quidem antiquitatis in aetate, sed antiquitatis in officio, vel dignitate illa: sic etiam magistris, & doctores in actibus, & honoribus scholasticis sedent, & loquuntur secundum gradum antiquitatis in gradu, id est secundum prius, aut posterius suscepit gradum magisterij, aut doctoratus: nam si deberet dari maior honor in sedendo, vel loquendo secundum maiorem aetatem, & minoritatem scientiae, esset valde odiosa persecutio, quia quilibet se altero, aut sapienterem, aut aequè sapientem existimat. Etiam dato quod aequè auferretur omnis iste honor, tamen secundum veritatem reperiri non poterat, quis sapientior sit, nisi sit valde magnus excessus inter aliquos, & multum notabilis: rationabiliter ergo valde sic constitutum est. Faciendo ergo isto modo in assignatione lapidum signatorum nominibus filiorum Israel, in altari nullus daretur fomes inuidiae. Dicendum ergo aliter, quod non fuerunt isti lapides sculpi nominibus filiorum Israel, quia tunc oportebat lapides polire, & polire opere sculptoris inscribere singulis lapidibus nomen vnius tribus filiorum Israel: hoc autem non poterat fieri in tam breui spatio: nam Moyse ea die, qua venit de monte, locutus fuit omnia verba preceptorum superiorum ad populum, & sequenti die mane constituit altare edificauit, & immediatè fecit victimas, & confirmauit legem effundendo super populum sanguinem, & altare atque librum legis: sed ad poliendum lapides duodecim magnos, & postea sculpendum, &

collocandum altare, erat necessaria tota vna dies: imò amplius dato quod multi in hoc laboraret. Secundo quia dato quod potuissent in eadem die sculpere, & polire, & collocare faciendo omnia alia: tamen lex non permittebat, quia inter ista praecepta, quae nunc Moyse populo recitauerat, vnum de primis erat: Altare de terra facietis mihi: quia si altare lapideum feceris mihi, non aedificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrum tuum super illud, polluetur. Non est ergo verisimile, quod immediatè Moyse ageret contra istam legem, quam nunc populo duxerat confirmandam, & coram eis recitauerat: nam eam confirmando potius infirmaret, quod erat implicare. Patet, quia ipse faciebat sacrificium super altare illud, ut de sanguine hostiarum immolarum super altare aspergeretur populus, & liber legis in confirmatione illius pacti, siue legis cum Iudaeis: si tamen ipse immolaret super altare de lapidibus sectis, & sculpsit, ageret contra vnum de principalissimis praeceptis, quae recitauerat: ergo confirmando legem hanc potius eam infirmaret, quod erat contradictio in adiecto. Si tamen vellemus adhuc esse necessitatem aliquam scribendi illa nomina duodecim filiorum Israel in altari, ut potè quia Deus mandaret scribi in altari, adhuc non deberent sculpi lapides, sed rudēs lapides ponerentur, quos ferrum nullatenus tetigisset, & desuper inducebatur calx, ita ut concuities rudium lapidum replerentur, & maneret calx plana in superficie, & ibi scriberentur nomina. sic. n. factum fuit in monte Hebal, ubi mandauit Deus, ut post transiitum Iordanis struerent altare de lapidibus rudibus atque informibus, quos ferrum non tetigit, & leuigarentur calce, & in superficie calcis scriberetur totum Deuteronomium, ut patet Deuter. 27. c. Ad rationes factas in oppositum: ad primam quando dicitur, quod cum istud altare fieret ad memoriam, & magis memoria conseruari potuisset scribendo ibi nomina, quam non scribendo: ergo scripta sunt. Respondetur, quod duodecim lapides positi sunt in illo altari tanquam duodecim tituli propter duo. Primo ad signationem praesentium: secundo ad memoriam futurorum. Ad signandum quidem praesentia, ut intelligeretur quod istud sacrificium, quod fiebat erat, pro duodecim tribubus Israel. Memoria pro futuris erat, ut qui postea viderent illud altare, recordarentur, quod ibi fuerit factum sacrificium a duodecim tribubus filiorum Israel, transiitum per desertum: sed potissimum quod hic requirebatur erat signatio praesentium, ut videretur, quomodo ad duodecim tribus extendebatur sacrificium illic factum, & hoc satis notabatur per duodecim lapides ibi positos, dato quod nomina non inscriberentur, cum ipse praesentibus innotesceret causa, quare sic fieret: memoria autem futurorum non erat necessaria: ideo non erat necesse poni literas nominum in scriptis faxis politis testis praeteritorum: hoc tamē adhuc Moyse fecisset si licuisset, sed non licebat: quia altare de lapidibus sectis construere vetitum erat, ut patet supra 20. c. Ad secundam rationem, quando arguitur, quod sicut licuit in Ephod, siue superhumerali in duobus Onychinis 12. filiorum Israel nomina scribi, & licuit in duodecim lapidibus Rationalis sculpi nomina duodecim filiorum Israel, ut patet infra 28. cap. ergo liceret in lapidibus altaris eadem scribi. Respondetur, quod non est similitudo: nam ista duo non sunt licita, vel illicita, siue bona, & mala secundum se, sed solum quia prohibita, vel permessa. Nam nisi Deus prohibuisset dolare, & sculpere lapides altaris illicitum non foret, sed Deus vetuit altaris lapides poliri, & non vetuit, sed postea praecepit lapides Rationalis, & Ephod sculpi, ut patet infra 28. c. ergo non est eadem ratio liciti, & illiciti in vtriusque. Item considerando sine aliqua lege data ad nocu-

R. ad rationes. Ad primam.

Ad secundam.

mentum,

mentum, s. quid istorum nocentius erat: manifestum est, qd sculpere lapides altaris valde magis nocens erat, quam sculpere lapides Rationalis, vel Ephod: & hoc patet considerando radicem nocenti. Nocentium autem est inclinando, vel dando occasionem ad idolatriam, quae valde timebatur in Hebraeis: in hoc autem magis mouebat sculptura altaris, quam sculptura lapidum Rationalis: nam lapides preciosi existētes in Rationali, & Ephod erant quaedam ornamenta vestium sacerdotalium, sicut anuli sunt ornamenta manuum cuiuslibet viri. Ad haec autem non respiciebat populus, sed respiciebat ad ipsum altare, super quē signabatur esse Deus specialiori modo, quam in alijs locis. Si ergo viderent aliquam sculpturam in altari, signarent illam tanquam Deum imitantes Gentilium in saniam, qui tot Deos esse posuerunt, quot sunt res. imò plures Deos quam res. Fuit ergo satis necessarium illi tempore considerata Iudaorum fragilitate, vt altaria nullo modo sculperentur: ne quouis modo ad idolatriam haberentur, & ob hoc ista lex de altari construendo de lapidibus rudibus atque informibus habuit fundamentum. Et duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Ponebantur duodecim lapides in illo altari, & isti erant tituli, idest facientes cognitionem filiorum duodecim Israel. Per duodecim tribus Israel. Idest pro qualibet tribu fuit positus vnus lapis, & sicut erant duodecim tribus, ita duodecim lapides fuere.

Gentiles tot Deos exhibuerunt, quot res: imò plures quā res.

Quae vocantur hic duodecim tribus Israel, & an Leui fuerit computatus pro tribu, & quando Ioseph incepit esse diuisus in duas tribus.

QV AESTIO. VIII.

SED quæretur, quæ vocantur hic duodecim tribus Israel. Dicendum qd tribus dicitur quaedam congregatio multorum habentium se inter se, s. m. quamdam attentiam cognitionis, & descendentium ab eodem stipite: sed Israel, siue Iacob, quod idem est, habuit duodecim filios: ergo ab illis denominantur duo decim tribus: & sic vocabuntur hic duodecim tribus, idest duodecim congregationes, duodecim cognationum ab illis duodecim filijs, vt tribus Ruben, tribus Simeon, tribus Leui. Sed dices, qd Leui non computatus fuit ibi pro capite tribus, quia tunc sequeretur, qd essent tribus tredecim, cum Ioseph duas tribus haberet, scilicet Ephraim, & Manasse, & communiter computatur in toto veteri testamento. Respondetur, qd Leui computatus fuit hic pro capite tribus, qd cognatio eius dicebatur vna tribus. Et cum dices, qd sequeretur esse tribus tredecim, non valet consequentia, quia Manasse, & Ephraim tunc vna tribus erat, ideo necessesse erat Leuiticam cognationem esse tribum ad complendum Numerum duodecim tribuum. Patet hoc, nam tribus denominantur, vel a personis, vel a fortibus hereditatum: quando enim hereditas non respicitur, necessesse est, vt a personis denominetur, & sic Apocal. 7. ca. vbi Apostolus denominauit tribus Israel, faciens mentionem de conuersis ad Christum: quia in hoc casu hereditas nulla respicitur, a personis denominauit, s. ponens vnam esse tribum Leui, & vnam tribum Ioseph: nunc autem possessiones vllas habebant: ergo personæ faciebant tribus. Cum ergo Leui esset vnus de filijs Iacob: ergo faciebat vnam tribum, sicut quilibet aliorum. Sed ad hoc respondebis fortè, qd iam Ephraim, & Manasse distinctæ erant, vt duæ tribus, cum quo stare non poterat, qd esset cognatio Leuitica vna tribus. Antecedens patet, vt dicitur Gen. 48. duo igitur filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti, ante-

Tribus quæ que denominatur a personis: quæ a fortibus hereditatum.

quam huc venirem ad te, mei erunt Manasse, & Ephraim, sicut Simeon, & Ruben reputabuntur mihi, idest qd sicut Ruben, & Simeon, qui erant maiores in bonis Iacob, vel in promissione facta ad eum, quia erant primi tempore, ita duo isti filij tui erunt, quia accipientambo tantam hereditatem, sicut quilibet alij duo de filijs Iacob: dicendum ergo videtur, qd isti duo iam facerent duas tribus. Respondetur, tribus Israel nunquam fuerunt nisi duodecim, & tamen si diuidatur Ioseph in duas partes, oportebit, vel quod sint tribus tredecim, vel quod excludatur Leui: ergo nunquam potuit Ioseph esse distinctus in duas tribus, donec Leui desijt esse tribus, cum ei a principio comperet vnus fors, sicut ceteris fratribus, cum ipse esset vnus de primis fratribus, & filius Lia: Leui, tamen nunquam fuit separatus a reliquo populo, donec Deo in secundo anno exitus de Aegypto in monte Sinai, in principio anni separauit sibi tribum Leui a populo Israelitarum, faciendo totam illam tribum subiectam cultui administrationis suæ, vt patet Num. cap. 3. cum dicitur: Tolles mihi Leuitas pro omni primogenito filiorum Israel: ego sum dominus, & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel, eruntque Leuitæ mei, dicit dominus: & postea dat omnia officia, & labores ministracionum tabernaculi, & atrij, & deportationem eorum Leuitis, vt patet Num. 4. & 8. cap. & deinde assignauit eis in munus omnes redditus decimarum, & primitiarum, & votorum, & redemptionis primogenitorum, ceterorumque ad Deum pertinentium pro seruitio, quod faciebant, & conclusit quod propter hoc non accepit Leui partem cum fratribus suis, quia Deus pars eius est, vt patet Num. 18. & 35. & cum facta fuit ista diuisio Leuitarum a reliquo populo, incepit etiam Ioseph diuisus computari in duas tribus, scilicet in Ephraim, & Manassen, vt patet Numer. 1. cap. quando computati sunt viri bellatores: nam ponuntur ibi Manasses, & Ephraim tanquam tribus distinctæ, & Leui non ponitur in illa computatione tanquam non foret de populo Israel, sicut dicitur in eodem cap. & consequenter in 2. cap. Num. vbi ponitur castrametatio duodecim tribuum sub quatuor vexillis, & ponuntur Manasses, & Ephraim tanquam duæ tribus, & non computatur ibi Leui. ante hoc autem non erat diuisus Leui a reliquo populo: & consequenter nec Ioseph erat diuisus in duas tribus, licet promissum ei fuisset, qd diuidendus esset in duas tribus: ista autem constructio altaris facta fuit ante segregationem Leui a reliquo populo, & patet, quia ista diuisio facta est in primo mense secundi anni exitus de Aegypto, vt patet Num. 1. cap. Constructio autem altaris, de quo hic dicitur: & positio titulorum fuit in primo anno exitus de Aegypto, in mense tertio, die quarto mensis. Vel secundum Hebraeos plures in die septimo: ergo non erat diuisus Leui a reliquo populo, sed necessario computabatur, vt vnus de capitibus tribuum, & Ioseph computaretur tunc, vt aliud caput tribus. Manasse autè, & Ephraim nondum vocabantur tribus diuersæ vsq; ad principium secundi anni exitus de Aegypto: ideo si sculpi debuissent nomina tribuum in illis lapidibus, sculperentur nomen Leui in vno lapide, & nomen Ioseph in alio, & nullo modo fieret mentio de Manasse, & Ephraim, quia nondum exant distinctæ tribus. Misitque iuuenes de filijs Israel. Non immolauit istas victimas Moyse, sicut immolauit in consecratione sacerdotum. Huius causa fuit, quia Moyse non habebat sacerdotium nisi ei Dominus specialiter concessisset: nam sacerdotium erat ius consequens primogenituram patris sui, quia Aaron prior fuit per tres annos, cum Aaron haberet octuaginta tres annos, quando Moy-

Qd Ioseph incepit esse diuisus in duas tribus.

Qd post datam legem Moyse non immolauit, sed misit iuuenes ad immolandum.

Moyse octuaginta solos habebat, vt patet supra 7. A do ipse sit primogenitus patri suo Amram, cum esset maior quam Moyse tribus annis: ergo ad ipsum pertinebat principatus populi Leuitici. Et ista fuit causa quare ipse fuit factus summus sacerdos collato sacerdotio tribui Leuiticæ: nam sicut si ipsa tribus mansisset inter ceteras de populo, ipse Aaron futurus erat maioris dignitatis, eo qd erat princeps tribus: ita collato sacerdotio tribui Leuiticæ, & toto ministerio tabernaculi, iure proueniebat, vt Aaron id quod dignissimum atque maximum esset, daretur, scilicet summum sacerdotium. Cum ergo iste princeps fuerit, necesse erat ex fundamento prioris expositionis, qd primogenitus eius iret ad sacrificandum pro tribu Leuiticæ: sed Nadab erat primogenitus, cum semper ponatur ante alios fratres suos, s. Abiu, Eleazar, atq; Ithamar: ergo Nadab inter ceteros iuuenes, qui ad sacrificandum missi fuerunt vnus fuit. Et obtulerunt holocausta. Hic ponuntur duo genera sacrificiorum, scilicet holocaustum, & victimas pacificas: aliud genus tertium est, scilicet pro peccato, sed de hoc nihil hic fuit immolatum. Et huius videtur fuisse duplex causa. Prima, quia ritus sacrificiorum pro peccato non erat adhuc inditus, cum ceperit per traditionem ceremoniarum, quæ habentur de diuersis generibus sacrificiorum. Secundò, quia non erat tunc aliquod speciale peccatum communitatis, pro quo deberent offerre victimas pro peccato: iste tamen dabatur semper pro aliquo peccato, vel delicto secundum formam traditam Leuit. 4. & 5. cap. Item ante legem latam non videtur, quomodo possent offerre sacrificia pro peccato, quæ distincta essent a sacrificijs pacificis: nam sacrificia, quæ fierent antiquitus pro peccato, aut fiebant quia aliquis sciebat, aut credebatur peccatum sibi esse remissum, aut quia precabatur sibi remitti: si autem offerretur, quia sciebat sibi remissum, aut credebatur, vocatur hostia pacifica, idest oblata pro pace habita cum Deo: quia antea per peccatum erat nobis iratus, postea remissio illo nobis placatus est. Si verò offerrentur sacrificia, vt remitteretur peccatum, tunc pacifica etiam vocarentur, quia offeruntur pro pace habenda, scilicet vt Deus nobis pacificetur remittendo nobis culpam: nunc autem sacrificia pro peccato, aut delicto (vt verbis Leuitici vtar) distinguuntur a pacificis: quia pacifica sunt spontanea, sacrificia autem pro peccato necessaria sunt: quia eo qd aliquis tale, aut tale peccatum commisisset, tenebatur offerre tale, vel tale, vt patet Leuit. 4. & 5. & Num. 5. cap. Etiam quia ea, quæ pro peccato fiunt, differunt a pacificis quantum ad ritus.

Qui fuerint iuuenes ad immolandum missi.

QV AESTIO. IX.

QVI autem fuerunt isti iuuenes, litera non declarat. Aliqui dicunt, & tenet hoc magister in historia scholastica, qd fuerint duo filij Aaron, s. Nadab, & Abiu maiores filij eius, de quibus supra mentio facta est. Sed ista positio non videtur vera, quia in hoc fundatur pro tanto, qd teneretur nunc Aaron tanquam sacerdos, & filij eius etiam tanquam sacerdotes coram toto populo immolarent, sed hoc falsum est, quia nec Aaron, nec filij eius nõdum acceperant sacerdotium, quod fuit collatum in eorum consecratione, quæ postea fuit facta per Moysem, vt patet infra 29. & Leuit. 8. & 9. c. & ante hoc ipsi non immolabant. Et dato qd foret Moyse cognosceret futuros sacerdotes: tamen populus non consentiret eos immolare pro tota communitate: cum ibi essent alij ad quod magis pertineret, nisi Moyse declarasset Dei mandatum hoc esse. Dicendum ergo videtur, qd isti iuuenes de filijs Israel fuerunt duodecim filij duodecim principum filiorum Israel: nam ad primogenitos quoslibet pertinebat facere sacrificia, & immolationes cum essent ipsi sacerdotes. Et quia istud sacrificium pro tota communitate populi fiebat, dicendum est qd per tales primogenitos faciendum erat, qui communitatis vicem gererent: isti autem erant primogeniti principum Israel: nam sicut duodecim principes Israel gerebant personam totius populi eminentem: ita primogeniti omnium principum gerebant personam omnium primogenitorum totius populi: ergo ad istos pertinebat offerre pro toto populo: sicut pertinebat ad primogenitos totius populi sumptos simul offerre pro toto populo. Et hæc aliquantulum innuit litera ex modo loquendi, cum dicit: Misit iuuenes de filijs Israel. Idest misit iuuenes de omnibus filijs Israel, s. de filijs principum, qui representabant omnes primogenitos filiorum Israel: nam manifestum est, qd isti iuuenes erant de filijs Israel, quia Israelita neminem, qui esset extra genus suum, permitterent coram se offerre: cum ergo dixit, qd erant iuuenes ex filijs Israel, aliquid speciale notare voluit: nam aliàs solùm dixisset, misit iuuenes, & obtulerunt holocausta. Satis ergo videtur, qd isti vocabantur de filijs Israel, idest representantes omnes filios Israel, scilicet primogenitos principum. Alia causa huius etiam videtur, quia sacrificia hic fiebant pro duodecim tribubus: nam duodecim vituli immolati sunt pro duodecim tribubus, ergo non videbatur conuenienter, qd Nadab, & Abiu filij Aaron fuerint, qui ista holocausta fecerunt. Concedendum est tamen, qd inter istos immolantes fuerit vnus Nadab filius Aaron primogenitus eius, quia ista sacrificia facta sunt per filios duodecim principum filiorum Israel, & cum tunc tribus Leui computaretur inter alias cum nondum fuisset diuisa, vt probatum est: ergo oportebat, vt de ea mitteretur filius primogenitus principis: sed in tribu Leui erat Aaron princeps: nam vt patet supra 6. cap. vbi computatur generatio Ruben, & Simeon, & Leui, ponitur quomodo descendat Aaron per lineam primogenitorum tribus Leui, & quomo-

do ipse sit primogenitus patri suo Amram, cum esset maior quam Moyse tribus annis: ergo ad ipsum pertinebat principatus populi Leuitici. Et ista fuit causa quare ipse fuit factus summus sacerdos collato sacerdotio tribui Leuiticæ: nam sicut si ipsa tribus mansisset inter ceteras de populo, ipse Aaron futurus erat maioris dignitatis, eo qd erat princeps tribus: ita collato sacerdotio tribui Leuiticæ, & toto ministerio tabernaculi, iure proueniebat, vt Aaron id quod dignissimum atque maximum esset, daretur, scilicet summum sacerdotium. Cum ergo iste princeps fuerit, necesse erat ex fundamento prioris expositionis, qd primogenitus eius iret ad sacrificandum pro tribu Leuiticæ: sed Nadab erat primogenitus, cum semper ponatur ante alios fratres suos, s. Abiu, Eleazar, atq; Ithamar: ergo Nadab inter ceteros iuuenes, qui ad sacrificandum missi fuerunt vnus fuit. Et obtulerunt holocausta. Hic ponuntur duo genera sacrificiorum, scilicet holocaustum, & victimas pacificas: aliud genus tertium est, scilicet pro peccato, sed de hoc nihil hic fuit immolatum. Et huius videtur fuisse duplex causa. Prima, quia ritus sacrificiorum pro peccato non erat adhuc inditus, cum ceperit per traditionem ceremoniarum, quæ habentur de diuersis generibus sacrificiorum. Secundò, quia non erat tunc aliquod speciale peccatum communitatis, pro quo deberent offerre victimas pro peccato: iste tamen dabatur semper pro aliquo peccato, vel delicto secundum formam traditam Leuit. 4. & 5. cap. Item ante legem latam non videtur, quomodo possent offerre sacrificia pro peccato, quæ distincta essent a sacrificijs pacificis: nam sacrificia, quæ fierent antiquitus pro peccato, aut fiebant quia aliquis sciebat, aut credebatur peccatum sibi esse remissum, aut quia precabatur sibi remitti: si autem offerretur, quia sciebat sibi remissum, aut credebatur, vocatur hostia pacifica, idest oblata pro pace habita cum Deo: quia antea per peccatum erat nobis iratus, postea remissio illo nobis placatus est. Si verò offerrentur sacrificia, vt remitteretur peccatum, tunc pacifica etiam vocarentur, quia offeruntur pro pace habenda, scilicet vt Deus nobis pacificetur remittendo nobis culpam: nunc autem sacrificia pro peccato, aut delicto (vt verbis Leuitici vtar) distinguuntur a pacificis: quia pacifica sunt spontanea, sacrificia autem pro peccato necessaria sunt: quia eo qd aliquis tale, aut tale peccatum commisisset, tenebatur offerre tale, vel tale, vt patet Leuit. 4. & 5. & Num. 5. cap. Etiam quia ea, quæ pro peccato fiunt, differunt a pacificis quantum ad ritus.

An alia ceremonia obseruantur in victimis pro peccato, & alia in hostijs pacificis.

QV AESTIO. X.

ALII namque ritus seruantur in pacificis quam in comedit ipse sacerdos, & aliquid ipse, qui dat pecus immolabile: in sacrificijs autem pro peccato interdum nihil comeditur, interdum ipse sacerdos aliquid comedit: qui autem dat pecus ad immolandum pro peccato suo, nihil omnino comedere debet de eo sub magna pena. De sacrificijs pacificis patet Leuit. 3. & 7. ca. De sacrificijs pro peccato patet Leuit. 4. & 5. atque 6. c. & 8. ca. Ante legem Moyse de ritibus immolandi datam, non erat ista coactio in sacrificijs, ita quod aliquid cogere offerre, cum coactio sita lege, & tunc non esset lex. Etiam non erat distinctio in hoc, qd erat debere comedere sacerdotes aliquando, & aliquando nõ: & ipsum offerentem pro peccato suo nunquam. Nullo

Nulla modo ergo poterat esse apud antiquos differentia inter sacrificia pacifica, & pro peccato: & sic solum erant duae species sacrificiorum apud antiquos, scilicet sacrificium, quod erat holocaustum, & aliud quod erat pro peccatis, siue pacificum, & ista duo ponuntur hic, quia nondum data erat lex sacrificiorum, in qua distinctum est sacrificium pro peccato a caeteris. *Obtulerunt holocausta.* Dicuntur esse sacrificia facta ad solum laudandum Deum non precando aliquid fieri nobis, aut remitti per haec sacrificia: & in hoc totum cadauer animalis immolati super altare crematur cum capite, & pedibus, & intestinis lotis, ut patet Levit. 1. capitu. *Immolaueruntque victimas pacificas.* Istud est secundum genus sacrificij, & vocantur victimae pacificae illae, quae pro pace fiunt. Pax autem est duplex, vel habita, vel habenda: aliquando pax est habita, & tunc ista sacrificia sunt gratiarum actiones: aliquando rogatur pro pace habenda, & tunc sunt sacrificia ista supplicatio- nes. Ista pax non solum dicitur pro pace, quam habet homo, vel desiderat habere cum hostibus, sed etiam pro pace, quam habet cum Deo: cum enim aliquis petit aliquid a Deo, si Deus est illi beneuolus, & pacificus, dabit ei quae petit, quia amicus nihil amico negare nouit, cum amicitia vera sit idem velle, & idem nolle in rebus licitis, & honestis, ut ait Tullius in lib. de vera amicitia, & Arist. in 9. Ethicorum ait: Amicus est alter ipse. Si ergo nos aliquid a Deo petimus, quod- cumque illud sit, sacrificium pacificum offerre debemus secundum tempus illud, in quo talis oblatio erat ut Deus nobis pacificus sit, quia eo nobis pacificato, dabitur nobis, quod petimus si nobis expediens est. Cum autem Deus nobis, quod petebamus concessit, sacrificium pacificum offerimus tanquam Deus nobis pacificus fuerit, cum dederit, quod petebamus. De istis hostijs pacificis comedit Israel: nam de holocaustis comedere non licebat, imo eo ipso, quod comederent aliquam partem alicuius animalis immolati, iam non erat holocaustum: & hoc est quod infra dicitur: Viderunt Dominum, comederunt, atque biberunt, id est ita laetari debebant de communi, ut simul comederent de sacrificijs pacificis Dei sui. *Vitulos duodecim.*

An duodecim vituli immolati fuerint in holocaustum, vel in victimas pacificas.

Q V A E S T I O X I.

NON solum vituli, sed etiam vtrum isti vituli duodecim fuerint pro holocausto, an pro pacificis hostijs, non plene patet ex litera. Fortè tamen dicit aliquis, quod fuerunt pro hostijs pacificis: quia ista determinatio numeralis ponitur magis apud victimas pacificas, quam apud holocausta. Sed magis videtur, quod isti duodecim vituli fuerint pro holocausto: & patet primo, quia sacrificium principaliter hic factum fuit holocaustum, quod fit directe ad Dei pro laude eius, quolibet ergo tribus holocaustum offerret pro se ne aliqua crederetur expers benedictionis Dei, & confirmationis legis ad illam: sed nihil minus poterat offerre quolibet tribus quam vnum pecus: & ista pecora erant vituli: ergo duodecim vituli ad holocaustum fuerunt. Item de hostijs pacificis aliqua pars datur Deo, & maior remanet pro sacerdotibus, & ipsis offerentibus, ut comedant, & laetentur: si ergo deberent immolari duodecim vituli pro hostijs pacificis totius multitudinis, tota multitudo comedere debebat. De istis tamen duodecim vitulis quilibet tribu solum p- ueniebatur vnus vitulus, ita quod partem illius Deo daret in incensum, & reliquam partem comederet: sed quid

erat cuiuslibet tribui vnus vitulus non integer? cum in qualibet tribu computatis pueris, & mulieribus, & senibus famulis, & ancillis, qui de sacrificijs comedere debebant, ut patet Deuter. 12. & 16. cap. plures reperirentur quam centum quinquaginta milia, ut declarauimus supra 1. & 12. cap. etiam si diuideretur vitulus in partes minutissimas, quae pendere essent inuisibiles, non possent tot fieri portiones. Dicendum ergo videtur, quod vituli duodecim fuerunt dati in holocaustum singuli vituli a singulis tribubus: pro pacificis autem hostijs multa alia pecora data sunt, ita ut omnes de populo comedere possent, & laetari sicut infra dicitur. Exprimuntur tamen hic solum sacrificia pro holocaustis, quia ista digniora sunt, & praecipue in Deum diriguntur. *Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis.* Iuuenes primogeniti principum Israel immolauerunt hostias, sed iugulauerunt pecora illa, ut supra dictum est: Moyses tamen posuit vasa magna, in quibus sanguis hostiarum colligeretur ad faciendum quod sequitur. *Dimidiam partem sanguinis.* Scilicet de sanguine holocaustorum, quae erant vituli duodecim, sanguinis enim horum dimidiam partem, quae ad aspergendum populum, & altare, atque librum legis sufficiebat, solum tulit, reliquum sanguinem videtur, quod fuderit ad basim altaris: nam iste erat modus in holocaustis, & pacificis, ut cum parte sanguinis tingeretur cornua quatuor altaris, & reliquus ad basim funderetur, ut patet Levit. 1. & 3. cap. *Et misit in crateras.* Dicuntur craterae magna vasa fictilia, siue metallina, & ampla habentia ansas, & magnae capacitatis sunt: & dicuntur craterae a cratin, quod est connexio, quia talia vasa antiquitus ad conseruandum res aridas de virgis connexis fiebant: nunc autem generaliter omnia vasa magna, & ampla craterae nuncupantur. *Partem autem residuam fudit super altare.* Scilicet quod medietas sanguinis erat ad aspergendum populum, & librum, reliquus autem sanguis fluxit super altare, & defluxit ad eius basim: Sciendum quod Deus faciebat hic fudit cum Israelitis, ut seruarent legem ab eo datam, & coram eis recitaram, quam ipsi obseruare promiserunt, ut supra patet. Hoc autem fectus confirmari Deus voluit: in quo tenuit modum antiquorum aequaliter: antiqui enim cum aliquod pactum confirmabatur, occidebatur vnum animal, ut porcus, vel simile, & ponebantur partes eius ieiunctae, & ipsi pacifices transibant inter diuisiones; signantes in hoc, quod sicut illud animal diuidebatur: ita diuidi deberet, qui pactum inuicem violaret. De hoc Paulus Orosius, tertio libro de Ormesta mundi in fine. Et ob hoc fectus vocatur talis confirmatio a fecta porca, quae occidebatur, & diuidebatur: utebantur enim antiqui talibus significationibus ab ipsis rebus, sicut fecit Saul, ut patet 1. Reg. 1. cap. Nam cum veniret de agro sequens boues, reperit populum plorantem, atque murmurantem propter verba Naas regis Ammonitarum contra viros Iabes Galaad, concidit boues in frusta, & misit per omnes terminos Israel, per manus nuncio- rum suorum, dicens: quicumque non legerit, sequens Saul, & Samuel, sic fiet bobus eius. Istum modum fectus Deus seruauit cum Abraham, quando promisit ei dare terram, quae inter flumen Aegypti, & flumen magni Euphratem erat decem gentium, ut patet Gen. 15. c. nam ibi mandauit immolare capram, & ouem, & bouem, & turtures, atque columbas; ex quibus bouem, & arietem, & capram diuisit per medium, & posuit partes diuisionis altius fecus, id est vnam contra alteram, & cum factum esset sero, venit lampas transiens inter medias diuisiones: illa autem lampas ignis signabat Deum transeuntem inter illas diuisiones, atque dicentem, quod sic ei fieret, sicut illis animalibus factum erat

(quod


(quod erat impossibile) nisi custo- diret pactum, quod A pepigerat cum Abraham: nunc autem Deus imitatus fuit istum modum fectus priorem, sed non totaliter: nam quod ante fiebat in transitu per diuisiones, nunc fiebat in aspergione sanguinis: & erat significatio, quando iste sanguis aspergebatur, quod sicut sanguis istius animalis effundebatur: ita illius, qui pactum violaret, sanguis effunderetur. Et quia pactum istud confirmabatur inter Deum & Israel, oportebat, ut tam Deus, quam Israel sanguine aspergeretur, & quia Deus incorporeus est, & non potest sanguine aspergi, debebat ipsum altare, quod representat Deum, quia in eo sacrificia fiunt ad honorem Dei, tingi loco Dei.

Quare dimidia pars sanguinis super altare, & dimidia super populum spargebatur.

Q V A E S T I O X I I.

ET ista etiam fuit causa, quare dimidia pars sanguinis super altare posita est, atque sparfa, scilicet quia hic erant duo inter se pactum confirmantes, scilicet Deus tanquam vnus, & totus Israel tanquam alia persona, & quia si duo fuissent soli, tantus sanguis fundi debebat super vnum, sicut super alterum: ideo tantus sanguis fusus fuit super altare, quod tingebatur loco Dei, sicut fuit aspersus super totum Israel: aliam non crederet Israel ex aequo se pacisci cum Deo, si non tantus sanguis funderetur super altare, sicut aspergebatur super eos, scilicet quod maior pars periculi, vel damni veniret in violatione fectus ipsius, quam Deo. Vel quod non tantum ipse obligaretur ad conseruandum fectus, sicut Israelita. Haec namque omnia intelligebat populus, cum fierent, quia apud antiquos vterque istorum duorum modorum confirmandi fectus inolitus erat. Etiam quia cum hic confirmaretur fectus cum populo Israel toto, si ipsi non intelligerent istam confirmationem, nihil prodesset quod fiebat, vel nisi quis pactum iniret cum furioso dum est in furore, vel cum paruulo, qui nihil horum, quae fiunt, nouerunt. *Assumentesque volumen fectus.* Vocatur volumen fectus liber, in quo continebantur ea, de quibus nunc erat conuentum, ut conseruarentur, scilicet pracepta caeremonialia, & iudicialia, & moralia, quae habentur a principio capitu. vigesimo, vsque huc, scilicet ad principium huius capitu. scilicet tota scriptura istorum quatuor capitulorum, & continebatur in eis pactum commune, quod erat ex quibusdam Dei promissionibus, quas obseruare deberet, & ex quibusdam, quas populus custoditurus erat: Deus enim promittebat in hoc pacto tradere eis terram gentium septem, & vitam, & abundantiam, & proliis, & carentiam aegritudinum, & quod mitteret angelos suos ad introducendos eos in terram promissam. Haec autem continentur in capitulo vigesimo tertio: supposito a loco illo, vbi incipit. *Ecce ego mittam angelum.* Et durat vsque ad finem calogi: quae eiusdem capitu. Ea autem, quae conseruare debebant Israelita, sunt pracepta moralia, & caeremonialia, atque iudicialia, quae continentur a principio capitu. 20. vsque ad promissiones Dei, vbi dicitur. *Ecce ego mittam.* Totum hoc continebatur in libro illo fectus, & recitauit Moyses coram toto Israel, sed

non recitauerat ante omnia ista: nam solum recitauerat pracepta iudicialia, & caeremonialia, quae ei soli dicta fuerunt: pracepta autem decalogi non recitauerat, quia eis audientibus Deus illa dederat, & conseruati ipsi obseruare ea. Nunc autem quia fectus confirmandum erat: non solum pracepta, quae ipse antea recitauerat, sed etiam ea, quae Deus per se dixerat recitauit: quia licet conseruati in illa dicente Deo: tamen non fuerunt confirmata: ideo quando nunc omnia confirmari debebant, necesse erat omnia recitari. Libellus autem, qui continebat ista pracepta, & promissiones Dei, vocabatur volumen fectus, id est liber, in quo continebatur totum fectus, siue omnia, super quae fectus iniebat. Et haec sunt, quae Moyses dicitur supra scripsisse, & recte litera hoc innuit, cum dixit: Scripsit autem Moyses vniuersos sermones domini. Nam omnia, quae Deus dixit esse seruanda a ludaeis, vel quae ipse facere debebat ludaeis obseruantibus ista, erant ea, quae continentur a principio 20. capitu, vsque ad principium huius vigesimi quarti, & isti erant omnes sermones domini: nec oportebat, quod Moyses scriberet aliquid alterum: nam id quod esset in volumine illo veniebat in fectus Dei, & Israelitis: sed manifestum est, quod Genesis tota, quae narrationem historicam continet, & totus Exodus eodem modo vsque ad principium 22. capitu. in conseruationem venire non poterat. *Legit audiente populo.* Iam hoc legerat praecedenti die: non per librum, quia nondum tale quid scriptum erat, sed verbotenus recitando: nunc autem recitauit, ut magis confirmaretur per eorum consensus sapius in idem consentiendo. Etiam quia non recitauerat ipse supra pracepta decalogi, cum populus audiisset ea immediate a Deo. Et quia forte putarent, quod Moyses solum confirmaret hic fectus quantum ad id, quod supra recitauerat, scilicet ad pracepta iudicialia, & caeremonialia, & non quantum ad pracepta decalogi, recitauit omnia simul, ut viderent, quod fectus super omnia veniret. *Qui dixit vniuersa, quae locutus est dominus, faciemus.* Haec supra responderant, quando Moyses recitauerat, & hic consensus confirmant quantum ad omnia, siue moralia, siue caeremonialia, siue iudicialia promittentes se omnia seruaturus. *Et erimus obedientes.* Id est nunquam repugnabimus imperio eius. Hoc autem intelligitur non solum quantum ad ea mandata, quae expressa sunt, sed etiam ad omnia alia, quae cumque mandaret in futurum: sed non sic fecerunt, imo ceruicem suam indurauerunt immediate relinquentes Deum, & colendo vitulum, quem conseruauerunt petentes sibi fieri Deos, ut patet infra trigesimo secundo capitulo: ideo Deus videns eos esse valde inobedientes dixit: Cerno quod populus iste dura ceruicis sit. Dura ceruix inobedientia est, & hanc hortabatur eos Moyses relinquere, ut patet Deuteronom. nono capitulo, & in decimo capitulo: cum dicitur: Circumcidite igitur praepitium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius. Quando tamen dicebat ista populus, scilicet, & erimus obedientes, voluntatem habebat obediendi, sed inuitatum est in deterius cor eorum: & inceperunt rebellare domino: & hoc patet Deuteronom. 5. capitulo: nam cum Deus protulisset in voce tubae pracepta decalogi, dixerunt ipsi Moyfi: Tu accede ad Dominum, & audi omnia, quae dixerit dominus Deus noster tibi: loquerisque ad nos, & nos audientes, omnia faciemus: quod cum audisset dominus dixit ad Moysen: audiui vocem verborum populi huius, quae locuti sunt: bene omnia sunt locuti: quis det eos talem habere mentem, ut timentant



meant me... Ex quo videtur, quod bonam mentem tunc habebant obediendi, ambulandique in vijs domini: alias enim Deus non laudasset eorum mentem pro tunc. Ille vero. Id est Moyses, qui ante se crateras sanguine holocaustorum plenas habebat. Sumpsum sanguinem resperfit in populum. Id est resperfit super totum populum.

Qualiter aspersio sanguinis super populum facta fuit.

QV AESTIO. XIII.

FVIT autem facta ista sparsio hoc modo, scilicet quod accepit Moyses quandam virgam, & circumligavit extremitati eius lanam cocineam, ut ibi reciperetur sanguis: sicut nunc fiunt aspersoria de Hysopo in Ecclesijs, & quia ipse sanguis crassus erat, qui non poterat bene aspergi, maxime quia semiglabatur, commiscuit ei aquam, quae calida esse debuisse, & intingebat aspersorium factum, & sic super totum populum sanguinem aspergebatur. Ista habentur ad Hebraeos nono capitulo, ubi dicitur: Vnde nec primum testamentum sine sanguine dedicatum est: lecto enim omni mandato legis a Moysse uniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana cocinea: ipsum quoque librum, & omnem populum asperfit. Ad hoc tamen quod Moyses super totum populum spargeret sanguinem illum, ut omnes se hoc factus accepisse crederent, necesse erat, ut Moyses sumens ante se crateras sanguinis, & aquae ambularet in medio totius illius magnae multitudinis, & sic omnem populum aspergeret. Vel quod magis verisimile erat, ne Moyses tantum laboraret, accedebant singuli ad eum cateruatim, & aspergebantur sanguine illo & aqua, manente ipso Moysse apud altare, in quo holocausta, & pacifica victimae fuerant immolatae. Et ait: hic est sanguis fœderis. In hoc demonstrabat Moyses, quid signabant ista, quae fiebant in sacrificio isto, & aspersione sanguinis. Sanguis fœderis. Id est sanguis effusus atque sparsus ad confirmationem fœderis, scilicet omnium praeceptorum, quae vobis dedit, ut custodiretis, & promissionum eius, quas vobis implere debet: & si quis hoc pactum firmatum violauerit, effundetur sanguis eius, sicut iste sanguis pecorum effunditur. Quod pepigit dominus vobiscum. Et ipse promisit vobis aliquid obseruare, & vos promistis ei aliquid obseruare, ad confirmationem harum promissionum effunditur iste sanguis. Super cunctis sermonibus his. Ex hoc patet etiam quod supra dicebamus, scilicet quod non scripsit Moyses totam Genesim a principio vsque ad finem, & totum Exodum, quia istud factus confirmatum fuit quantum ad cunctos sermones positos in lib. fœderis, ut dicitur hic: sed impossibile erat super omnia, quae in Genesi, & in Exodo vsque ad 20. capitulum, pacifica quicquam, aut conuenire, cum ista solam narrationem historicam continerent: ergo solum scripta fuerunt ea, quae continentur a 20. capitulo, vsque huc, quia ista historiam nullam continent, sed puram praeceptionem, & promissionem: super quibus conuenientia fieri potest, quia ea, quae ad praeceptionem pertinent, in quantum a Deo mandata sunt, continent promissionem quan-

tum ad Hebraeos, qui ea conseruare promiserunt. Ea autem, quae solum sine praeceptione promissionem continent: sunt ea, quae Deus dixit se praestitutum Hebraeis, si tamen custodirent mandata eius. Ascenderuntque Moyses & Aaron. Recepta lege, & confirmata, hic ponitur ascensio Moysi ad montem Sinai pro tabulis, quae manerent in testimonium fœderis domini confirmati in aeternum: nam non sufficiebat solum legem fuisse datam, & confirmatam per sanguinis asperisionem, & eorum multiplicatum consensum, quia postea poterant negare hoc processisse, si aliquis propheta, vel bonus vir contra eos argueret: ideo conueniens fuit dari tabulas continentes decem praecepta recepta a domino, ut per haec probaretur, quod alia quoque recepissent. Nicolaus dicit, quod supra posita fuit legis receptio, hic ponitur eiusdem legis confirmatio: & hoc quia Deus se ostendit eis immediate gratiosum, ut patet in littera sequenti. Sed hoc nihil est: videtur enim redire in primam opinionem eorum, qui dixerunt, quod Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores Israel ascenderunt ad confirmationem fœderis cum domino. Sed hoc non stat, ut declaratum fuit: quia si isti ascenderent ad confirmationem legis cum ipso domino loco totius populi, quia ipsi digniores erant, oportebat, ut cum domino loquerentur: sed nihil tale fuit, quia ipsi non ascenderunt aliquam partem montis, ut supra declaratum fuit, & patebit infra magis: manserunt namque ad radices montis, & reuersi sunt in castra. Et dato, quod secundum quod vult Nicolaus diceremus illam opinionem, de qua ultra sequitur, facere ad confirmationem legis ab eis recepta: tamen hoc quod ponitur hic in principio de ascensu Aaron, & Nadab, & Abiu, atque seniorum cum Moysse non potuit esse ad confirmationem fœderis: nam eodem modo confirmatum fuisset factus manentibus istis in castris, quia ista visio Dei non solum fuit quantum ad ipsos seniores, & Aaron, atque Nadab, & Abiu, qui cum Moysse iuerant, sed etiam quantum ad omnes illos, qui erant in castris, ut patet infra cum dicitur: Nec super eos, qui procul recesserunt de filiis Israel misit manum suam, id est non se occultauit ab his, qui longe erant in castris, quia etiam eis se demonstrauit. Ad confirmandum ergo legem non magis proficiebat, quod illi seniores cum Moysse iuissent quam quod non ascendissent. Dicendum ergo necessarium, quod in ista ascensione istorum cum Moysse, non intendebatur confirmatio legis, quam eodem modo confirmarent manentes in castris: sed fuit iste ascensus seniorum cum Moysse ad honorandum Moysen: egrediebatur namque Moyses ad ascendendum in montem Sinai, ut inde portaret tabulas, & ut magis honoraretur, mandauit Deus exire cum eo Aaron, qui erat princeps tribus Leuiticae: & Nadab, & Abiu filios suos, & seniores Israel: & isti non ascenderunt cum eo ad montem, sed apud radices montis confiteruntur, atque inde reuersi sunt ad castra. Ascenderuntque Moyses, & Aaron. Iste ascensus fuit a loco castrorum, quae erant plana vallis ad radices montis, quae erant in quodam plano altiori, ut supra declaratum est. Nadab, & Abiu. Qui erant maiores filij Aaron. Et septuaginta de senioribus Israel. Id est de illis, qui erant aetatis matura, & prudentiores ceteris, atque maioris auctoritatis in populo. Et isti seniores fuerunt, quos ipse elegit inter ceteros de toto Israel.

Ascensus seniorum cum Moysse non fuit ad confirmandam legem: sed ad honorandum Moysen.

Opinio Rabbi Abraham Confutata. Et viderunt Deum Israel. Rabbi Abraham Aben Ezra dicit istam visionem fuisse imaginariam. Sed non conuenit, quia talis visio conuenit Prophetis, non videtur autem, quod totus populus Prophetandi spiritum acceperit, siue reuelationem Propheticam, praecipue cum alias visiones tales corporales Deus ostenderit, sicut fuit ignis in rubo, ad quem Moyses contemplandum ibat, ut patet supra 3. ca. Etiam quia Deus ostendit nubem caliginosam, & lampades ignis micantes, ut patet supra 20. ca. & Deut. 4. & 5. c. tamen ista realiter sic fuerunt, nec fuit ibi imago, ita quod solum esset motus in phantasia, & non in potentia exteriori visiva. Dicendum ergo est, quod viderunt Deum Israel corporaliter, non quidem quod eius essentiam oculis viderent, quae sic inuisibilis est, nec viderunt eum in aliqua figura hominis, vel alterius rei: nam tunc inclinarentur ad idolatrandum fumentes occasionem ex visa imagine, & sic dixit Moyses Deut. 4. c. hortans ne aliquo modo conuerterent ad Idola: Cauete diligenter animas vestras: nullam vidistis similitudinem in die, qua locutus est dominus vobis in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis similitudinem, aut imaginem, &c. Et sicut non viderunt in die, qua locutus fuit in Horeb aliquam similitudinem, ita etiam non viderunt postea quando apparuit eis gloria domini: nam si antea non visa fuisset imago, & tunc visa fuisset, non esset efficax argumentum Moysi, quia si aliquando vidissent Deum in aliqua similitudine, illud sufficiebat ad hoc, quod haberet occasionem inclinandi se ad faciendum imagines, dato quod non vidissent die qua locutus fuit in Horeb: ergo si volumus dicere, quod argumentum Moysi erat efficax (quod necessarium dicendum est) concludi oportet, quod non solum non viderunt Deum in aliqua imagine, quando locutus fuit in Horeb, sed etiam nunquam ante hoc, nec post hoc. Dicendum ergo quod viderunt Deum Israel. viderunt quandam nubem valde lucidam, quae satis respicientabat diuinam praesentiam, & maiestatem, & isto modo dixerunt se vidisse maiestatem Dei in die, qua Deus dedit legem in monte Sinai, quae solum viderunt motem fumentem, & nubem caliginosam, & ignem, qui erigebatur in caelum, ut patet Deut. 5. cap. cum dicitur: Ecce ostendit nobis Deus maiestatem, & magnitudinem suam, & vocem eius audiuimus de medio ignis, & probauimus, quod loquente Deo cum homine, vixerit homo. Et sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphyri. Hoc videtur aliquo modo dicere, quod Deus apparuerit in aliqua humana effigie, & sub pedibus eius erat quasi quoddam pavementum de Saphyro. Aliqualiter rubeum, & lucidum habens colorem caelestem. Tale videbatur illud pavementum, quale est caelum quando serenum est: sed iam diximus, quod non apparuit Deus hic in aliqua imagine: dicitur tamen sub pedibus eius quantum ad quendam situm: in corporibus. n. proprie reperitur postiones supra & infra, ante, & retro, & sic de ceteris. Sub pedibus est quaedam positio, quae dicitur infra, & conueniebat corporibus: Deo autem non conuenit aliqua istarum, quia nec est corpus, nec corporeus: nos tamen consideramus eum, ut corporeum, quia per ista, quae sensibilia sunt, spiritualia quodam modo intelligimus: ideo spiritualibus conditiones corporaliu attribuiuntur. scilicet postiones, & loca: & isto modo scriptura describit conformas se rudi intellectui nostro. Erat ergo illa nubes, in qua Dei maiestas demonstrabatur, satis magna, & intra illam imaginabantur rudes Iudaei Deum latere quauis non videretur, & super extremitatem nubis versus terram stare pedes eius, & in parte superiori versus caelum ceterum corpus. Erat autem ista nubes in tota parte superiori lucida, & satis rara, magis declinans ad naturam lucis, quam coloris. Et ob hoc scriptura non posuit colorem partis superioris nubis, sed solum par-

Cum scriptura facta est aliqd spirituale describit semper se conformat rudi intellectu qui ut facilius intelligatur.

Atis inferioris versus terram, & illa pars erat densior: ideo magis appropinquabat ad naturam coloris, quam superiores, sicut partes densae caelorum. scilicet planetarum, & caeli crystallinum, quod est aquinum, & visibile, habent quendam modum coloris, qui verius est lux: cetera autem corpora caelestia. scilicet ipsi orbis planetarum propter raritatem, licet lucem habeant, tamen non appropinquat aliquo modo ad naturam, vel similitudinem coloris: ista ergo pars inferior nubis propter densitatem videbatur esse coloris cuiusdam. Et tamen quia densitas non erat valde magna, non erat similitudo aliquid coloris intensi, sed cuiusdam coloris rari quodam modo, qui cadit cum luce, & iste est color Saphyrinus. i. color Saphyri, qui est aliquo modo rubeus, & lucidus: nec rubeo intensa est, nec lux. Etiam videbatur illa extremitas esse quasi caelum, cum serenum est. i. coloris caelestis: licet enim caelum colorem nullum habeat: in noctibus tunc stellatis videtur caelum quasi caerulei coloris, & huius coloris quaedam species in nube illa erat. scilicet lux quaedam quasi rubea aliquo modo fusca: sicut color caeruleus, vel color, qui videtur cum caelum stellatum est. Dicebatur iste color esse sub pedibus Dei, quia iste color erat in extremitate nubis declinante ad terram, & ibi imaginabantur Iudaei esse pedes eius, quasi caput esset in parte superiori versus caelum. Quasi opus lapidis Saphyri. Id est talis coloris videbatur esse illa nubes in parte inferiori versus terram, quasi esset aliquod opus lapidis Saphyri. i. quasi aliquod pavementum factum de Saphyro, scilicet quia illud pavementum esset rubeum leuiter, & lucidum. Et quasi opus lapidis Saphyri. Id est etiam erat illa nubes gloriae Dei talis coloris, qualis est caelum, quod est serenum. lucidum remissum, & aliquo modo fuscum, quod declinat ad colorem caeruleum non intentum. Et ponit hic scriptura duos colores, scilicet rubeum lucidum, & lucidum fuscum: primus est Saphyrinus, secundus est caeli sereni, & isti duo colores erant in illa nube: sicut frequenter videmus in nubibus, quod sunt duo, vel plures colores, & maxime patet hoc in iride, in quo sunt quatuor colores. Nec super eos, qui procul recesserant, misit manum suam. Vbi nos dicimus. Nec super eos, qui procul recesserant. In Hebraeo dicitur. Nec super haec. Et ista dictio facile signat duo, scilicet maiorem, siue eleuatum super coeteros in honore, & segregatum a coeteris. Et sic potest stare litera dupliciter, scilicet. Nec super maiores, aut excellentiores misit manum suam. Vel alio modo. Nec super segregatos misit manum suam. Istum secundum sensum sequitur litera nostra, quia segregati, & procul recedentes idem sunt.

Mittere manum tria significat.

QV AESTIO. XIII.

MITTERE manum signat tria. Vno modo idem est quod occultare, sicut cum aliquis ponit manum suam ante se, ne facies sua ab alio videatur: & sic dicit Deus mittere manum suam super aliquem, quando claudit ei oculos manu sua, ne cognoscatur eum, vel ponit ante faciem suam: sic patet infra 33. cap. cum dixit dominus ad Moysen: Protegam te dextera mea, donec transcam, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea. Alio modo accipitur mittere manum pro occidere: sic patet 1. Reg. cap. 6. de Bethsamitis volentibus videre arcam domini, quae manum domini miserunt, cum multi ex eis mortui sint. Alio modo dicitur mittere manum super aliquem, id est dare ei spiritum prophetiae, & isto modo est conuictum in prophetis. facta est manus domini super talem, aut talem

Pars Secunda. B pro-

Alph. Tolt. super Exodi

prophetam. i. cecidi t. super eum spiritus dñi. ppheticus mouens eum ad intellendum. Secundum ergo oēs istos modos potest exponi: & possunt isti tres modi applicari ad quemlibet duorum modorum: sicut si sit aliqua propositio, quorum tam subiectum, q̄ predicatū æquiuoca sunt, & subiectum sit ad duo æquiuocum, & predicatum ad tria, & predicatum pro quolibet suorum æquiuocorum cōueniat subiecto pro qualibet parte æquiuocorum. Cum ergo dicitur. *Nec super eos, qui procul recesserant.* Idest qui erant maiores populi. *Misit manum suam.* Poterit intelligi omnibus illis tribus modis. Primò modo, q̄ Deus non misit manum suā super eos, q̄ procul recesserant. i. super maiores occultando se ab eis, imò sicut ibi vidit Moyse gloriam dñi in nube, ita viderunt & alij maiores populi. f. Aaron, & Nadab, & Abiu, atq; septuaginta seniores: nam non se occultauit ab eis. Alio modo, q̄ non misit Deus manum suam super eos, q̄ longe recesserant. i. super maiores. f. q̄ non occidit eos licet viderunt eum: nam putabant Iudæi, q̄ quicumq; videret Deum moreretur, sicut patet Deut. 5. cap. cum dicitur. *Quid est. n. omnis caro, vt audiat vocem Dei viuētis, qui de medio ignis loquitur, & possit viuere?* sic etiam patet Iud. 13. cap. de Manue patre Samsonis, qui dixit sc̄, & vxorē suam morituros, quia viderant angelum domini. Quia autē hic non mortui sunt, satis fuit eis mirabile, & in letitiā huius comederunt, atque biberunt. Etiam quia Deus solebat mittere manum suam in aliquē, si videret eū: sicut dicitur Num. 4. c. q̄ Caathite leuite non videant vasa ministracionis nuda, nec intrēt ad videnda ea, quæ in tabernaculo sunt, alioquin morientur. Et hoc clarius patuit in Bethsamitis: nam quādo portata fuit arca domini de terra Phylistinorū in agrū Iosue, vt patet 1. Reg. 6. ca. Bethsamite deposuerunt eam de plaustris, & capellam, quæ erat iuxta eam, & quia viderunt arcam nudam occidit dominus de populo suo septuaginta viros, de plebe quinquaginta millia: hic autē licet isti maiores dominum viderint, tñ nullus ex eis perijt. Alio & tertio modo. f. q̄ non misit Deus manū suam super eos, q̄ longe erant. i. super maiores dando eis spiritum prophetiæ: quasi dicat, licet Aaron, & filij eius Nadab, & Abiu, & alij septuaginta seniores erant magnæ auctoritatis, atq; dignitatis in populo, tñ licet Deū viderint, nō dedit Deus super eos spiritum prophetiæ, sicut dedit super Moyse. Aliter potest intelligi accipiēdo super eos, q̄ procul recesserant. i. super segregatos, & isti segregati vocantur populares, qui magis segregati a Deo erant, quia ista nubes gloriæ domini apparuit super montis Sinai verticem, castra autē, in quibus manebant omnes de populo, qui non ascenderunt ad radices montis cum Moyse, erant aliquantulum separata à radicibus montis: seniores autē, qui ierant cum Moyse, accesserunt vsq; ad radices montis Sinai, & sic erant propinquiores loco, in quo apparebat gloria domini, quā populares, qui erant in castris: isti ergo, qui procul recesserant erant populares. Et tunc potest accipi mittere manum tripliciter: primo modo, q̄ Deus non misit manum suam super istos populares. i. non occultauit se eis. f. q̄ non solum illi seniores, qui erant cum Moyse, & erant apud radices montis viderunt Deum Israel: sed etiam illi, qui procul recesserant. i. populares longe distantes, qui in castris manebant viderūt nubē gloriæ dñi, q̄ nō posuit super eos manū suam, vt nō viderēt, & hoc fuit ex magna benignitate. Et forte erat, vt ipsi viderēt, q̄ Deus voluerat, vt illud sedus q̄ paulo ante confirmatū fuerat, confirmaretur, & in signum magnæ lætitiæ suam præsentia eis hilarē demonstrabat. Alio modo, q̄ Deus non misit manum suam super eos, qui longe recesserant. i. super populares percutiēdo, aut occidēdo eos, sicut occidit quinquaginta millia

de plebe Bethsamitarum, vt patet 1. Reg. 6. ca. Et ratio diuersitatis fuit, quia Deus eis hic se demonstrauit, & non erat in potestate eorū vidisse, vel non vidisse, postquam semel viderunt: nam vt ait Aug. non est in potestate nostra quibus visis tangamur: ibi autem Bethsamita fuerunt curiosi aliquantulum in videndo arcā: ideo curiositatis penam meruerunt. Alio modo, q̄ Deus non misit manum suam super populares. f. dando eis spiritum prophetiæ: nam licet cōmuniter ad visionē Dei sequatur reuelatio aliquorum occultorum, q̄ trinent ad prophetiam, tñ populus hic videns Deum nō suscepit spiritum prophetiæ. Quæ autem istarum expositionum melior est? Dicendum q̄ debet exponi accipiēdo eos, qui longe recesserant. i. populares, qui manebant in castris, & mittere manū. i. occultare. f. q̄ non solum seniores septuaginta, qui ibant cum Moyse viderūt Deum Israel, sed etiam illi, qui longe recesserāt. i. populares. Et patet, nam non potest accipi hic dictio illa Hebraica, facile, pro maioribus s̄m primam expositionem: sed pro segregatis, siue longe recedentibus. Quod probatur, quia in litera dicitur: Et viderunt Deū Israel, & postea subditur: Nec super facile, (vt habet litera Hebraica) misit manum suam: manifestū est. n. q̄ ista referuntur ad duo: sed primum. f. viderunt Deū Israel, necessariò refertur ad Moyse & Aaron cum senioribus: ergo non refertur id, quod sequitur. f. *Nec super facile*, ad ipsos seniores, vel maiores. Quod autem hoc quod dicitur: viderunt Deum Israel, refertur ad seniores, patet ex contextu literæ, quia dicitur, ascenderunt Moyse, & Aarō, Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel, & viderunt Deum Israel. Necessario est ergo, q̄ illud q̄ dicitur in Hebræo. *Nec super facile misit manum.* Intelligitur de segregatis, & cū ista dictio solum significet maiores, vel segregatos, segregati autē erant populares, q̄ manebant in castris: ergo de eis intelligitur. Et sic ille expositiones tres primæ, q̄ fundantur super hoc, q̄ accipiatur hic facile, p̄ maioribus. i. p̄ senioribus cessant. f. q̄ Deus nō se occultauit ab illis maioribus ponendo super eos manū suam: nec misit manum suam in seniores dando eis spiritum prophetiæ. Reducendum est ergo, q̄ intelligatur ista litera de popularibus. Sed tamen adhuc potest manere multiplex sententia, quia manet diuersitas in illo. f. misit manum suā, quod potest signare omnia tria, quæ supra signare dicebamus. Dicendum tamen, q̄ non potest stare hic mittere manum. i. percutere, vel mittere manū. i. dare propheticum spiritum. Et patet, quia dicitur supra de senioribus, q̄ viderunt Deum Israel, & tunc sequitur, q̄ nec super populares misit manum suam, q̄ necessaria debet referri ad viderunt, q̄ si acciperetur mittere manum. i. dare spiritum propheticum, nihil ad propositum est. f. q̄ Deus visus fuerit a senioribus, & tñ non dederit spiritum propheticum popularibus, qui procul recesserant. Vel quod Deus visus fuerit a senioribus, & tamē non percussit populares. Alia autem facit ad propositū. f. quod seniores viderunt Deum Israel, nec tamen ipse Deus misit manum suam super eos, q̄ longe recesserant. i. licet potuisset demonstrare se senioribus, qui digniores erant non demonstrando se popularibus, qui longe stabant: tamen non occultauit se eis ponendo super eos manum suam, sed potius se manifestauit, sicut senioribus. Et istam expositionem secuta fuit litera nostra transferens de Hebræo, vbi satis dubiè sententia ista habetur. *Viderunt Dominum.* Scilicet omnes tam seniores, & Aaron, cum Nadab, & Abiu, quā populares, qui manserant in castris. *Comederunt, atque biberunt.*

Secundus intelligēdi modus: vtior est.

Litera ista nō potest exponi s̄m se cūdam, & tertiam expositionē.

Secundus modus principalis.

1. Expositio quantum ad modū intelligendi.

QV AESTIO. XV.

An Hebræi peccauerint comedendo post visionem Dei.

Expositio Rabbi Salomonis.

HOC refertur ad omnes tam ad populares, quā ad seniores: omnes namque comederunt atque biberunt, quocunq; modo accipiatur comedere, & bibere. Dicit namque Rabbi Salomon, quod dñs hic: Comederunt atq; biberunt, ad signandam culpam eorum: nam cū vidissent Deum in visione gloriæ eius, non multum de hoc curauerunt, sed tanquam magis delectati rebus temporalibus, conuersi sunt ad epulas, imponentes eas illi magno bono, quod erat initium, vel imago perfecti boni, & ex hoc disperi meruerūt, sed dominus distulit eorum mortem, nē dies letitiæ, quæ fuerat in confirmatione legis, mortuorum planctibus sedaretur, sicut dixit Saul rex cum vellent Israelitæ occidere eos, qui antea spreuerant Saulē: dixit ipse: Non occidetur quisquam hodie, quia hodie fecit dominus salutem in Israel, vt patet 1. Reg. 11. cap. Dicit tamen idem Rabbi Salomon, quod postea Deo puniuit pro isto crimine omnes istos, qui comederāt, & biberant, scilicet quia Nadab, & Abiu, qui fuerunt de illis, mortui sunt postea in tabernaculo, cū offerrent ignem alienum, vt patet Leui. 10. seniores autem dicit mortuos fuisse in conflagratione ignis facta in sepulchris concupiscentiæ, vel apud sepulchra concupiscentiæ in loco, qui nominatus fuit ascensio, quia ignis combussit extremam partem populi, & post hoc sequitur, quod constituti fuerint ibi septuaginta viri, qui Moyse adiuuarent: ex quo sequitur, quod isti ibi mortui fuerant. Ista expositio quantum ad primam partem sui dubia satis est, & magis falsa, quā verisimilis, quia litera non innuit aliquo modo, q̄ isti peccauerint, vel contempserint visionem Dei, sed magis videtur, q̄ fecerint ex gaudio diuinæ visionis. Secunda pars huius expositionis est falsa, scilicet q̄ propter hoc mortui fuerint postea omnes isti. Et quod dicit de Nadab, & Abiu, falsum est: nam isti non fuerunt mortui propter hoc factum, sed ex eo, quod obtulerunt ignē alienum coram domino, & ideo vbicumq; ponitur mors eorum, subiicitur ista causa. f. quod offerebant ignem alienum, vt patet Leui. 10. & 16. & Num. 3. & 26. & 1. Paralip. 23. & in multis alijs locis veteris testamenti. Etiam quid poterit dicere Rabbi Salomon de toto reliquo populo, qui post visionem Dei comedit, & bibit? Nihil enim dicere poterit. Excludenda est ergo ista expositio. Alij exponunt. *Comederunt atque biberunt.* Idest ita letati sunt ex illa visione, ac si comedissent, & bibissent. Et hanc expositionem tenet litera Chaldaica, & satis concordat iste modus loquendi frequentiori locutioni sacre scripturæ comparantis magna bona ad ista delectabilia corporalia, vt homo, qui terrenus est, manducatur ad cælestia per istorum terrenorum cognitionem, & experientiam: maximè populus Iudaicus, qui pro tunc rudis valde erat, & sic Ilias volens describere illis gaudia magna vitæ æternæ his rebus comparauit dicens: Regem in decore suo videbunt oculi tui, tūc videbis, & afflues. Et postea subdit: Et letaberis sicut iuuenis cum virgine. Ecce per quam turpe delectabile expressit illud summum iucundumque bonum Paradisi. Sed nec immeritò, quia amatores huius seculi amatores carnis, & sanguinis, virgineos coitus bonis ceteris anteponunt, quibus de summo conatu sui desiderant. Sed adhuc ista expositio non multum stat, quia licet iste modus loquendi conueniat sacre scripturæ, tamen differentia est quando loquitur historicè, & quando metaphoricè: nam cū vult demonstrare aliquod spirituale per temporalia,

2. Expositio q̄ tenet litera Chaldaica.

A vtitur quibusdam dictionibus signantibus similitudinem, scilicet, vt, quasi, sicut, & sic habetur in auctoritate Iſaia, scilicet: Sicut iuuenis cum virgine. Non dixit ibi: Et letabitur iuuenis cum virgine: sed sicut iuuenis cum virgine: hic autem non ponitur aliqua dicitio exprimens metaphoram; ideo historicè videtur intelligendum. Et si obijcias, quod aliquando ponitur metaphoræ, & non ponuntur aliquæ dictiones exprimentes similitudinem. Respondetur, quod hoc accidit in prophetis vbi plerunq; magna literæ contextio est metaphorica, & tunc non ponuntur tales dictiones: nec enim est tunc dubium, quin metaphoricè exponenda sint: maximè cum illa, quæ taliter ponitur, ita se habent, quod historicè exponi non possunt; sed debent necessariò reduci ad metaphoram, sicut ea quæ habentur Iſaia 11. cap. *Leo vt bos paleas comedet, & qui ablatatus fuerit mittet manum suam super cauernam reguli.* Et multa ibidem atque in alijs locis prophetarum, qui secundum illum corticem exponi nullo modo possunt. Dato ergo, quod in talibus non ponatur dicitio importans similitudinem, tamen intelligenda sunt metaphoricè. Cū verò in narrationibus purè historicis ponuntur aliqua, quæ conuenienter suscipiunt tam sensum literalem, sic in corticè, quā metaphoricum, si non ponatur dicitio importans similitudinem, debet exponi secundum literam: alias tolleretur omnis certitudo historica, & sensus turbarentur. Sic autem est hic, quia ista, quæ hic narratur historica sunt, & cū hoc quod est comederunt, atque biberunt possit literaliter intelligi, vel ad metaphoram referri, & non ponatur aliqua dicitio importans similitudinem, debet exponi literaliter, scilicet quod comederunt, atque biberunt veraciter. Aliam expositionem tenet Rabbi Abraham Aben Ezra, scilicet quod comederunt, & biberunt, scilicet seniores, & Aaron, Nadab, Abiu cū reliquo populo, id est quod licet isti viderint Deum, tamen illa visio non fuit ita clara, & consolatoria, quod auferret ab eis omnem ciborum, atque potum inopiam, sicut fuit in Moyse, qui tantum fuit elenatus, & consolatus per illam diuinam consolationem, quod non eguit cibis, & potibus in quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vt patet Deute. 9. cap. ideo populares immediate post visionem Dei ad cibos, & potus redierunt. Et ista expositio satis conueniens est. Alia tamen conuenientior adhuc est, scilicet quod postquam isti seniores, & omnes de populo Deum viderunt, tantam conceperunt letitiam, quod ad demonstrandum eam, fecerunt inter se magnam festiuitatem in cibis, & potibus. Simile habetur de Salomone 3. Reg. capit. 3. quod quando accepit à Deo sapientiam, tantam iucunditatem consecutus est, quod sequenti die fecit magna conuiuia. Sic etiam summus sacerdos Hebræorum, qui semel in anno intraturus erat in sancta sanctorum, quod graue erat periculum, scilicet quia si indignus esset occideret eum dominus, cū inde exibat, tanquam à morte liberatus, faciebat conuiuium magnum amicis suis, sicut apud Hebræos traditum est, & sic consuetum est apud dominos temporales, quod cū aliqua eis magna iucunditas eueniret faciant conuiuia festa, quod hilaritatis indicium est. *Comederunt atque biberunt.* Ili cibi fuerunt hostiæ pacificæ, quas obtulerant: nam supra dicitur, quod obtulerunt holocausta, & victimas pacificas. De holocaustis autem non licebat eis comedere, sed bene de victimis pacificis, & hoc patet, quia immediate, vt factum fuit sacrificium, scilicet immolatis victimis, Moyse sparsit sanguinem super cunctum populum, quo facto ascendit in montem, & cū accederet ad radices montis ipse cum senioribus, Pars Secunda. B 2 appa-

Aliqua in sacra scriptura non nisi metaphoricè poni possunt.

Tertius modus expositionis Rabbi Abraham Aben Ezra.

Doctoris expositio.

An

Alph. Toit. super Exodi

apparuit gloria domini, & tunc adorauerunt omnes
 ibi, atque Moyſes, & Iofue aſcenderunt in montem,
 & Aaron, Nadab, & Abiu cum alijs ſenioribus redie-
 runt in caſtra, & tunc ſumpſerunt cibos de victimis pa-
 cificis, quæ paulo ante fuerant immolata. Sciendum
 quod iſta apparitio domini, de qua hic dicitur, quod vide-
 runt Deum Iſrael ſiſt facta ad breue tempus, non eſt
 enim intelligendum, quod nubes illa gloriæ durauerit, cu-
 jus extremitas erat quali op⁹ lapidis Saphyrini, ſed fuit
 ad eorum letitiam durans aliquanto ſpatio, ita quod illi
 contemplari poſſent illam adorantes dominum, & de-
 lectari in videndo eam, & poſt modicum ablata fuit.
 Quod patet, quia cum aſcendiſſet Moyſes in montem,
 cooperuit nubes caliginofa montem, & illa iam non
 poterat eſſe delectabilis Hebræis. Etiam quia erat ibi
 quali ſpecies ignis, vt patet infra, cuius viſio nō erat eis
 aliquid ſpeciale, cum quotidie per noctem viderent
 columnam ignis, vt patet infra 40. & Num. 9. ca. Dixit
 dominus ad Moyſen. Vtrum iſtud mandatum de aſcen-
 dendo in montem datum fuerit Moyſi poſtquam exi-
 uit de caſtris cum ſenioribus, an quando ſtare ad radi-
 ces montis, non dicitur hic, tamen concludendum eſt,
 quod dictum fuerit ei antea: nam ſi nō fuiſſet dictum
 antequam exiret de caſtris, fruſtra exiſſet, quod nō eſt
 putandum de Moyſe, quod vanè exierit de caſtris, & edu-
 xerit ſecum ſeniores. Item patet hoc magis, quia ſu-
 pra in principio literæ dictum eſt: aſcende ad dominū
 tu, & Aaron, & Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta de ſe-
 nioribus Iſrael: ergo antequam exiret de caſtris: imō
 antequam veniret in caſtra ad confirmandum foedus,
 dictum fuerat ei, quod aſcenderet in montem pro tabulis:
 ſed ſupra non fuit expoſitum ad quid aſcendere debe-
 bat, ideo ſcriptura exprimit, quod ad accipiendam tabulas
 inuenit. Sed obijcies forte, quia ſupra dictum fuit Moy-
 ſi, quod aſcenderet in montem, & hic iterum dicitur,
 quod aſcendat: ergo videtur, quod bis mandatum eſt.
 Reſpondetur, quod ſolū ſemel mandatum eſt ante-
 quam deſcenderet in caſtra, hic autem non mandatum
 eſt. Et cum obijcis, quod hic ponitur, dicendum quod
 eſt mos ſcripturæ, quæ aliquando dicit idem bis, ſed di-
 uerſimode, quia aliquando dicit idem repetendo illud
 totaliter idem, quod fit ad maiorem confirmationem
 in ipſis audientibus. Interdum autem dicitur idē bis, ſi
 quia primò incipitur, & non perſicitur, & iterum reſu-
 mitur, & perſicitur, & ſic fuit hic, quia primò poſitum
 fuit, quod Moyſes aſcenderet in montem, & non fuit
 poſitum ad quid aſcenderet: nunc autem ſubiicitur ad
 quid aſcendat. ſad accipiendas tabulas. Et iſte modus
 in multis locis ponitur ſacræ ſcripturæ: ſic patet ſupra
 6. cap. vbi ponitur, quod Deus locutus fuerit Moyſi &
 Aaron, & non ponitur quid locutus fuerit: deinde in-
 terpoſitis quibusdam, ponitur, quod locutus fuit do-
 minus, & ibi ponitur quid locutus fuerit, & tamen illa
 locutio vnica fuit, vt ibi declaratum eſt. Et iſto modo
 loquendi vtrique aliquando Paulus Oſoſius in libris de
 Orneſta Mundi, & Boetius interdum in libris de Cō-
 ſolat. & ſerè omnes alij magnum, atque luculentum
 ſtilū habentes: non ergo Deus hoc bis dixit, ſed Moy-
 ſes hoc bis poſuit. Sed adhuc obijcies, quod iſta man-
 data fuerint duo, quia iſtud primū fuit, vt ipſe, & ſe-
 niores aſcenderent ad radices montis ad videndum
 Deum, & Moyſes cum eis, & iſtud ſecundum quod
 fuit, vt aſcenderet Moyſes ad accipiendas tabulas. Re-
 ſpondetur, quod vt ſupra declaratum fuit iſta aſcenſio
 ſeniorum cum Moyſe non fuit ad videndum Deum
 extra caſtra, tamen ſemper ſtat ex litera, quod Moyſes
 in illo primo mandato ſciuerit ſe aſcenſurum pro ta-
 bulis, quia cum dixiſſet: aſcende ad dominum tu, &
 Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus
 Iſrael, & adorabis procul, ſubiungitur: ſoluſque Moy-

Quare idē
 bis quæ in
 ſcriptura
 ponitur, &
 ita doctor
 ſepe facere
 ſolebitur.

ſes aſcendet ad dominum: ergo ex hoc cognoſcebat,
 quod ipſe cum Deo manſurus eſſet, & iturus pro tabulis.
Aſcende ad me in montem. Sinai ſiue Horeb, qui idē ſunt.
Et eſto ibi. Ideſt maneat ibi. Hoc dicitur, quia Moyſes
 aſcendit in montem Sinai cum Iofue, & ſtetit circa
 caliginem, in qua erat Deus non auſus intrare, donec
 vocaret eum Deus, & vocauit eum die ſeptimo de me-
 dio caliginis, & intrauit Moyſes in eam, vt patet infra.
 Si autem non dixiſſet Deus Moyſi, *Et eſto ibi*, cum a-
 ſcendiſſet, & Deus non locutus fuiſſet ei, in prima die
 rediret ad caſtra, vel forte non completa illa die, putās
 ſe impleuiſſe diuinum mandatum, quia tamē dictum
 eſt, quod maneret ibi, intelligebatur, quod oportebat
 ibi manere, donec Deus loqueretur ei, ſiue in media-
 te loqueretur ei, ſiue poſt aliquos dies, & ob hoc man-
 ſit Moyſes extra caliginem expectans dominum per
 ſex dies, & expectaſſet amplius, niſi Deus in die ſepti-
 mo ei locutus fuiſſet. *Daboque tibi tabulas lapideas.* In
 Hebræo dicitur. *Tabulas de lapide.* Et ob hoc quidam
 Iudæi dicunt iſtas tabulas duas eſſe vnum lapidem, &
 aliquando videri duas, & aliquando vnam. Sed hoc
 ſtultum eſt, quod tabulæ eſſent aliquando vna, aliqua-
 do duæ, quia tunc non vocarentur tabulæ, ſed tabula.
 Et ſi forte dicas, quod quando erant vna vocabantur
 tabula, & quando videbantur duæ vocabantur tabule:
 falſum eſt, quia hic vocantur pluraliter tabulæ, tamen
 dicitur de lapide, ſcilicet de vno lapide, vt ipſi volunt.
 Motiuum autem iſtorum eſt valde friuolum, ſcilicet
 quia dicitur tabulas de lapide: nam lapis ſignat ibi na-
 turam, & non indiuiduum, ſcilicet quod illæ duæ ta-
 bulæ datæ Moyſi, erant de lapide, ſiue lapis vnus eſſet,
 ſiue lapides multi. Etiam dato, quod lapis ſignet hic
 indiuiduum, bene ſtat, ſcilicet quod ambæ tabulæ fa-
 ctæ ſint de vno lapide, ſcilicet quod lapis, de quo factæ
 ſunt, erat vnus, & tamē per diuiſionem fuit factus duo
 lapides, ad faciendum ex eo duas tabulas.

An tabulæ
 eſſent plu-
 res, an vna.

An Moyſes factus fuerit diues ex fragmentis tabu-
 larum, vt Iudæi affirmant.

QV AESTIO. XVI.

QUIDAM Iudæi dicunt, quod iſta tabulæ fue-
 runt de Saphyro, qui eſt lapis valde præcioſus, &
 poſtea conſectis eis ad radicem montis accepit Moy-
 ſes omnia fragmenta earum, & venditis eis inde ditā-
 tuſ eſt nimis. O nequiſſimi Iudæi, o peſtifera germi-
 na, qui ardentiffimam, qua flagrat diuitiarum ſitum,
 intra infanda præcordia veſtra retinere non valentes,
 in ipſarum ſcripturarum ſacrarum expoſitione ſacri-
 legis verbis depromitis: veſtrum magnum prophetā,
 atque doctorem, imō præcipuum legis veſtræ ore ſc-
 tido, & caninis morſibus laniantes. Dic enim impu-
 dice Iudæe, dic obſecro, vnde probum illum virū Moy-
 ſen tanta cupiditatis videris ardere vehementia, vt ſic
 cum impuris verbis laceraueris? Quis ergo lapis iſte
 fuerit, ſiue præcioſus, ſiue non, conſtare non poteſt: ſa-
 tis enim præcioſus eſſe debuerit, cum ad ſcribendum
 legem Deus eum nouiter creauerit, vt dicitur infra
 32. cap. dato tamen quod præcioſus valde foret, nullo
 modo de Moyſe viro illius temporis optimo, quo ne-
 mo in prophetis maior ſurrexit, quem tantum noſſet
 Deus facie ad faciem, (vt dicitur Deuteronom. 34. capit.)
 ſuſpicari licitum eſt, quod tali ſe cupiditate polluerit,
 inferens tam ſacrilegum crimen gloriæ ſuæ, vt quod
 Deus paulo ante ad legis continentiam creauerat, &
 digito ſuo ei legis verba impreſſerat, nunc ad profa-
 nos vſus turpi cupiditate illectus vendiderit: nullus
 enim niſi qui totaliter mente captus eſt, tale quid aſe-
 rere auſus fuerit, cum videatur nephas talia cogitare.

Nequitia
 quorundā
 Iudæorū.

Sed

Sed magis dicendum, quod tabularum fragmenta recol-
 ligens, aut in aliquo loco terre ſecretiſſimo occultauit
 rit, aut in loco celebri honorabiliter collocauerit. *Tabu-
 las lapideas.* Cum enim lapides fuerint duo, in quibus
 præcepta ſcripta ſunt, tabulæ vocantur propter ſolam
 figuram. ſ. quia de profunditate minus habent, quam
 de longitudine, & latitudine. *Et legem, ac mandata.* In ta-
 bulis nihil erat deſcriptum, niſi decem præcepta, vt pa-
 tet Deuter. 4. cap. cum dicitur: Oſtendit vobis pactum
 ſuum, & verba decem, quæ ſcripſit in duabus tabulis
 lapideis: idem patet Deuter. 10. cap. vocantur tamen hic
 lex, & præcepta: vtrumque enim idem eſt, licet non con-
 uertibiliter, quia quicumque præcipiat quodcumque vo-
 luerit, illud præceptum eſt, non tamē lex, quia lex vim
 coactiuam habet. Etiam quia lex proprie iura ſcripta
 ſunt, mandata autem poſſunt eſſe etiam non ſcripta.
Quæ ſcripſi vt doceas eos. Deus ſcripſit iſtas tabulas, ſan-
 gelus, quia Deus nihil horum præcepit, cum miniſtros
 multos habeat: angeli autem, qui iſta faciebant, voca-
 bantur dij, vt declarauimus ſupra 19. cap. Et forte iſte,
 qui dixit, *Quæ ſcripſi vt doceas*, ſcripſerat ipſas tabulas,
 quia iſte loquens angelus erat, qui miniſtrabat Deo,
 quātum ad iſtos effectus legis danda, & omnia neceſſa-
 ria ad legem datam: ideo veriſimile eſt, quod ipſe fecerit
 ſcripturam. Quod tamen dicitur infra 32. cap. quod Moy-
 ſes portabat duas tabulas factas operæ Dei, & ſcriptura
 Dei erat in tabulis, vt dicere, quod tabule fuerāt ad Deo
 nouiter create, vt in eis ſcriberentur verba legis, & hoc
 ſatis rationabile eſt. Quod tenendo, dicendum eſt, quod
 tabulæ à Deo create ſunt, & ſcriptura poſtea ab angelo
 facta fuit. Vel quod Deus creauerit ipſas tabulas ſic ſcri-
 ptas, ſicut creare poterat eas rudes, & impolitas. *Vt do-
 ceas eos.* Non volebat Deus dicere, quod ideo dabat iſtas ta-
 bulas, vt per iſtas erudirentur in decem præceptis, quia
 iſta tabulæ non habebantur in vſu vulgari: ſed in arca
 reconditæ fuerunt nunquā idem extrahendæ. Etiam
 quia decem præcepta ſcripta fuerant in volumine foed-
 eris, de quo ſupra diximus, non ergo neceſſe erat ha-
 bere tabulas ad docendum per eas. Item quia præcepta
 decalogi ſatis erant pauca verba, quæ poterant ſine ſcri-
 ptura ſcribi, & retineri: ergo nō erant ad hoc neceſſarie
 tabulæ continententes decem præcepta: ſed vt ſupra dixi-
 mus iſte tabulæ magis erant in commotionē, & te-
 ſtimonium. ſ. vt ſi vellet Iudæi negare, quod cum Deo pe-
 piſſent obſeruare decem mandata, poſſent conuincit
 de falſitate per tabulas illas continententes decem man-
 data, & apud eos tandiu, & tam celebriter obſeruatas.
 Cum autem dicitur hic. *Et legem ac mandata, quæ ſcripſi,
 vt doceas eos.* Ideſt in tabulis illis continentur lex, & mā-
 data, quæ docebis eos. Sæpe namque ponitur, vt, pro
 aliquo relatiuo, & non ſignat hic, vt, cauſam finalem.
Surrexerunt Moyſes, & Iofue. Hoc fuit inmediate, vt ac-
 ceſſerunt ad radices montis Sinai: nam vſq; illuc comi-
 tati ſunt eos Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſe-
 niores Iſrael, & ex loco ipſo adorauerunt Deum vidē-
 tes gloriā eius in nube, vt ſupra declaratum eſt: in lite-
 ra iſta non ponuntur omnia, quæ mādauit Deus Moy-
 ſi: nam cum mādauit, quod aſcenderet in montem,
 & quod irent cum eo ſeniores: certum eſt, quod expreſ-
 ſerit vſque ad quem locum comitari debebat: aliās
 neſciuiſſet Moyſes vſque ad quem locum comitari
 eum deberent: litera tamen dixit ſupra quod aſcende-
 ret Moyſes ad dominum, & cum eo Aaron, Nadab, &
 Abiu, atque ſeniores, & ſoluſ Moyſes aſcenderet ad
 dominum, & non expreſſit vſque ad quem locum,
 quia iſta non erant multum neceſſaria nobis, nec po-
 terant ſatis deſcribi, vt cognoſcerentur.

Moyſes ac-
 cepit frag-
 menta ta-
 bularum,
 & i aliquo
 loco ſecre-
 to occul-
 tauit.

Differentia
 inter legē,
 & mādatū

Tabule legi-
 ſ a Deo
 nouiter
 create ſue-
 runt.

Alph. Toſt. ſuper Exodi

Quomodo Iofue cum Moyſe ibat, cum Deus
 id non mandauerit.

QV AESTIO. XVII.

SED quæres de Iofue quomodo iuerit ipſe cum
 Moyſe, quia ſupra mādauerat Deus, quod aſcen-
 derent cum Moyſe Aaron, & Nadab, atque Abiu, &
 ſeniores ſeptuaginta ex Iſrael, ſed inter hos non ſiebat
 mentio de Iofue, ergo non debebat illuc aſcendere.
 Reſponderi poteſt, quod Iofue fuerit vnus de ſeptua-
 ginta ſenioribus, & aſcendit cum Moyſe, & poſt hoc
 recedētib; alijs ſenioribus, quia Iofue erat miniſter,
 vel famulus Moyſi, manſit cum eo, & aſcenderunt in
 montem. Vel poteſt reſponderi, quod licet Iofue nō
 eſſet vnus de ſeptuaginta ſenioribus, quia tamen erat
 miniſter Moyſi, ei cōtinuo adherens, iuit cum eo, nec
 oportebat de illo exprimi, quod ipſe iret cum Moyſe.
Aſcendensque Moyſes in montem Dei. Ideſt quando aſcen-
 dere vellet ipſe, & Iofue, & erat hoc ad radices mon-
 tis: nam vſque illuc iuerunt cum eo ſeniores, & tunc
 cum incipere vellet aſcendere, dixit iſta, quæ ſequunt.
In montem Dei. Vocatur mons Sinai mons Dei, quia ſu-
 per eum habitabat gloria domini in caligine nubis.
Senioribus aut. Non ſolum ſenioribus, ſed etiam Aa-
 ron, & Nadab, & Abiu: nam etiam iſti non aſcenderūt
 illuc, vt patet infra, cum dixit Moyſes: Habebis Aarō,
 & Hur vobiscum, ſiquid natum fuerit quæſtionis, ad-
 ducetis ad eos. Sed computantur Aaron, & Nadab,
 & Abiu nomine ſeniorum, quia plures erant ſeniores,
 & ipſi quoque licet non eſſent de numero ſeptuagin-
 ta ſeniorum, quia præter Aaron, & Naſab, atque Abiu
 erant ſeptuaginta ſeniores venientes cum Moyſe: ipſi
 tamen vocantur ſeniores, quia erant viri maturi con-
 ſilij, & bene intelligatur ſub nomine ſeniorum, cum
 non additur certus numerus. *Expeſtate hic, donec reuer-
 tamur.* Per iſtud aduerbium, hic, non demonſtrauit ra-
 dices montis, apud quas tunc erunt, quia non man-
 ſerunt ibi ſeniores, ſed receſſerunt in caſtra, ſed intelli-
 gitur locus caſtrorum. Erat namque ſatis prope quous
 locus caſtrorum, & digito forte demonſtrauit caſtra
 mandans eis ibi manere: nam etiam ſæpe ea, quæ di-
 ſtant, demonſtrantur per talia aduerbia demonſtrati-
 ua locorum, aut per pronomina: ſicut dicitur Gen. 32.
 cap. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & tamē
 Iordanis non erat ei iunctus, ſed poterat eum oculis
 demonſtrare, vt in eodem capitulo declaratum eſt.
 Quod aut hoc eſſet ad radices montis, patet, quia dicitur hic:
 Aſcendens Moyſes in montē Dei, ſenioribus aut. i. qñ
 volebat aſcendere. Quod eſſent extra caſtra, quādo iſta
 mādauit eis Moyſes, patet, quia ſupra Deus dixerat,
 quod aſcenderet Moyſes ad dominum, & cum eo Aa-
 ron, & Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſeniores: ſed ſi
 tunc cum Moyſes aſcendere inceperit, & dixit eis iſta ver-
 ba, fuiſſet in caſtris, & mādaſſet eis manere ibi: nullo
 modo aſcendiſſent cum eo: neceſſarium eſt ergo, quod
 tunc eſſent extra caſtra ad radices montis Sinai. Quod
 autem redierint in caſtra patet, quia quando Moyſes
 deſcendit de monte non inuenit eos ibi, ſicut inuenit
 Iofue, vt patet infra 32. cap. nam cum deſcendit cum
 eo Iofue, & ipſe atdiuit ſonum murmuris in caſtris:
 ſeniores autem non fuerunt ibi inuenti. Item quia
 Aaron erat inter iſtos ſeniores, vt patet cū dicitur im-
 mediatē: habebis Aaron, & Hur: ſed Aaron reliquit ca-
 ſtra, quia exiſtente Moyſe in monte venerunt ad eum
 Iſraelitæ petentes Deos ſibi fieri: ſi autem ipſe non
 maneret in caſtris, non petuiſſent ab eo populares
 fieri Deos: ergo ſeniores etiam in caſtra redierunt.

Pars Secunda.

B 3 Item

Item hoc mandauit Moyses, cum dixit: Habetis Aarō, & Hur uobiscum, siquid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos: hoc autem erat quantum ad dispositionem totius populi, cui Aaron, & Hur præesse debent, dum Moyses absens erat. Nam inter ipsos septuaginta viros seniores, qui erant viri probi, non credebatur Moyses posse nasci aliquod scandalum, aut quæstio, in qua ad iudices recurrere deberent: sed intelligebat de popularibus, qui viri imperfecti sunt, & inter eos frequenter quæstiones oriuntur, quæ ad iudicibus determinationem accipere debent, & his volebat præesse Aaron, & Hur: ergo volebat, quod ipsi redirent in castra, vt populo præessent. *Donec reuertamur ad vos.* In hoc demonstrabat Moyses, quod non ascendebat solus, sed ascendebat cum eo Iosue, vt patet supra. *Habetis Aaron, & Hur uobiscum.* Istos constituit Moyses, vt iudices populi, dum ipse aberat: iste Hur videtur esse maritus Mariæ sororis Moysi, & Aaron, de quo dictum fuit supra 13. cap. & dicitur infra 31. *Siquid natum fuerit quæstionis.* Secundum quod ait Aristot. in 3. Polit. in Politijs nihil magis necessarium est, quam iudex: vnde dicit magis esse necessarium, quam panem, quia iudex est in ciuitate, sicut aia in corpore: voluit ergo Moyses sciens, quod in populo aliquæ quæstiones nascerentur constituere vicarios suos, siue delegatos ad vniuersitatē causarum, vt esset, qui regeret: nam vt ait Salomō Prouer. c. 8. Vbi non est gubernator corrumpet populus. Aliquis forte dicit ex hoc patere, quod non veniret Iethro ante datam legem: nam cum venit Iethro ordinauit Iudices, vt patet supra 18. cap. si ergo iam venisset, dato quod Moyses recederet ad montem, non oportebat ponere iudices cum manerent in populo multi tribuni, & centuriones, & quinqueagenarij atque decani: ergo nondum venerat, quia hic Moyses ita iudices relinquit, ac si in populo nulli alij essent. Respondetur, quod licet verum sit, quod Iethro isto tempore nondum venerat, vt declarauimus supra 18. capit. tamen ista ratio nullo modo conuincit, quia licet Moyses non relinqueret istos duos iudices totius populi existentibus alijs, tamen relinqueret eos tanquam iudices loco sui: nam vt declaratum fuit supra 18. capit. omnis ordo iudicum ipsi Moysi subordinatus erat, ita quod causæ omnium tribunorum directe audire debebat Moyses, & causas omnium inferiorum quando per appellationē deuoluebantur ad ipsum. Etiam auditorus erat directe omnes causas pertinentes ad Deum, scilicet ad ceremonias legis, & dubia, quæ requirebant altum iudicium, vt patet supra 18. cap. cum dicitur ad Moysen ex verbis Iethro: Esto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, & referas quæ dicuntur ad Deum: ostendatque populo ceremonias, & ritum colendi, & postea sequitur: *Quidquid grauius fuerit referant ad te, ipsi verò minora tantummodo iudicent.* Recedente ergo Moysē à populo, licet manerent multi iudices, tamen deficiebat caput iudicum ad quod causæ multe, vt dictum est referri debebant. Oportebat etiam vt ipse loco sui aliquos iudices dimitteret, qui iudicaret populum: nihil ergo ratio illa concludit. *Cumque ascendisset Moyses, Non solum ascendit Moyses: sed etiam ascendit Iosue cum eo vsque ad quandam montis partem, aut ingressum nebulae magnæ, & mansit ibi Iosue, quando postea intrauit Moyses in caliginē. Operuit nubes montem.*

An ascendente Moysē in montem nubes totum montem operuerit.

QVAESTIO. XVIII.

NVNQVID totum montem operuit, aut partē montis. Fortè dices, quod partem montis, quia

Moyses in monte erat, & non tamen in caligine, quia vocauit eum dominus de medio caliginis die septimo, vt patet infra, & sic Deus dicebatur esse in caligine, & non Moyses. Respondetur, quod totus mons operuit fuit nebula: ista tamen nebula erat aequaliter rara: circa cacumen tamen montis erat densa nebula, quæ vocatur caligo: Moyses autem licet fuerit in sex diebus intra nebulam, non tamen fuit intra caliginem ausus intrare, donec vocauit eum Deus de caligine, & ista differentia obseruatur hic in textu: nam dicitur, quod nubes operuit montem, id est totum montem, & non dicitur, quod caligo operuit montem, & postea dicitur, quod Deus vocauit Moysen in septimo die de medio caliginis. Iste modus ponitur supra 19. & 20. cap. nam in 19. ca. dicitur: Totus mons Sinai fumabat, eo quod descendisset dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de fornace in capit. 20. sequenti tamen dicitur, quod postquam Moyses ascendisset in montem, & dixisset populus, quod loqueretur ipse, & non Deus, accessit Moyses ad caliginem, in qua erat Deus quasi per omnes alias partes montis non esset caligo, licet fumaret totus mons. *Et habitauit gloria domini super Sinai.* Gloria domini dicitur quædam representatio magnitudinis eius, vt sicut cum quis venit in magno apparatu vestium, aut cum turba magna, aut multitudine equitum dicitur venire in gloria sua, quia illa exteriora demonstrant magnitudinem status eius: ita quando Deus facit in aliquo loco aliqua signa demonstratiua magnitudinis, & virtutis eius, dicitur ibi esse gloria domini: sic autem erat in monte Sinai, quia apparebat ibi nubes totum montem operiens, & caligo magna in cacumine montis, & ignis magnus, quod nulla alia res nisi Deus causare potuisset: ideo vocantur gloria eius. Deus autem vbiq; est, sed non vbiq; est gloria eius. Patet, quia si vbiq; esset, non diceretur, quod apparuit gloria domini super montem Sinai tanquam aliquid speciale dicatur. Et est hoc, quia sicut reges dicuntur esse in gloria sua, quoniam preciosis vestibus, & cum magna famulantiū caterua progrediuntur: si autem rex mutato habitu solus in aliquo loco sedeat, & incognitus, licet ibi rex sit, tamen non est ibi gloria regis, quia magnitudinis suæ specialia signa non indicat: ita licet Deus vbiq; sit, quia tamen non vbiq; indicat maiestatis suæ insignia, non est gloria Dei vbiq;: & isto modo dicitur specialiter stetit gloria domini super Sinai, quia super illum montem monstrabatur, & non in locis adiacentibus. *Tegens illum nubes sex diebus.* Non est intelligendū, quod in istis sex diebus nubes manserit super montē, & postea non, quia per totum tempus mansit super montem, quo stetit Moyses super montem cum Deo, sed ponitur, quod texit sex diebus ad computandū sex dies, quibus mansit Moyses extra magnam caliginem.

Quid fecit Moyses sex diebus, quibus cum Deus non vocauit, & quid comedit, similiter Iosue in quadraginta diebus, quibus expectauit Moysen.

QVAESTIO. XIX.

QVAERES autem de Moysē quid agebat istis sex diebus, vel quid comedit. Aliquis forte respondet, quod in his sex diebus vacauit Moyses contemplationi, & non comedit, nec bibit, sicut dicitur Deut. 9. capit. quod perseverauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens, & aquam non bibens. Respondetur, quod in istis sex diebus nunquam Moyses descendit de monte, vt iret ad castra, vel ad alium locum, sed manebat in contemplatione, & expectans dominum quando eum vocaret, quia dixerat ei, vt staret in monte, & tamen in his sex diebus comedit, & bibit.

Quid sit gloria domini.

Et si dicas, quid comedere poterat cum non rediret ad castra, vt inde cibos iumeret, nec aliquis de castris veniebat ad eum ducens ei cibos, cum nullus saltē montem tangere auderet, quia operuerat gloria domini montem, & erat totus nubes velatus. Comedebat tamen, quod alij comedebant, qui erant in castris, scilicet manna, quod cadebat extra castra in circuitu castrorum p fatis magnam distantiam. De potu autem dicendum est, quod ipse potabat de fontibus derivatis de monte Sinai: nam fontes ibi nascuntur, & torrentes ad inferiora labentes, vt patet Deutero. 9. capit. cum dicitur: Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est vituli confringens, & in frustra comminans proieci in torrentem, qui de monte descendit. Quando autem arguis, quod perseverauit Moyses cum domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, intelligitur de tempore, quo stetit cum Deo, scilicet postquam vocauit eum Deus de medio caliginis, quod fuit in septimo die: nam tunc incepit esse cum domino, antea autem non steterat cum eo. Quod autem intelligatur hoc quod fuit non comede re, nec bibere de tempore, quo stetit cum domino, patet, quia dicitur Deut. 9. cap. & perseveravi cum domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: ista procedunt tenendo, quod quadraginta dies, & quadraginta noctes, qui infra nominantur, inceperint à septimo die ascensus Moysi in montem, quando vocauit eum dominus de medio nebulae. Si autem diceremus, quod isti quadraginta dies computarentur à die, qua ascendit Moyses in montem: necessarium diceretur, quod in illis primis sex diebus non comedit, nec bibit, cum textus dicat Deut. 9. cap. quod quadraginta diebus, & quadraginta noctibus non comedit.

Quid fecerit Iosue in quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in monte Sinai.

QVAESTIO. XX.

QVAERES autem de Iosue etiam quid fecerit his quadraginta diebus expectando Moysen. Respondetur, quod Iosue in his quadraginta diebus nunquam descendit de monte, vt iret ad castra, quia ipse expectabat Moysen, vt reuerteretur cum eo, & quia ipse nesciebat quando Moyses regressurus esset, expectabat continue, quando rediret: si autem ad castra descendisset aliquando poterat Moyses interim de monte descendere, & non inueniret Iosue, quod ipse facere non debebat, cum solum ascendisset in montem ad expectandum Moysen. Ergo dicendum, quod nunquam toto illo tempore descendit in castra, vel declinauit in aliqua loca ab inde distantia. Ex quo patet, quod Iosue nihil scire potuit de fabricatione vituli, vel quo populus peteret ab Aaron fieri sibi Deos: ideo à toto crimine exers fuit. Et ob hoc cum descenderet de monte cum Moysē, & audisset confusa omnia in castris, dixit Moysi: Vlutatus pugnae auditur in castris, non cognoscens quid essent illæ voces. De cibo autem, & potu eius dicendū, quod in omnibus illis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vel potius quadraginta sex, si velimus ponere illos sex dies fuisse ante quadraginta comedit, & bibit, sicut ceteri, qui erant in castris: cibis autem suis erat manna, vt dicebamus ante de Moysē, quia in monte illo cadebat manna, sicut in alijs locis in circuitu castrorum, & aqua ibi erat, & vacabat interim cōtemplationi nihil aliud habens quid faceret, quia vir bonus, & perfectus erat, vt potē, quod tanti viri, scilicet Moysi famulus erat semper ei adhærens. *Septimo autem die.* Non vocauit Deus immediate ad se Moysen, sed fecit eum expectare per sex dies in monte:

Alph. Toti super Exodi

Et si dicas, quid comedere poterat cum non rediret ad castra, vt inde cibos iumeret, nec aliquis de castris veniebat ad eum ducens ei cibos, cum nullus saltē montem tangere auderet, quia operuerat gloria domini montem, & erat totus nubes velatus. Comedebat tamen, quod alij comedebant, qui erant in castris, scilicet manna, quod cadebat extra castra in circuitu castrorum p fatis magnam distantiam. De potu autem dicendum est, quod ipse potabat de fontibus derivatis de monte Sinai: nam fontes ibi nascuntur, & torrentes ad inferiora labentes, vt patet Deutero. 9. capit. cum dicitur: Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est vituli confringens, & in frustra comminans proieci in torrentem, qui de monte descendit. Quando autem arguis, quod perseverauit Moyses cum domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, intelligitur de tempore, quo stetit cum Deo, scilicet postquam vocauit eum Deus de medio caliginis, quod fuit in septimo die: nam tunc incepit esse cum domino, antea autem non steterat cum eo. Quod autem intelligatur hoc quod fuit non comede re, nec bibere de tempore, quo stetit cum domino, patet, quia dicitur Deut. 9. cap. & perseveravi cum domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: ista procedunt tenendo, quod quadraginta dies, & quadraginta noctes, qui infra nominantur, inceperint à septimo die ascensus Moysi in montem, quando vocauit eum dominus de medio nebulae. Si autem diceremus, quod isti quadraginta dies computarentur à die, qua ascendit Moyses in montem: necessarium diceretur, quod in illis primis sex diebus non comedit, nec bibit, cum textus dicat Deut. 9. cap. quod quadraginta diebus, & quadraginta noctibus non comedit.

Quare Deus non vocauit Moysen immediate vt in monte ascendit.

Quomodo intelligit, quod super monte Sinai erat ignis.

Parti Secunda.

B 4 An

An sex dies quibus Moyses stetit in mente, computentur cum quadraginta diebus.

QVAESTIO. XXI.

DVBIVM est de istis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vtrum computentur cum illis sex diebus, quibus stetit Moyses, expectando diuinam vocationem, vel non: sed computetur ab illo septimo die in quo Moyses vocatus fuit a Deo. Ista quaestio secundum intentionem Iudeorum nulla est, quia dicunt, quod iste dies septimus est dies, in quo Moyses confirmavit sedus legis cum populo faciens sanguinis asperersionem super eos, & tunc cum Iosue ministro suo ascendit in montem, & sic non expectavit aliquo die in monte. Et hoc sic computant, ponentes fuisse legem datam sexto die mensis tertij, & in septimo die Moysen ascendisse montem, & vocatum fuisse ab eo: nam cum dictum fuerit supra 19. cap. qd primo die mensis tertij venerunt filij Israel in montem Sinai, & ipsa die ascendit in montem ad Deum, & postea redijt ad renuntiandum populo verba Dei, & iterum in tertio die redijt ad Deum referens verba populi, & eadem die descendens habito consensu populi, quod Deus daret legem, indixit eis Moyses sanctificationem, scilicet lotionem vestium, & abstinentioniam ab vxoribus, & hoc fuit in die tertio, vt ipsi volunt, & dixit eis tunc Moyses: Estote parati in diem tertium, idest vsque ad tres dies sequentes, & tertius dies istorum erat sextus dies mensis, cum ista in tertio die fuerint dicta mensis illius, & in illa die sexta fuerit data lex, eadem die ipse Moyses mansit cum Deo post dationem legis, quae fuit in aurora, vt patet supra 19. cap. cum dicitur: Iam aduenerat dies tertius, & mane inclarauerat, & ecce ceperunt audiri tonitrua, & cetera. In eadem die recepit Moyses a Deo omnia precepta moralia, atque iudicialia, quae habentur a si. 20. cap. vsque ad principium huius 24. cap. & descendit eadem die dationis legis ad populū, & recitauit omnia verba Domini. De qua recitatione agitur in hoc capitulo, & scripsit ea in volumine: haec enim omnia in sexto die mensis tertij, in quo data fuit lex, facta sunt, vt Iudaei volunt, & in hoc non discordamus ab eis. Et tunc mane conuergens, scilicet in sequenti die, qui erat dies septimus mensis huius fecit holocausta, & victimas, & asperersionem sanguinis, & tunc cum Iosue ascendit in montem, & vocauit eum Dominus de medio caliginis, & hoc fuit in septimo die, & sic ista bit litera, qd vocauerit Deus Moysen in septimo die de medio nebulae, vel caliginis, & quod iste fuerit dies, in quo ascendit in montem. Et hoc modo dicunt, qd festum Pentecostes, quod est propter dationem legis, fit in die sexta mensis tertij, quod non fieret, nisi in sexta die mensis illius lex fuisset data. Hanc opinionem communiter tenent omnes Iudaei. Et hanc sequitur ipse Rabbi Abraham Aben Ezra, qui inter ceteros Hebraeos rationabilis, atque acutius sensisse videtur. Et si obijcias contra eos, quia dicitur supra: Cunque ascēdit Moyses in montem, operuit nubes illum, & habitauit gloria Domini super Sinai tegens illum in nube sex diebus, & tunc sequitur: Septimò autem die vocauit eum, idest Moysen de medio caliginis: ergo necessario videtur dicendum, qd inter ascensum Moysi in montem, & vocationem eius a Deo intercederint dies sex, quibus operuit dominus montem nube. Ad hoc videtur respondere Aben Ezra, nam licet ipse non moncat in hoc aliquod dubium, ex verbis tamen eius haberi potest ista responsio, scilicet quod hic sit recita-

Respō fm intentionē Iudaorū.

Obiectio.

Resp. Rabbi Abraham Aben Ezra.

pitulatio, scilicet quod isti sex dies non intelliguntur post istum ascensum Moysi nunc ad montem, sed a die primo, quo ascendit Moyses in montem primo, qui fuit dies primus mensis, & tunc dicunt, quod gloria domini habitauit super Sinai tegens illum sex diebus, scilicet quod primus dies, quo gloria domini habitauit super montem Sinai fuit dies, quo venerunt Israelitae in montem Sinai, & ascendit Moyses ad cacumen eius, scilicet dies prima mensis tertij, & tunc cooperuit gloria domini montem Sinai sex diebus, s. illis sex diebus continuis vsq; ad diem sextum, in quo data fuit lex, vt ipsi volunt, & tunc in die septimo vocatus fuit Moyses a Deo de medio caliginis, & intrauit. Sed haec licet ipsi Iudaei putent solidissima esse, tamen necessario sunt falsa, cum repugnent literae, vt patebit. Quando autem dicunt hic, quod lex fuerit data in sexta die mensis tertij, in qua die ipsi celebrant Pentecostē, sine festum hebdomadarū, siue fuerit, siue non fuerit, non agit quicquam ad praesentem considerationem: nam etiam si nos concedamus hoc fore verum: tamen non sequitur inde, quod in die sequenti septimo eiusdem mensis ascendit Moyses, & vocatus fuerit a Deo: licet adhuc hoc non concessimus supra 19. capitulo. Et patet, quod isti sex dies, qui ponuntur hic, non poterint computari a principio mensis tertij, ita quod septimus dies eiusdem mensis fuerit, in quo Moyses a Deo vocatus fuit, vt intraret in caliginem. Et hoc sic probatur, quia cum ipsi dicant datam fuisse legem die sexto mensis, & in septimo die Moysen ascendisse montem, & vocatum fuisse a Deo, necesse est, vt in omnibus diebus mensis huius a prima die vsque ad septimam fuerit nubes, & gloria domini super Sinai. Patet consequentia, quia dicitur hic, quod lex diebus operuit nubes montem Sinai, & habitauit gloria domini super illum, & in septimo die vocauit Deus Moysen de medio ignis, & caliginis. Si ergo iste septimus dies vocationis Moysi erat septimus dies mensis, & in his septem diebus fuit nubes super montem, ergo a principio mensis tertij, ex quo applicuerunt castra Israelitae apud montem Sinai, fuit nubes super montem, & gloria domini: sed hoc est contra literam, scilicet quod fuerit in monte Sinai nubes a principio mensis tertij, ex quo venerunt Israelitae: ergo falsum est, quod Moyses fuerit vocatus a Deo in monte septimo die mensis tertij sequenti die post dationem legis. Patet antecedens, nam secundum quod ipsi dicunt tertius dies mensis tertij erat, quando Moyses dixit Israelitis: Estote parati in diem tertium, idest ad sextum huius mensis, in quo dabitur lex, qui est tertius dies computando ab hoc die, in quo loquor vobis, qui est tertius mensis huius, & tamen in illo die, quem ipsi tertium vocant, quoniam Israelitae assenserunt verbis Dei, dixit Deus: iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te. Ergo adhuc non venerat nubes super montem die tertio: maximè, quia non venit nubes vsque ad diem quando data est lex, siue ille dies fuerit tertius, vt nos dicimus, siue fuerit sextus, vt dicitur Iudaei, in quo non facio magnam vim. Et patet hoc, quia ibi dixit Deus ad Moysen: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. Et erat iste dies tertius dies, in quo dari debebat lex, quem ipsi vocant sextum diem mensis tertij, & tunc sequitur: In die enim tertio descendet dominus coram omni populo super montem Sinai, & sic non descenderat adhuc, sed descendit primo in die legislationis: hoc etiam declaratur postea in eo capitulo, cum dicitur: Iam aduenerat tertius dies, & mane inclarauerat, & ecce ceperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, & postea subditur idem scilicet,

Impugnatio opinio nis Iudeorum.

Prima ratio qua probatur pars negativa quaestio.

Descendit doc. ad q.

Opinio quodam dicēs qd sex dies quibus Moyses stetit in monte computantur cum quadraginta diebus.

Totus autem mons Sinai fumabat eo, quod descendisset dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Patet ergo clarissime, qd nubes gloria domini vel nebula, aut aliquid tale non operuit montem vsque ad diem dationis legis: & sic ipsa fuit dies prima qua operus fuerit mons Sinai gloria domini. Cum ergo sex dies transferint, quibus operus fuerit mons Sinai nube antequam vocaretur Moyses a domino, ergo ad plus fuit vocatus Moyses a Domino sex dies post dationem legis. Sed Aben Ezra, & alij Iudaei vniuersaliter tenent, qd sequenti die post dationem legis ascenderit Moyses in montem, & eodem die septimo vocatus fuerit a Domino: ergo multum decipiuntur non aduertentes literam, quae satis clare hoc cantat: nullo enim modo poni potest, vt post datam legem immediatè Moyses a Deo vocatus fuerit. Quia ergo ponuntur sex dies, quibus operus fuit mons gloria Domini, & postea in septimo Moyses ascendit ad Dominum: dicendum est, qd isti sex dies computantur postquam ipse Moyses cum senioribus ascenderit vsque ad radices montis, & postea ipsis recedentibus ascendit Moyses cum Iosue, & mansit sex diebus cum eo, & post sex dies illos vocauit Deus Moysen, vt veniret in cacumen montis. Item patet hoc magis, scilicet qd etiam isti sex dies, quibus operuit nubes montem Sinai, non possunt computari a tempore dationis legis: quia vt dicitur in isto cap. postquam confirmata fuit lex per sanguinis asperersionem, quod fuit factum, vt volunt Iudaei, sequenti die post dationem legis, & in hoc nos concordamus, viderunt seniores, qui ascendebant cum Moysē Deū Israel, & sub pedibus eius quasi opus, vel pauimentū sapphyrini, & caelestis coloris, & hoc etiam viderunt populares: ergo in illa die ad minus illa hora nondum operuerat nubes, & caligo magna montem Sinai, quia intra magnam caliginem, & nebulam grossam, quae circumdabat montem Sinai, non posset videri tam subtilis color qualis est sapphyrinus, & color caeli sereni: & tamen vtraque visio, scilicet nubes, quae operuit montem, & nubes, in qua apparuit Deus, & sub pedibus eius quasi opus sapphyrini coloris apparuit super montem Sinai: ergo non stabat vna, quando apparuit alia: sed gloria domini in colore sapphyrino, & caeli sereni apparuit Iudaeis sequenti die post datam legem: ergo adhuc non cooperuerat nebula montem Sinai, & sic non computabuntur isti sex dies a die dationis legis, sed vt diximus, ab eo tempore, quo Moyses cum senioribus steterunt ad radices montis, & viderunt Dominum Israel, & ipsis recedentibus ascenderunt Moyses, & Iosue in montem, & mansit Moyses sex diebus continuis extra caliginem magnam, in die autem septimo ad caliginem a Domino vocatus est. Et tunc manet quaestio, quae ante ponere inceperamus, scilicet vtrum isti sex dies, quibus Moyses stetit in monte antequam vocaretur a Deo computentur in numero quadraginta dierum, & quadraginta noctium, quibus dicitur stetit cum Deo: an incipiat computatio ex die septimo in quo vocatus fuit Moyses a Deo. Aliquis dicet, quod computatur isti sex dies in numero quadraginta dierum, quibus stetit in monte: nam alius non solū stetit quadraginta diebus, sed quadraginta sex diebus: nunquam tamen dicitur, quod steterit nisi quadraginta, vt patet Deuter. nono capit. cum dicitur: Et perseueraui in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens, & aquam non bibens: & postea sequitur: Cunque transissent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi duas tabulas lapideas: ergo videtur, quod isti sex dies computantur in numero quadraginta dierum, anas essent quadraginta sex. In contrarium videtur, qd isti dies

A sex non computati fuerint in his quadraginta diebus: & patet quia dicitur hic: Ingressus Moyses medium nebulae ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: Ecce qualiter dicitur, quod postquam ascendit medium nebulae fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: ergo in medio caliginis computandi sunt isti quadraginta dies, & quadraginta noctes: sed sex dies non fuerunt intra illam caliginem, sed extra, quia in illis sex diebus non vocatus fuit Moyses a Deo, sed in die septimo: ergo post illum septimum diē computandi sunt quadraginta dies, & quadraginta noctes: & sic erunt in illo primo ascensu quadraginta sex dies, & totidem noctes, & non solum quadraginta dies, & quadraginta noctes. Dicendum autem, quod vtrunq; satis teneri potest ex litera, nec videtur aliquod eorum repugnare literae, & quodcunque tenendo satis potest responderi ad alterum. Nam si teneamus primum, scilicet quod fuerint isti sex dies computati in numero quadraginta dierum, respondebitur quando dicitur hic litera, quod fuit ibi Moyses quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quod particula ibi, non demonstrat locum caliginis mediae, ita quod intra illam mediam caliginem, in qua erat Deus, fuerit Moyses quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: quia tunc totum tempus, quo fuit Moyses in monte postquam incepit ascendere descendendo a senioribus, vsque quo descendit in castra, foret dierum quadraginta sex, quia non computarentur ibi sex dies primi, quibus non fuit intra mediam caliginem: sed demonstrat montem, scilicet quod fuit Moyses ibi in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & quia illi sex dies fuerunt mansionis eius in monte, computabuntur intra quadraginta dies, & quadraginta noctes, quibus solum dicitur fuisse in monte. Si autem velimus tenere, quod isti sex dies primi, quibus fuit extra caliginem mediam non computentur in numero quadraginta dierum, & quadraginta noctium, respondebitur ad illud, quod dicitur: Et perseueraui in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. Et cum dicitur postea: Cunque transissent quadraginta dies, & totidem noctes dedit mihi duas tabulas: respondebitur, quod ista perseueratio in monte intelligitur de perseueratione cum Deo, scilicet postquam fuit vocatus ad medium caliginis: & postquam ibi stetit non comedit, nec bibit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, sed alijs sex diebus precedentibus comedit, vt supra diximus. Et quando dicitur: Cunque pertransissent quadraginta dies, & totidem noctes, quod ista pertransitio intelligitur computando a tempore, quo incepit esse cum Deo in medio caliginis: & sic vtrunq; istorum satis verisimile est, & defensibile. Si tamen queras quid videtur magis tenendum: respondeatur, quod rationabilis est, quod isti sex dies, quibus Moyses fuit extra caliginem computentur in numero quadraginta dierum, & quadraginta noctium, ita quod a die, quo Moyses recessit a castris ascendens in montem vsque ad diem, in quo ad castra post fractas tabulas reuersus est, transferint quadraginta dies, & quadraginta noctes solum: & hoc apparet, quia Deuter. nono capit. vult Moyses demonstrare duram ceruicem Hebraeorum, & quantum laborauerit pro eis coram domino: & ponit, quod prima vice quando iuit pro primis tabulis perseuerauit in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, si tamen sex dies priores ante ingressum in magnam caliginem non computarentur in quadraginta diebus, & quadraginta noctibus essent quadraginta sex dies, & quadraginta sex noctes: & tunc magis posuisset Moyses se perseuerauissē in mon-

Respon. doc. ad qd.

Que opinio magis tenenda sit de his duabus & que verior sit.

te quadraginta sex diebus, & totidem noctibus, quam quadraginta diebus cum totidem noctibus solum, cum velit ponere laborem suum pro eis, qui maior esset quadraginta sex diebus, & quadraginta sex noctibus, quam in quadraginta diebus, & noctibus: maxime quia ista perseveratio quadraginta dierum, & quadraginta noctium dicitur fuisse in monte: & ibi fuerunt sex dies priores, quibus non stetit intra caliginem. Nam si diceretur: Perseveravi coram domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quia perseveratio coram domino solum fuit postquam vocatus fuit in die septimo, adhuc dici posset, quod illi sex dies non computarentur in numero quadraginta dierum, & noctium totidem, sed dicitur perseveravi in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ergo tota mora contracta in monte fuit solum quadraginta dierum, & quadraginta noctium, & computabuntur illi sex dies primi in numero quadraginta dierum, & quadraginta noctium.

CAPITVLVM XXV.



LOCVTVS QVE est Dñs ad Moyſen, dicens: Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias: ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas. Hæc sunt autem, quæ accipere debetis: aurum & argentum, & cæs & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum, & pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas, pellesque hyacinthinas, & ligna ſetim: oleum ad luminaria concinnanda: aromata in viuentium, & thymiamata boni odoris: lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, & rationale.

infra 35.

Tota vis legis Moſaice in colendo Deo conſiſtebat. Locutusque. Poſitis ſupra quibusdam ceremonialibus, & iudicialibus, hic continuato ordine ſubiungit legiſlator de alijs ſimilibus. Erat autem tota vis legis Moſaice in colendo Deum, ſicut & nunc eſt in lege Euangelica: quia tamen in tempore illo maxime determinabantur ad iſtum cultum per quaſdam ſpeciales coceremonias, vt diſtingueretur à coceremonijs aliorum populorum non colentium Deum, intendit legiſlator de illis coceremonijs cultus diuini agere. Et cum ipſe cultus diuinus præcipuus, & coceremoniæ eius fierent in vno loco determinato à Deo, ſcilicet in tabernaculo, & eius atrio, agit hic de facitione tabernaculi, & pertinentiarum ſuarum, & ponuntur tria. Primò ponitur ipſum de faciendo tabernaculum diuini præceptum. Secundò ponitur operis ad tempus impediendum. Tertio ſubiungitur prædicti operis executio, & complementum. Quarto perfecti tabernaculi ſtabilimentum. Secunda tangitur infra 32. cap. tertia infra 35. quarta tangitur infra 40. cap. Prima in duas: primò ponitur materiæ præparatio, ſecundò operis executio ibidem. *Faciendæque mihi ſanctuarium.* Circa primum. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen.*

F dictum fuit ſupra immediatè in fine præcedentis capituli, quòd Moyſes aſcendit ad dominum, & ſtetit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, non eſt intelligendum, quòd iſta ponatur ordine naturali, ſed poſita ſunt per anticipationem: nam antea fuerunt facta omnia, quæ continentur ab hoc loco vſque ad principium 32. ca. infra, quàm tranſiſſent iſti quadraginta dies: ponuntur tamen ad declarandum magis; nam cum dictum fuerit ſuperius, quòd aſcendit Moyſes montem ad caliginem, in qua erat Deus, ſi non poneretur quanto tempore ibi manſerit, eſſet quoddam conſuſum; ideo ſubiunctum fuit, quòd ibi manſit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & poſtea ſubduntur ea, quæ in illis quadraginta diebus acta ſunt.

Quid fecit Moyſes in toto tempore quadraginta dierum in monte cum Deo.

QVAESTIO PRIMA.

QVAERET namque aliquis, cum Moyſes maſerit cum Deo quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quid egit in toto illo tempore in monte? Reſpondetur, quòd docuit eum Deus iſta, quæ ponuntur hic de fabricatione tabernaculi, & vaſorum eius: ideo ponuntur hic immediatè poſt aſcenſum Moyſi in montem, & non ponitur deſcenſus Moyſi quouſq; hæc omnia conſumata ſunt. Hoc etiam tempore docuit eum Deus, (vt Hebræi dicunt) multas queſtiones legis, & in fine quadraginta dierum; & noctium dedit ei duas tabulas lapideas continentes præcepta decalogi, in quibus Moyſes nihil laborauit. Dicitur infra 32. capit. ſcilicet quòd illæ tabulæ duæ erant factæ opere Dei, & ſcriptura Dei erat in illis, & datæ fuerunt, quando deſcendere debuit. Etiam in his quadraginta diebus docuit Deus Moyſen omnes ritus ſacrificiorum, qui ponuntur in Leuitico: in toto namque Leuitico agitur de ſacrificijs, & feſtiuitatibus, & conditionibus ſacrificiorum, & ſacerdotum, per quos ſiunt ſacrificia, & cætera in hunc modum. Et hæc omnia Moyſes didicit in monte Sinai, vt patet Leui. cap. vlt. in fi. cum dicitur: Hæc ſunt præcepta, quæ mandauit dominus Moyſi ad filios Iſrael in monte Sinai. Ergo dicendum eſt, quòd in diebus, quibus ſtetit in monte docuit eum Deus omnia hæc, quia poſtquam deſcendit de monte vacabat circa fabricationem tabernaculi, & vaſorum eius, & non legitur tunc à Deo vocatus, vel Deum conſuluiſſe. Sed adhuc dices, quòd non ſolum ſtetit tunc Moyſes in monte cum Deo, ſed etiam alijs quadraginta diebus, & noctibus, quæ pro ſecundis tabulis aſcendit fractis primis, vt patet Deut. 9. ca. & in his quadraginta diebus docuiſſe eum poterat Deus omnia, quæ habentur in Leuitico. Reſpondetur, quòd licet in iſtis ſecundis quadraginta diebus poterat doceri Moyſes omnia, quæ erant in Leuitico, & valde plura, præcipue cum à Deo doceretur: tñ non doctus fuit in ſecundis quadraginta diebus, ſed in primis, quia in ſecundis quadraginta diebus fuit continuè orans proſtratus coram domino: ideo non poterat tunc erudiri cõuenienter, quia reputabat ex parte ſua. q̄ haberet animum attentum in orando, & haberet eum in recipiendo doctrinam attentum: maxime, quia ad recipiendum aliquid à Deo per modum intellectus requiritur magna attentio; dñ enim maior eſt intelligibilis res, maior eſt attentio. Quòd autem continuè orant, patet Deuter. 9. c. cum dicitur: Et iacui coram domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar, nè deleter vos, ſicut fuerat comminatus: ergo oportet, quòd in iſtis primis quadraginta diebus receperit Moyſes à Deo oia præcepta, q̄ in Leuitico tradita ſunt.

Quare

Quare ſtetit Moyſes quadraginta diebus cum Deo in monte.

QVAESTIO II.

SED adhuc quæres, quare tot diebus Moyſes in monte cum Deo moratus eſt: nam Deus poterat eum docere omnia iſta, quæ docuit, in valde modico tempore, & ipſe Moyſes, dato quòd non doceret eum Deus, qui ſubito poteſt facere aliquem ſcientem, ſed docuiſſet eum aliquis homo, poterat omnia iſta in valde minori tempore ſcire. Reſpondetur, quòd horum a mortalibus cauſa nulla dari poteſt: nam hæc conſiſtunt in occulta diſpoſitione Dei, qui forte ſuam voluntatem ſolam, quæ eſt regula omnium actionum ſuarum, cum idem ſit in eo velle, & intelligere, pro cauſa habent: vel ſi aliquid habeant conformitatis ad aliquas humanas actiones, propter quas Deus vult circa talia tantum tempus pertranſiri, ille res nobis incognite ſunt: quia alta ſunt conditoris noſtri iudicia, & inueſtigabiles viæ eius, & nemo noſtrum cognouit ſenſum Domini, nec conſiliarius eius fuit, vt nobis hæc valeat enarrare, iuxta id quod ait Apoſt. ad Rom. 1. r. cap. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen.* Scilicet poſtquam Moyſes ſtans in monte ſex diebus extra caliginem, vocatus fuit in die ſeptimo à Domino, & locutus fuit ei Deus iſta, quæ ſequuntur. Et vocatur hic Dominus ſicut ſepe dictum eſt ipſe Angelus: quia Deus nunquam in his per ſe aliquid egit aut dixit, ſed cuncta per Angelos, qui erant miniſtri legis, vt patet ad Gala. 3. cap. vbi dicitur: Lex data per Angelos in manu mediatoris. *Loquere filiis Iſrael.* Quando deſcenderis ad eos ſcilicet vt darent omnia, quæ ſequuntur ad fabricationem tabernaculi, & vaſorum. Et ſicut iſtud eſt primum, quod Deus mandauit, ſcilicet colligi materiã ad conſtruendum tabernaculum: ita iſtud fuit primũ, quod dixit Moyſes cum deſcendit de monte poſt mandatum de conſeruando ſabbatum, vt patet infra 35. cap. *Vt tollant mihi primitias.* Non accipiuntur hic primitiæ ſecundum, quòd communiter accipiuntur in alijs locis ſacrę ſcripturæ, vbi mandantur ſolui decimæ, & primitiæ: & vbi dicitur, quòd non poterant comedi primitiæ à filiis Iſrael in quolibet loco, ſed ſolum in loco, quem Dominus elegiſſet, vt patet Deute. 12. ca. quia ibi dantur decimæ, & primitiæ de eadem re, ſcilicet de fructibus terræ, & de pecoribus. Hic autem non dantur primitiæ de comediſtibilibus rebus, ſed de auro, & argento, atque hyacintho, & cæteris, quæ non decimantur: nec dantur de eis primitiæ eo modo, quo accipiuntur primitiæ communiter, licet ab eadem origine veniant iſtæ primitiæ, & illæ: nam vbi nos dicimus primitias, hæbrei dicunt ſeparationes, quod declarat litera noſtra infra 35. c. cum dicitur: Separate apud vos primitias Domino, ſcilicet quòd illi, qui erant viri boni animi, & habebant aurum, & argatũ, & hyacinthum, & pelles rubricatas, aut aliquid de his omnibus, quæ hic ponuntur, accipiebant aliquam particulam de eis, & ſegregabant apud ſe, & dabant Domino: & vocabantur iſtę primitiæ, ſiue ſeparationes. Et dicunt ſeparationes propter duo; aut quia aliqua particula auri, & argenti, & ſic de alijs ſegregabatur, & dabatur Domino: aut quia iſtud quod dabatur erat de optimo eius, quod quiſque apud ſe tenebat. Apud nos autem vocantur primitiæ ab iſta ſecunda ratione, ſcilicet quòd dabatur de parte optima rei, quam quiſque poſſidebat: & dicuntur primitiæ de primis. Si gnatur autem primus anteceſſionem: & hæc duplex eſt: ſcilicet anteceſſio temporis, & anteceſſio perfectionis: ſicut enim aliqua priora dicuntur, quia primò na-

Primitiæ dupliciter ſoldas accipi.

Anteceſſio duplex eſt.

A ta ſunt, ita priora dicuntur, quia perfectiora aut meliora ſunt. Dicuntur ergo primitiæ de primis accipiendo iſto ſecundo modo pro eo, quòd cætera dignitate antecedit. Et hoc eſt, quia id quod dabatur Domino, erat primum, ideſt de melioribus, quæ poſſidebat, ſcilicet de meliori auro, & meliori argento, & ſic de alijs. *Ab omni homine, qui offert eas vltroneus.* Ideſt ſpontaneus, ſiue voluntarius. Et dicitur vltroneus de vltro aduerbio, quod accentu acuto regitur in vltima ſyllaba: & ſignat id, quod ſponte, ſcilicet quòd Moyſes poneret edictum, quòd quicumque vellet offerre aurum, & argentum & cæter. in vltus, & fabricationes tabernaculi, & vtenſilium eius offerret, & non imponebatur hic aliqua coactio: nam hilarem datorem diligit Deus, vt patet ad Rom. 12. capit. *Accipietis eas.* Scilicet Moyſes, & ipſi artiſices Beſeleel, & Ooliab, vt patet infra 36. Et non oportuit hic fieri aliquã impositionem, ſcilicet vt cogeret populus ad offerendum: nam ſciebat Deus eos, tunc ita promptos ad offerendum, quòd non oportebat eis imponi præceptum ſub coactione, ſed ſolum, quòd denunciaretur eis: quia ipſi libentiſſime offerrent neceſſaria, vt patet infra 35. cap. cum dicitur. *Egreſſa omnis multitudo filiorum Iſrael, de conſpectu Moyſi obtulit mente præptiſſima, atque deuota, primitias domino ad faciendũ opus tabernaculi teſtimonij: imò tantum offerrebant, donec ſuperfuit, & mandauit Moyſes, quòd nullus vltra offerret, vt patet infra 36. ca. cum dicitur: qui cum inſtarent operi quotidie, mane vota populus, offerrebat: vnde artiſices venire compulſi, dixerunt Moyſi: plus offert populus, quàm neceſſarium eſt: iuſſitq; Moyſes præconis voce cantari: nec mulier, nec vir quidquam offerat vltra in opere ſanctuarij.*

Non oportuit imponi aliquã coactionem: nam ſciebat Deus eos, tunc ita promptos ad offerendum, cum libenter offerrent.

An Iſraelitę ſponte offerent ad conſtructionem tabernaculi: & an poſſit ſtare, quòd aurum, & argentum data fuerint ab his, qui tranſierunt ad numerum, & cætera fuerint libenter oblata.

QVAESTIO III.

SED videtur dubium cum dicatur hic, quòd offerrent primitias ad fabricationem tabernaculi, & vaſorum eius, & infra 35. cap. dicitur quòd multitudo filiorum Iſrael mente præptiſſima obtulit, quòd neceſſarium erat ad tabernaculum: & infra 38. capit. dicitur, quòd omne aurum, quod expenſum eſt in opere ſanctuarij, & omne quod oblatum eſt in opere ſanctuarij, & viginti nouẽ talentorum fuit, & ſeptingentorum, & triginta ſiclorum ad menſuram ſanctuarij. Oblatum eſt autem ab his, qui tranſeunt ad numerum a viginti annis, & ſupra de ſexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta armatorum. Iſta namque reputare videntur, ſcilicet quòd iſti ſpontanei offerrent, & quòd darent, quia tranſibant ad numerum: nam quando aliquis de filiis Iſrael tranſibat ad numerum, ideſt quia erat viginti annorum, & incipiebat in populo nominari, atque numerari, tanquam vnus de populo, dabat dimidium ſiclum, vt patet infra 30. capitul. Reſpondebit aliquis, quòd licet aurum datum ſit ab his, qui tranſibant ad numerum: tamen hyacinthum, & purpura, & coccus, et pelles rubricatæ atque pelles hyacinthina, & ligna ſetim libenter a populo oblata ſunt. Et quando dicebatur arguendo, quòd populus optulit omnia neceſſaria ad fabricationem tabernaculi, & vaſorum. Reſpondetur falſum eſſe hoc: nam litera infra 35. cap. non dicit ſic, ſed quòd multitudo filiorum Iſrael obtulit primitias, ad faciendum opus tabernaculi teſtimonij. Quidquid in cultu, & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt.

buerunt. Vnde hoc quod dicitur, quod prebuerunt omne, quod necessarium erat, solum refertur ad vestes, & alia ornamenta pellium, vel filorum: & hoc verum est, quod ista oblata sunt. Nam illi qui transibant ad numerum, non dabant pelles rubricatas, aut ligna sethim, vel aliquid simile, sed solum auri dimidium siclum, & pelles, vel purpuram, & hyacinthum, & alia similia populus libenter obtulit. Sed adhuc arguetur, quia hic non solum dicitur, quod offerretur coccus, & hyacinthus, & pelles caprarum, atq; hyacinthina, & cetera: sed etiam offerrent aurum, & argentum: ergo etiam obtulerunt aurum: & sic non erit verum, quod de auro accepto ab eis, qui transibant ad numerum, fuerint facta omnia, quae in tabernaculo aurea erant. sic tamen habetur infra 39. capit. ergo altera istarum litterarum non bene stat. Adhuc forte respondebis, quod licet Deus mandauerit denuncian- do, & non imperando, quod offerrent aurum, & argen- tum: tamen non obtulerunt aurum, sed cetera, quae imperata sunt. Sed hoc non potest stare: quia infra 35. cap. dicitur: viri cum mulieribus prebuerunt armillas, & in aureas: & dextralia: omne vas aureum in dona Domini separatim est. Ad hoc autem adhuc aliquis respondebit, scilicet quod quando infra dicitur: Omne aurum, quod extentum est in opere sanctuarii, & quod oblatum in donariis, viginti nouem ta- lentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarii. Oblatum est autem ab his, qui transierunt ad numerum, a sexcentis tribus millibus quingentis, & quinquaginta armatorum. Dicendum est, quod non solum isti, qui transierunt ad numerum dederunt id, quod dare tenebantur, scilicet dimidium sicli, & super hoc obtulerunt, sicut eis placebat de auro: & tunc satis stat, quod vasa aurea in donaria domi- ni separata sunt, & tamen nullus alius ista donaria obtulit nisi illi, qui transibant ad numerum: nam a vigin- ti annis, & supra transibant ad numerum. Alij autem, qui iuniores erant, nihil offerre poterant, cum nihil possiderent. Sed adhuc arguetur, quia tunc cum mu- lieres non transierunt ad numerum, quia soli viri com- putabantur, mulieres nihil auri dare potuissent, aut saltem nihil dederunt: quod non videtur conueniens, cum multitudo virorum, atque mulierum offer- ret domino mente promptissima. Ad hoc respon- debit aliquis, quod hoc satis stat, scilicet quod mulie- res non obtulerunt aurum, sed hyacinthum, & purpu- ram, & coccum, & sic de ceteris: viri autem earum so- li obtulerunt aurum. Sed adhuc non stat hoc, quia offer- re armillas, & dextralia ad feminas pertinebat, cum ista sua essent: sed armilla, & dextralia oblata sunt, in- ter quae non est verisimile, aliquid horum de auro puro esse, aut saltem habere partem auri: ergo etiam mu- lieres obtulerunt aurum. Item solutio illa superior non stat, scilicet quod illi, qui transibant ad numerum, de- dissent dimidium siclum, ad quem dandum teneban- tur, & post gratis aliquid offerrent: & sic compleren- tur illa viginti nouem talenta auri, & septingenti & tri- ginta sicli. Et patet, quia si computetur ista tota sum- ma auri per dimidios siclos, reperietur, quod sexcenti tres mille, & quingenti, & quinquaginta viri, dato a quolibet dimidio siclo faceret totam istam summam, vt declarabitur 38. cap. computando istam summam: ergo solum aurum, quod datum fuit a transeuntibus ad numerum, ita quod quilibet daret dimidium sic- lum, expensum fuit in opere tabernaculi. Sed ad- huc aliquis poterit respondere, quod hoc quod dicitur, scilicet quod quilibet offerret, quod vellet in opere san- ctuarii de auro, & argento, & ceteris, fuit idem cum eo quod datum fuit ab illis, qui transierunt ad nume- rum. Et hoc dicendo, quod licet solutio dimidij sicli in

posterioribus computationibus, & transitionibus ad numerum fuerit necessaria, tamen hic voluntaria fue- rit: & sic gratis dabatur, sicut hic dicitur. Et hoc ha- bet aliquem colorem ex littera, quae habetur infra 38. cap. cum dicitur: Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, & quod oblatum in donariis viginti nouem talentorum auri fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarii: oblatum est autem ab his, qui transierunt ad numerum a sexcentis tribus millibus quingentis quinquaginta armatorum: & sic isti dicebantur offerre, vel donare. Sed adhuc non stat hoc, quia dato quod ista prima solutio voluntaria fuisset, tamen in illa non est verisimile, quod omnes equaliter soluerent, quia qui ditiores erant plus darent: sed illa computatio facta infra 38. cap. stat ponendo, quod oes aequaliter tribuerint, qui ibidem computantur in summa, scilicet quilibet dimidium siclum. Etiam dato, quod concedere vellemus, quod omnes aequaliter dederunt, scilicet quilibet medium siclum, non potest stare, quia vt dicitur infra 35. cap. omne vas aureum in donaria Domini separatim est, qui autem dabat vnum vas au- reum, dato quod illud vas esset valde paruum, tamen magis contineret quam decem siclos. Dicendum est ergo, quod distincta fuerunt ista, scilicet solutio siclorum dimidiorum a quolibet de Israel, & oblatio auri, & argenti & aliorum, quae hic vocatur spontanea, licet solutio siclorum dimidiorum satis fuit voluntaria illis. Et fuit factum hoc modo, quia Moyses imme- diate vt descendit de monte, & proposuit eis de fabri- cando tabernaculo, accepit ab eis dimidium siclum auri a quolibet, quod erat viginti annorum, & ascribebatur in numero populi ad pugnandum: quibus solutis a po- pulo fuit collecta illa summa talentorum viginti nouem, & septingentorum triginta siclorum, & tunc denunciatum fuit, quod quilibet volens offerret aurum, vel argentum hyacinthum, purpuram, coccum, & sic de ceteris, & incepit populus offerre: quia tamen au- rum multum solutum fuerat a transeuntibus ad nume- rum, minus de auro postea oblatum est, quam de aliis rebus. Etiam quia artifices dicerent quantum erat necessarium, & secundum hoc populus offerret magis de hoc quam de illo, ideo spontanea oblatio maxi- me fuit de argento, & aere atque ceteris: de auro au- tem satis modicum, & hoc modicum quod de auro oblatum fuisset, insuper conseruaretur ad vsus taber- naculi: sicut quando totus Israel, vel aliqui de Israel transibant ad numerum solvebant dimidios siclos, qui conuertebantur in vsus sanctuarii, vt patet infra 30. ca. sic etiam patet de oblatione principum duodecim tri- buum in die dedicationis sanctuarii: nam oblata sunt acceptacula argentea duodecim, & phialae argenteae duodecim, mortariola aurea, duodecim, absque alijs re- bus, quae tunc ab eisdem principibus oblatae sunt, vt pa- tet Nume. 7. cap. haec autem in vsus tabernaculi con- uersa sunt, licet iam essent facta mortariola necessaria ad vsus eius ante dedicationem, & erectionem taber- naculi. Et si obijcias, quod istud aurum spontaneè ob- latum multum fuerit, quia dicitur infra 35. cap. omne vas aureum in donaria Domini separatim est. Dicen- dum, quod sacra scriptura multotiens facit hyperbolicas locutiones, vt patet Gen. 41. capi. scilicet omnes pro- uinciae veniebant in Aegyptum, vt emerent efcas, & malum inopiae temperarent. Constat tamen, quod non ibant omnes prouinciae mundi, nec decima aut saltem vicesima pars mundi, sed solum illarum terrarum, quae in circuitu erant, & simili inopia laborabant, habita- tores veniebant in Aegyptum. Sed adhuc dices con- tra, quia quando ponitur hyperbole in sacra scriptura vel in communibus locutionibus, licet non tantum significetur aut intelligatur per ipsam hyperbolicam ora-

De auro sa- tis modi- cum obla- tum est in fa- bricatione taber- naculi.

Doc. deter- minatio.

Quil si- gnificatur per hyper- bole.

Quomo- do facta fuit ista spontanea oblatio, & solutio, & qualiter se- copariantur.

orationem, quantum termini de se significarent: ta- men significantur multa: alias enim non esset aliquod fundamentum faciendi hyperbole: cum ergo di- catur, quod omne vas aureum in donaria Domini se- paratum est, dato quod fiat hyperbole, necesse est in- telligere, quod multa vasa aurea fuerint parata in donario Domini. Respondetur, quod sic fuit: nam multitu- do filiorum Israel mente promptissima apud se segre- gauerat multa vasa aurea, & argentea, vt daret dona- ria Domini: cum autem incepissent dare, quia vide- rant artifices, quod iam non essent necessaria, fecit Moy- ses preconis voce cantari, ne quis ultra aliquid offer- ret, & sic multa de vasis aureis, quae multitudo filiorum Israel segregauerat apud se, vt daret in donaria Domi- ni, remanserunt apud eos, qui segregauerant ea ad da- dum: quia positum fuerat praconium, ne quis aliqd ultra offerret. Et haec sententia est satis rationalis. Sed adhuc dices quomodo se compatiuntur iste duae datio- nes auri, scilicet spontanea oblatio, & solutio dimi- diorum siclorum cum ex sola summa dimidiorum si- clorum factum fuerit omne opus tabernaculi, quod aliquid auri habebat, vt patet infra 38. cap. Responde- tur, quod sicut supra diximus, primo facta fuit solutio di- midiorum siclorum aureorum a quolibet, qui transi- bat ad numerum, & summa istorum dimidiorum si- clorum sufficiebat ad omnia opera sanctuarii, quae de auro facta sunt, vt postea rei probauit euentus, cum ni- hil de alio auro expensum fuerit. Hoc tamen igno- rauerunt artifices, & volentes magis, quod aliquid stu- peresset, quam deficeret permiserunt populum offer- re quantum volebat aliquot diebus, quousque ipsi ar- tifices viderunt, quod id quod oblatum iam fuerat cu- hoc quod habebatur ex solutione dimidiorum siclorum superabundaret necessitatem operis, ideo tunc interdictionem fuit, ne quis amplius offerret. *Hec sunt autem, quae accipere debetis.* Ponuntur partes diuersarum materialium necessarium ad fabricationem taberna- culi, & utensilium eius. *Aurum.* Hoc est quod ad plura opera tabernaculi seruiebat, licet min⁹ de eo ob- latum est quam de alijs rebus, & minus expensum est. Patet, nam de auro expensa sunt solum viginti noue talen- ta, & septingenti triginta sicli: de argento autem ob- lata sunt, & expensa centum talenta, & sicli septingenti, & septuaginta & quinque: de aere oblata sunt sep- tuaginta duo millia talenta, & quadringenti sicli, vt patet infra 38. capit.

Ad quid aurum deserviebat in constructione tabernaculi.

Q V A E S T I O. IIII.

FVIT autem aurum in fabricatione tabernaculi ad deaurandam arcam sedes foris, & intus, scilicet faciendo duas arcas de auro cooperientes vnam ar- cam de lignis sethim: ad faciendum propitiatorium quod erat de auro mundissimo: ad inaurandum vestes quibus arca portabatur: ad faciendum cherubim duo de auro puro in lateribus arcæ: ad faciendum quatuor circulos de auro, per quos immittentur vestes arcæ: ad cooperiendum mensam propositionis laminis au- reis: ad faciendum illi habium aureum: ad faciendum coronam superiorem inter astilem: ad faciendum co- ronam inferiorem: ad faciendum quatuor circulos, per quos immittantur vestes: ad operiendum vestes laminis aureis: ad faciendum quatuor vasa in vsum me- se propositionis, scilicet phiala, thuribula, acceptacula, & cyathos: ad faciendum vnum candelabrum cum calamis suis, scyphis, & spherulis atque floribus, & lu- cernis, quod vnum continebat talentum. De his pa-

tet in hoc capi. Fuit etiam aurum ad faciendos circulos, quibus conueneretur anfulae cortinarum: ad de- aurandum tabulas tabernaculi: ad deaurandum vestes colligantes, atque continentes tabulata: ad faciendum annulos, quibus vestes tabularum immittendi erant: ad faciendum quatuor capita quatuor columnarum di- midientium sancta sanctorum, id est tabernaculum in- terius a tabernaculo exteriori: ad deaurandum ipsas co- lumnas: ad deaurandum quinque columnas stantes in introitu tabernaculi ante quas appendebatur velu: ad deaurandum eas. De his infra 26. cap. & 27. Fuit etiam ad faciendum rationale, scilicet pectorale: ad facien- dum superhumeralia, scilicet ephod: ad faciendum laminam auream ponendam in fronte sacerdotis sum- mi: ad faciendum duas catenulas ponendas in extre- mitatibus ephod quibus alligaretur rationale: ad faci- dum duos vincinos in extremitate catenarum: ad in- cludendum lapides duodecim, qui erant in rationali, in quibus erant nomina duodecim tribuum Israel: ad faciendum catenas duas aureas ponendas in rationali: ad faciendum duos anulos in eodem rationali: ad facien- dum alios duos anulos, & duas catenulas ponendas in parte inferiori rationalis, & alias rotidem in parte inferiori ephod: ad facienda tintinabula, quae pende- bant in extremitate vestis hyacinthinae. De his infra vigesimo octavo capit. Fuit etiam ad faciendum alta- re thymiamatis tegendo illud laminis aureis, & anu- los & vestes, vt patet infra 30. cap. Et aurum istud fuit oblatum de solutione dimidiorum siclorum a cunctis, qui erant in Israel, vt patet infra trigesimo octavo ca- pit. Et fuit etiam de spontanea oblatione, quia viri, & mu- lieres obtulerunt armillas, & dextralia, & omne vas au- ri in donaria Domini separatim est, vt patet infra 35. cap. *Et argentum.* Hoc erat ad faciendas bases om- niu tabularum tabernaculi, ita vt cuilibet tabulae duae bases supponerentur. Erat etiam ad faciendas bases, qua- tuor columnarum, quae erant distinguentes sancta san- ctorum a reliquo tabernaculo. De his infra 26. capi. Fuit etiam argentum ad faciendas quinque bases co- lumnarum stantium in introitu tabernaculi: ad faci- dum capita omniu columnarum atrij: ad faciendum laminas, quibus tegetur illa columna, vt patet in- fra 27. cap. Argentum autem fuit libenter oblatum a tota multitudine filiorum Israel, vt patet infra trigesi- mo quinto capit. *Et aes.* Fuit aes ad faciendum fibulas quibus iungerentur saga: ad cooperiendum altare ho- locaustorum, quod erat cooperum laminis aeneis: ad faciendum lebetes, & forcipes, & fuscinulas, & igni- receptacula: ad faciendum craticulam altaris in mo- dum retis: ad faciendos quatuor anulos: ad operien- dum vestes altaris: ad faciendum bases columnarum, & ad faciendum ipsas columnas atrij, & ad faciendum paxillos, vt patet infra 27. & 38. cap. Fuit etiam ad faciendum labrum aeneu, vt patet infra trigesimo capi. *Hyacinthum.*

Ad quid deserviebat hyacinthus.

Q V A E S T I O. V.

FVIT hyacinthus ad faciendum cortinas taber- naculi, tam interioris quam exterioris. Fuit etiam ad faciendum anfulas cortinarum: ad faciendum velu, quod appē- debatur ante sancta sanctorum, vt patet infra 26. ca. Fuit etiam ad faciendum tentorium atrij in gyro, vt patet infra 27. cap. Fuit etiam ad faciendum ephod. Fuit etiam ad faciendum rationale: ad faciendum tunica in tota hyacinthinam: ad faciendum mala punica. ad facien- dum vittam hyacinthinam ad ligandum laminam in fro- te sacerdotis, vt patet infra 28. cap. Hyacinthus tamen

Ad quid p- ficiebat ar- gentum in opere san- ctuarii.

Ad quid es- p- ficiebat in opere sanctuarii.

secundum, quod Hieronimus in litera nostra significare voluit, est genus lini tincti colore celesti, quasi azurino non intenso, sed quod aliquantulum est coloris, scilicet sub albidus. Et dicitur hyacinthus a colore cuiusdam herbe, que sic dicitur: quia vt poetę ferunt, quidam puer cum luderet cum Deo Appolline, & in terram decidisset, sanguineas guttas iudauit, & in colorem puniceę paulisper versus in herbam sui nominis mutatus est, vt ait Ouidius Metamor. lib. 10. & Alanus in libro de complantu naturę metro secudo, in hac etiam herbā mutatus fuit Thelamonius Ajax, qui negatis sibi armis Achillis in bello Troiano cum potius ipse quam Vlisęs eorum conueniens gestator existeret, cui concessa sunt, qui vt ferunt proprio gladio occisus in hyacinthum herbam conuersus est, de quo Ouidius in lib. Metamo. 10. occasio autem huius poetici figmenti, vt poetę produnt fuit, quia in herba hyacintho duo literę naturaliter inscriptę notantur, & a respicientibus videntur, scilicet y. gręcum, & a. signat autem y. hyacinthum puerum, quia Gręci non hyacinthum, vt nos, sed yacynthum dicunt. ab ipsis autem poetis hęc fabula primo conficta est. a. signat aiacem thelamonium. ambo ergo mortui in istum florem transfati poetice predicantur. Signat etiā hyacinthus quandam insulam quam Gręci tenuerunt, ex qua ipsi profecti Carthaginem spartariam in Hispania condiderunt, vt ait Isidorus decimo septimo Ethico. Hyacinthus etiam nomen lapidis cuiusdam est, qui in colore similitur Saphyro, scilicet est rubeus lucidus. Et purpura. Dicitur purpura genus lini tincti quodam colore, qui rubeus est, sed non totaliter rubeus, sed aliquantulum declinans ad nigredinem, vel ad albedinem, vt scilicet super tincturam aliquam leuem detur fortis tinctura rubea, prior color faciet istum secundum degenerare a perfecta rubedine, & hoc vocamus purpuram: & potest hoc reperiri in lana, vel in lino. Fuit autem purpura ad faciendum cortinas tabernaculi: ad faciendum velum, quod penderet ante introitum sancti sanctorum. de his infra 26. cap. Fuit etiam ad faciendum tentorium quod pendeat in introitu tabernaculi: ad faciendum tentoria in circuitu columnarum atrij, vt patet infra vigesimo septimo. Fuit etiam ad faciendum ephod, siue superhumerales: ad rationale: ad faciendum mala punica, vt patet de his infra 28. ca. *Coccusque bis tinctum.* Coccus nomen vermis est valde rubei, & vocatur vulgariter grana, quia cum illo tinguntur ea, que rubea valde esse volumus. Ideo autem coccus non est bis tinctus, nec semel tinctus, cū a nullo tinctus fuerit: vocatur tamen bis tinctus, id est quia ita rubeus est intensē, quod videtur bis tinctus: & hic accipitur coccus bis tinctus pro ferico tincto colore illorum coccorum: & cum debebat esse valde rubeū tingebatur bis, & dicebatur bis tinctum. Vbi nos dicimus hic, *Coccus bis tinctum.* In Hebręo dicitur. *Tolaad setim.* quod signat vermen rubeum, aut vermen secundum: nam tolaad Hebraice vermis dicitur, quia in Psal. 21. vbi nos dicimus ego vermis, & non homo, in Hebręo dicitur: Anohi tola aduelo adani. Senim aliquando signat in Hebręo secundum. sic patet Gene. primo, vbi nos dicimus factum est vespere, & mane dies secundus: in Hebręo ponitur (Senim) id est secundus. Et signat aliquando duplex, quia descendit a duobus, vel a secundo: & sic habetur Prouer. 31. vbi nos dicimus de muliere forti, quod non timebit domui sue a frigore, quia ferui eius vestiti sunt duplicibus: in Hebręo ponitur (senim) vbi nos dicimus duplicibus. Aliquando accipitur (senim) id est rubeus sic patet, quia lsa. primo cap. vbi nos dicimus. Si fuerint peccata nostra, vt coccinum quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, vt vermiculus, velint lana alba

erunt: ponitur in nostra litera vermiculus pro verme valde rubeo: in Hebręo habetur ibi (quassanin) quod componitur de senin, & quodam Hebręo aduerbio signante sicut, vel quasi: & signat tantum (quassanin) quantum istę duę dictiones, sicut vermiculus. Accipit autem hic litera nostra in prima signatione illius nominis, scilicet vt signat vermen secundum. Dicitur namque vermis secundus, quia tantum sit vermis rubeus, sicut si essent duo vermes habentes suam rubedinem in vno, vel quod esset duplicata intensio rubedinis. & sic conuenienter accepit dicendo coccus bis tinctus, id est duplicata tinctura. Si autem accepisset illam dictionem Hebraicam in prima signatione dixisset, coccus rubeus, quod non conueniebat, cū ipse coccus rubeus sit: nisi forte accipiatur coccus generaliter etiam pro aliis vermibus. Fuit autem istud sericum tinctum ad faciendum cortinas tabernaculi: ad faciendum tentorium in introitu sancti sanctorum, vt patet infra vigesimo sexto cap. ad faciendum tentoria in introitu tabernaculi: ad faciendum tentoria in circuitu atrij, vt patet infra vigesimo septimo cap. ad faciendum ephod: ad faciendum rationale: ad faciendum mala punica, vt patet infra vigesimo octauo ca. *Et byssus.* Dicitur byssus genus lini delicatissimi habentis fila tenuissima: quod fiebat in Aegypto, vt ait Ra. Abrahā. Aben Ezra, & Rabbi Cahadiagaon. Et verum est, quod de Aegypto portauerunt mulieres omnia ista. Et fuit byssus ad omnia opera, ad quę erat purpura, & coccus bis tinctus, vt patet in supra allegatis cap. Et insuper ad faciendum quandam tunicam lineam, quę tota byssina erat: & ad faciendum cingulum illius tunice lineę: & ad faciendum cidarim, vt patet infra vigesimo octauo cap. *Pilos caprarum.* Non vocantur vellera, sicut lana ouium vellus vocatur, quia pila propter suam longitudinem, & molliciem fiet contextio spontanea, & concatenatio pilorum, ita vt omnes pili vnius ouis, quando iam creuerunt simul se teneant quasi aliquo contextu essent, & illud vocatur vellus. Pili autem caprarum propter hispeditatem, & paruitatem non possunt sibi inuicem cohęrere, ideo vellus non faciunt. Isti pili caprarum erant ad faciendum saga cilicina, de quibus sequenti cap. *Pelles arietum rubricatas.* Dicitur pelles rubricatę, quę per tincturam rubrę factę sunt: quando autem naturaliter aliquid rubedinem habet, sicut sanguis non dicitur rubricatus, sed rubeus: & istę pelles rubricantur cum pili ablati fuerint, & ipse parata a coriariis, sicut sunt pelles, ex quibus rubra calciamenta fiunt. Et erant istę pelles ad faciendum tertium experimentum, quod dicebatur de pellibus rubricatis arietinis. *Et pelles hyacinthinas.* Id est pelles de magnis bobus: erant namque istę pelles grossiores pellibus inferioribus, scilicet arietinis rubricatis. Nam iste erat ordo in tectis siue operimentis tabernaculi. Et primò ponebatur illud quod erat leuius, & minus sustinens ventorum vtque hymbrium, vel reliquarum procellarum. Et istud erat tectum de cortinis factis de hyacintho, purpura, & byssus retorta, & cocco bis tincto pulchra varietate contextis: & hoc non poterat pati aliquam temporis importunitatem, nisi ab aliis defensaretur. Secundum experimentum erat de pilis caprarum, scilicet saga cilicina. Et istud erat fortius atque grossius quàm primū. Tertium erat de pellibus arietinis rubricatis. Et istud fortius erat, quàm experimentum sagorum, & non poterat penetrare ipsum aqua sicut experimentum cilicinum. Quartum erat de pellibus hyacinthinis. Et secundum ordinem istorum experimentorum oportebat, vt hoc esset fortius ceteris cum supra cetera poneretur, & nullum ponebatur supra ipsum: ita vt ipsum reciperet omnes temporum impressiones importunas,

nas, sed si esset de pellibus aliquorum paruorum animalium, non esset forte magis quàm experimentum de pellibus rubricatis: ergo oportet vt dicatur fuisse de pellibus magnorum bouum, vel aliorum magnorum animalium habentium fortes pelles: & hoc vocatur vulgariter postquam paratum est guadamena, & sunt coria satis fortia. De his patet Ezechiel. 16. capitulum. cum loquitur Dominus ad Ierusalem dicens: Calciaui te hyacintho, & indui te discoloribus, & tinxisti te byssis. Et videtur satis dicendum, quod istę sunt pelles bouum fortes, quando sunt paratę, & factę tenerę atque coloratę colore hyacinthino. Ista superiora obtulerunt tam viri, quàm mulieres, vt patet infra 35. cum dicitur: Siquis habuit hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, byssum, & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, & hyacinthinas obtulerunt Domino, mulieres tamen precipuę obtulerunt ista, quę ad fila pertinebant, & tincturam, vt patet infra 35. cap. cum dicitur: Sed & mulieres doctę dederunt, quę neuerat: hyacinthum, & purpuram, & vermiculum atque byssum, & pilos caprarum sponte propria cuncta tribuentes. *Et ligna setim.* Ista fuerunt ad faciendum arcam, vt patet infra in litera, & ad faciendum vestes eius. Fuit ad faciendum mensam propositionis, & vestes eius, vt patet in isto cap. Fuit etiam lignum setim ad faciendum tabulata tabernaculi, & vestes eorū. Fuit etiam ad faciendum quatuor columnas distinguentes sanctum sanctorum a tabernaculo exteriori, vt patet infra 26. cap. Fuerunt etiam ligna setim ad faciendum columnas quinque, quę stabant in introitu tabernaculi. Fuerunt etiam ad faciendum altare holocaustorum, & ad faciendum vestes eius sicut patet infra 27. ca. Fuerunt etiam ad faciendum altare thymiamatum, & vestes eius, vt patet infra 30. cap. Ista ligna setim oblata sunt a viris, & mulieribus.

An Iudęi in deserto potuerint habere ligna setim, & vnde.

Q V A E S T I O. VI.

SED quæretur de istis lignis setim quomodo Hebręi stantes in deserto potuerunt habere ligna setim. Forte aliquis respondebit, istam quæstionē stultam valde esse: nam ideo melius possent habere Iudęi ligna setim, quia in deserto erant: nam in deserto magis quam in ciuitatibus varię lignorum species reperiri solent. Cum autem isti starent in magna solitudine, satis poterant ibi inuenire varias lignorum species, inter quas essent ligna setim. Sed hoc non conuenit, quia si apud montem Sinai essent ligna setim, sicut erant alia ligna, non oporteret, quod Deus tantam mentionem de his fecisset, scilicet quod offerrentur ligna setim, quia leuiter scindi poterant sicut scindebantur alia ligna ad parationes ciborum: textus tamē videtur ad hoc repugnare infra 35. capi. notanter esse difficultatem in dando ligna setim. Rabbi Salomon, & Nicolaus sequens eum, & plurima turba Iudęorū dicunt, quod Iacob vidēs in spiritu, quod progenies sua esset constructura tabernaculum de lignis setim, cū debuisset descendere in Aegyptum, duxit secum radices illorum lignorum de terra Chanaan, & plantauit in Aegypto atque facta sūt ligna magna, & postea Iudęi exertes de Aegypto duxerunt secum de illis lignis, & sic factę sunt tabulata tabernaculi de lignis setim. Ista positio satis inepta est, & supponit multa, quę deberet probare, aut subterfugere cum verisimilitudinis radicem nullam habeant. Et primò quia dicunt Iacob vidēs in spiritu, quod erat tabernaculum ædificandum, & ob hoc quod portauit radices eorum in Aegyptum.

Ex hoc innuit, quod ista ligna sint in terra Chanaan, quod inducere non potest: nam si ipse tam rarā istorum lignorum copiam in aliis locis ponit, eodem modo & nos negabimus talia ligna esse in terra Chanaan, nisi ex aliquo loco sacrę scripturę, vel aliās autentico probet. Item quia dixit ista ligna non esse in Aegypto, & ob hoc Iacob duxisset radices eorum de terra Chanaan: nam Aegyptus satis abundat in arboribus, maximē in istis, quę sunt aliquo modo diuersę ab vñu, & cognitione nostra: non videtur enim maior causa, quare deberit ponere eas arbores, siue ligna in terra Chanaan, quàm in terra Aegypti. Et cum secundum regulam Philosophi, quę vulgata est, quod non debet poni pluralitas sine necessitate, cum peccatum sit per plura facere quod per vnū fieri potest, vt patet in principio octauo Topicorum: sed leuius erat ponere has arbores de Aegypto fuisse portatas in desertum, quā ponere portatas fuisse radices earū de terra Chanaan, & post hæc in Aegypto plantatas: ac inde allata ligna in desertum. Cum ergo non videatur aliqua necessitas ponendi istam pluralitatem, quia non constat magis in Aegypto quàm in terra Chanaan talia nasci ligna, ergo vitium fuit talem ponere pluralitatem inuitem. Etiam quia magis tollitur fides dictis, quando aliquid inutiliter fit, & per magnum circulum, quam si fiat vtiliter, & in minori labore: licet ergo de Aegypto non constet, quod fuerint ibi tales arbores, & per hoc assertio est satis leuis auctoritatis: tamen non tantum tollitur fides, quantum dicendo talia ligna fuisse ablata de terra Chanaan in Aegyptum, & rursum de Aegypto in desertum, cum eodem modo dubium sit illa ligna in terra Chanaan nasci. Item adhuc quod fortius est, dato quod ista ligna portata fuerint in terram Aegypti de terra Chanaan, quomodo poterant Iudęi portare inde in desertum, cum nescirent vtrum forent necessaria? Et si dicas, quod Moyseis eis reuelauit: hoc etiam satis dubium est: nam non constat, quod Moyseis hoc scierit. Item dato quod concederemus Moyseis reuelauisse Hebręis hoc, quomodo tot ligna, & tanti ponderis atque grossicie portari potuissent per tanta spatia terrę, precipuę quia iumenta Israelitarum ita erant onerata in ferendo res suas, scilicet paruulos, & vxores: quia ipsas suppellectiles practicas cogebantur Hebręi imponere super humeros filiorum, & filiarum suarum, vt portarent, vt patet supra tertio capi. Item omnibus his concessis non videtur aliquis modus, quo Hebręi potuerint ligna ista educere de Aegypto quin aliquod malum suspicarentur Aegyptij in eos, & non permitterent recedere: nā ipsi Israelitę dixerant se ire solum ad sacrificandum Domino viam dierum trium: ad hoc autem quid necessē erat eos adducere secum talia lignorum genera, cū in deserto lignorum frequentia sit, si solum ad sacrificandum vellet incendendo pecora immolata? Quo cunque autem altero modo aut intentione Israelitę aliquid educerent de Aegypto presumpcio erat eos malum aliquid cogitare, maximē quia si ligna ista ita paruę forent magnitudinis, vt abscondita educi potuissent stabat quidem aliquantulum hoc fuisse, sed tantę magnitudinis erant, quod necesse erat ea videre, scilicet decem cubitorum, quando fabricata erant: quāto magis antequam fabricarentur? Satis ergo videtur dicendum hanc positionem Rabbi Salomon ineptā fabulam esse. Aliqui autem putauerunt, quod ista ligna adducta sunt de quodam loco, qui vocatur Abelsatum, & est de vltimis mansionibus Israelitarum, vt patet Num. 33. cap. Et mortuum horum est, quia illa terra vocatur Abelsatum ab ipso nomine lignorum, vt videtur: ex quo innuitur ibi illa ligna multum haberi. Sed ista positio irrationabilior est quàm prior.

Primò,

Ad quod purpura in opere tabernaculi proficiebat.

Coccus quid.

De ordine operimentorum tabernaculi.

Cap. 4.

3. Alia opinio.

Primò, quia non cõstat in loco illo, qui dicitur Abelfatim esse ligna setim: nec ad hoc est sufficiens motuum, quòd locus ipse vocetur Abelfatim, imò nec est apparens. Quia multotiens nomina locorum imponuntur per contrarium ad rem, quàm ipsum nomen impositum loco signat, vt nunc fit. Sed aliquando etiam ab impertinentibus, sicut si aliquis locus vocatur arundinetum, non innuitur ex hoc, quòd multe arundines ibi sint. Vt si vocatur querquetum non innuitur ibi quercus esse multas, sed ex defectu rerum plerumque imponitur nomen locis, quorum exempla vulgatissimi sunt. Secundò, & fortius, quia Abelfatim est in terra duorum regum Amorrhæorum, scilicet Og, & Sehon: & in fine in confinio Iordanis, & Moabitarum, ita quòd ad habendum ligna de illo loco, oportebit Israelitas transire primò per terram Sehon regis, & postea per terram Og regis, & accedere ad confinia Moabitarum. Sed hoc impossibile erat Iudæis, nisi Deus miracula fecisset, quæ si fuissent, nullo modo talia scriptura subiciuisset, cuius intentio est diuinã potentiam demonstrare. Patet hoc, quia si transire velent Iudæi per terram Sehon regis occurreret eis Sehon rex, atque deleteret eos de terra, sicut ad introitum eorum fecit circa Arnon, vbi posuit Amorrhæos insidiantes, qui de altis rupibus viam angustam defendentes Israelitas transire volentes iaculis, & lapidibus confossi, atque oppressi erant, nisi Deus inclinasset rupes Arnon, & compressissent latentes Amorrhæos: & post hoc etiam ipse rex Sehon Moyfi armatus occurrit, vt patet Num. 21. & Deute. secundo capi. Post hunc & rex Og occursum erat Iudæis si intrare velent, sicut postea occurrit toti Israel pugnaturus in Edrai, vt patet Num. 21. & Deutero. 2. & 3. cap. oppugnatu erant ad vltimum ipsi Moabitæ Iudæos, sicut postea facere conati sunt, vt patet Num. 22. capit. & vique ad 25. inclusiue. Quomodo ergo poterant intrare aliqui Iudæi in terrã illorum regum ad cõcedenda ligna in Abelfatim? nullo in quã modo, nisi Deus magna miracula ostendisset, quæ non fuerunt cùm scriptura nihil talia dicat, aut saltem moueat, si tamẽ forent, aliquid diceret. Item etiam dato, quòd reges non nocerent Israelitis intrantibus, quomodo poterant illuc ire Iudæi, quia ad transeundum vique illuc, oportebat multas solitudines medias pertransire, quas postea transierunt, & istæ erant inuie? nam, vt habetur Iudith. 3. cap. filius hominis non ambulauit per eas, idest quòd non erant in eis habitationes, nec viæ commentium. Non potuissent ergo transire Hebræi per terras illas incognitas, sicut non potuissent ambulare reliquæ solitudinis partem, quàm pertransierant nisi columna direxisset eos præcedendo, vt patet supra 13. cap. Ad hoc ergo oportebat, quòd columna, quæ dirigebat totum Israel, dirigeret eos, qui irent ad cõcedenda ligna in Abelfatim. Et hoc non poterat esse, quia si nubes illa moueret, necesse erat castra moueri, vt patet Num. 9. capit. Et sic totus Israel iret in Abelfatim: & postea rediret in montem Sinai: quæ ita absurda, & manifestè falsa sunt, vt nec quidem dici oporteat, cùm ipsa sui euidentiam faciant. Si autem dicas, quòd facta fuit aliqua alia nubes dirigens, vel quicunque alius modus datur, necesse est esse miraculosum: & sic cogemur ad pluralitatem miraculorum. Item adhuc concessa securitate ab hostibus, & concessa cognitione viæ, quomodo verisimile esset eos iussu de monte Sinai in Abelfatim per tantam viæ longitudinem: cùm sit intermedia mansiones triginta, vt patet Num. 33. cap. Item adhuc his concessis, vnde cibos, & potus haberent illi, qui irent ad cõcedenda ligna in Abelfatim, cùm via intermedia magna solitudo esset: prorsus carens habitatoribus, & inaquosa

nimis: ergo oportebat rursus noua miracula facere ad cibos, & potus. Quis enim stultus tanta miracula facta dicere audeat in directione Hebræorum, & sacram scripturam subiciuisse omnia? tanta enim hic miracula facta fuisse oportebat, quanta ferè in toto itinere Hebræorum facta fuerunt, vt patet considerãti supradicta. Cõclusum ergo ex superioribus liquet, hanc secundam positionem falsam valde, & absurdã esse. Dicendum ergo videtur, quòd ista ligna setim in deserto reperta sunt. Et sunt ista ligna spinosa valde, & alta atque durissima, & penè imputribilia, & vocantur ista ligna aliquando sping, vt patet Isa. septimo cap. vbi libera nostra dicit, quòd fons egredietur de domo Domini, & irrigabit torrentem spinarum: littera Hebraica dicit: Nabar setim, idest torrentem setim. Et tunc si facias argumentum quod primò fiebat, scilicet si reperiebatur in deserto, quomodo erat aliquid magnum offerre ligna setim secundum quod innuitur? Respondetur, quòd forte illa ligna aliquantulum distabant a monte Sinai, & cùm sint spinosa, & dura valde, erat satis magnus labor in cõcedendo ea, & magis in portando, quia portabant magna ligna, & grossa: & sic dare ligna setim reputabatur ad oblationem, & non immeritò si computabatur in oblationem dare pilos caprarum, & oleum, & similia, de quibus hic, & infra 35. cap. *Oleum quoque ad luminaria concinnanda.* Ista erat de vltimis oblationibus, quia omnes aliæ erant prius necessaria, quàm ista: nam reliquæ erant necessariae ad construendum tabernaculum, & atrium: hoc autem erat necessarium post fabricationem tabernaculi, & erectionem ad ministeria tabernaculi. *Ad luminaria concinnanda.* Idest ad sustentanda, vel paranda luminaria. Vocantur autem luminaria candelæ septem, quæ lucebant in tabernaculo in can delabro posito ad partem meridiam, vt patet infra 26. cap. Et erant istæ sex candelæ sex vascula posita in summitate hastilis, & sex calamorum, & in quolibet mittebatur oleum, & lychnum, & lucebat. Habebat autem Aaron curam incendendi, & apparandi lucernas illas, & effundere oleum, vt patet infra 27. & Leui. 24. cap. non enim fiebant in tabernaculo candelæ de cera, vel de sepo: de cera autem, quia cera meli commixta est, Deus autem vetuerat mel apponi in aliquo sacrificio suo, vt patet Leui. secundo cap. Ergo & cera vetanda erat: illuminatio tamen lucernarum intra tabernaculum quoddam genus sacrificij est, sicut incensio carniuum in altari holocaustorum. Quòd autem candelæ de sepo poni non debuissent ratio est, quia aut illud sebum erat de animalibus immaculatis, & immolabilibus, sicuti erant ista tria bos, aries, capra tam in masculino, quàm femineo genere: aut esset de animalibus maculatis, siue immundis, vt sunt caprea, & ceruus, & cetera, quæ non licebat immolari, sed comedere licebat, aut de animalibus, quæ non licebat comedere, nec immolari. Si autem esset sebum de animalibus mundis, quæ immolari licebat, siue immolarentur siue non, adipēs pertinebant ad Domini sacrificium, scilicet quòd cremari debebãt in altari holocaustorum, vt patet Leui. 3. cap. cùm dicitur: Omnis adeps Domini erit iure perpetuo: nisi forte esset adeps istorum animalium cùm caperentur, & prægestarentur a bestiis, aut cùm morticina essent, quia tunc immunda erant, & non licebat offerri: sed habebant adipem illum in vsus varios, vt patet Leui. 7. cùm dicitur: Adipem animalis morticini aut eius, quod a bestia captum est, habebitis in vsus varios. Si autem esset adeps alicuius animalis, quod immolari illicitum erat, & tamen licebat comedere, non poterat fieri de hoc candela pro Domino, vt luceret in tabernaculo, cùm non liceret ad incendendũ in altari holocaustorum:

Doct. sententia, quod ligna setim in deserto inuēta sunt.

Respos. ad argumentũ in principio questionis factum.

In tabernaculo non fiebat candelæ de cera, vel de sepo.

K

nam si ipsum animal non licebat immolari, & ad hoc reputabatur immundum, etiam immundum reputaretur suum sebum, quia in immundo nihil mundum reperiri potest. Oleum autem vtroque modo Domino offerrebat, sicut lucernis, intra tabernaculum, & in sacrificijs quando fiebant sacrificia de similia, & in sartagine, vt patet Leui. 1. capit. nam ibi oleum fundebatur, & in sacrificio farris noui, vt patet eodem cap. Et generaliter in omni sacrificio oleum apponi iustum est, vt patet Num. 15. cap. Si autem esset adeps, vel sebum animalis immundi, & ad cibum, & immolationem: de hoc per se notum erat Iudæis: quòd non poterat Domino fieri lucerna: quia quod hominibus abominabile erat, coram Domino abominabilis esset, cùm maior puritas coram Domino exigatur: solum ergo manet, quòd in tabernaculo poterat, & debebat oleum cremari ad concinnandum luminaria.

Quare in edificatione tabernaculi ferrum non ponebatur.

QVÆSTIO. VII.

SED adhuc quæres circa supradicta quare in omnibus edificatione tabernaculi ferrum positum non est: nam in nullo reperitur, quòd poneretur ferrum. Responderi potest, quòd ideo non positum est, quia eruginatur, & consumitur, maxime cùm terræ infixum sit: si tamen debuisset esse ferrum, oporteret, quòd esset ad maiora ministeria tabernaculi, & atrij: hoc autem erat, vt esset paxillus ad ligandos funes: vel si poneretur basis tabularum. Sed omnia ista infigebantur terræ: paxilli namque terræ infixi erant, vt ad eos funes fortiter religati tentoria atrij, & tabernaculi sufficienter extenderent, ne aliquantulum contraherentur in rugam: bases etiam tabularum, quæ infixæ erant, ipsi tabulis satis profunde figebantur in terram, ne ipsa tabulata corrumparentur, aut concuti possent, & contingeret quòd bases, & paxilli magno tempore infixi manerent: ideo si ferrei essent, eruginari atque putrefieri necesse erat, quia ferrum est metallum immundum non bene depuratum a scoria: sed hoc non conueniebat, vt rursus oporteret alios facere paxillos, ergo non debebat fieri de ferro. Alia ratio est propter perfectionem: Deus enim cuius perfecta sunt opera, vt patet Deutero. trigesimo secundo cap. vult in obsequium suum res perfectas exhiberi, & rursus autem de imperfectissimis metallis est, ideo non debebat poni in tabernaculo Domini. Reperitur itur autem in tota fabricatione tabernaculi solum tria metalla, scilicet aurum, & argentum, & as: & non accipitur as pro calibe, vt multotiens grammatici assunt: sed pro alio metallo perfectiori, quod vocatur vulgariter alãbre. Et sunt ista tria metalla reliquis perfectiora. De auro namque satis constat, quòd in perfectione inter omnia metalla emineat, ideo in operibus potissimis atque dignioribus totius tabernaculi positum est, vt declarauimus supra, dicendò ad quid aurum fuit. Post aurum in dignitate argentum sequitur, quod lucidius ceteris est, & purgatius atque solidius: semper tamẽ ductile. Ideo hoc in operibus, quæ non ita perfecta erant in tabernaculo positum est, vt supra etiam diximus. In tertio loco succedit as accipiendò pro alãbre, sicut est prima sua significatio, & istud est perfectius ceteris metallis demptis auro, & argento: est namque purgatius, quia cetera immundiciam maiorem habent. Est etiam pulchrius in colore, & non ita eruginabitur, sicut quædam aliorum, quod patet

Tria metalla in fabricatione tabernaculi posita sunt.

Alph. Tost. super Exodi

A comparando eicetera: nam si stannum accipi deberet immundum est, & non solidum, sed facilliter complicatur: in basibus autem tam tabularum, quàm columnarum, & i paxillis requirebatur maior stabilitas, ideo non erat conueniens accipere stannum. Rursus si plumbam accipere vellent, adhuc hoc peius est, scilicet mollius, & immundius, & nigrius, & ad quamlibet percussione flexibilis. Calibs autem accipi non debebat, cùm etiam impurus sit, vt ferrum licet non tantum: & eodem modo eruginatur. Ferrum autem manifestum est, quòd longe est imperfectius calibe, quanto magis cret: ideo as tanquam in perfectione maius alijs metallis præter aurum, & argentum poni debuit magis in operibus tabernaculi quàm alia. Ideo ista quæstio non solum erit quare non positum fuerit ferrum in operibus tabernaculi, sed quare non posita fuerint alia metalla præter tria. Aes autem vt diximus inter cetera perfectius erat: maxime si sit aes mixtum quomodocumque corinthum, quod erat mixtum ex auro, & argento, & are: et commixtio hæc facta fuit dum Romanis contra Corinthum prægnantibus ciuitas incensa esset, templum in quibus dii aurei, argenteique, atque ænei erant flagrant liquéfactis metallis in vnã massam cuncta coierunt, cuius quia maior pars erat ænea, aes Corinthum vocatum est, vt ait Paulus Orosius lib. quinto, De Ormestã mundi. Potuit autem aliquid tale esse in are quod in templo oblatum est, & dato quòd purum esset nullius alterius metalli admixtionem facta, tamen perfectius erat quàm alia metalla præter aurum, & argentum, ideo precipue hoc poni debuit. Item quia si ferrum poni debuisset, cùm ipsum sit impurum atque imperfectius are, propter vnũ de duobus esset, scilicet quia firmius est, aut quia in maiori copia est. Primò quidẽ firmius est ferrum: nam ferrum omnia domat, vt patet Daniele. secundo cap. sed propter hoc non erat necessarium in vsus tabernaculi: quia non requirebatur tanta firmitas, quæ in are reperiri non potest. Secundò si poneretur ferrum, esset propter abundantiam maiorem, quia aes non ita copiose haberi potest, sicut ferrum, vt euident est: ideo quando multitudo materiæ requiritur, citius de ferro, quàm de are fieri potest: hic autem cessabat ista causa, quia non erat tanta materiæ necessitas, quin maluit adhuc dari potuisset a populo, nisi Moyfès vetuisset plus offerri, vt patet infra trigesimo sexto cap. non ergo debuit poni ferrum in fabricatura aut vasis tabernaculi. *Aromata.* Dicuntur esse aromata quædam species odorifera valde, & sunt simplices de ipsis lignis aromaticis: aliquando tamen accipitur aroma pro aliquo confecto tanquã pigmentum, aut vnguentum: in scriptura tamen sacra, vt cõmuniter pro specie simplici accipitur: quam sic natura produxit, nec conficitur arte pulmentaria, aut pigmentaria, & hoc modo accipitur Gene. trigesimo septimo, cùm dicitur: Et viderunt Ismahelitas venientes de Galaad, & chamelos eorum portantes aromata, resinam, & stacten: sic etiam dicitur in fra 30. cap. In compositione thymiamatis sume tibi aromata, stacten, & onycha, & galbanum: & ibi magis dicitur quid sit aroma. *Vnguentum.* Hoc erat vnguentum, quo vnguentum erat tabernaculum, & vasa eius in die dedicationis suæ: & sacerdotes in sua consecratione, de quo infra vigesimo nono, & quadagesimo cap. de vntione namque sacerdotum dicitur infra vigesimo nono, & Leui. octauo cap. de vntione tabernaculi, & vasorum dicitur infra trigesimo capi. & de his simul infra trigesimo.

Aes Corinthum quod sit, & qualiter fiat.

Pars Secunda.

C

An

An populus offerret vnguentum.

QV AESTIO. VIII.

ET non est intelligendum, quod Deus diceret Moyfi, vt mandaret populo ducere vnguentum hoc offerentes illud, sed quod dicerent species ad faciendum illud: quae autem fuerunt species non dicitur hic, sed ponuntur infra trigesimo capitulo. & patet quod non obtulit populus vnguentum, quia si populus obtulisset sic vnguentum factum, non oportebat, quod Moyses postea nouiter illud conficeret ad vngendum tabernaculum, & sacerdotes: sed Deus mandauit ei accipere aromata, stacten, & cinnamomum, atque calamum, & posuit ibi determinatam quantitatem cuiuslibet hominum, ex quibus facere deberet vnguentum in victionis. Ergo non obtulit populus vnguentum. Item si populus obtulisset vnguentum, aliquis fecisset ex talibus aut talibus speciebus, alius ex aliis, vel quidam in vno pondere cuiuslibet speciei, alius in dissimili pondere, & sic non coinciderent ad faciendum idem vnguentum: ergo non debuerunt ipsi facere, sed Moyses. Item quia videtur, quod tale vnguentum ante factum fuisset ex eisdem speciebus in eodem pondere: imo rationale non licebat alicui facere, & vngere se illo sub pena mortis, vt patet infra trigesimo capitulo. cum dicitur. Hoc oleum victionis sanctum erit mihi in generationes vestras: caro hominis non vngetur ex eo: & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis: homo quicumque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Ista sententia patet infra 35. capitulo dicitur: Principes vero obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad super humerale, & rationale, aromataque, & oleum ad luminaria cocinna, & ad preparandum vnguentum, & thymiamam suauissimi odoris componendum: non ergo conficiebat populus istud vnguentum, sed dabat species ad conficiendum proponente Moyse quid erat necessarium ad conficiendum. Et thymiamam a boni odoris. Sicut vnguentum victionis, de quo nunc dictum est ex pluribus speciebus confectum erat, ita et thymiamam ex pluribus speciebus: species autem erant aromata, & stacten, & onycha atque galbanum, & thus lucidissimum: omnia eisdem ponderis, vt patet infra 30. capitulo. Differebant tamen ista duo, quia illa supradicta commixta in illo temperamento ponderis, quod supra dicebatur, faciebant quoddam valde molle, quod vnguentum vocabatur, & non pertinebat ad odoratum sed ad tactum, ideo erat ad vngendum sacerdotes, & ipsum sanctuarium cum vasis suis. Thymiamam autem causabatur, vel potius conficiebatur ex rebus siccis. Et patet, quia ista conterebatur quousque multiplicata concussione in puluerem minutissimum redigeretur: & de hoc ponebatur super altare thymiamatum, quod erat intra tabernaculum, & cum adoleretur exhalabat suauissimus odor, vt patet infra 30. ca. Hoc etiam thymiamam non offerbatur a populo, quia non sciret populus facere istam compositionem, praecipue cum Deus Moyfi ea facere mandauerit, sed offerbat populus species necessarias ad mandatum Moyfi. Etiam isto thymiamam te non licebat vti alicui homini, nec facere pro se talem compositionem, vt patet infra 30. capitulo. cum dicitur: Sanctum sanctorum erit vobis thymiamam, tale compositionem non facietis in vltis vestros, quia san-

Populus non offerbat thymiamam compositionem, sed species ex quibus conficiebatur.

Et cum est Domino: homo quicumque fecerit simile, vt odore illius perfruat, peribit de populis suis. Eadem autem rationes, quae inducebantur supra ad probandum, quod populus non faciebat vnguentum, induci possunt ad probandum, quod non faciebat etiam thymiamam. Lapidem onychinos. Isti erant aequaliter magni lapides: quod patet, quia in quolibet eorum scribi debebat sex nomina tribuum Israel, vt patet infra 28. capitulo. Et dicitur: onychinus de onyx: signat enim onyx onychis vnguem idiomate. Graeco: & sic onychinus est ad colorem vnguis humani albi rubicundae coloris mixtum. De proprietatibus autem onychinorum dicitur magis infra 28. capitulo. Et gemmas. Iste erant duodecim gemmae diuersarum specierum, quae ponebantur in Rationali, & in qualibet sculpebatur nomen vnius tribus Israel, vt patet infra 28. capitulo. Ad ornandum Ephod, & Rationale. Ephod, & super humerale idem sunt. Praeter hoc, quod ephod est nomen Hebraicum, & super humerale latinum est, & est quoddam summi sacerdotis ornamentum contextum ex auro, & hyacinto, purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta: habens in duabus extremitatibus suis duos lapides onychinos, scilicet in extremitatibus superioribus, in quibus nomina filiorum Israel scripta erant: & erat habens duas catenulas aureas cum vincinis aureis quibus colligebatur rationali in parte superiori: & eodem modo iungebatur in parte inferiori: & erat istud ephod quasi quadratum, & pendebat ab humeris, vsque ad zonam super dorsum sacerdotis: in pectore autem erat rationale, & colligebatur ista duo super humeros sacerdotis catenulis, & vincinis aureis, & circulis aureis: in parte autem inferiori super zonam infra armos religabantur vittae hyacinthinae, vt ab inuicem absolui non possent. Rationale autem erat de auro, id est de filis auri, & hyacintho, & purpura, coccoque bistrincto, & bysso retorta: & erat vnus palmi in longitudine, & alterius palmi in latitudine: in quo erant duodecim lapides, in quatuor ordinibus positi, & in singulis lapidibus erant singula nomina filiorum Israel, & ponebatur in pectore sacerdotis magis, & intra plicaturam, vel duplaturam panni ponebantur iudicium, & veritas, id est quaedam lamine, in quibus nomina Dei scripta erant. Et vocabatur Rationale, quia cum illum induebat sacerdos, poterat inquirere veritatem de quocumque vellet, & respondebatur ei, vt patet de Abiatar, qui applicuit ad se ephod, cum quo, scilicet erat rationale in ciuitate Ceila: & respondit ibi. Deus ad questionem vtrū traderent eum viri Ceila, vt patet primo Reg. vigesimo tertio capitulo. Rationale namque a ratione nomen accepit, quia eo posito in pectore sacerdotis de his, quae inquirebantur ratio reddebatur. De his plenius dicitur infra 28. capitulo. vbi agitur de omnibus vestibus pontificalibus.

Ephod, & super humerale idem sunt.

Rationale

36. dist. ca. quae Ecclesiasticis. 9. Ecco.

Cherubim

Sanctuarium & sanctum quid.

Arca testamenti

K Facientque mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum: iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius: Sicque facietis illud: Arcam de lignis setim compingere, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos: latitudo cubitum & dimidium: altitudo cubitum similiter ac semissem. Et deaurabis eam auro mundissimo in-

rus, & foris: faciesque supra coronam auream per circuitum, & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcae angulos: duo circuli sunt in latere vno, & duo in altero. Facies quoque vices de lignis setim, & operies eos auro. Inducesque per circulos, qui sunt in arcae lateribus, vt portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Ponesque in arca testificationem, qua dabo tibi. Facies & propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac semissem latitudo. Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrunque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuoveris vultibus in propitiatorium, quo operienda est arca, in qua pones testimonium, quod dabo tibi. Inde praecipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta, quae mandabo per te filiis Israel.

Facientque mihi sanctuarium. Hic ponitur secundum. f. operis executio, & diuiditur in duas partes: quae prima agitur de aliquibus, quae erant intra ipsum tabernaculum. Secundo agitur de ipso tabernaculo, infra in principio sequen. cap. Prima in duas, quia primo ponitur mandatum in vniuersali. Secundo descenditur ad partes huius fabricationis in speciali: Secunda ibi. Arcam de lignis setim. Et illa diuiditur in tres partes: Primo agitur de arca, & de his, quae pertinebant ad arcam: secundo de mensa propositionis & his, quae pertinebant ad mensam ibi. Facies mensam. Tertio de candelabro, & his, quae pertinent ad candelabrum ibi. Facies, & candelabrum. Circa primum. Facientque mihi sanctuarium. Sanctuarium nomen generale est, & signat locum sanctum vel habitationem sanctam. Dicitur autem sanctum aliquid, id est ad Dei soli cultum applicitum, vt dies sabbathi dicitur sanctus, vt patet supra 20. cap. & primogenita sanctificari dicuntur, id est applicari ad Deum. Et sic generaliter de omnibus aliis. Signat ergo sanctuarium tam tabernaculum, quam atrium tabernaculi, quia vtrunque erat ad solius Dei cultum dedicatum, nec licebat aliquid profanum fieri, vel intrare in sanctuarium, scilicet in tabernaculum, vel in atrium. Volebat autem Deus fieri sibi sanctuarium, id est sanctam mansionem ad hoc vt in ea cultus eius specialissime tribueretur, & quod istud sanctuarium esset portatile, vt vbiunque essent, haberent, vbi colerent Domini.

Alph. Tost. super Exodi

De similitudinibus, & causis allegoricis, quas ponit Rabbi Abraham Aben Ezra de tabernaculo Moyfi, & partibus eius: & qualiter in multis irremediabiliter erret: & quomodo non omnia, quae erant in veteri testamento erant figura noui: & qualiter ratio literalis, & allegorica differat a sensu literalis seu allegorico, & a quo duo modi exponendi vetus testamentum, scilicet literalis, & allegoricus, ortum habuerunt.

QV AESTIO. IX.

CIRCA istud tabernaculum dicunt Rab. Abraham Aben Ezra, & Rab. Cahadiah Gaon, quod istud tabernaculum signat mundum, & quia mundus est triplex, scilicet mundus intellectualis spirituum beatorum spirituum, vt ipsi volunt, & mundus ille corporeus, & minor mundus, qui est homo, ita sunt in hoc tabernaculo aliqua similia his, quae sunt in hoc triplici mundo. Nam sicut in mundo intellectuali Deus est, ita in tabernaculo Deus est super propitiatorium, cum ibi loquatur infra in litera, & in 30. cap. & Nu. 7. Et sicut in mundo intellectuali sunt Angeli, ita in tabernaculo sunt Cherubim super arcam, vt patet infra in litera. Assimilatur etiam mundo infimo, & minori, qui est homo, quia sicut in homine est intellectus, & ratio: ita in arca sunt tabulae legis: & sicut in homine sunt plura vasa ad dirigendum, & faciendum alias operationes naturales, & plura vasa continentia potentias organicas, ita in tabernaculo sunt diuersa vasa altaris thymiamatum, & altaris holocaustorum, vt patet infra 27. cap. & diuersa vasa mensae propositionis, vt patet infra in litera. Et sicut in homine sunt telae suae membranae distinguentes vitalia membra a ceteris intraneis, ita sunt in tabernaculo vela, & tentoria diuisiua, scilicet velum, quod oppanditur ante sancta sanctorum, & tentorium quod oppanditur in introitu tabernaculi, vt patet infra 26. & 27. cap. Similatur etiam mundo medio, quod est ista rerum vniuersitas. Nam sicut in hoc mundo multi caeli sunt: ita super tabernaculum multa operimenta de pellibus sunt, & sunt de pellibus rubricatis, & sagis cilicinis, & de corinis, & de pellibus hyacinthinis, vt patet seq. cap. de hoc comparare videtur David Psal. 102. scilicet qui extedis caelos quasi pellem, scilicet quali pellis tabernaculi: & sicut in mundo est firmamentum, quod diuiditur aquas ab aquis, ita est in tabernaculo velum, quod oppanditur ante sancta sanctorum: & distinguit tabernaculum interius a tabernaculo exteriori: sicut in mundo lumen stellarum, i. principaliter septem planetarum est: ita in tabernaculo sunt septem candelabra: & sicut in caelo in medio septem planetarum est maximus planeta, scilicet sol, quia iuxta eum sunt tres planetae, & infra eum alij tres: ita in candelabro tabernaculi sunt ordinatae caelae, quia candela, quae erat in hastili grossior esset, & capaxior ceteris, quae erant ad vtranque partem: & in circuitu erant sex lucernae in sex calamis: ad vnam partem tres lucernae trium calamorum: & ad aliam partem aliae tres lucernae. Et sicut in isto mundo sunt fruges: ita in tabernaculo sunt panes in mensa propositionis, vt patet infra in litera. & sicut in mundo secundum dispositionem nostrae terrae habitabilis sub sphaera obliqua. In horizonte obliquo maior pars lucis est a parte meridiana quam a parte septentrionali, & valde recedit sol a parte septentrionali: maxime ab illis, qui appropinquant ad polum, ita in tabernaculo ponitur candelabrum lucens a latere meridiano, vt patet infra vigesimo sexto capitulo: & sicut in mundo hoc terra fructifera magis est verius septentrionem, quam versus meridiem: cum terra meridiana aut inhabitata sit, aut male habitationis: ita in tabernaculo Pars Secunda. C 2 mensa

mensa propositionis continens panes, a latere aquilonum, siue septentrionali est, sicut patet sequen. cap. Et sicut in isto mundo est ignis: ita in tabernaculo est ignis continuus in altari hinc locustorum, ut patet Leu. 6. cap. & sicut in mundo sunt aquae, & mare, ita in tabernaculo est labrum eneam, in quo sunt aquae, & postea Salomon fecit mare aeneum, in quo ponebatur aqua. De labro eneo patet infra 30. cap. de mari eneo patet textus Reg. septimo cap. Et sicut in mundo arbores sunt: ita in cortinis tabernaculi variae celaturae in locum arborum florum atque herbarum. Et sicut sunt in mundo multae aues, ita sunt in sacrificio aues, sicut turres, & columbae, ut patet Levitico primo cap. & sicut in mundo sunt homines, ita in tabernaculo sunt sacerdotes. Paucas autem de istis comparationibus illi duo Rabbini ponunt: nos autem omnes has ponere possumus, & poterimus, si voluerimus plures excogitare secundum alias res, quae sunt in mundo, & in tabernaculo. Considerandum autem pro hoc, quod circa templum, & res eius (emptis modis expositionum quatuor, qui in sacra scriptura plevisque locis dari possunt) ea, quae sunt in templo habere triplices rationes. scilicet literales, & allegoricas, & morales, siue tropologicas: & non coincidunt ista cum sensibus illis. 4. vel cum aliquo illorum: nam non est idem sensus literalis, & ratio literalis. Nam sensus literalis circa istam fabricationem tabernaculi est ipse, quem litera ipsa praefert in cortice: nam non est hic aliqua metaphora aut tropus, vel aliquod genus parabola, vel figurata locutionis. Ratio tamen literalis aliquod habet motuum quare ista sic fieri debebant, scilicet quare ponerentur iste cortinae, & illa altaria, & mensa propositionis, & candelabrum, & sic de ceteris. Sic enim aliquo modo rationes tropologice sunt differentes ab ipso tropologico sensu, & rationes allegorice ab ipso allegorico sensu, licet non tanta differentia sit in rationibus moralibus ad sensum morale, vel rationibus tropologicis ad ipsum sensum tropologicum, sicut inter rationes literales & ipsum sensum literalem. Reducere autem totam istam fabricationem tabernaculi, & valorum eius ad tropologiam aut allegoricam significationem propositi nostri non est: cum in principio operis huius in Genesi proposuerimus solo literali sensui intendere. Etiam quia sensus tropologicus, & allegorici a sanctis doctoribus abundantissime positi sunt. Nos ergo prosequendo totam istam fabricationem sensum literalem, ut inchoauimus, continuabimus. Rationes autem literales, si quare tale vel tale factum fuerit, cum oportunitum fuerit interdum subsigemus, comparationes autem supra inductae de triplici mundo non sunt tropologice, cum de moribus nihil agant: nec sunt literales, quia non sunt causa institutionis huius sanctuarii significare mundum, & ea, quae in mundo sunt. Sunt ergo aequaliter istae adaptationes allegoricae, vel reducibiles ad allegoriam largè sumptam. Nostri tamen allegoriam dicunt, quando aliquid quod est in veteri testamento, exponitur referendo ad Christum, vel ad totam Ecclesiam, vel Ecclesiasticum ordinem, & statum. Circa quod sciendum quod ut ad Corint. prima cap. 10. Apostolus scribit loquens de Iudaeis: Omnia in figura contingebant eis: ideo quoddam motuum, & principale omnium, quae fiebant in statu legis antiquae, erat ut per haec signarentur ea, quae futura erant in Christo, aut in Ecclesia Christi. Et ob hoc totus status veteris testamenti figuratus dicitur, quia principalis intentio, quare ista fiebant, erat, ut futura signarentur: non tamen est putandum propter hoc, quod omnia, quae fuerunt in lege veteri, fuerint facta specialiter ad figurandum ea, quae in Christo aut in Ecclesia futura erant: nam multa sunt, quae non fuerunt posita ad signandum aliquid in lege noua.

Nō est idē sensus literalis & ratio literalis, & ratio tropologica diff. ab ipso tropologico sensu.

tura: quia licet dicatur totus iste status figuratus, verum est quod est figuratus in vniuersali, non tamen in particulari, id est quod totus status iste habebat hunc finem, ut per eum figuraretur ille status futurus legis nouae: in particulari tamen, id est considerando quodlibet praecipuum datum in lege veteri, siue ceremoniale, siue iudiciale non est totus figuratus, quia multa praecipua sunt tam ceremonialia, quam iudicialia, quae nullam significationem habent quantum ad tempus Christi, ut patet considerando per istos quatuor libros, scilicet Exodum, Leuiticum, & Numerum, atque Deuteronomium, qui legales sunt. De iudicialibus autem non est dubium, quin careant significatione respectu temporis Christi, sed etiam de ceremonialibus multis, in quibus nullus poterit dare aliquam significationem respectu futuri, nisi sit valde distorta, quā nullo modo intendebat Deus ponens istam legem: sed sola principalia inter ceremonialia sunt illa, quae sunt signatiua status futuri tempore legis nouae: & dato quod sint praecipua signatiua temporis Christi, tamen raro reperitur aliquod ceremoniale quod secundum omnes partes suas signet aliquod pertinens ad tempus Christi. Ratio autem horum est, quia status populi Iudaici fuit status imperfectus ordinatus ad perfectionem inducendam per Christum: & quantum ad hoc regulam directiuam illius status sunt signatiua perfectionis, quae inducenda erat per Christum: quia tamen non solum Iudei ordinabantur in perfectionem temporis Messiae, sed etiam secundum illud tempus, in quo erant, debebant regulari, ut conderent in Deum. Ergo oportebat ut leges directiuae eorum concernerent habitudinem ad illud tempus, & statum imperfectum: & quia ille status fuit imperfectus, & iste perfectus, non poterant omnia, quae illius temporis erant significationibus huius temporis adaptari. Variatis namque finibus, necesse est variari ea, quae sunt ad finem: sed hic sunt duo fines, vnus ut significetur per illum statum imperfectum status perfectus, ad quem ordinabatur populus Iudaicus: alius ut etiam ipse populus, qui tunc erat, dirigeretur in Deum eo modo, quo secundum imperfectionem illius temporis dirigi poterat. Si autem solū fuisset iste status significatiuus perfectionis inducendae per Christum, solum fuissent data talia praecipua, quae fuissent solum signatiua status futuri tempore Christi: sed quia etiam dari oportuit praecipua directiuam gentis illius temporis, contingit talia praecipua conuenire statui illius temporis, qualia non conuenirent ad significationem futurorum: ergo non poterunt omnia praecipua ceremonialia, & iudicialia veteris testamenti esse signatiua futuri status legis nouae. Secundum istos duos fines intentos ab ipso datore harum ceremoniarum, oriuntur duo modi exponendi, qui sunt proprii, scilicet intentia litera. Primus modus est, qui notatur secundum rationes literales, quia solum respicit causam eorum, quae traduntur in litera, non prout sunt signatiua alicuius alterius, sed prout in litera continentur. Alius modus exponendi est secundum quod ista litera est signatiua eorum, quae postea futura erant: & iste notatur secundum rationes figurales. Primus horum extensior est: quia omnia literaliter secundum statum temporis illius conuenienter exponi possunt, sed non possunt omnia exponi secundum figuratiuam temporis futuri, quia ut dictum est quaedam sunt praecipua ceremonialia, & iudicialia, quae nullam temporis futuri significationem gerunt. Hunc autem primum modum prosequemur. Sed circa hunc primum modum Rab. Abraham Aben Ezra volēs assignare causam literalē radicalē, si quare Deus ista sic fieri mandauit, breuiter, & satis

Totus status futuri fuit figuratus in vniuersali non autem in particulari

Quomodo Aben Ezra errauit contra dei religionem.

& satis nequiter diffiniuit dicens, quod eorum, quae sunt, quaedam sunt spiritalia, & quaedam corporalia: spiritalia enim in corporalia influunt, corporalia autem inscipiunt, & eis virtus causata in aliqua re est sicut in natura ipsius influentis, & ipsius recipientis, & oportet ipsum recipiens esse dispositum ad recipiendum id, quod agit influens, & in hoc dicit latere secretum magnum tabernaculi, & domus magnae in Ierusalem, quae sanctam sibi Deus elegit. Ecce qualiter infelix iste Aben Ezra irremediabiliter errat: nam dum naturae nimis innititur (cuius modum operandi inuestigare non potuit) a fidei veritate defecit. Est autem intentio sua, quae satis ex verbis suis elicitur, si quod Deus volebat facere speciales virtutes in sanctuario, & in ciuitate, quae ad habitandum elegisset. Pro quo dicit ipse Aben Ezra duo esse necessaria, scilicet causam influentem, & rem recipientem in fluentiam: ad recipiendum autem aliquam virtutem determinatam alicuius agentis, oportet esse determinationem in materia recipiente, sicut patet in formis substantialibus: quia non de quacunque materia qualitercunque disposita educitur quelibet forma, sed quelibet forma indiget certa dispositione. Sic etiam videmus in virtutibus, quae insunt anima: nam non in fluit virtutem videndi, aut odorandi ad quamlibet corporis partem, sed ad illam partem, ubi est determinatio vasis debiti ad hoc: & secundum diuersa vasa insunt diuersae virtutes, cum tamen eadem anima sit, quae insunt. Et sicut insunt virtutem visum ad oculos, quia sunt vasa determinata: ita influeret ad totum corpus si totum corpus esset vnus oculus vel multi oculi. Et sic de potentia auditiva, & ceteris viribus corporis, quae insunt ab anima, sicut sunt diuersa vasa, in quae insunt. Sic ergo vult, quod cum Deus vellet influere super populum suum Israel diuersas virtutes, id est speciales operationes, quae in aliis locis non insunt, fecit ad hoc diuersa vasa, ut reciperentur sicut modum illorum diuersae influxu virtutes, & sic Cherubim, qui erant in tabernaculo super arcum, vasa receptiua vocat. Putauit enim se iste ceteris Hebraeis subtilius loqui, & ceteris ea ornatus atque detestabilis errauit. Et primo errauit directē contra religionem, id est contra cultum Dei, & praecipua eius. Secundo errauit contra ipsam rerum naturam. Primum contra religionem, quia ipse ponit Deū restringi se, quod Deus nimis vetuit: sepius enim reperitur in sacra scriptura, quod Deus vetuit in maleficos, & magos atque diuinos, & aruspices & somniorum observatores, & necromanticos, ut patet supra 23. cap. scilicet: Maleficos non patieris viuere. Et clarius habetur atque latius Deut. 18. ca. Sed ponendo sicut Aben Ezra vult incidimus in arte magicam: nam magici imaginibus crebris, & metallinis vtuntur: & in certis temporibus conficiunt eas observantes siderum tempora, & per illas dicunt se deriuare virtutes celestes: & spiritus planetarum ad illas imitantes vtuntur, quae omnia, ut ipsi arbitrantur, ad virtutem deriuadam in haec corpora inferiora, ut spiritus planeticos habeant, proficiunt: in quo eos falli dubium non est, vt magis declarabitur Numc. 21. cap. cum dicitur de capitibus metallinis, quae loquuntur. Sic enim vult Aben Ezra, si quod sint diuersa vasa in tabernaculo diuersarum figurarum, & diuersorum metallorum, vt diuersae virtutes a celestibus influxu recipiantur. Et propterea asserit diuersas figuras scribi in laminis aureis existentibus in Rationalis platura, & in lamina posita in fronte sacerdotis magni. Et in hoc dicit latere magnum secretum domus sanctae Ierusalem, scilicet quod ideo in tali loco Deus voluit cultum suum esse, quia ille locus erat in tali dispositione.

A positione, quod erat receptiua influentiae celestis, cuius non erant receptiua alia loca existentia in tota terra. promissionis, sicut naturaliter ac astrologice loquentes dicimus, quod super vnum locum insunt vna virtus celestis, quae non influunt in alio loco propter esse dispositum alteri parti caeli, & habere aliud zenith. Et consequenter, quia stelle fixae, & planetae respiciunt eum alio aspectu quam aspiciunt alia loca. Dicere ergo, quod Deus in faciendo tabernaculum, & vasa eius, & in eligendo Ierusalem pro loco sanctuarii tales superfluitio nes obseruauerit, quales nos districte obseruare inhibuit, erroneum valde contra sacram religionem, & statuta noui atque veteris testamenti est, quod dicere nefas est, aut suspicari. Secundo errat iste contra naturam, quia nescit distinguere inter naturalem operationem & diuinam, & dum nimis naturalis sicut sensum suum esse voluit, nec naturalis, nec fidelis fuit. Pro quo sciendum, quod vt magis declarauimus supra 23. capit. Deus habet duplicem modum agendi. Vnus modus est naturalis, alius est diuinus. Modus agendi suus naturalis est, in quantum ipse est fons totius virtutis naturalis deriuatae per concatenationem causarum: nam (vt etiam oēs Philosophi naturales volunt) virtus influendi ad generationem, & conseruationem istorum particularium deriuatur per agentia vniuersalia in particularia, quousque tangant ipsum quod gignitur, vel conseruatur. Et sicut causa particularis recipit virtutem ab agenti vniuersali: ita causa minus vniuersalis a causa magis vniuersali, & illa ab alia magis vniuersali, & sic quousque; perueniatur ad aliquam primam causam, a qua necesse est tota virtutem deriuari, quae per alias causas subordinatas influunt: hoc ergo modo Deus causa naturalis vocatur: quia prima causa est in coordinatione aliarum causarum naturalium: & tunc Deus nihil magis insunt quam per istas causas naturales insunt. si quod tota virtus, quae a Deo insunt ad naturales causationes, per ipsas subordinatas causas deriuatur, & nec plus nec minus ipse insunt quam per has insunt, sicut tota virtus alicuius agentis, quae deriuatur in passum, deriuatur per instrumentum. Iste autem causae naturales subordinatae Deo primae causae quodammodo sunt respectu eius instrumenta, licet non sint totaliter instrumenta. Et quantum ad istam operationem Dei, quae est naturalis, necessaria sunt diuersa vasa recipientibus, & diuersae dispositiones: eo quod deriuat ista virtus per corporalia agentia, & consequuntur modum ipsorum agentium, & quantum ad hoc videmus in diuersis receptiuis fieri diuersas naturales actiones: alie namque influentiae sunt in terris, quae sunt magis versus aequinoctialem lineam, quam in illis, quae sunt versus polos mundi. Item posita eadem distantia ab aequinoctiali, alie influentiae sunt in vallibus, & alia in montibus, vel in planis, quia ista sunt diuersa receptacula, & quasi vasa, & propter diuersam figuram fieri diuersimode receptio: nam in vallibus aliter reflectuntur radij solis, & stellarum, quam in planis, aut in montibus: ideo necesse est aliam actionem esse in vallibus, & aliam in montibus, quod nos experimur quotidie in diuersitate caloris, & frigoris: & priori aut posteriori maturatione fructuum in montibus quam in vallibus aut planis: valles namque calidiores sunt, & fructus citius maturantur. Et hoc est etiam quod nos naturaliter, & astrologice considerantes dicimus, aliam influentiam esse huius terrae quam alterius, quia aliam habet eleuationem poli, vel latitudinem ab aequinoctiali, & secundum hoc varia iudicamus de proprietatibus noctium, & dierum, & de actionibus aliis, quae naturaliter caelo influente eueniunt. Alia est operatio Dei, quae non est naturalis, sed diuina vel supernaturalis, secundum quod ideo Deus non habet aliquas causas subordinatas sibi, sed ipse solus operatur.

Locus receptiuae celestis virtutis naturalis non tantum est in Ierusalem, sed in aliis locis, quae sunt dispositae ad recipiendum virtutem alicuius agentis, quod est virtus naturalis deriuatae per concatenationem causarum.

Duplex operatio.

Et quantum ad istam operationem, quia est virtutis infinita, non requiritur determinatio vasorum, vel dispositio materiae, vel aliquid tale, sicut est in creādo. Nam ad creationem non requiritur aliqua dispositio materiae: cum & ipsa materia per creationem esse suscipiat. Sic etiā si Deus velit facere hominem de aliquo lapide, non requiritur, q̄ ille lapis aliquam figuram aut dispositionem habeat determinatam, vt possit fieri homo: nam nihil magis est, quod ille lapis sit frigidus quā calidus, aut sicus vel humidus, & nihil magis, quod sit sub æquinoctiali quā si sit sub aliquo polorum mundi. Eodem modo sunt quidam alij effectus Dei, vt remittere peccata, & apponere gratiā acceptando nos sibi, vel voluntatem nostram a malo ad bonum auertere: & q̄ ipse nobis antea iratus placetur, & orationes nostrae exaudiantur ab eo, & quod ipse nos ab hostibus liberare velit, & fructuum vbertatem concedere: istae actiones, quae se ex parte Dei tenent, & quae isto modo ex parte nostra se habent, nō indigent aliqua locorum aut vasorum determinatione. Et adhuc de istis maior ratio est quā de aliis: nā si Deus ad creandū hominem non indiget aliqua dispositione, aut vasorum determinatione, & tamen creat corpus, & agit in corpus, vt de lapide faciendū hominem, non indigebit a fortiori, quando influxerit in spiritum. Est enim hic duplex ratio. Prima quia virtus, quae deriuatur a Deo isto modo non deriuatur per agentia media, quae requirunt determinationem vasorum aut dispositionum ad influendū in ea, sicut cum Deus creat, quia per seipsum agit, vel cum de lapide facit panem aut hominē. Secunda ratio est mixtio, quae non reperiebatur in primis, quia hic influitur in animam, quae vasa non habet cum simplex sit: nec ipsa ad recipiendū indiget in se corporis qualitatibus. nam etiam si naturalia agentia possent in animam influere, nō indiget ipsa aliqua determinatione vasorum aut dispositionum. Remittere autem peccata, de quo hic dicebamus, non est aliqua causalitas, quae indiget vasis determinatis, cum nō sit aliquid posituum: sed est non imputare peccata ad penam, sicut ante hoc imputabantur. Apponere autem gratiam est quidam influxus Dei in animam, & causare in ea habitum virtutum theologiarum vel moralium. Auertere etiam voluntatem nostram a malo, & conuertere ad bonum ad idem pertinet. Etiam q̄ Deus iratus nobis placeat nihil aliud est, quā Deum non ordinare nos ad punitionem, sicut antea ordinabat. Etiam q̄ nos precantes audire velit, & q̄ nos ab hostibus liberet, & q̄ velit vbertatem fructuum tribuere, nō est aliqua causalitas in hęc inferiora, quae indiget determinatione vasorum. Imō nec potest existimari quomodo talis actio indiget instrumentis, sicut voluntas nostra ad volendum nullis indiget instrumentis. Sed istae sunt operationes, ad quas tabernaculum fiebat, scilicet vt in eo oraremus ad Deum: & Deus peccata nobis dimitteret, & virtutes apponeret atq; placaretur nobis, vt nos ab hostibus liberare veller, & vbertatem terrae nascentium cōcedere, vt patet tercio Reg. cap. octauo. cum dicitur: Ergo ne putandum est quod vere Deus habitet super terram? si enim caelum, & caeli caelorum te capere non possunt, quāto magis domus hęc, quam aedificauit? sed vt sint oculi tui super domum istam die ac nocte, & exaudias deprecationem serui tui, & populi tui Israel: quocumque orauerint in loco isto audies in loco habitaculi tui in caelo, & cū exaudieris propitius eris. Et subduntur ibi multa, ad quae proficiebat Domus illa, scilicet vt ibi iurarent hoīes inter se habentes contentiones, & Deus iustificaret iustum, & condemnaret impium, & Deus clauderet celum, ut non daret pluuia, & orarent in loco illo, vt

darent pluuie, quod Deus daret, & si manerent in terra hostili, & oraret p̄tra illam domum, q̄ Deus remitteret peccata eorū, & reduceret eos in terram suam: & sic de ceteris. Talia autem, vt dictum fuit supra, nō indigent instrumentis aut vasis, vel dispositionibus certis, vt influantur a Deo: ergo non erant necessaria diuersa vasa tabernaculi, & arrii ad recipiendū in eis diuersam virtutem: quia oīa ista eodem modo possent fieri in loco, vbi non staret tabernaculum, sicut si vbi staret tabernaculū, & eodē modo datis multis vasis, sicut si nullū vas esset ibi: & ita fierēt i tabernaculo oīa, quae fiebant a Deo existente sanctuario in quolibet loco totius terrae Iudae, sicut existendo in Ierusalem: licet secundum naturalem influētiam aliud influatur in Ierusalem quā in aliis locis terrae Iudae: quia alium orizontem, & aliud zenith, & aliam eleuationem poli, & aliam latitudinem ab æquinoctiali habet, quā alia loca terrae Chanaan, & totius mūdi. Ista tamen est virtus naturalis, & est fm̄ determinationem influētium corporum, & dispositionem recipientium: virtus autem, quae a Deo deriuatur, ad quam tabernaculū cōstitutum est, & locus sanctuarij in Ierusalem, erat virtus diuina non influxa naturaliter per cōtationem causarum naturalium corporalium, ideo non requirit determinationem locorum, aut vasorum recipiendū, aut dispositionem materię. Item errabat iste infelix, quia non solum non requirebatur determinatio vasorum ad deriuatōē virtutis talis in nos: imō nec poterat talis virtus deriuari per causas naturales, ita quod oporteret recipi in determinatis vasis. Etiam dato q̄ dicerem? Deum velle influere nobis talem virtutem secundum causas naturales concernentes determinationes vasorum, non posset, quia repugnat hoc. Nam quaedā actiones sunt largē dictae actiones, quas Deus per instrumenta agere non potest: sicut non potest creare Deus per aliquem ministrum suum: sicut mouet celos per Angelos. Et ratio est, quia quocumque aliquid agens agit aliquid per aliud tanquam per instrumentum aut tanquam per causam subordinatā, virtutem suam illis cōicat, sicut cū quis carpentarius agit per dolabram, & totam virtutem suā deriuat in dolabram, ita quod ipsa est medium, per quod transit virtus ab agente, vt tangat passum: nam cū ipse agēs principaliter non contingat passum, nisi virtus deriuatur per dolabram fieret actio siue cōtractum in naturalibus, quod impossibile est: ergo per dolabram deriuatur: si ergo Deus per aliquod instrumentū, vel causam subordinatam crearet, tota virtus quae ad creandum requiritur deriuaretur per instrumentū, sed virtus creatiua est infinita, ergo virtus infinita communicaretur creature: hoc autem videtur includere cōtradictionem, & verissimē includit: quia infinitū non capit in re finita, sed quelibet creatura est finita: ergo nulli earum potest communicari potētia creandi. Et si arguas, q̄ virtus creatiua possit communicari creature: & dicas, q̄ illa non sit infinita: quia quantum agit agens tantum patitur patiens, sed ipsum quod creatur non patitur, vel nō recipit aliquid infinitum, ergo nec ipsum creans agit aliquid infinitū, ergo erit ipsa actio finita, & poterit communicari creature. Respondetur, quod in creatione non est aliqua passio nec finita nec infinita: cum non sit aliquid subiectum recipiēs, vel patiens, sed terminus productus: ideo argumentū non procedebat de quantitate passionis ad quantitatem actionis. Aliter tamen, & directius est respondendum, q̄ licet ipsum, q̄ per creationem producitur in esse nō sit infinitum secundum essentiam, vel quantitatem: tamen ipsa potentia productiua est infinita: & hoc quia magnitudo virtutis productiue ex duobus accipitur: vel ex magnitudine rei productae, vel ex magnitudi-

Alius error tab.

Virtus creandi non potest communicari creature.

Virtus productiua duplex est

Nulla creatura mortuos suscitare potest

In anima nostra nō potest aliquid influi per instrumenta.

Remittere peccata nō est aliquid actus positinus.

Qui erant actus ad quos facti erant tabernaculi, & templi Salomonis.

ae modi producendi: virtus autem generatiua patris in diuinis est infinita, & gignit suppositum infinitum, scilicet filium: nam qualibet personarum est infinita. Assumitur secundō magnitudo potentiae ex magnitudine modi producendi: producere autem non praesupposita materia est modus infinitae perfectionis, cum nulla res reperiatur, quae possit non praesupposita materia aliquid facere, vt ipsi Philosophi dicunt, vt patet primō Phy. in cap. sicut dicunt Physici: & solus Deus agit non praesupposita materia: ergo etiam ipsi naturales concedunt, agere sine materiae praesuppositione esse infinitae potentiae: ideo dato quod terminus productus non sit infinitus, tamen virtus agendi est ibi infinita, quia modus agendi est ibi infinitae perfectionis: sed infinitum nullo modo capitur in re finita, ergo repugnat potentiam creatiuam recipi in creatura. Et si reducās te ad argumentum primum, scilicet quod virtus agentis recipitur, vel in termino producto, dato quod non sit ibi subiectum patiens, sed in ipso termino creato recipitur virtus a creatore, & non recipitur virtus infinita: ergo virtus creatiua non erat infinita. Respondetur, quod virtus creatiua recipitur in re creata, sicut virtus cuiuslibet productis recipitur in qualibet re producta. Sed ista virtus productis est duplex, quadam quae est virtus productis, id est per quam producentis producit, & alia virtus productis, id est quae a producente producit. Virtus autem productis, id est virtus productis non recipitur in producto, sed virtus productis, id est virtus, quā producentis producit recipitur in re producta. Sic est virtus creantis duplex scilicet virtus creantis, id est per quam creans creat, & vocatur virtus creatiua: & virtus creantis, id est a creature creata: prima virtus creantis, scilicet creatiua non recipitur in re creata, sed secunda virtus creantis id est a creature creata. Primō modo virtus creantis, scilicet virtus creatiua non recipitur in re creata, ideo non cōmunicatur ei aliqua virtus infinita, sed ista debet esse in re creante: si ergo Deus daret alicui creaturam, quod crearet, oporteret quod daret ei virtutē creatiuam, sicut si Deus daret alicui rei, quod calefaceret, daret ei potentiam calefactiuam: sed ista est infinita, vt dicebatur: ergo non potest recipi in creatura: & sic Deus non poterit creare per aliquod instrumentum. Eodē modo non poterit Deus resuscitare mortuos per aliquod instrumentum, quia resuscitare mortuos infinitae potentiae est, quae communicari non potest rei creatae. Ergo non poterit per alium creare, nec resuscitare mortuos: ideo nulli sancto dari potest, quod aliquem mortuum resuscitet: nec ipsa anima Christi potest resuscitare mortuum, quia est creatura, & finita: sed solus Deus resuscitat. vnde si Deus velit, quod aliquis de mortuis resurgat, necesse est, quod per se ipsum resuscitet: nec potest quouis alio modo resuscitare. Redeundo ergo ad propositum, dico q̄ sicut Deus non potest creare aut resuscitare per aliquod instrumentum, aut causam subordinatam: quia ista requiritur virtutem infinitam: ita nō potest influere nobis habitus virtutum, vel gratiam, vel voluntatis mutationem per aliquas causas: vel instrumenta, quae indigent determinatione vasorum, & locorum recipientium. Secunda causa est, quare non possit gratia, aut similia nobis influi per instrumentum, & causas subordinatas exigentes instrumenta, & vasa receptiua: quia id quod Deus influit in animam nostram est spirituale: si autem per instrumenta, vel causas subordinatas influeretur, necesse esset recipi virtutem illā in causas illas corporales subordinatas eo modo, quo anima recipere deberet, vt possint ipsa agentia corporalia deriuare in animam: sed hoc impossibile est, q̄

corpora non possunt recipere virtutem spiritualem, & dato, quod reciperent virtutem spiritualem, non reciperent eam spiritualiter, sed corporaliter, id est secundum conditionem corporis. Scilicet secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem: & nō possent eam deriuare nisi secundum modum corporalem, scilicet secundum extensionem: anima autē cum sit simplex atque indiuisibilis, non potest recipere aliquid diuisibiliter: ergo non possent recipere virtutem influxam per corpus, & sic repugnat, q̄ virtus spiritualis possit influi in anima a Deo per aliquas causas subordinatas: ergo nō potest talis virtus recipere aliquid quae vasa receptiua, & determinationes locorum, vel dispositiones materię. Conclufum ergo satis euidenter apparet, q̄ non fuerunt facta diuersa vasa tabernaculi diuersarum figurarum, & diuersorum metallorum: vel non fuit sanctuarium positum specialiter in Ierusalem propter aliquas speciales condiciones locorum susceptiuorum, vel vasorum susceptiuorum alicuius influentiae caeli. Causa autem literalis tabernaculi, & vasorum eius in generali hęc est quae sequitur, quia de causa cuiuslibet in particulari postea dicitur aliquid, scilicet q̄ Deus elegerat populum Hebraeorum in populum peculiarem de cunctis gentibus terrae, vt patet supra 19. capitu. & Deuter. septimo, ideo volebat ab eis specialiter coli: nam cū nos a Deo quidquam habemus, & quidquid sumus receperimus, tenemur ei in infinitum si possemus retribuere. Sed quia nemo nostrum potest Deo aliquid pro receptis retribuere, iuxta illud: Quid retribuam domino pro omnibus, quae retribuit mihi? vt patet Psalm. 114. Saltem reddimus quod possumus, scilicet vt colamus eum: sicut in eodem Psalm. David, quasi ad positam quaestio nem responderat dicens: Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius. Reddere autem vota ad actum patrie pertinet: cultus autem iste, quem Deo debemus in spiritu est: quia vt ait August. in Enchiridion fide, & ipse, & charitate colitur Deus. Et Io. 4. cap. Deus spiritus est, & eos, qui eum colere debent, oportet in spiritu ambulare. Cultus tamen iste nondum perfectus est, donec extra manifestetur in opere in quadam exhibitione obsequij: hęc autem exhibitio exterior si non determinaretur a lege, esset in nostra potestate. Quocumque nos vellemus siue laudare, siue ieiunare, siue quocumque alterum relatum in Deū, & qd cognosceretur rabaliis referri in Deū, quia tamen lex determinauit modū cultus Dei, oportet illum iam sequi, & est iste cultus in orando, & sacrificando, & faciendo quasdam alias ceremonias, quae partim erāt quaedam signa futurorum bonorum, partim erant quidam modi colendi Deum in illo statu: inter istos tamen modos erat praeipuus modus colendi Deum sacrificium. Hoc omnis humana tenuit opinio, vt nulli vnquam sacrificium factum fuerit, nisi ei, qui Deus verus erat, aut Deus verus esse putabatur. Etiam quia omnibus diis gentium sacrificabatur, voluit Deus verus sibi sacrificari. Ad sacrificandum autem oportebat seruari aliquas honestas ceremonias: nam maledictus vir est, qui facit opus Domini negligenter, vt patet Ierem. decimo septimo capitu. Si ergo sacrificandum Deo erat, honestius quā diis Gentilibus sacrificandum erat: illis autem in quocumq; loco celebrabatur sacrificium, & sub quibuscunq; ceremoniis: Deus autem elegit ad hoc, vt sacrificaretur ei locum mundū, & qd sacrificaretur ei esset mundū: nā si vbiq; voluissent, & qualitercunq; & quocumq; voluissent sacrificare licuisset, valde despectum esset sacrificium eius: nam etiam sic, vt erat valde honeste dispositum, despiciebatur a Iudaeis, quanto magis si fieret qualitercunq; vellet? Patet hoc

Causa vera constructio tabernaculi.

Cultus Dei principaliter est in animantam non est perfectus donec per aliquas ceremonias exhibetur in opere.

Apud omnes homines generale hoc fuit, vt nulli sacrificaretur nisi vero Deo aut ei, qui putabatur verus Deus.

Mala. i. capi. vbi dicitur. Dicit Dominus exercituum ad vos o sacerdotes, qui despiciatis nomen meum: et dixistis, in quo despeximus te? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? in eo quod dicitis menta Domini polluta est: si offeratis eum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudu, & languidum, nonne malum est? Er post pauca subiungitur. Et vos polluistis in eo quod dicitis, mensa Domini conaminata est, & quod superponit contemptibile est cum igne, qui illud deuorat. Oportuit ergo, vt teneretur Deus in reuerentia quanta teneri debebat, & poterat, vt cultus eius sacrificando celebraretur cum magna honestate, & puritate, & attentione, atque solemnitate: no tanquam fieret aliquod profanum: & ob hoc determinauit Deus pro sacrificiis suis animalia illa, quae munda sunt, scilicet bos, capra, & ouis, quae non comedunt de immundiciis, sicut aliqua alia animalia: & haec quidem non omnia, sed sola illa, quae non essent moribida, aut debilitata, aut fractis oculis, vel pedibus, aut amputatis auribus, vel cauda, vel testiculis, aut aliqua deformitate notata, sed totaliter munda, ita vt ex nulla parte aliquid aut contemptibile in eis esset, vt patet Leuit. vigesimo secundo cap. Oportuit etiam ex parte sacrificantis esse quandam puritatem, & honestatem, & excellentiam, vt non contemneretur sacrificium illud, si quilibet sacrificare potuisset: & ob hoc solus sacerdos, qui esset de genere Aaron, sacrificare poterat. Si autem quilibet de populo sacrificare potuisset, cito sacrificium illud contemptum fuisset. Sic autem nunc tot sunt sacerdotes, quod vilipenduntur: quia omne boni precium nimio vilescit in usu, vt ait Aesopus. Et licet non sit dubium quin Ecclesia bene agat in promouendo multos: tamen satis notum est, quod si essent valde pauci, quod honorabiliores essent: & sacrificium nostrum magis reputaretur saltem a simplicibus, qui dignitatem rei non respiciunt in seipsa, sed ex quibusdam valde extrinsecis. Maius tamen est bonum quam habetur ex sacerdotum pluralitate (dum tamen ipsi viles non sint) quam malum aut contemptus, qui nascitur ex eorum pluralitate: precipue, quia sacrificium nostri temporis non se habet sicut sacrificium antiquae legis, quia sacrificium legis veteris de se nullum erat. Si ergo non haberet auctoritatem, & honorem ex reuerentia ministrorum perisset velociter. Sacrificium autem nostri temporis cum sit ipse Christus verus agnus immolatus Deus aeternus, & verus, de se maximam dignitatem habet, ideo sic contemni non potest, licet ipsi ministri non sint tam excellentes. Et accidit in sacrificio veteris testamenti sicut in poeticis narrationibus, quae veritatem paucam continet, & fictitia multa: ita in sacrificio veteris testamenti ceremoniae multae erant, & veritas pauca obumbrata. Obseruari debebat etiam ad reuerentiam sacrificij puritas in sacrificante: ideo ipsi sacerdotes, quando sacrificare debebant, lauabant se, & ob hoc debebat poni in loco sacrificiorum labrum aeneum, in quo lauarentur sacerdotes: & sic patet infra trigesimo capitu. quod mandauit Deus Moyse facere labrum aeneum de speculata mulierum, vt ibi lauarentur sacerdotes. Debebat etiam ad maiorem honorem distingui ipse minister Dei ab alijs in excellentia vestium, & sic cum sacerdotibus ad sacrificandum, vel offerendum thymiamia intrabant, induebantur vestibus valde honoratis. De quibus patet infra 28. capit. Etiam requirebatur, quod locus sacrificij conueniens esset, scilicet mundus, & magne honestatis: & ob hoc non in omni loco, in quo aliquis vellet offerre, licebat, sed solum in vno loco, vt patet Leuit. decimo septimo, & Deutero. decimo secundo capitu. Et ille locus debebat

esse magne reuerentiae. Et ob hoc mandauit Deus sibi fieri tabernaculum valde sumptuosum, vbi multum aurum, & argentum erat, & reliqua praeiosa, & pulchra, & subtili artificio fabricata: de quibus nunc per singula dicendum non est: nam de arca, & propitiatorio, & cherubim, & altare thymiamatum, & candelabro, & mensa propositionis, & caeteris postea videbitur. De altari autem holocaustorum nunc solum dicendum est. Ad hoc autem, quod hoc celebriter fieret, non solum requirebatur, quod fieret in loco honesto (accipiendum locum large pro toto ipso atrio tabernaculi, in quo fiebat sacrificium) sed etiam, quod fieret super aram, & combureretur in loco sancto: propter quod mandauit Deus, vt fieret altare de lignis setim, & cooperiret laminis aeneis, vt patet infra 27. capit. Etiam dedit ad hoc de caelo Deus ignem, quem ad primum sacrificium misit: & postea misit in altari, nec vnquam extinguebatur: etiam si pluuie inciderent. De quo magis dicitur infra 29. capit. & Nume. quarto. Et quia in isto altari erant cineres, et collocari debebant prunae, et oportebat coqui carnes hostiarum pacificarum, ideo necessarii ponebantur multa vasa istius altaris, scilicet forcipes, lebetes, ignium receptacula, et fuscinulas tridentes: de quibus infra vigesimo septimo. Et per istum modum poteris rectissime, & plane, ac sufficienter exponere omnia quae in tabernaculo, vel atrio erant, quae omnia congruenter secundum rationem literalem ordinata sunt. *Facientque mihi sanctuarium. Idest domum sanctam, in qua habitem. Et habitabo in medio eorum.*

Deus misit hiebris ignem de caelo pro sacrificiis, qui per multos annos durauit.

An Deus habitet in tabernaculo.

Q V A E S T I O. X.

NON quod Deus habitet in aliquo tabernaculo, vel loco, cum ipse maior omnibus rebus sit, nec vspiam capi potest, sed vt specialiter inuocaretur nomen eius ibi, & faceret ipse ibi speciales operationes: sic dixit Salomon, cum edificasset templum Domino, vt patet tertio Reg. 8. capitu. non est ergo putandum, quod habitet Deus super terram, cum caeli, & caeli coelorum eum capere non possint, sed, vt exaudias orationem serui tui, & populi tui Israel, & sint oculi tui die ac nocte super domum hanc. Et est sensus horum verborum Dei, quod si Hebraei eum colere deberent, hoc debebat esse in loco, quem Dominus sibi consecrasset specialiter, vt ibi inuocaretur, vel vt ibi faceret speciales operationes. Et quia talis locus erat in monte Sinai, vbi Dominus habitabat super verticem montis in nube gloriae, videbatur oportere Iudaeos recurrere debere ad illum montem, quando vellent Deo aliquem specialem cultum facere, ideo dixit Deus. *Et habitabo in medio eorum.* Idest si faciunt mihi tabernaculum, habitabit gloria Domini in tabernaculo illo, sicut habitabat in monte Sinai nunc, & ibit vobiscum in tabernaculo illo quocumque ieritis, & non erit vobis opus redire in montem Sinai, vel ire ad aliquem alium locum, vt colatis me. *Iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi.* Deus monstrauit Moyse tabernaculum dupliciter, scilicet in verbo cuncta ei dicendo, & postea omnia illa figurata, vel quasi depicta demonstrando. Primum namque verbotenus omnia, quae erant in ipso tabernaculo, & atrio, et partes eorum expressit. Deinde ad maiorem euidentioreque cognitionem cuncta ei oculo cernenda sub quadam imagine monstrauit: necessaria enim fuit vtraque demonstratio: nam vna sine altera non sufficebat ad perfecte concipiendum tantum opus, et tam diuersum.

Dupliciter Deus monstrauit Moyse tabernaculum.

Nam si omnia ista solum dicta fuissent Moyse, & non fuissent monstrata sub aliqua imagine, cum tanta partum tabernaculi, & vasorum atque vrsilium eius pluralitas esset, & tanta quantitatis, atque figurarum diuersitas, & situationis inter se, laboriosa fuisset cognitio, vt potius intellectus perturbaretur rerum pssus magnitudine, quam ad intelligendum inuaretur: ideo necessaria fuit visio, siue ocularis, siue imaginaria, quia visus plus certificat, quam auditus, vel omnes alij sensus, vt dicit Arist. in princ. i. Metaph. sensum visus plus diligit, quia plures nobis rerum differentias ostendit. Etiam in videndo adiuuabatur Moyse magis ad intelligendum, quam solum audiendo: nam audiendo non poterat capere figuram, & modum fabricationis cuiuslibet rei simul, sed figura rei dicebatur ei primo, deinde qualiter res illa fabricanda foret, & postea de alia re: per visum autem non solum poterat ei monstrari quaelibet res figurata, & parata, sed totum ipsum tabernaculum compositum ex partibus suis, & collocatis altaribus, & arca, & mensa, & candelabro in locis suis. Et hoc est quod cognitionem maximam tribuebat: nam dato, quod Moyse quaelibet res tabernaculi, vel atrij eius per se demonstrata fuisset, & praesentata oculis eius, siue visione corporali, siue per solas imagines impressas, non posset postea congruenter locare tabernaculum, & partes eius, vt se in conuenienti tenerent ordine. Oportuit ergo demonstrari ei tabernaculum totum simul dispositis vasis suis in eo, sicut disponi oportebat. Sed adhuc tota ista visio non sufficebat, nisi verbotenus etiam omnia ista expressa fuissent: nam per talem visionem, qualem supra diximus, poterat Moyse cognoscere figuras partium tabernaculi, & atrij, & vasorum suorum, & situm partium inter se ad componendum, vel aggregandum ipsum totum: non tamen cognosceret modum fabricandi cuiuslibet rem, qui non poterat ei exprimi conuenienter, nisi verbis, ideo verba dici debuerunt. *Iuxta omnem similitudinem tabernaculi.* Idest secundum similitudinem omnium rerum, quae sunt in tabernaculo, quod tibi monstrabitur: ita quod non deficias in vilo a similitudine huius. *Tabernaculi quod tibi ostendam.* Ex hoc videtur quod supra dicebamus, scilicet quod non solum Deus monstrauit Moyse singulas res tabernaculi, sed etiam totum ipsum tabernaculum compositum: nam partes tabernaculi separatae, non faciunt tabernaculum: ita demonstrata quacumque parte tabernaculi separata ab alia, & post illam alia, & sic consequenter quouisq; omnes demonstratae essent, non dicebat demonstrari tabernaculum, cum ipsum sit compositum ex suis partibus, & non monstrarentur ibi partes vnitae sed seunctae, & vocatur hic tabernaculum solum ipsa tabulata cum columinis, velis, tentorijs, atque operimentis: mensa autem, candelabrum, arca, altaria, & labrum aeneum non erant partes tabernaculi, nec importantur nomine tabernaculi, ideo additur vltra. *Et vasorum omnium in cultum eius.* Quasi dicat, quod etiam in his similitudo obseruanda foret. *Quod ostendam tibi.* Ex hoc videtur, quod primo Deus verbotenus declarauit Moyse, quae erant necessaria ad fabricationem tabernaculi, & vasorum, scilicet materialia: deinde declarauit ei ordinatum modum fabricationis cuiuslibet rei. Et his dictis ad maiorem confirmationem, & perfectionem cognitionis Moyse ostensum fuit totum tabernaculum compositum ex omnibus suis partibus, sicut postea consistere debebat. *Et omnium vasorum.* Vasa accipiuntur hic generaliter omnia, quae erant in tabernaculo, & atrio, vt altaria duo, & mensa, & candelabrum, & labrum aeneum, & Cherubim, & propitiatorium, & arca foederis, &c: & hoc quia ista sunt ad ministerium tabernaculi, & ornatum. Aliquando autem strictius ac-

Non solum monstrauit Deus Moyse partes tabernaculi: sed etiam totum tabernaculum.

Accipiuntur vasa, scilicet pro illis, quae sunt ad certum ministerium, & sunt instrumenta operationis nostrae: & sic non vocatur arca, aut propitiatorium, vel Cherubim vasa tabernaculi, quia non sunt ad aliquod officium, cum in eis nihil fieret, nec essent instrumenta mota a nobis, & ad aliquam operationem: sic etiam mensa propositionis, & altaria duo, & candelabrum: non vocabantur vasa, quia licet in eis aliquid fieret, tamen non fiebat aliquid per ea, quod requiritur ad perfectam rationem instrumentorum. Vocantur ergo propria vasa tabernaculi vasa altaris holocaustorum, scilicet forcipes, & fuscinulae, & lebetes, & ignium receptacula, de quibus infra 27. cap. Vocantur etiam vasa ipsa vasa mensae propositionis, scilicet mortariola, acceptacula, phialae, thuribula, & cyathi, vt patet infra in litera. *In cultum eius.* Cultus licet multipliciter accipiatur, sicut eius verbum primitiuum colo colis, scilicet pro amore, & honore, & labore, siue aratione, & habitatione, & oratione: iuxta illud Ebrardi in Graecismo.

Agros, rus, formam, superos colit, atque parentes. Hos arat, hos habitat, ornat, honorat, amat.

Tamen cultus hic signat duo solum, scilicet ornatum, & laborem, siue ministerium, scilicet quod ista vasa, & suppellectilia tabernaculi erant posita in ornatu tabernaculi, & in ministerium, scilicet vt per ea fierent ministeria necessaria in tabernaculo, & atrio eius, & magis accipiuntur hic pro ministerio, quam pro ornatu. *Sicque facietis illud.* Hic patet quod dicebamus, scilicet quod primo fuerunt mandata in vniversali ista, quae fieri debebant: deinde in particulari subditur modus fabricationis cuiuslibet rei, cum dicitur. *Sic facietis illud.* Idest totum opus tabernaculi, & vasorum, sicut sequitur. *Arca de lignis.* Hic ponitur primum minus principale de fabricatione arcae, & omnium, quae ad eam pertinebant.

Arca erat principalis inter omnia, quae erant in tabernaculo.

Q V A E S T I O. XI.

INCIPIT autem hic Moyse ab eo, quod principalissimum erat in toto tabernaculo, & erat principalis, quia super eam sedebat gloria domini in medio Cherubim. Etiam quia erant in ea tabulae legis scriptae digito Dei, ideo maior reuerentia erat ad ipsam arcam, quam ad omnia, quae in toto tabernaculo erant: vnde visa ea moriebantur homines, vt patet i. Reg. 6. capitu. vbi percussit dominus de Bethsamitibus quinquaginta millia virorum de plebe, & septuaginta viros de populo suo, quia viderunt arcam nudam cum venit de terra Phylistinorum: & non solum ipsi populares non debebant videre arcam, sed etiam nec ipsi leuitae, qui portabant eam; ideo quando portabatur, inuoluebatur panno, ne videretur a Caathitis portantibus eam, vt patet Num. 4. cap. imò nec ipsi sacerdotes de genere Aaron intrabant ad videndam eam, sed solus ipse summus sacerdos videbat eam, quando intrabat in sancta sanctorum, & hoc non semper, sed solum semel in anno cum ingrediebatur in sancta sanctorum, vt patet ad Hebr. 9. & Leuit. 16. cap. Ratio autem literalis quare arca facta fuerit, (sicut supra promissimus) subiungitur, licet de quolibet istorum oportet esse multiplices rationes literales, scilicet quare arca facta fuerit, & quare in tali loco posita fuerit: istae enim duae quaestiones sunt, & sic quantum ad omnia alia vasa, & suppellectilia tabernaculi, & atrij: de locatione tamen istorum rationes hic non subiunguntur, sed in sequentibus capitulis ponentur, vbi de situatione istorum litera ipsa loquitur.

Cultus multipliciter accipitur.

Ratio literalis quare arca facta fuerit.

Ad hoc autem, scilicet quare arca facta fuerit: respon-
detur, quod fuerit facta, ut ponerentur ibi ea, quae Deus
conferuari mandabat, & non erant necessaria in mi-
nisterium quotidianum, & huiusmodi erant tabulae,
& vna manna, & virga Aaron, quae fronderat. De ta-
bulis patet infra in litera, cum dicitur: Pone in ea testi-
ficationem. i. tabulas continentes mandata inter me
& Israel. & Deu. 10. c. dicitur, quod fecit Moyses arcam de
lignis Setim, & posuit in ea tabulas duas, quas dederat
ei Deus. De vna manna continente mensuram Gomor
habetur supra 16. cap. cum dicitur: Sume tibi vas
vnum, & mitte tibi manna, quantum potest capere vnum
Gomor, & repone coram domino ad seruandum in gene-
rationes vestras, sicut precepit dominus Moysi. Posuitque
illud Aaron in tabernaculo seruandum: in quo loco
tabernaculi seruandū posuerit, non dicitur ibi: sed satis
conuincitur ex loco ipso, quod in arca positum fuerit: nam
nullus locus erat intra tabernaculum, in quo aliquid re-
condi posset, nisi in arca, quae erat proprie locus seruanda-
torius. Et hoc expressit Apostolus ad Hebr. 9. c. dicens,
quod in arca erant duae tabulae Moysi, & virga Aaron,
quae fronderat, & vna aurea continens manna: tertium
quod erat virga Aaron, quae fronduit, etiam seruabat
in arca, ut conuincitur ex his, quae dicuntur Nu. 17. ca.
vbi mandauit Deus Moysi, ut reponeret virgam Aarō
coram domino. i. custodiret: & sic videbat eodem modo
in arca esse, & verē erat, sicut Apostolus expressit. Ra-
dicale ergo fundamentum impellens ad faciendū ar-
cam fuit hoc, quia Deus volebat demonstrare in signa
sua: potentiae, & beneficiorum atque cultus, & ordina-
tionis posteris Hebraeorū. Et hoc patebat in signis. scilicet
manerent tabulae continentes decem precepta, ut per has
posset Iudeis comprobari, quod legem a Deo suscepissent.
Volebat etiam demonstrare magnitudinem bonitatis
suae posteris. scilicet qualiter ex sola benignitate aluerit eos in
deserto, cibo de celo dato, in cuius testimonium si ne-
garent, oportebat conferuari manna: ideo positū fuit
quasi Gomor vnum in vna aurea. Tertio, quia inter
Israelitas erat contentio super principatum sacerdotij,
& insurrexerunt multi in seditione Chore contra Moysen
& Aaron, ut patet Num. 16. c. ideo Deus determi-
nauit principatum sacerdotij ad stirpem Aaron, & ut
viderent omnes de Israel, quod Deus eligebat aliq̄ cogna-
tionem eorū, & non aliam, & ut post hanc determina-
tionem non cōtenderent, mandauit, quod adducerentur
virgae de qualibet cognatione. i. tribu, & Deus demon-
straret quis eligeretur, & cum posite fuissent oēs virgae,
floruit virga Aaron sola, & per hoc manifestatum est,
quod Deus elegisset Aaron, ut sacerdotio fungeretur,
& ne postea insurgeret eadem conuentione ab his, qui
factum non viderant, mandauit Deus manere illā virgā
ad memoriam futurorum, & conferuari coram domino:
ut ergo ista tria manerent, necesse fuit dare aliquid, in
quo conferuarent, & istud fuit arca: & non posita fue-
runt alia vasa tabernaculi in arca, ut vasa altaris holocau-
storum, & vasa mensae propolitionis, quia ista erant ne-
cessaria ad ministerium quotidianum. Conferuabant
autem illa cum mensa, & altari, ut essent pressa ad mi-
nisterium: ea autem, quae in arca posita erant. scilicet tria su-
pra nominata non erant necessaria ad aliquam mini-
strationem, ideo in loco secreto, & remoto à ceteris
conferuari debebant. Istud ergo fabricandae arcae mo-
dum fuit. *Arcam de lignis Setim compingere.* Proprie
loquitur valde dicens arcam debere compingi: nam
compingere est coniungere, & pertinet ad ea, quae de
pluribus componuntur per artificium, sicut naues, &
cathedrae, & ipsa arca, quia de lignis pluribus compo-
nebatur: quando autem aliquod artificiatum ex vnico
ligno, vel ex vnico lapide fit per dolationē, & certam
figurationē, non dicitur compingi, sed fieri, vel cauari,

Radicalē
fundamē-
tum fabri-
cationis
arcae.

aut sculpi. *De lignis Setim.* De his dictum est supra, quae
ligna sint, & quomodo fuerint habita, & vnde. In toto
autem tabernaculo nullum aliud lignum ponebatur,
nisi ligna Setim. Cuius longitudo habet. Hic ponitur fi-
gura arcae, & modus fabricandae eam. Et consideran-
dum, quod quaelibet arca est habens quatuor latera clau-
dētia, & duas tabulas, scilicet inferiorem, & superiorem,
quae sunt sex superficies quemadmodum corpus exa-
cedron, licet irregulare sit, & nunquam, vel raro for-
matur in figuram quadratā, quia si esset quadrata non
haberet partē longitudinis & latitudinis, cum omnes
partes laterum sint equales. Arcae ergo huius duo la-
tera erant longiora alijs duobus, & vocatur hoc qua-
dratum quod est altera parte longius, scilicet quadran-
gulus. Cuius longitudo. Idest quaelibet duarum tabu-
larum longarum habeat duos cubitos, & semis: litera
namque secundum suam positionem solū signat
vnum cubitum, quia duo semis cubiti sunt vnus inte-
ger cubitus, debet tamen intelligi vna copulatiua me-
dia, scilicet. Cuius longitudo habet duos cubitos, & semis.
Et patet, quod sic debeat intelligi, quia infra dicitur,
quod latitudo arcae erit cubiti, & dimidij. Si autem
diceremus, quod in longitudine tenebat duos semis
cubitos, id est duas mediates cubiti esset vnus cubi-
tus: sequeretur, quod latitudo esset longior, quam lon-
gitudō, quod repugnat, quia longitudo dicitur in par-
te longiori. Antecedens patet, quia latitudo tenebat
cubitum & dimidium, ergo longitudo tenebat duos
cubitos, & dimidium, ut patet cum dicat duos semis
cubitos, id est duos cubitos, & semis. *Latitudo cubiti,
& dimidium.* Latitudo est spatium interceptum inter
duas tabulas longiores, & ista est tanta, quāte sunt duae
tabulae transuersae, inter tabulas longitudinis. *Altitudo
cubiti, ac semis.* Idest quod in altitudine
continebat ista arca cubitum, & dimidium: sicut in la-
titudine aequalis quantitatis erant altitudo, & latitudo,
ideo dicitur similiter, id est sicut in latitudine erat cu-
bitus & dimidius, ita in altitudine erit cubitus & dimi-
dius: vocatur altitudo arcae quantitas, vel magnitudo
à fundo arcae, vsque ad summitatem arcae, quod est latus
tabularum longitudinis, vel latitudinis. Si autem ali-
quis quærat, quare magis habebat arca duos cubitos
& semis longitudinis, quam plus, vel minus, & quare
tantum in longitudine, latitudine, & altitudine. Re-
spondetur, quod licet circa talia quæstio verti non de-
beret: tamen possunt dari rationes ex duobus funda-
mentis, scilicet quod Deus volebat, ut ista arca esset
conueniens ad id quod in ea contineri debebat. Erant
namque in arca tria illa, quae supra scripta fuerunt, quae
satis paruum quantitatem tenebant: ideo quod ista ar-
ca foret amplae quantitatis non esset necessarium, nec
pulchrum, ut potest, si voluisset Deus eam facere vi-
ginti, vel triginta cubitorum, quia hoc videretur
valde superfluum. Etiam non debebat fieri valde par-
ua, quia tunc non caperentur ista tria, quae supra dicta
sunt, quia forte virga Aaron, quae fronduit erat duo-
rum cubitorum, vel plus, & si arca fieret minoris qua-
ntitatis non caperetur in ea. Secundum fundamentum
est, quia dato, quod ista caperentur in longitudine
vnus cubiti: tamen debebat respici pulchritudo, quia
in parua quantitate non posset tanta pulchritudo esse.
Item fiebat ista magnitudo duorum cubitorum & di-
midij, quia coopertorium arcae erat sedes Dei, & erant
sup arcam duo Cherubim, & quia illa sedes debebat
esse ita spatiosa quasi homo sederet in ea, oportebat
esse tantam magnitudinem. De latitudine, & altitu-
dine eadem ratio reddenda est, scilicet necessitas ca-
pacitatis eorum, quae intra erant, & pulchritudo.

Longitu-
do arcae.

Latitudo
arcae.

Altitudo
arcae.

Quare ar-
ca habe-
bat duos
cubitos &
dimidium
i
longitudi-
ne nec plu-
res, nec
pauciores

An cubiti arca essent de cubitis Moysi, vel cubiti Geometrici,
sicut in arca Noe, & secundum quam arcam illarum
trium sumatur longitudo haec.

QUESTIO XII.

DE cubitis istis dubium est quanti fuerint, vel se-
cundum quid computentur. Fortē aliquis dicit
hos cubitos fore Geometricos, sicut diximus supra
de cubitis arcae Noe. Sed non est hic necessitas tantos
cubitos ponere, quia ibi ponebamus eos esse cubitos
Geometricos propter magnitudinem, quae require-
batur ad capacitatem tantarum rerum, quante ibi no-
minantur: hic autem non oportebat poni istam arcam
esse magnae quantitatis, cum ea, quae intra ponebantur
satis parua forent, quod poneretur dicendo longitu-
dinem eius esse duorum cubitorum Geometricorū,
& dimidij. Dicendum ergo rationabiliter videt istos
cubitos esse de cubitis Moysi, qui erat vir conueniens
magnitudinis. Et sicut dicimus de istis cubitis, ita di-
cendum est de cubitis omnium aliorum, quae ponun-
tur in tabernaculo, quae mensurantur certis cubitis, ut
patet in frequentibus capitulis. Sed adhuc quæres, cum
hic dicatur, quod longitudo arcae erit duorum cubi-
torum, & dimidij, & altitudo cubiti, & dimidij, & in
ista arca foederis fuerint tres arcae, quia erat vna arca de
lignis Setim, & alia quae erat exterior erat de auro, in
qua includebatur ab extra arca de lignis, & tertia erat
de auro, & erat interior cooperiens ipsam arcam de li-
gnis à parte interiori, ut patet infra, cum dicitur: Et deaurabis
eam intus, & foris. De qua arca intelligatur ista
magnitudo: respondetur, quod hoc intelligitur de ar-
ca facta de lignis, aliarum autem duarum quaedam erat
maioris mensurae modicum, & quaedam minoris me-
surae modicum. Et patet, quod intelligatur de hac,
quia dicitur in litera: Arcam de lignis Setim compin-
gite, cuius longitudo, &c. Et sic illud relatiuum refert
ipsam arcam factam de lignis Setim, & non arcas duas
factas de auro, scilicet interiorem, & exteriorem. Item
quia licet cooperimēta illa aurea intus, & foris aliquo
modo arcae vocari possunt, tamen scriptura non vocat illa
arcas, vnicam arcam ponens, quae patet cum subiungit,
& deaurabis eam intus, & foris: & ipsa arca cuius lati-
tudo descripta fuerat, & longitudo, atque latitudo di-
citur deaurari: itaque ipsa sola, quae de lignis est, arca
vocetur alia: autē potius vocantur deaurationes arcae,
quam ipsae arcae: ergo tota ista mensuratur cubitorum
competit arcae de lignis Setim, & non arcis de auro fa-
ctis. Et deaurabis eam intus, & foris auro mundissimo.

Quare arca deauranda erat.

QUESTIO XIII.

SI quæras quare arca deauranda erat: respondetur,
quod ratio literalis huius erat ipsa pulchritudo: nam
cum arca erat præcipuum, quod erat in tabernaculo,
ideo ornata esse debebat. Nam esse ligna nuda inde-
cens erat, in cœtera tabernaculi, & atrij structura non
reperietur aliquid quod nudum lignum haberet, sed
aut auro, aut argento, siue creis laminis tecta erant, &
Salomon quado templum fecit omnia laminis aureis
operuit: vnde nihil erat in templo, quod non auro te-
geretur, ut patet 3. Reg. cap. 6. *Intus & foris.* Iitud erat
ad valde magnam excellentiā, ut non solum exteriora,
quae visui apparebant auro tegerentur, sed etiam inter-
iora, ut tota auro videretur, & ea quae intus erant,
in auro locarentur. *Auro mundissimo.* Idest quod ni-
hil ei de argento, aut alio imperfectiori metallo mix-

tum esset. Vel vocatur auro mundissimo, id est
mundificatum arte aurificum de purantium per ignē
ipsum auro, & argentum. *Faciesque supra coronam
auream.* In superiori parte arcae, scilicet in extremitate
tabularum quatuor ponebatur quoddam labium edu-
ctum de auro, & eleuatum forte, per duos, aut tres di-
gitos supra planiciem coopertorii arcae, & hoc erat in
circuitu totius arcae per quatuor latera, & vocatur co-
rona, non quidem quod rotunda, siue circularis sit,
sed quia totum circuit. Nam sicut corona totum ca-
put circui, cui imponitur: ita illud labium totam ar-
cam circundabat. Erat tamen in figura quadrangu-
lum, sicut ipsa arca quadrangula erat, ut supra dixim⁹:
& hoc fit in mensis multis, vel in extremitatibus sca-
ccariorum, & aliorum aleariorum, nē tabulae dispergā-
tur, & ludī scaccorum. *Et quatuor circulos aureos.* Circu-
lus vocatur hic anulus, & in his anulīs in se rebantur ve-
ctes, scilicet ligna illa, quae erant ad portandam arcam,
& vocantur circuli, quia erant rotundi, & infigeban-
tur in lateribus arcae: erant autem isti circuli aurei pro-
pter nobilitatem metalli, ut nihil alterius conditionis
in arca foret. *Per quatuor arcae angulos.* Causantur qua-
tuor anguli arcae in coniunctione quatuor tabularum,
quae sunt quatuor latera arcae. In coniunctione autem
quarumlibet duarum tabularum infigebatur vnus cir-
culus, siue anulus, ita quod rotunditas eius maneret ex-
tra latera arcae, ut per illos circulos mitterentur vectes,
cuius consideratio satis leuis est, ut nos accipiamus
quamcunq; de arcis nostris, quae omnes habent qua-
tuor latera, & in quolibet illorum laterum ponatur
vnus clauus, vel vnus circulus ferreus infixus. Causa
autem quare ponentur isti circuli in lateribus arcae,
qui eam aliquo modo deturpare videtur, est ut portari
posset arca: nam ipsi non manebant in eodem loco
semper, cum essent in motu continuo, & itinerabant
in terram promissam, & quia arca ipsa portari cōgruē
non posset, nisi haberet aliqua ligna longa, per quae
portaretur, & illa vocantur vectes, & illi vectes appli-
cari non poterant arcae, nisi mitterentur per circulos,
ideo circuli erant necessarij in lateribus arcae. Erant
autem isti circuli positi circa extremitatem superiorē,
scilicet sub corona coopertorii arcae, ut onus arcae sic
dirigeretur, cum penderet in parte inferiori. Si autem
circuli ponerentur circa pedes arcae: cito euertetur
onus ad vnam, vel alteram partem. *Duo circuli sint in
latere vno, & duo sint in altero.* In quolibet latere pone-
bantur duo circuli aurei, scilicet in vna extremitate
vnus lateris ponebatur vnus circulus, & in alia extre-
mitate eiusdem lateris ponebatur alius circulus, & sic
in alio latere alij duo circuli ponebantur, & duo vectes
mittebantur per illos quatuor circulos, & ibat vectis
coniunctus vni lateri arcae, & protendebatur longitu-
do vectis ultra latus arcae satis quantum rationabiliter
fufficeret ad accipiendum de loco illo imponendum
que humero, & portandum, & hoc habebat vectis ex
vtraque parte lateris, scilicet quod ex quolibet parte
protendebatur ad accipiendum de parte illa in porta-
tione.

An ponerentur circuli aurei in lateribus longitudinis, vel la-
titudinis arcae. Et an haec arca nunc sit Romae in
Ecclesia Lateranense.

QUESTIO XIII.

SED circa hoc aliqui dubitant, in quibus lateribus
arcae isti duo vectes cum quatuor circulis suis po-
siti sunt, quia dicimus esse quatuor latera arcae, scilicet
duo latera longitudinis, & duo latera latitudinis.
Iosephus

Etiam nec ipse sacerdos magnus, si vellet poterat hoc facere, quia summus sacerdos solum semel in anno intrabat in sancta sanctorum in die propitiationis: si autem aliquo altero tempore ingrederetur, moriebatur: imò si ipsa die ingrederetur, & non observaret debitas caeremonias, moriebatur, ut patet Leuitici decimosexto capitulo. Si autem dicamus, quòd ad firmandum, aut confringendum tabulas introisset, manifestum est, quòd nullam debitam caeremoniam observabat: imò contra totam legis, atque legislatoris intentionem militabat: ergo non poterat ingredi quin moreretur, & sic tabulae manerent testificantes legem fore datam. Et si fortè opus fuisset, ut quispiam Prophezarum, aut aliorum bonorum virorum illis tabulis vteretur ad probandum, & convincendum Iudeos legem à Deo datam fore, poterat impunè tabulas illas de arca accipere. Sic enim Jeremias Propheta quoddam tempore Iudeis de Dei misericordia dissidentibus vnam plenam mannam, quae in arca cum talibus servabatur extraxit, totique ostendit populo Hebraeorum, ut demonstraret miserationes domini, & eorum argueret diffidentiam: cum ergo vnam illam de arca salva impunitate educere licuit, liceret etiam tabulas educere si temporis exposulasset necessitas, cum tabulae, & vna simul forent. Etiam quia licuit Jeremiae cum captivitate futuræ per Babylonios instare tempora comperit, arcam cum his quae interius erant, & ipsum altare Thymiamatum educere de locis suis, atque in sepulchro Moyse cum ipso auctore recludere, ut patet secundo Machabeorum secundo capitulo. Erant ergo hoc modo firma testificatio tabulae duae legis contra populum Hebraeorum quouis modo legem datam fuisse negari contingeret, aut in dubium reuocari. Rectè ergo istae tabulae testificatio nuncupatae sunt. Aliqui volunt, quòd hoc dictum Dei, scilicet. *Poneque in arca testificationem, quam dabo tibi.* Intelligitur de omnibus, quae in arca posita sunt, scilicet de tabulis, & vna manna, & virga Aaron, & libro Deuteronomij, quia haec omnia testimonia erant contra Hebraeos, ut infra dicitur. Sed falsum est, quia licet istud nomen testificatio potest correspondere istis quatuor, aliquo modo tamen proprium nomen, quod hic ponitur in Hebraeo magis adducitur ad signandum foedus, siue pactum, & tamen quia istud pactum in tabulis scriptum est testificatio rei gestae, vocatur interdum testificatio. Alijs autem, quae erant in arca non competit, quòd essent foedera, licet essent testificationes aliquorum preteritorum. Item quia dicitur. *Pone testificationem, quam dabo tibi in arca.* Manifestum est autem, quòd hoc nulli horum convenit, nisi tabulis, quia Deus dedit Moyse tabulas, quas scripsit, siue primas, siue secundas, ut patet infra trigesimo secundo, & trigesimo quarto capitulo, & Deuteronomij nono, & decimo, non tamen dedit Deus Moyse vnam continentem manna, sed ipse Moyse fecit vnam, & posuit manna in ea, recondiditque in arca. Etiam virgam Aaron Deus non dedit, sed ipse Aaron adduxit, quia mandauerat Deus, ut de qualibet tribu adduceretur vna virga, ut in eis monstraretur quam tribum ad ministrandum sibi dominus elegeret, & Aaron adduxit vnam virgam pro se, & tota leuitica tribu, ut patet Numeri decimosextimo capitulo. Librum etiam Deuteronomij, qui in latere arcae positus est, non dedit Deus Moyse, sed ipse Moyse scripsit, & dedit sacerdotibus portantibus arcam, ut ponerent in latere arcae, ut patet Deuteronomij trigesimo primo capitulo. Necessè est ergo de solis tabulis legis istam testificationem intelli-

gere. Alia autem postea posita sunt ex alijs specialibus mandatis Dei, sed hoc solum extendebatur ad tabulas. Possunt tamen omnia alia vocari testificationes, quia ad testimonia futurorum posita sunt in arca. Posita fuit enim vna ad testificationem, quòd panem dedisset eis Deus in deserto de caelo. Posita fuit virga Aaron ad testificationem, quòd tribus Leuitica, & familia Aaron non usurpauerunt sacerdotium, & Dei ministerium, sed Deus ei concesserit. Positum fuit Deuteronomium ad testificationem, quòd ipsi se promississent omnia custodituros, quae ibidem continebantur, & specialiter ad testificationem cantici, quòd Deus dederat Moyse, in quo praedicebantur mala, quae factura esset generatio illa prava, & quòd super eam multae angustiae superuenturae essent, quod in testimonium contra illos Deus observari mandavit, ut patet Deuteronomij trigesimo primo capitulo. *Quam dabo tibi.* Nondum enim ista testificatio data erat, quia istud de fabricatione tabernaculi, & vasorum eius dixit Deus Moyse immediate, ut intrauit in caliginem montis, ubi stabat gloria domini: tabulas autem in fine 40. dierum dedit, id est nondum data erat testificatio, quando dicebantur. De hoc infra trigesimo secundo, & Deuteronomij nono capitulo. Ab istis autem testificationibus nominatis vocatur arca testificationis ipsa arca, in qua ponebantur. Et vocatur tabernaculum testimonium, quia illa arca, & illa testimonia reclusa in arca custodiebantur in illo tabernaculo. Vocatur etiam arca foederis in multis locis, quia continebatur in ea foedus, id est pactum in initum inter Deum & Israel, & hoc solum erat quantum ad id, quod erat principale in arca, scilicet quantum ad tabulas. Alia namque in arca recondita non erant foedera, vel foederum testificationes, sed solum testimonia quarundam aliarum rerum, ut supra declarauimus. Et eodem modo vocatur tabernaculum foederis, id est quia continet arcam, in qua est foedus. Vocatur etiã arca sanctificationis, ut patet Psal. 131. cum dicitur: *Exurge domine in requiem tuam tu, & arca sanctificationis tuae.* Et vocatur arca sanctificationis, vel quia in ea continebatur sanctum foedus Dei in tabulis ab eo scriptis, vel quia ipse eam sanctificabat sedendo super eam, & loquendo ibi de medio Cherubim. Et istud secundum est melius dictum. *Facies et propitiatorium de auro mundissimo.* Posita fabricatione arcae ponitur fabricatio coopertorii eius, & non ponitur hic coopertorium simul cum fabricatione arcae cum sit pars arcae, quia istud coopertorium non fiebat ex eadem materia, ex qua fiebat arca: nam arca facta fuit de lignis Setim, & postea intus, & foris deaurata, ut patet in litera: coopertorium aut factum fuit de purissimo auro, ita quòd non erat de ligno, aut argento, vel aliquo alio metallo aliqua pars illius coopertorii, sed quidquid in eo erat, purum aurum erat. Et non vocatur hic coopertorium, sed propitiatorium, quia propitiari misereri, aut parcere est. Et hoc quia Deus super id sedere dicebatur, & inde loquebatur, & peccata remittebat, quando sanguis hostiae pro sacerdote magno, aut pro toto Israele contra id propitiatorium aspergebatur, ut patet Leuitici quarto, & decimosexto capitulo. *De auro mundissimo.* Id est quòd non haberet illud aurum aliquam argenti, aut aëris mixtionem, vel non haberet interius lignum, & ipsum aurum esset desuper productum in laminas quemadmodum erat in arca, quae laminis operata erat, & non erat ipsa aurca.

Mandati de fabricatione tabernaculi dati sunt Moyse antequam haberet tabulas legis.

Fabricatio propitiatorii.

Quare totum propitiatorium erat de auro purissimo.

QVAESTIO XVI.

CAUSA autem quare totum propitiatorium esset de auro mundissimo, erat propter excellentiam sedentis, scilicet Dei, quia propitiatorium sedes Dei dicebatur, iuxta illud Psal. 79. *Qui sedes super Cherubim, scilicet in medio Cherubim super propitiatorium arcae.* Et clarius ponitur 2. Reg. 6. capitulum dicitur: *Adduxerunt arcam, super quam inuocatum est nomen domini sedentis inter Cherubim super eam.* Decebat ergo, ut optimo sedenti optima atque honorabilissima sedes daretur, prout possibile erat mortalibus facere. Sed argues: si propter esse propitiatorium sedem Dei, debebat esse de auro purissimo: ergo altare Thymiamatum, vel saltem coopertorium eius, quia erat altare Dei, debebat esse de auro purissimo: vtrumque enim Dei erat. Respondetur, quòd ista consequentia non tenet: nam licet totum tabernaculum, & atrium tabernaculi esset Dei, tamen vnum immediatius pertinebat ad eum, quam reliquum: nam in libro aëneo quòd erat in atrio tabernaculi lauabantur sacerdotes, & hoc licet Dei esset, tamen non pertinebat ad Deum, nisi in quantum sacerdotes eius lauabantur in eo. Et sic de vestibus sacerdotum, licet essent Dei, tamen solum attinebant ad eum in quantum sacerdotes Dei induebantur illis. Et altare Thymiamatum pertinebat ad Deum, in quantum adolebatur in eo incensum domino, & sic de ceteris, quae erant in tabernaculo, & atrio, & ipsa arca pertinebat ad Deum, in quantum ponebatur intra eam scripta lex digito Dei. Propitiatorium ad Deum pertinebat, quia ipse Deus sedebat in eo eo modo, quo Deus sedere, aut stare catholice dicitur. Manifestum est ergo, quòd nihil magis in his omnibus ad Deum pertinet, & Deo applicatur, quam propitiatorium: ergo inter cetera honorabilibus fabricari debebat: sicut in domo, & substantia regis omnia sunt ipsius regis, tamen magis ad regem pertinet corona regia, & sedes, & lectum, & mensa, quam stabulum regis, aut latrina regis: ideo licet quodlibet horum sit regis, magis tamen ornari debet corona, quam mensa, & sedes, quam stabulum, vel latrina, secundum quòd specialius ad ipsum regem ista pertinebant.

An propitiarium sit coopertorium arcae.

QVAESTIO XVII.

CIRCA istud propitiarium quid sit, aut qualiter se habeat ad arcam, multi dubitant, & varie sentiunt. Quidam enim volunt, quòd arca haberet coopertorium suum quòd esset de lignis Setim secundum quòd erat arca, & esset deauratum intus, & foris, sicut tota ipsa arca, & quòd propitiarium non sit coopertorium arcae, sed sit quaedam tabula aurea posita ultra coopertorium arcae inter duos Cherubim, quasi ipsi Cherubim teneant ipsam tabulam propitiatorii in manibus. Alij ponunt, ut Rabbi Salomon, & Aben Ezra, quòd istud propitiarium sit tabula tota de auro, & sit coopertorium arcae, ita quòd nullum aliud coopertorium haberet arca, nisi ipsam propitiarium, & ipsi duo Cherubim essent productiles de duabus partibus propitiatorii, & tunc non tenebant Cherubim propitiarium in manibus suis inter se. Qui primam positionem tenent persuadent hoc, quia propitiarium sedes Dei est, ut patet 2. Reg. 6. c.

2. Opin.

2. Opin. Rabbi Salomon, & Aben Ezra.

1. Ratio prime op.

A sed Deus dicitur sedere ibi super Cherubim: ergo illa tabula propitiatorii est supra coopertorium arcae inter duos Cherubim sustentata manibus eorum, ita quòd Deus sedens super illam tabulam dicitur sedere super Cherubim, cum brachia ipsorum Cherubim sint inferiora ipsa tabula, quia tabula sustentatur in manibus eorum. Si autem poneretur, quòd propitiarium sit coopertorium arcae, sequitur, quòd Deus sedeat super propitiarium, & scabellum nullum habeat, nisi pavementum, quòd non videtur conueniens: magis ergo videtur dicendum eis, quòd ponatur illa tabula aurea alta super coopertorium arcae, & teneatur manibus Cherubim, & sedeat ibi Deus: scabellum autem pedum eius erit super coopertorium arcae, quòd erat coopertorium laminis aureis, sicut tota arca. Item quia dato, quòd esset propitiarium coopertorium arcae, essent pedes Cherubim super propitiarium, cum ponatur Cherubim super arcam, scilicet super coopertorium eius, & hoc videtur inconueniens, quia tenerent Cherubim pedes supra sedem Dei, & viderentur situ altiores. Item quia Numeri septimo capitulo, in fine dicitur, quòd propitiarium erat inter duos Cherubim, sed si ponatur esse coopertorium arcae, non erit inter duos Cherubim, cum ipsi Cherubim sint super extremitates coopertorii arcae, eo quòd super arcam sunt: ergo non debet poni esse coopertorium arcae idem cum propitiatorio, sed quaedam tabula aurea supra ipsius arcae coopertorium sustentata manibus duorum Cherubim. Sed ista positio non potest stare, quia dicitur infra, quòd duo Cherubim fieri debebant productiles, id est per malleationem producti ex vtraque parte propitiatorii, siue oraculi. Sed ponendo tabulam istam, quae est propitiatorium teneri manibus Cherubim, non potest stare, litera: ergo ista positio est falsa. Patet consequentia, quia si ipsi Cherubim producantur de extremitatibus propitiatorii, non erit propitiatorium aliquid positum inter eos, cum ipsi sint de propitiatorio. Et hoc quòd propitiarium sit aliqua tabula posita super manus Cherubim, quia tunc ipsa esset ab eis distincta, & ipsi non essent productiles, vel producti per malleationem ab ipsa, quia ea, quae sic productilia sunt continua sunt. Item adhuc dato, quòd non producerentur Cherubim de extremitatibus duabus propitiatorii, oporteret, quòd essent productiles de coopertorio arcae, & quòd inter se tenerent tabulam istam, quam propitiarium vocant, sicut isti volebant: tamen hoc non potest stare, quia cum textus dicat Cherubim esse productiles, necesse esset eos tunc produci de duabus extremitatibus coopertorii arcae. Sed coopertorium erat de lignis Setim, sicut tota arca, sustinendo positionem istorum, & erat deauratum intus, & foris tenuissimis laminis aureis, sed quomodo de laminis illis ita delicatis posset per malleationem continuari, & produci corpus solidum, & alatum tale, quale erat corpus Cherubim, & ex vtraque parte nullo vnquam modo fieri potest: ergo non erant productiles de coopertorio arcae. Si ponatur aliud prater propitiarium, ergo non de ipso propitiatorio. Et si dicere velis, quòd illud coopertorium erat aureum, & poterant ex illo productiles fieri Cherubim, & super hoc ponebatur aliud, quòd vocabatur propitiarium, & hoc non erat pars arcae, sed quaedam tabula aurea posita inter duos Cherubim sustentata manibus Cherubim, & tunc stabit, quòd Cherubim sint productiles. Respondetur, quòd non potest stare, quia solum dicitur hic de propitiatorio, quòd esset aureum: si autem non esset propitiarium ipsum arcae coopertorium, dabitur, quòd esset coopertorium arcae.

Secunda.

Tertia.

Confutatio. Opinatio. Ratio.

2. Ratio.

Resp. ad rationes.

Confutatio. Opinatio. Verius est ponens ipsum propitiarium arcae coopertorium.

de lignis Setim, cum dicatur, quod arca de lignis Setim faciendā erat, & cooperiendā laminis aureis.

Ratio. Qui autem tenent positionem secundam rationabilius loquuntur, quia consonat litera ista positio, scilicet quod cooperitorium arcae sit ipsum propitiatorium, quia infra dicitur, quod Cherubim expandebant alas super propitiatorium, quo operiendā est arca: si tamen arca diceretur habere aliud cooperitorium, non diceretur, quod arca operiretur propitiatorium, ergo propitiatorium est arcae cooperitorium.

Secunda. Item quia dicitur infra, quod Cherubim expandere debebant alas suas super propitiatorium, ut patet infra: Si tamen propitiatorium poneretur esse quaedam tabula in manibus angelorum, scilicet Cherubim, non possent extendi conuenienter super propitiatorium, ergo infra debet esse propitiatorium ad pedes Cherubim, & sic alae eorum extensa cooperiebant propitiatorium. Item dicitur hic, quod longitudo ipsius propitiatorii erat duorum cubitorum & dimidij, & latitudo cubiti & dimidij, & tanta erat longitudo, & latitudo arcae: ergo videtur, quod ipsum propitiatorium erat cooperitorium arcae: nam si propitiatorium esset tabula posita de auro inter duos Cherubim, non posset continere tantam longitudinem: Et patet, quia cum longitudo arcae sit duorum cubitorum & dimidij, & Cherubim sint super arcam, necesse est, ut sint super cooperitorium arcae, & erunt super cooperitorium vni Cherubim in vna extremitate, & alius in alia: Et quia isti Cherubim erant corporei, oporteret, ut occuparent aliquam partem propitiatorii vni ex vna parte, & alius ex alia, & tunc spatium intermedium inter duos Cherubim, non posset esse duorum cubitorum, & dimidij: sed hic ponitur, quod sit longitudo duorum cubitorum & dimidij secundum longitudinem arcae: ergo non potest esse propitiatorium aliqua tabula posita inter duos Cherubim, quia nulla talis posset duos cubitos longitudinis habere. Item quia dicitur, quod Cherubim duo erant productiles ex vtraque propitiatorii extremitate: ergo non erant Cherubim tenentes in manibus ipsum propitiatorium sustentando illud. Item quia, qui propitiatorium ponunt esse tabulam auream positam inter duos Cherubim, & sustentaram manibus eorum, faciunt hoc, ut ponant Deum sedere in propitiatorio, & habere pedes super cooperitorium arcae: sed hoc nullo modo potest conuenire secundum dispositionem propitiatorii, & cooperitории arcae: nam ponuntur ista duo eiusdem longitudinis, & latitudinis, scilicet quod latitudo arcae sit cubiti & dimidij, & latitudo propitiatorii cubiti & dimidij. Quando tamen aliquis habet sedem, & scabellum pedum, debet scabellum esse maioris latitudinis, quam sedes, vel non debet esse scabellum positum sub sede, sed extra sedem, quia si totaliter scabellum ponatur sub sede, non erunt pedes sedentis in scabello, sed pendentes, ut patet exemplariter in sedibus nostris: sed si daremus cooperitorium arcae, quod necessarium erat tantae latitudinis, sicut sit sub propitiatorio, utpote, quia tenebatur in manibus Cherubim, qui producebantur de lateribus extremis cooperitории: necesse erat ergo vnum esse directe sub altero. Et quia aequalis latitudinis erant extra ipsum propitiatorium, nihil exiret de cooperitorio arcae, & sic non esset aliqua dispositio congruens ad sedendum. Item Deus secundum veritatem, nec sedet, nec stat, cum corporeus non sit, cui competunt tales situationes: ideo superfluum est ponere aliquid, in quo Deus sedeat: imò est inductiuum cuiusdam erroris: sed si poneretur istud propitiarium esse tabulam auream existentem, & sustentaram in manibus duorum Cherubim;

ad nihil aliud ponitur, nisi ut sit sedes Dei: ergo non est ponendum propitiatorium praeter ipsum cooperitorium arcae. Antecedens patet, scilicet quod superfluum sit ponere aliquid, in quo Deus sedeat, cum omnia, quae fiunt debeant fieri ob aliquem finem, alioquin vana sunt: sed nunquam hoc erit, quod Deus sedeat, cum sit impossibile: ergo valde frustra erit ponere aliquid tale. Et si obijcias, quod in scriptura saepe nominatur Thronus Dei, & sedes Dei, & scabellum pedum Dei. Respondetur, quod ista dicuntur secundum Metaphoram: tamen secundum veritatem Deus nullam sedem, aut Thronum habet: ponere autem tabulam, ut Deus sedeat in ea, & ad nihil aliud, est verè ponere sedem Dei, ergo errorem habet ponere aliquid tale. Et si arguas, quod propitiatorium quocunque modo ponatur, dicitur esse sedes Dei, ergo sequetur tunc, quod etiam sit maius ponere propitiarium quocunque modo. Respondetur, quod non est simile, quia propitiarium non ponitur ad hoc, ut Deus sedeat in eo ponendo propitiarium isto modo secundum, quo supra dicebamus, scilicet quod sit cooperitorium arcae: sed ponitur ad finem cooperiendi arcam: postea tamen vocatur sedes Dei per Metaphoram, eo quod vox Dei auditur super illum, & ibi sedere intelligitur: quando tamen ponitur propitiarium esse quaedam tabula argentea, quae tenebatur in manibus duorum Cherubim, ad nihil aliud ponitur nisi, ut sedeat Deus super illam: ergo valde vanè, & erroneè sic ponitur. Hoc patet, quia si Deus in illa tabula aurea, sic posita in manibus angelorum Cherubim sedere non dicitur, etiam si inquiratur utilitas, ad quae sit, nulla alia reperitur: argumenta autem facta pro ista parte satis leuia sunt. Ad primum quando dicitur, quod si poneretur cooperitorium arcae esse propitiarium, cum dicitur propitiarium sedes Dei, sequeretur, quod Deus sederet super arcam, scabellum pedum eius esset pavimentum, quod non est conueniens. Respondetur, quod imò bene conuenit hoc, quia Deus verè non sedet super arcam, nec in aliquo loco, sed secundum Metaphoram, & quantum ad hoc nihil magis refert ponere scabellum pedum Dei in terra, quam in auro, vel vbiunque: praecipue cum ipsa sacra scriptura terram scabellum pedum Dei vocauerit, ut patet Matthaei quinto capitulo, cum dixit Christus: Nolite iurare per caelum, quia Thronus Dei est, nec per terram, quia scabellum pedum eius est. Idem patet extra de iureiurando in capitulo, & si Christus: Etiam quia dato quod poneretur, ut ipsi volebant, quod illa tabula aurea posita inter Cherubim esset propitiarium, tamen non poterat cooperitorium arcae poni, ut scabellum, ut supra probatum est, quia cooperitorium arcae, & propitiarium essent eiusdem latitudinis, & vnum poneretur directe sub altero, & sic nihil excederet cooperitorium arcae ultra propitiarium, in quo possent poni pedes.

Ad secundum argumentum quando dicitur, quod si cooperitorium arcae sit propitiarium, quod sequeretur, quod Cherubim haberent pedes super sedem Dei, & essent altiores, quam sedes Dei, quod videtur inconueniens. Respondetur, quod Cherubim illi, qui productiles erant de extremitatibus propitiatorii non habebant pedes, sed corpora erant sic educta, quasi esset truncus in principio ipsius eductionis, ita quod quasi pars ipsorum Cherubim lateret in propitiatorio, de quo educerentur: nam non erant Cherubim quasi facti opere furoris, & postea affixi in extremitatibus propitiatorii, sed erant productiles de materia ipsius propitiatorii. Et quando dicitur, quod inconueniens videtur dicere, quod Cherubim sint super

Obiectio.

Solutio.

Argumentum.

Responsio.

Ad argu. Resp. ad primum.

Ad secundum.

Ad secundum.

Propitiarium erat arcae cooperitorium.

Quomodo arca aperiiebatur.

super sedem Dei. Respondetur quod non est inconueniens, cum ipsa Sacra Scriptura dicat eos esse super sedem Dei, ut patet Isa. 6. c. cum dicitur. In anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi dñm super solum excelsum sedentem, & eleuatum, & ea quae sub eo erant, replebant templum: Seraphim stabant super illum. Et hoc necesse est referri ad solum Dei, quia non potest ibi referri ad Deum, quia tunc diceret, stabant super illum in masculino, & non in neutro. Etiam quia si super dñm starent, etiam super solum eius starent, cum Deus altior esset solio suo. Non potest et referri ad templum, quia ita dicit Seraphim super illum, id est super templum, quia ista visio erat intra templum, ut patet in eodem c. Ista ergo necessario dicitur de solio Dei, quod Seraphim stabant super solum Dei. Ad finem quod dicitur, quod propitiarium erat inter duos Cherubim, non intelligitur, quod totaliter esset inter Cherubim, & essent Cherubim extra propitiarium, sed quod ipsi fuerint productiles de extremitatibus duabus propitiatorii. Et sic cum res tota sit inter duas extremitates suas, videtur esse propitiarium inter duos Cherubim orditos de duabus extremitatibus propitiatorii, & tamen ipsi sunt super propitiarium, quia tamen producantur de propitiatorio, non producantur versus partem inferiorem, sed versus partem superiorem, ut cooperiant propitiarium alis suis. Conclusum satis est ergo ex his, quod propitiarium nihil aliud erat quam cooperitorium arcae istud aut erat de auro purissimo ex causa iam dicta, & ista arca non habebat aliquam seram ligneam, vel auream vel alterius metalli: nam quae intus erant secreta erant cum nullus auderet eam tangere, quia moriebatur, ut supra declarauimus, & istud propitiarium recipiebatur intra coronam auream, quae erat in gyro arcae per totam quadraturam, & cooperiebatur illa corona tota fronte propitiatorii ex omnibus lateribus, ita quod non videretur habere aliquid cooperitorium, sed tota esse vni continuu corpus, scilicet quia corona arcae erat quoddam labium eleuatum de laminis aureis in directum super quilibet extremitatem superiorem tabularum, scilicet in altitudine quatuor laterum arcae, vbi terminabatur extremitas cuiuslibet tabulae, lamina illa aurea, quae cooperiebat totam tabulam extendebatur ultra tabulam per aliquod spatium, super duos, aut tres digitos, & hoc ex parte omnium tabularum, & sic manebat ibi quaedam vacuitas ad intronitendum propitiarium, ita quod tanta esset eleuatio laminae, scilicet altitudo coronae, quanta esset grossities frontis propitiatorii, & totum propitiarium occultaretur sub corona, ita quod extremitas coronae in altitudine, & extremitas lateris propitiatorii essent aequalia, & ex vtriusque continuaretur vna superficies plana super arcam, & non videbatur, quod illa arca haberet aliquid cooperitorium, sed quod esset totum vnum continuum. Et hoc faciebat maiorem pulchritudinem. Quia autem arca illa aperienda erat, non poterat aperiri sicut ceterae arcae, nisi iaciendo manus in cooperitorium, & eleuando: nam hic non patebat aliquid de fronte propitiatorii, cum totum lateret sub corona arcae, sed cum erat arca aperienda ponebant manus in Cherubim, & eleuabatur directe versus supra, & totaliter auferebatur propitiarium de super arcae, & educeretur si quid educendum foret, sicut dicitur Deut. ad legendum in septimo anno coram toto Israel, ut patet Deut. 31. c. & non erat istud cooperitorium arcae sicut cetera cooperitoria, quia in alijs cooperitorijs colligatur parti posteriori lateris quibusdam ferreis iuncturis in quibus teneri possit, & moueri, ut cum fuerit facta eleuatio, vel depressio non cadat cooperitorium: in hac autem ex nulla parte colligabatur cooperitorium alicui lateri quibusvis; vniculis, sed clauderetur, & aperiatur si necesse foret eo modo, quo dictum est. *Duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius.* Tanta est longitudo

ei, ut supra patet. Et in hoc demonstratur, quod istud propitiarium esset cooperitorium arcae cum fiat ad mensuram arcae in longitudine, & latitudine. Et sciendum (ut dictum est semper) isti cubiti qui hic mensurantur sunt secundum mensuram cubiti Moysi. *Semissem, & cubitum latitudo.* Id est latitudo contineat cubitum, & dimidium, tanta enim erat latitudo arcae. *Duos quoque Cherubim aueros.*

De figura Cherubim, & quomodo erant productiles, & an sit conueniens opinio Iosephi, & quare vocauit eos aues.

QV AESTIO. XVIII.

DE istis Cherubim dicit Iosephus, quod erant similitudines auium hominibus incognitae, utpote quia habitant in talibus tanquam separatis mundi partibus, ut ab hominibus terrae illae inhabitatae aut peccantibus nunquam sint, nec ipsae aues ad habitabiles terras unquam venerint. Fundamentum autem quod Iosephus vocet Cherubim esse aues, est, quia dicitur, quod isti Cherubim expandebant alas suas ad tegendum propitiarium, habere autem alas solis rebus volatilibus conuenit. Quia autem istae aues inuisae hominibus fuerint, fundamentum est, quia Deus intendebat vitare idolatriam in populo Israelitico, erat autem idolatria praecipue in cultu imaginum, & statuatum, & quia homines inclinatur ad colendum res cognitas propter aliquam excellentiam, quam in eis arbitrantur, & de rebus incognitis nihil scire aut cogitare queunt, ideo faciendo imagines siue statuas rerum corporearum incognitarum non erat occasio ad idolatriam, sicut faciendo imagines aut statuas rerum visarum: maxime quia isti Cherubim erant intra sancta sanctorum, & nullus de popularibus videbat hoc poterat: nec ipsi leuitae qui arcam portabant, ut patet Num. 4. c. Sed non multum hoc videtur, quia etiam Gen. 3. capitulo, dicitur quod Deus posuit Cherubim habentem gladium flammeum, atque veratilem ad custodiam ligni vitae: ibi autem manifestum est, quod non sit locutio de aliquibus auius, quia ille non poterat custodire viam ligni vitae, sed sit locutio de Angelis, qui sunt in octauo ordine, & vocantur Cherubim: nam illi depellere debebant demones, & homines, si quis veniret ad intrandum pro fructu ligni vitae. Illi autem cum spiritus sint secundum se pingui, aut statuificari non possunt: pinguntur tamen in ea imagine, sub qua apparent, hoc est sub figura humana: nam quando Angelus domini veniebat ad aliquem in visione corporali, semper veniebat in effigie viri, ut patet de Angelis qui venerunt ad Abraham, ut patet Genesi 18. capitulo, & de Angelis, qui venerunt Sodomam, ut patet Genesi decimonono, & de Angelo, qui luctabatur cum Iacob, ut patet Gen. 32. capitulo, & sic in valde multis locis sacrae scripturae, ergo dicendum, quod Cherubim pingebantur aut fabricabantur sub effigie virorum, siue paruorum puero-rum, & attribuebantur eis alae, quia cum Angeli de caelo ad nos veniant, fingimus eos volare tanquam aues, quae de alto veniunt, & istum modum loquendi tenuit Isaia capitulo sexto dicens, volauit ad me vnus de Seraphim. Rabbi Abraham Aben Ezra dicit, quod Cherubim non determinant sibi aliquam figuram, sed ponuntur indifferentem pro quolibet animali, interdum pro vno, interdum pro alio, siue quadrupedibus, siue auius, siue hominibus. Quod probat per quatuor illa animalia, quae vidit Ezechiel, ut patet Ezechiel primo capitulo, & postea vocantur

Opinio Iosephi.

Consecratio opinio Iosephi.

Quo Cherubim pingebantur.

Op. rabbi Abraham Aben Ezra.

Alph. Tost. super Exodi

Pars Secunda D Cheru-

Cherubim Ezech. decimo capitulo, inter ea tamen quaedam erant quadrupedia, ut bos, & leo: quaedam volantia, ut aquila, quaedam rationalia, ut homo. Sed hoc non obstat, quia cum Ezechiel in spiritu in visione imaginaria gloriae Dei respiceret, cognovit, quod omnes illi, qui ei assistebant erant spiritus beati, ideo licet haberent similitudinem bouis, leonis, aquilae, & hominis, omnia vocavit Cherubim, & sic videtur vera radix huius locutionis Hebraicae, quod Sacra Scriptura vocet hic Cherubim spiritus beatos assumptes aliquas figuras, sine sint humanae; sine autem, sine quadrupedum. Et quia ibi omnia illa quatuor animalia, quae assistebant Deo, non erat dubium esse beatos spiritus, vocavit ea Cherubim. Quando tamen istud nomen Cherubim ponatur sine determinatione figurae, quam spiritus beatus accipit, accipiendum est pro figura humana, quia ista est perfectior, & sola particeps felicitatis, & haec magis conuenit apparitioni, & figurati spirituum beatorum. Circumfusus Cherubim, qui ponuntur hic super arcam, quaeritur quare ponerentur. Respondetur quod ponebantur ad exprimentum honorem Dei, & magnitudinem gloriae, & quomodo seruiant ei Cherubim: nam istud tabernaculum interius, scilicet sancta sanctorum erat habitatio gloriae domini: unde & aliquae apparitiones similitudinum beatificationum fiebant intra sancta sanctorum, & ob hoc cum sacerdos magnus semel in anno in die propitiationis intraret in sancta sanctorum, ponebat multum de Thymiamate, cuius vapor crassus ascendens operiret ea, quae erant intra Cherubim super propitiatorium, ne videret sacerdos: nam si videret moriebatur, ut patet Leuit. 16. capitulo, ipsum autem propitiatorium dicebatur sedes Dei, sicut thronus gloriae. Et quia in vita aeterna sunt multis spiritus assistentes Deo, & nunc quidam ministrantes, atque assistentes, ut patet Dani. septimo capitulo, cum dicitur. Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei. Et ponuntur isti duo ad notandum pluralitatem aliorum.

Aureos. Scilicet de auro purissimo. Nam si ipsum propitiatorium super quod sedebat Deus, erat aurum totum, quanto magis ipsi Cherubim, qui naturae perfectioris sunt circumdantes Deum in throno? non enim decuit in eis esse ligna, setim, nec argentum, aut aliquid imperfectius auro, cum ipsi Cherubim sint id, quod in toto tabernaculo perfectius erat. **Productiles facies ex utraque parte oraculi.** Id est quod isti Cherubim erant facti productiles, id est per productionem, id est extensionem malleatorum, & non opere fusili, ita quod non fiebant per se isti duo Cherubim, & postea, quod ponerentur, vel affigerentur super coopertorium arcae, sed accipiebatur magna massa auri ex illa, & per malleationem extendebatur. Et sic fiebat tabula illa aurea, quae est propitiatorium. Et ex partibus auri, quae sunt in extremitatibus illius tabulae rursus per malleationem extendebatur vnus Cherub in extremitate vna, & alius in alia. Et per hunc modum Cherubim duo cum ipsa tabula, quae est propitiatorium sunt vnus, ex continuatione materiae, ita quod non contingantur Cherubim ipsi propitiatorio, sed continuantur, quia vltima Cherubim, & propitiatorii idem sunt. Multi autem de nostris errant in positione horum Cherubim, quia non respiciunt ad significationes terminorum hic positorum, sed superficialiter loquuntur: nam impossibile est, quod aliud significet Cherubim esse productiles ex vtraque parte propitiatorii, nisi quod de extremitatibus propitiatorii per malleationem producantur, id est extendantur, & fiant Cheru-

Abim. In litera autem Hebraea adhuc clarius expressiusque hoc habetur, scilicet. *Facies duos Cherubim aureos ex extremitatibus coopertorii sine propitiatorii.*

Quare Seraphim non ponebantur super arcam, sicut Cherubim.

Q V A E S T I O. XIX.

SED quare adhuc circa hoc, quare non ponebantur Seraphim super arcam sicut ponebantur Cherubim. Nam Isaie sexto capitulo dicitur, quod vidit ipse dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & quae sub ipso erant, replebant templum, & Seraphim erant super illud. Respondetur dupliciter, vno modo, quod licet hic dicatur, quod erant super arcam duo Cherubim, non erat sensus, quod esset imago illorum spirituum beatorum, qui sunt de octauo ordine, & nos appellamus eos Cherubim, quia isti nullam habent imaginem specialem, cum sint incorporei, & licet dicamus, quod effigiantur a nobis, prout apprehendimus eos sub quadam determinatione figurae corporalis: tamen illa figura non erit magis pertinens ad ipsos spiritus de octauo ordine, quam ad spiritus cuiuslibet alterius ordinis. Nam omnibus damus eandem figuram, scilicet quod sint vt viri habentes insuper alas, & quantum ad hoc non magis distinguuntur Cherubim, quam Seraphim, quam dominationes, quam throni, & sic de ceteris, sed vocabantur Cherubim (vt supra declarauimus) quia consuetudo est literae Hebraicae nuncupare Cherubim aliquem spiritum beatum, sub quacunque figura appareat, aut pingatur, scilicet hominis, aut leonis, vel auis, & sic non declaratur in hoc, cum dicatur, quod ponerentur duo Cherubim super arcam, vt vtrum essent illae imagines signatiuae Angelorum primi, aut secundi, aut alterius ordinis, cum aequaliter Cherubim ad omnes spiritus beatos referantur, secundum istum modum accipiendi sacrae scripturae: sed erit sensus, quod mandauit Deus fieri super arcam duas imagines celestium spirituum qualescunq; illae sint, & tunc quaestio nulla est, quia ita potest stare ibi Cherubim pro spiritibus, qui sunt de ordine Cherubim, sicut pro spiritibus, qui sunt de ordine Seraphim, vel principatum. Sed argues, quod hic ponebantur Cherubim secundum figuras determinatas, quae competunt ex assignatione nostra, & ex forma apparenti spiritibus illius ordinis. Nam Cherubim habent certum modum figurae, qui conuenit eis, scilicet quod habeant sex alas, vt patet Ezechiel primo capitulo. Respondetur ad hoc, quod spiritus habentes nomen Cherubim non determinant sibi certam figuram: & quando obijcis, quod habent sex alas, dico, quod nec hoc efficaciter probat, sed ex ipso primo capitulo, & 10. Ezech. ista argumentatio redarguitur: nam ibi vocantur Cherubim illa quatuor animalia: tamen diuersarum figurarum erant, scilicet vultus hominis, & vultus aquilae, & leonis, atque bouis. Etiam quia Seraphim habent eandem figuram, vt patet Isa. sexto. Alio modo ad hoc responderetur, quod licet concederemus figuram determinatam ad ipsos Cherubim esse habere sex alas, tamen hic non ponebantur sub ista figura Cherubim, sed solum habebant duas quibus tangebant propitiatorium, & istas alas contra se inuicem tangebant. Et patet hoc per Cherubim, quos fecit Salomon, & posuit intra sancta sanctorum, qui facti erant

Responsum prima.

Argumentum contra supra dicta.

2. ff. aliorum ad quosdam.

Seraphim sunt ad gloriam, & Cherubim ad gloriam.

Oraculum vnde dicitur.

erant ad imaginem horum, & tamen illi Cherubim solum duas alas habebant, vt patet 3. Reg. 6. capitulo, cum dicitur, quod Cherub vnus habebat in vna ala quinque cubitos, & in alia ala alios quinque cubitos, & similiter secundus Cherub, ergo quilibet de Cherubim duas solum alas habebat, & ista est solida ratio. Quidam respondere voluerunt aliter, scilicet quod Cherubim sunt ad ministerium Dei, scilicet vt alis suis velaret sedem Dei, Seraphim autem sunt ad gloriam. Quod patet, quia Isaie 6. capitulo dicitur. Et clamabat alter ad alterum, & dicebat, sanctus, sanctus, sanctus dominus exercituum, plena est omnis terra gloria eius: & commota sunt superliminaria templi voce clamantis, & domus impleta est fumo: in presenti autem vita non est nobiscum gloria Dei: ergo non debebant fabricari Seraphim super propitiatorium, sed Cherubim. Sed ista secunda solutio non est conueniens quantum ad id, quod intendit, & quantum ad id quod supponit. Quantum ad intentum patet: nam intendit, quod in vita aeterna est Deus quantum ad gloriam: hic autem quantum ad ministerium, ideo quod Cherubim, qui sunt ad ministerium, debent fabricari coram eo. Hoc autem est contra intentionem omnium doctorum tam Latinorum, quam Hebraeorum: nam tabernaculum interius, scilicet sanctum sanctorum ponebatur ad signandum gloriam quietissimam Dei in caelis cum spiritibus beatis. Ex hoc ergo arguitur contra istam responsionem, quia sicut se habet veritas ad veritatem, ita se habere debet figura ad figuram: sed sic est, quod in vera illa celesti beatitudine assistunt Deo immediatius Seraphim, ergo in hac imaginaria Dei gloria debent Deo assistere non veri, sed imaginarij, id est fabricati Seraphim. Secundo errat in eo, quod praesupponit, scilicet esse Seraphim ad gloriam, Cherubim ad ministerium. Nam sicut Seraphim ad assistendum Deo sunt, quod est esse ad gloriam, ita & Cherubim ad assistendum sunt, quia ministratorij spiritus de inferioribus ordinibus sunt, & non de illis duobus supremis. Quod etiam Cherubim ad gloriam Dei pertineant aequaliter sicut ipsi Seraphim, patet Ezech. primo capitulo: nam ea, quae dicebant Seraphim Isa. 6. capitulo, scilicet sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus exercituum, dicebant etiam Cherubim, quae erant illa quatuor animalia, quae vidit Ezechiel: nam vt dicitur Ezech. 1. capitulo, illa quatuor animalia non dabant sibi requiem die ac nocte dicentia, sanctus sanctus &c. illa tamen quatuor animalia vocantur Cherubim, vt patet Ezech. 10. cap. redeundum est ergo ad primam responsionem. **Ex vtraque parte oraculi.** Id est facies istos duos Cherubim de duabus extremitatibus, siue partibus propitiatorii. Et vocatur hic propitiatorium oraculum, id est responsum siue locus responsionis. Vocatur namque oraculum responsum, vt communiter reperitur in iure canonico, cum loquitur summus pontifex ad aliquem, dicens: Petisti super hoc apostolico oraculo edoceri, id est informari in hoc per responsionem summi Pontificis. Sic patet extra de restitutione spoliatorum in capitulo, literas. Et vocatur oraculum ab orando, quia per orationes acquiritur: nam quando aliquis rogat alium, vt aliquid respondeat, orat eum. Responsio ergo illa, quae dabitur, iuste vocabitur oraculum, quia orationibus habita est, & hoc modo vocabatur propitiatorium oraculum, id est responsum, quia ad petitionem vel orationem Moysi respondebat Deus de medio Cherubim super propitiatorium, sicut dicitur infra, scilicet: inde praecipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, & sic habebat ista tabula tria nomina, scilicet coopertorium arcae, & propitiatorium, & oraculum. *Cherub vnus sit in oraculi latere vno, & Cherub alius in*

Alph. Tost. super Exodi

alio. Hic ponitur situs istorum Cherubim, scilicet quod vnus esset in latere vno, scilicet in extremitate terminante longitudinem, & alius in alia extremitate terminante longitudinem, scilicet quod fiebat (vt supra dicebamus) de quadam massa magna auri ipsa tabula, quae erat propitiatorium, & cum extensa fuisset illa massa in modum tabulae per duos cubitos, & dimidium longitudinis, & cubitum, & dimidium latitudinis. In extremitatibus terminantibus longitudinem manebant duae partes materiae auri adhuc non malleatae aut extensa, & de illis per malleationem extendebatur duo Cherubim, vnus in vna extremitate, & alius in alia cum alis suis, & ob hoc vocantur productiles, id est extensi vel malleati, & sic erant isti Cherubim in angulis siue lateribus, quae sunt parua latera latitudinis terminantia ipsam longitudinem: nam ista communiter vocantur latera. Et patet quia propitiatorium cum esset coopertorium arcae, & eiusdem quantitatis cum ipsa arca, necessario accipiebantur latera in eo secundum quod in arca, sed in arca vocabantur latera ipsa, quae sunt latitudines arcae, ergo etiam in propitiatorio illud vocabitur latus, & erunt isti duo Cherubim in duobus lateribus latitudinum. *Vtrumque latus propitiatorii regant expandentes alas suas.*

An Cherubim essent locati super arcam ex parte latitudinis, vel ex parte longitudinis.

Q V A E S T I O. XX.

DE modo autem expansionis alarum Cherubim, & apertura propitiatorii controuersia est, & est radix huius diuersitatis aequaliter ipsa diuersa positio laterum, in quibus essent Cherubim: nam quidam volunt Cherubim esse locatos in latere secundum longitudinem, alij volunt, quod locarentur in latere secundum latitudinem, & secundum diuersitatem laterum necesse est dare diuersos modos operendi propitiatorium, de quibus immediate dicam. Secundum veritatem tamen, vt diximus, duo Cherubim erant locati in duobus lateribus latitudinis: nam arca illa sicut quilibet de illis, quae nunc sit, habebat quatuor latera, scilicet duo latera longitudinis, & duo latera latitudinis. Latera duo latitudinis minora sunt, & in his erant fundati duo Cherubim, & erant sic oppositi duo Cherubim super arcam, secundum quod in altaribus nostris cum Missa celebratur duo candelabra ponuntur in duobus cornibus altaris, quae sunt duo latera minora altaris, scilicet secundum latitudinem. Quia autem volunt, quod essent Cherubim in lateribus longitudinis ponebant sic, quod propitiatorium erat longitudinis duorum cubitorum & dimidij: in latere posteriori longitudinis versus parietem sancti sanctorum ponebant duos Cherubim, ita quod vnus esset in vna extremitate, scilicet circa extremitatem longitudinis illius lateris, & alius circa aliam extremitatem longitudinis illius lateris, & protendebat alas suas, ita quod ala dextra vnus erat contra alam sinistram alterius, & auris dextra vnus contra aures sinistram alterius, & non respiciebant se ipsos, sed erant quasi duo homines euntes simul versus eandem partem orbis, ita quod manus vnus esset ad manum alterius, & humerus vnus ad humerum alterius tangentes se lateraliter, & tunc aliae duae a se eorum tenderentur aequaliter extra propitiarium, ita quod ala vnus esset contra meridiem, & ala alterius reliqua esset contra aquilonem.

Opinio Doct.

Op. aliorum.

Pars Secunda. D 2 nem

nem, & erant dorsa istorum Cherubim versus parietem sancti sanctorum, & vultus vtriusque contra velum, quod oppansum erat ante sancta sanctorum, & respiciebant sacerdotem intrantem in sancta sanctorum, cum vultus amborum esset contra ostium sancti sanctorum, & tenebant isti duo Cherubim propitiatorium super manus suas ante se; & non inter se. Similitudo horum videtur in altariibus nostris, ita quod sint duae statuę in eodem altari ambę respiciunt populum, & vna non respicit alteram: sunt enim in latere longitudinis, & auris vnius dextra est contra alteram sinistram alterius, & oculi vtriusque versus populum. Isti autem probant istam positionem. Primo: quia si ponerentur isti duo Cherubim in duobus lateribus latitudinis, & extendent alas ad tegendum propitiatorium, ita quod ala vnius tangeret alam alterius; non esset modus quo posset esse sedes inter eos: cum totum ipsi tegerent ex omnibus quatuor lateribus, quia tegerent ipsi duo latera latitudinis corporibus suis, cum productiles essent de extremitatibus illis, tegerent etiam latera longitudinum alis suis. Nam duę alę vnius erant contra alas alterius, ita quod se tangerent, & sic ala vnius Cherub, & ala alterius debebat vnam latitudinis, ala altera vnius Cherub, & ala opposita alterius Cherub tegerent reliquum latus longitudinis, & sic maneret clausum propitiatorium ex omnibus quatuor lateribus, talis autem dispositio non convenit alicui sedi, quia licet sedes ex tribus lateribus clausa sit, debet tamen esse aperta ex vno latere, per quod sedens sedeat, vt patet in omnibus sedibus nostris, & sic non posset dici propitiatorium sedes Dei. Item secundo probant, quia vultus Cherubim erant versus in propitiatorium: si tamen essent in lateribus latitudinis haberent vultus contra se, & non contra propitiarium. Ponendo autem eos in lateribus longitudinis erat hoc convenienter assignatum, quia tunc non respiciebant se, cum vnus haberet alitern dextram contra sinistram alterius, sed respiciebant propitiarium quod ante se in manibus tenebant. Sed ista positio valde erronea est, cum non habeat aliqua fundamenta, & totaliter repugnet literę huius c. quod patet sic. Primo quia isti duo Cherubim erant productiles, de extremitatibus propitiatorij, si autem sic ponantur, quod habeant vultus contra ostium, & vnus non respiciat alterum non erunt de extremitatibus propitiatorij, quia illud latus longitudinis non est extremitas propitiatorij, cum extremitas dicatur de latere minori, ergo erit de lateribus latitudinis, ita quod vnus sit contra alterum se respiciendo, & non eo modo, quo signatum est. Item quia dicitur in litera, quod duo Cherubim erunt in lateribus duobus vnus in vno latere, & alius in reliquo latere, sed latera solum vocantur, vt supra diximus, latera latitudinis, quę minora sunt, ergo in lateribus latitudinis stabunt, quod est stare contra se, & seipos respicere, & non in lateribus longitudinis. Item isti de hac opinione non intelligunt seipos, quāto magis literam textus: nam ipsi volunt ponere Cherubim in duobus lateribus longitudinis, sicut putant velle literam: tamen non ponunt in duobus lateribus, sed in vno. Quod patet quia si ponerentur in duobus lateribus longitudinis tunc respicerent seipos, quod est contra eorum intentionem. Et patet quia sicut duo latera latitudinis sunt sibi opposita, & quę sunt in his duobus lateribus respiciunt se, ita duo latera longitudinis sunt opposita. Et si ibi ponantur duo Cherubim necesse est se respiciere, quod est contra totam eorum intentionem: nam tunc habebit vnus dorsum contra parietem posteriorem sancti sanctorum, & iste respiciet contra sacerdotem intrantem in sancta sanctorum. Alius habebit dorsum contra ostium sancti

sanctorum, & iste non respiciet contra sacerdotem intrantem. Et iste est pessimus modus ponendi Cherubim, & propitiatorium, quia tunc pendebit propitiatorium super manus eorum ex vtraque parte, scilicet ab aquilonari, & meridiana, & manebunt ille partes discooperte, & orientalis atque occidentalis coopte corporibus, & alis ipsorum Cherubim, & sic incidit in id quod vitabat, quia manebit extremitas aquilonaris, vel meridiana propitiatorij pro sede Dei. Et si Deum fingamus sedentem in propitiatorio, necesse erit, vt habeat vultum contra aquilonem, vel contra meridiem. Sed hoc inconueniens, quia Deus loquebatur de propitiatorio, & facies Dei esse dicebatur versus illam partem, ad quam dirigebatur vox, sicut est in nobis: Quia ergo sacerdos intrabat a parte orientali versus occidentalem, cum introibat in sancta sanctorum, vt colligitur sequenti capitulo, necesse erat vultum Dei esse contra orientem, vt directe loqueretur sacerdoti introeunti. Si autem velis dicere, quod vultus eius esset contra orientem, non posset assignari quomodo sedebat in propitiatorio, cum dorsum vnius Cherub esset contra orientem ad partem illam, per quam sacerdos intrare debebat in sancta sanctorum. Item falsa est positio, quia litera dicit, quod ala Cherubim debent protegere vtrumque latus propitiatorij, sed si starent eo modo, quo isti ponunt habentes vultus contra introitum sancti sanctorum, non operirent vtrumque latus propitiatorij sed solum vnum, scilicet latus longitudinis, quod est contra parietem sancti sanctorum ad occidentem, & alia tria latera manerent discooperta, ergo non debent sic signari situs ipsorum Cherubim, sed quod ponantur in lateribus latitudinis, & sic poterunt cooperire vtrumque latus propitiatorij, & non solum vnumque latus: sed etiam totum propitiarium. Item non potest stare ista positio, quia dicit, quod isti Cherubim debebant cooperire totum propitiarium, sed existentes in isto modo, vt posuerunt hi, non operiunt vtrumque latus, & totum propitiarium, cum solum operiant vnum latus. Etiam dato quod ponerentur isti duo Cherubim in duobus lateribus longitudinis, ita quod vnus esset contra alium, vnus ab orientali plaga, alius ab occidenta: tamen non possunt tegerere totum tabernaculi interioris propitiarium, quia cum extendunt alas suas, vnus tenebit totum latus longitudinis, & alius aliud latus longitudinis, & manebunt duo latitudinis latera discooperta, ideo non cooperietur totum tabernaculi propitiarium. Oportet ergo taliter collocare, vt cooperiatur totum propitiarium, & hoc est ponendo Cherubim in duobus lateribus latitudinis: nam cum illa latera sint parua, cooperient illa Cherubim corporibus suis: latera autem longitudinis cooperientur alis Cherubim, quia vna ala vnius, & vna ala alterius cooperient vnum latus, & vna ala vnius, & alia ala alterius cooperient alterum longitudinis latus, & sic manebunt quatuor latera contenta, duo latera a corporibus ipsorum Cherubim, & duo alia ab eorum alis. Item non potest hoc stare, quia dicitur quod isti Cherubim respiciebant seipos, sed si ponerentur, vt dicebatur, quod essent habentes ambo faciem contra introitum sancti sanctorum, non posset vnus habere faciem contra alterum, ergo non debent poni sic, sed quod in diversis lateribus latitudinis positi essent. Ad argumentum autem itorum factis leuiter respondetur. Ad primum quando dicebatur, quod si isti duo Cherubim essent in duobus lateribus latitudinis oppositis, tegerent totum propitiarium, ita quod non posset ibi conuenienter assignari sedes, sed vocatur sedes Dei, ergo non debebant sic poni Cherubim.

Respon-

Respondetur concedendo, quod eo modo, quo Angeli tegebant propitiatorium, nullus poterat sedere in propitiatorio, quia oportebat ex aliqua parte esse apertum, per quam partem sederet sedens. Et quando concluditur, ergo non debebat sic ordinari, vt Cherubim ponerentur in lateribus latitudinis, sed in longitudine laterum. Negatur consequentia, quia hoc esset si verē fuisset propitiatorium ad hoc, vt aliquis sederet in eo: sed non erat, vt ibi sederet aliquis: Deus namque, qui ibi solus stabat, non sedebat, nec iacebat, vt indigeret coaptatione loci, vt ibi recipi posset. Quocumque ergo modo se haberet quantum ad sessionem Dei bene erat, ideo non arguit conuenienter, quod ideo quia testū esset propitiatorium, quod non posset assignari conueniens locus sessionis: nam non est propitiatorium vera sedes, sed sū metaphoram, eo quod vox Dei de propitiatorio audiebatur, dicebatur sedes, quia ibi videbatur sedere. Nec propter hoc inconueniens locus Dei erat, quia testus erat cum, & ipsa scriptura mandauerit eum testum esse, cum dicitur, vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum. Si autem propitiarium vera sedes foret alicuius rei corporeę, non poterat poni sic, vt positi fuerunt Cherubim, & tunc argumentū concluderet. Ad secundum argumentum respondetur, quod pręsupponit manifeste falsum, & contra literam, scilicet Cherubim deberent habere vultum contra propitiarium, & non contra se: nam infra dicitur. Respiciant se mutuo versus vultibus in propitiarium, ergo seipos inuicem respicere debebant. Idem patet infra 37. c. Duos Cherubim fecit in singulis summitatibus propitiatorij extendentes alas, & tegentes propitiarium, seq; inuicem respicientes. Et cum dicitur quod deberent esse versus vultus Cherubim in propitiarium. Rñ quod verum est erat namque vtrumque simul, scilicet seipos respiciebant, scilicet vnus erat contra frontem alterius, & tamen respiciebant propitiarium, quia inclinabant oculos suos in propitiarium, quod erat quasi sub pedibus eorum, & tñ sic propitiarium erat inter eos. Dicendum ergo necessario, quod erant Cherubim in lateribus latitudinis, s. vnus in vna extremitate propitiatorij, & alius in alia, quę erant termini propitiatorij secundum longitudinem in ipsis paruis lateribus latitudinis. Sed hoc posito est diuersitas, quia quidam ponunt esse Cherubim de ipso propitiatorio productiles, & extendere alas suas secundum latus latitudinis, & nihil secundum longitudinis latera. Et hoc videtur apparere ex litera, cum dicitur. Cherub vnus sit in vno latere propitiatorij, & Cherub alter in altero, & subditur. Vtrumque latus propitiatorij tegant tendentes alas. Dixit enim eos esse in duobus lateribus, quod nō est dubium de lateribus latitudinis debere intelligi. Et postea dicitur quod tegant alis suis vtrumque latus propitiatorij, ergo de eodem vtroque latere intelligendū est, & sic tendēt alas in directū super latera duo latitudinis, in quibus sunt, & manebunt duo latera longitudinis discooperta; & satis videtur ista positio concordare literę, & tunc nō inducunt isti sessionem, dato quod propitiarium esset verē sedes, cum maneret totum propitiarium discoopertum secundum latera longitudinis, cuius figura hic potest subdi. Sed ista positio non est conueniens, quia infra dicitur, quod isti Cherubim debebant extendere alas super propitiarium, & tegere illud, ponendo tamen isto modo nō tegebatur propitiarium, quia ambo latera longitudinis non erant cooperta aliquo modo, sed magis vocaretur propitiarium cooperitum ex cooperitura illorum, quā ex cooperitura laterum longitudinis, quia res nominatur a maiori. Dicendum ergo, quod isti Cherubim ponebantur super arcam, scilicet fiebant productiles de lateribus arce, & extendebat

Alas suas non quidem in directū, sed vnus extendebat contra alterum, & sic cooperiebant arcam, & propitiarium totū, scilicet ipsi duo Cherubim erāt productiles de extremitatibus arce, & eleuabantur super ipsum propitiarium, de quo producebant tegentes illa duo latera latitudinis, ex quibus erant occupatione latitudinis corporum suorum, reliqua vero duo, scilicet altera longitudinis tegebant alis suis: nam extendebat vnus alam dextram contra alam sinistram alterius, & contingebat vna reliquam ad medietatem propitiatorij, & sic tegebāt duo Cherubim duabus alis latus longitudinis propitiatorij, quod erat versus introitū sancti sanctorum, & reliqua duę alę, scilicet vna vnius Cherub, & alia alterius extendebantur, & contingebat vna reliquam ad medietatem propitiatorij, quia erat propitiarium duorum dubitorum, & dimidij in longitudine, & quilibet ala erat vnus cubiti, & quarta partis cubiti, ita quod tanta foret duarum alarum coniunctarum longitudo, quanta ipsius propitiatorij, atque in hunc modum totum propitiarium tam Cherubim alis, quam corporibus tegebatur. Vtrumque latus propitiatorij, extendentes alas. Quomodo autem totum propitiarium tegant dictum est. Sed quid est istud latus vtrumque, quod hic dicitur? nunquid latus vtrumque latitudinis: Exponet autem forte aliquis de latere vtroque latitudinis, scilicet quod Cherubim tegerent vtrumque latus latitudinis corporibus suis, & deinde extendentes alas cooperirent totum propitiarium, scilicet quod per alas operirent alia duo latera, quę manebant tegenda. Dicendum quod istud vtrumque signat latus longitudinis, quod patet ex punctuatione literę, & ex coniunctione illa copulatiua ibi posita, sic punctuando. Vtrumque latus propitiatorij tegant extendentes alas. Id est quod per extensionem alarum cooperiatur vtrumque latus, quod est latus quod per alas Cherubim cooperiri poterat: Stant se veritate literę, manifestum est quod non poterant cooperiri per alas ipsa latera latitudinis, cum ipsi operirent corporibus suis latera latitudinis, & alas contra se inuicem dirigerent per latera longitudinis. Sola ergo latera longitudinis sunt, quę operiri poterant alis, sed hic loquitur de apertura per alas Cherubim, ergo necesse est intelligi de lateribus duobus longitudinis. Si autem vellentus, quod intelligeretur de lateribus latitudinis, debebat sic punctari litera. Vtrumque latus tegant propitiatorij. Scilicet vtrumque latus latitudinis. Sed non potest stare talis punctatio, quia sequentia sunt determinatio huius verbi tegant, ideo cum eo simul poni debent. Ideo dicitur sic. Vtrumque latus tegant propitiatorij. Id est vtrumque latus longitudinis, licet latera longitudinis raro vocentur latera, cum latus semper pertineat ad minorem dimensionem, vt communiter loquimur. Expandentes alas. Id est quod ista operio laterum longitudinis fit per extensionem alarum, quia vnus Cherub expandit contra alium modo supra assignato. Et operientes oraculum. Hoc est consequenter illatum ex prępositis, scilicet quod si Cherubim fiant productiles ex extremitatibus propitiatorij in lateribus latitudinis, & postea tegant vtrumque latus, scilicet longitudinis alis suis, cum iam tegerint latera duo latitudinis grossicie sua, sequitur quod totum propitiarium erit testum. Est et sensus. Et operientes oraculum, id est isto modo in predicto erunt Cherubim tegentes totum oraculum, & vocatur hic oraculum (vt supra declaratum fuit) ipsum propitiarium, quia inde responsa dabantur Moyse oranti, vel sacerdoti oranti, cum illuc intrassent.

1. rat. positionis huius.

2. v. d. eiusdem.

Confutatio superioris opinionis ratio.

Secunda.

Tertia.

narra.

Quinta.

Sexta.

Rñ. ad ar. Ad primam.

Ad secundum.

Doct. det.

Op. quorūdam de extensione laterū Cherubim supra propitiarium.

Doct. sent.

Expositio quedam.

Quare vox audiebatur super arcam in medio Cherubim.

QV AESTIO. XXI.

CAVSA autem quare desuper arcam in medio Cherubim audiebatur vox, quae respondebat ad inquisita, unde & oraculum dicebatur, est, quia per sancta sanctorum designatur locus gloriae ubi Deus est omnibus patens: de illo hoc necessario vultus erat contra vultum alterius, tñ non intendebat vnus in alium, sed inclinabant oculos suos ad respiciendũ propitiatorium, qđ est sub pedibus eorum. Causa autem quare Cherubim ad respiciendum propitiatorium inclinantur, est quia Deus ibi esse ponitur propitiã peccatis nostris. Ad hunc autem Cherubim, & cetera beatorum spirituum caterva respicit, quia per eius cõnitiũ summo suo bono repletur. Sic enim dicitur 1. Io. 1. c. In quem desiderant Angeli prospicere, & loquitur de Christo, qui licet verus Deus, & verus homo sit: tñ non est summum bonũ, & desiderium Angelorũ, qđ homo est, sed qđ Deus est. Cooperienda est arca. Ecce manifeste quod supra inquirebamus, s. vtrũ propitiatoriũ dicatur cooperitorium arce vel aliqua tabula aurea posita in manibus Cherubim inter duos Cherubim super arcam, & aliqua supra cooperitorium arce. Præter rationes autem supra inductas ad probandum, qđ propitiatorium sit cooperitorium arce, & nullũ aliud cooperitorium arca habebat præter propitiatoriũ, adhuc hæc est multũ solida dicens, qđ propitiatorium erat ad operiendum arcam, ergo præter istud propitiatoriũ nullũ aliud operculum arca habebat. In qua ponet testimonium. Licet quodlibet illorum, qui ponebantur in arca, vna manna, & virga Aaron, quæ fronderat, & liber Deut. possent dici testificationes, tamen solum loquitur hic scriptura de ipsis tabulis, quæ vocabantur testimonium, siue testificatio, quia ponebantur ad probandum futuris si opus esset, quia lex a Deo data fuisset, alia autem non ita directe erant testimonia, & ita principaliter. Horum autem significationes atque literales causas, quare in arca posita fuerint, explicauimus. Beatus Thomas de Aquino in prima secunda ponit quasdam causas horum, quæ sunt magis quodam modo allegorice: licet aliquantulum reduci possent ad literales. Primò manna ibi positum est, quod erat dulce, quia signabat vitam, quæ dulcis valde est, & nihil magis dulce quàm esse. Vel quia ipsum manna ad vitam tuendam his, qui in deserto omnibus alijs cibus carebant, collatum est. Secundum est virga Aaron, in qua notatur potestas regiminis, quia ipse Aaron sacerdos summus fuit in populo suo, & potestatem atq; honorem adeptus. Et ista potestas necessaria est, quia vbi non est gubernator, corruet populus, vt patet Prouer. 11. c. Tertium erant ipsæ tabulae, in quibus continebatur decalogus, & in hoc signatur ipsa sententia iudicandi: nam recti iudices per leges iustas sententiant. Ista autem tria intra arcam continentur, quia ab altissimis Dei ista nobis emanant. De primo, scilicet de vita patet Io. 14. ca. vbi Christus dixit. Ego sum via, veritas, & vita. De secundo, scilicet de potestate denominationis patet ad Ro. 13. c. vbi dicitur, quod omnis potestas a Deo est, quia quæ ordinata sunt, a Deo sunt, & Prouer. c. 23. per me reges regunt, & potentes iusta decernunt. De tertio, scilicet de sapientia iudicandi, patet Eccl. 1. ca. scilicet: Omnis sapientia a domino Deo est, & Iac. 1. c. Qui indiget sapientia, petat a Deo, qui dat omnibus affluenter, & nemini improperat. Inde præcipiam. Id est de ipso loco, scilicet de propitiatorio, quia vox Dei audiebatur a Moyse, vel a sacerdote magno intrante de ipso propitiatorio.

Et patet qđ vnus erat in vno latere latitudinis, & alius in reliquo opposito, ideo necesse erat, qđ vultus vnus esset cõtra vultum alterius. Non tamen est intelligendum, qđ vnus eorum respiceret alium tenens oculos ad eum, cum oculis suis in propitiatorium respicerent, vt dñ hic. *versis vultibus in propitiatorium.* Id est ad propitiatorium. Erat autem dispositio sic, s. qđ isti duo Cherubim erant in duabus extremitatibus propitiatorij in lateribus latitudinis, & ob hoc necessario vultus vnus erat contra vultum alterius, tñ non intendebat vnus in alium, sed inclinabant oculos suos ad respiciendũ propitiatorium, qđ est sub pedibus eorum. Causa autem quare Cherubim ad respiciendum propitiatorium inclinantur, est quia Deus ibi esse ponitur propitiã peccatis nostris. Ad hunc autem Cherubim, & cetera beatorum spirituum caterva respicit, quia per eius cõnitiũ summo suo bono repletur. Sic enim dicitur 1. Io. 1. c. In quem desiderant Angeli prospicere, & loquitur de Christo, qui licet verus Deus, & verus homo sit: tñ non est summum bonũ, & desiderium Angelorũ, qđ homo est, sed qđ Deus est. Cooperienda est arca. Ecce manifeste quod supra inquirebamus, s. vtrũ propitiatoriũ dicatur cooperitorium arce vel aliqua tabula aurea posita in manibus Cherubim inter duos Cherubim super arcam, & aliqua supra cooperitorium arce. Præter rationes autem supra inductas ad probandum, qđ propitiatorium sit cooperitorium arce, & nullũ aliud cooperitorium arca habebat præter propitiatoriũ, adhuc hæc est multũ solida dicens, qđ propitiatorium erat ad operiendum arcam, ergo præter istud propitiatoriũ nullũ aliud operculum arca habebat. In qua ponet testimonium. Licet quodlibet illorum, qui ponebantur in arca, vna manna, & virga Aaron, quæ fronderat, & liber Deut. possent dici testificationes, tamen solum loquitur hic scriptura de ipsis tabulis, quæ vocabantur testimonium, siue testificatio, quia ponebantur ad probandum futuris si opus esset, quia lex a Deo data fuisset, alia autem non ita directe erant testimonia, & ita principaliter. Horum autem significationes atque literales causas, quare in arca posita fuerint, explicauimus. Beatus Thomas de Aquino in prima secunda ponit quasdam causas horum, quæ sunt magis quodam modo allegorice: licet aliquantulum reduci possent ad literales. Primò manna ibi positum est, quod erat dulce, quia signabat vitam, quæ dulcis valde est, & nihil magis dulce quàm esse. Vel quia ipsum manna ad vitam tuendam his, qui in deserto omnibus alijs cibus carebant, collatum est. Secundum est virga Aaron, in qua notatur potestas regiminis, quia ipse Aaron sacerdos summus fuit in populo suo, & potestatem atq; honorem adeptus. Et ista potestas necessaria est, quia vbi non est gubernator, corruet populus, vt patet Prouer. 11. c. Tertium erant ipsæ tabulae, in quibus continebatur decalogus, & in hoc signatur ipsa sententia iudicandi: nam recti iudices per leges iustas sententiant. Ista autem tria intra arcam continentur, quia ab altissimis Dei ista nobis emanant. De primo, scilicet de vita patet Io. 14. ca. vbi Christus dixit. Ego sum via, veritas, & vita. De secundo, scilicet de potestate denominationis patet ad Ro. 13. c. vbi dicitur, quod omnis potestas a Deo est, quia quæ ordinata sunt, a Deo sunt, & Prouer. c. 23. per me reges regunt, & potentes iusta decernunt. De tertio, scilicet de sapientia iudicandi, patet Eccl. 1. ca. scilicet: Omnis sapientia a domino Deo est, & Iac. 1. c. Qui indiget sapientia, petat a Deo, qui dat omnibus affluenter, & nemini improperat. Inde præcipiam. Id est de ipso loco, scilicet de propitiatorio, quia vox Dei audiebatur a Moyse, vel a sacerdote magno intrante de ipso propitiatorio.

Qđ Cherubim existentes supra propitiatoriũ in clinabant oculos suos ad ipsũ.

Rationes Thome assignantis causas eorum, quæ in arca ponebantur. Prima secunda, quæ ar. 4.

Quomodo intelligitur dicitur Salo. Nemo scit an odio, vel amore dignus sit.

Tria loca erant de quibus Deus Moysi loquebatur in deserto.

QV AESTIO XXII.

TRIA loca erant de quibus Deus loquebatur Moysi tempore, quo steterat in deserto. Primus locus erat de propitiatorio inter duo Cherubim, & iste erat locus, ad quem communius Moyses veniebat, vt audiret sententiam Dei, vt patet Nu. 7. c. cum dicitur. Cunque ingrederetur Moyses tabernaculum sederis, vt consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei. De hoc etiam infra 30. c. Secundus locus, in quo Deus loquebatur Moysi erat ostium tabernaculi, scilicet apud altare holocaustorum, vt patet infra 29. ca. cum dicitur. Sacrificium est domino oblatione perpetua in generationibus nostras ad ostiũ tabernaculi testimonij coram domino, vbi constitutum est vt loquar ad te, ibique præcipiam filiis Israel. Tertius locus erat columna nubis, in qua Deus interdum loquebatur Moysi, vt patet Nu. 12. c. quia quando mandauit Deus vocari Mariam, & Aaron ad redarguendum eos, quod Moysi detraxissent, descendit in columna nubis, & locutus fuit ibi ad eos. De hoc alioquiter Nu. 16. c. Et iste tertius locus plerumque coincidebat cum secundo, quia sepe descendebat columna nubis ad ostium tabernaculi, & ibi loquebatur, vt patet in duobus præallegatis testimonijs. *Inde præcipiam, & loquar ad te.* Ista præceptio, & locutio idem sunt, sed dicebatur præcipere respectu ipsorum Israelitarum, pro quibus dabat præcepta: quando vox eius audiebatur de propitiatorio, dicebatur loqui respectu Moysi, a quo ipsa verba audiebantur, & ipse Deus colloquebatur. Super propitiatorium. Dicebatur loqui super propitiatorium, quia vox illa, quæ audiebatur, videbatur formari ab aliquo, qui staret in propitiatorio, & sic erat in veritate, quia in propitiatorio erat Angelus, qui formabat vocem illam. Nam Deus per se non loquebatur, quia talia instrumenta non habet, & si deberet formare vocem, oportebat, quod vteretur instrumentis, vt autem instrumentis talibus ad hoc, quod actio sua sit successiua, repugnat Deo, ideo non poterat ipse formare illas voces, sed Angeli quibus tales modi agendi imperfectiores conueniunt, ista agent. Et si dicas, quod Deus licet non formaret illas voces instrumentis naturalibus, sicut nos formamus naturaliter, aut sicut Angeli formantes non naturaliter, sed artificiose, tamen poterat creare eas, & ad hoc non requirebatur motus, cum creatio fiat in instanti, sicut ceteras res creauit. Respondetur quod nec Deus poterat creare voces illas, non quidem quod Deus impotens sit ad creandum, cum totam istam vniuersitatem rerum creauerit, sed quia repugnat ex natura rei, quod vox crearetur, quia vox consistit essentialiter in quadam prolotione, quæ necessario habet partes succedentes sibi: nam est ibi compositio ex syllabis, & istæ syllabæ ex natura talis vocis habent ordinem essentialem, scilicet quod si talis vocis pars non profertur ante aliam, quod non erit illa vox: nam ista vox, dominus, consistit in hoc, quod ista syllaba, do, antecedit tempore istam syllabam, mi, & istam syllabam, nus, & si mutetur iste ordo, impossibile est manere istam vocem, vt si ponatur, nus, ante, do, vel, mi, ante, do, & sic in omnibus vocibus, & partibus sonorum non articulatorum, licet in non articulatis non ita iudicamus propter similitudinem. Sicut ergo mutato ordine in qualibet dictione impossibile est manere eandem dictionem, ita ablato penitus omni ordine antecessionis, Alph. Tost. super Exodi

Nulla vox erit. Sicut si aliquis velit in tempore tollere ordinem partium fluentium, nõ relinquere tempus, tollat partem, quia repugnabat sic manere: ita ablato ordine partium in voce, cum sit quidam motus, vel necessario cum motu, necessarium est, quod tollat vocem: nec enim tempus, nec motus sine successione esse possunt, cum formaliter repugnet: quia ergo id quod creatur accipit esse in instanti, voces autem esse accipere non possunt, nisi per successione, ergo non possunt creati, sicut tempus, nec motus non possunt creati, sed sunt mensuræ esse rerum creatarum. Si ergo Deus vocem formare debeat, cum non possit eam creare, necesse erat, vt per instrumenta aliqua formaret, & sic necesse erat, vt ageret per successione, sed Deus non potest agere per successione, quia hoc pertinet ad res, quarum esse non est totum simul, esse autem Dei est totum simul, cum sit æternus. Ergo non potest agere quicquam per successione. Nam sicut nobis repugnat agere aliquid in instanti, quod sit proprie actio, ita repugnat Deo agere aliquid per successione, vt magis declarauimus 23. c. ergo relinquitur, quod impossibile sit Deum per seipsum formare aliquam vocem, siue creando eam, siue fabricando eam: sed potest formare aliquam rem, cui conueniat formatio vocum, & sic necessario esset ibi aliquis Angelus, qui formaret illas voces, vel aliquis homo. De homine autem manifestum est, quod non erat ibi, cum intra propitiatorium nullus homo capi posset, imò nec in sancto sanctorum aliquis esse poterat quin moreretur, nisi Moyses, & sacerdos magnus vna die anno quolibet. Et si aliquis homo istas voces emittere debuisset, nullus magis deberet, quàm Moyses, qui inter omnes homines tunc temporis Deo maxime acceptus erat: sed ipse nõ faciebat, cum ipse ad audiendum illas voces iret, ergo faciebat eas Angelus. Patet consequentia, quia nulla alia res illas voces formare pouisset: nõ licet animalia bruta voces emittant, non tamen voces articulas, & literatas quales ibi audiebantur. Et dato quod aliqua aus possit proferre verba quasi articulata propter magnitudinem pletri, id est lingue ad frangendum totum aerem, sicut psittaci, & picæ, tamen non possunt loqui verba rationalia, cum non intelligant, & ob hoc nunquam loquuntur, nisi ea, quæ decurrunt, & nesciunt mutare locutionem ad alteram loquendi materiam: nam quando aliquis diuersa loquitur, necesse est eum habere intellectum ad transcendendum de vno in alterum. Et si dicas contra de asina Balaam, quæ locuta fuit verba rationalia, vt patet Num. 22. ca. Respondetur quod non locuta fuit ipsa, sed Angelus, qui mouit eius linguam, & actus semper denominatur ab eo, in quo est principium agendi, & non ab instrumentis. Asina autem solum fuit ibi agens instrumentale. Et sic necesse erat, quod si debebant talia verba articulata, & rationaliter dicta formari, quod aliquis homo ea formaret, vel aliquis Angelus. Quod autem homo non formaret ea, declaratum est, ergo necessarium erat, quod Angelus ea formaret. Et quia Angeli non habent instrumenta naturaliter ad formandum vocem, cum sint spiritus simplices, necesse est vt ad formandam vocem vtantur instrumentis quæ sitis a natura, scilicet vt condenserent corpora aerea, in quibus loquantur, aliàs darerit, quod possent aliquid agere naturaliter sine instrumentis, & hoc impossibile est, quia ad infinitam potentiam hoc pertinet. Necesse ergo erat dandum, quod intra sancta sanctorum erat quidam Angelus, qui, densato corpore aereo, loquebatur. Et quia istud corpus propter suam densitatem esset visibile, sicut corpora nubium, voluit Deus vt lateret, ne tantus honor, & Dei secretum a mortalibus videretur.

Impossibile sit Deum formare aliquam vocem per seipsum.

Quæuis animalis possit formare voces articulas: tamen non possunt loqui verba rationalia. Obiectio. Solutio.

Causa radicalis per qua Cherubim alis propitiatorium cooperiebant.

Et ista est causa literalis radicalis, quare super arcam in propitiatorio erat cooperitura alarum Angelorum, scilicet duorum Cherubim: nam ille Angelus in corpore aereo assumpto, & densato siue illud esset, ut corpus humanum, siue esset secundum aliquam figuram organorum ad pulsandum, cum sint quadam instrumenta musica, quae vocare videntur, ut ait Arist. in 2. De anima in c. De sono, erat absconditus in illo propitiatorio, ut non videretur ab intrantibus in sancta sanctorum. Et licet supra posuerimus causas literales, scilicet quare duo Cherubim cooperirent propitiatorium: ista tamen est magis radicalis, quia aliae sunt quodam modo allegoricae, & ista erat causa, quare cum sacerdos intraretur erat in sancta sanctorum, ponebat thymiam, ex quo insurgeret crassus vapor operiens totam domum sancti sanctorum, & sic densato aere, vel saltem impedito medio propter densitatem ne posset fieri visio, intrabat sacerdos in sancta sanctorum, & nihil videbat de corpore latente intra alas Cherubim, cum videret ipsos Cherubim. Sic dicitur Leui. 16. cap. assumptoque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiam in incensum ultra velum intrabit in sancta, ut positus super ignem aromatibus, nebula eorum, & vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur. Si autem aliter ponere volueris, non poteris: nam impossibile erat illam vocem formari, nisi sit factio corpore quodam deo inter alas Cherubim in propitiatorio. Cum autem Moyses intrabat in sancta sanctorum (quod sepe erat) scilicet quodcumque in aliquo dubitasset, ut patet Nu. 7. c. non ponebat thymiam, & thymiabat, quia forte Deus magis acceptum habens Moysen sibi, quam alios viros, non tantum occultabat secreta sua ab eo, & demonstraret ei illud corpus per quod Angelus loquebatur, & non erat hoc irrationale, cum ei essentiam suam demonstrauerit, ut vulgatissimum est, ut patet Num. 12. c. & licet ipsum quod ibi deponitur adducatur ad signandum, quod Deus essentiam suam Moysi demonstrauerit, tamen adhuc directius signatid, quod nunc dicebamus, scilicet quod Deus monstraret Moysi illud corpus, in quo Angelus loquebatur. Et sic litera dicit in eodem cap. At non talis seruus meus, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei, & palam, & non per enigmata, & figuras Deum videt. Cum enim dicitur, ore ad os loquor ei, signatur, quod Moyses videbat illud corpus, in quo formabatur illa vox. Et ista etiam erat causa, quare cum Deus loquebatur Moysi ad ostium tabernaculi, descendebat in columna nubis: nam ad formandam vocem oportebat formari unum corpus certe figurae, ut supra dictum fuit, & cum ostium tabernaculi esset locus manifestus, si sibi non descendisset dominus in columna nubis, appareret omnibus illud corpus, in quo Deus loquebatur, & qualiter vox illa formabatur. Et quia non erat decens quod Israelitae hoc viderent, siue quia indigni erant tali visione, siue (quod potissimum est) quia inclinarentur ad colendum imaginem, si vidissent Deum loquentem in aliqua determinata figura, descendebat in nubis columna. Et quia illa columna erat, densa intra illam formabatur corpus aptum ad faciendum voces in eo, & non videbatur illud corpus propter densitatem nubis. Scilicet de medio duorum Cherubim. Litera exponit se, scilicet quod locutio illa, quae fiebat super propitiatorium, siue cooperitorium arcae, erat inter duos Cherubim, qui alis suis tegebant arce propitiatorium, ut nihil appareret de corpore densato aeris, quod intus erat, quando formabatur vox. Et sciendum, quod non manebat semper intra propitiatorium istud corpus aereum sic densatum, sed quando necesse erat formari

Quare cum Deus loquebatur Moysi ad ostium tabernaculi semper loquebatur in nube.

voices, nam expleto vsus relinquebatur corpus illud aereum ab Angelo, & redibat ad pristinam raritatem. Ipse enim aer seipsum reducebat per suam propriam qualitatem, sicut aqua calefacta reducit se ad suam frigiditatem formalem per virtutem frigiditatem: nec indigebat, quod ipse Angelus, qui mediantibus naturalibus qualitibus condensauerat, per contrarias qualitates actiuas rarefaceret, quia cum illa densitas repugnet naturae aeris, ipse aer se reducit cessantibus causis, quae detinebant eum extra suam debitam raritatem, quae erant supra arcam testimonij. Quia ipsi Cherubim erant productiles de extremitatibus propitiatorii, & hoc propitiatorium erat super arcam.

An Cherubim haberent pedes in terra, & eleuarent alas suas super propitiatorium, ut multi dixerunt.

QVAESTIO. XXIII.

CIRCA positionem istorum Cherubim praeter ea, quae supra dubitauimus, adhuc plura dubia sunt: nam positus eis, quae ibi determinata sunt, scilicet quod duo Cherubim essent ad duo latera propitiatorii, scilicet ad latera latitudinis, & quod extenderent alas suas non secundum latitudinem arcae, sed secundum latera longitudinis, tamen adhuc triplex modus loquendi est circa positionem eorum. Quidam namque dicunt, quod isti Cherubim erant magni: quam opinionem ponit Beatus Thomas de Aquino ad litteram, & pedes istorum duorum Cherubim erant extra arce cooperitorium in pavimento sancti sanctorum, coniuncti tamen erant isti Cherubim lateribus arcae, quae sunt latera latitudinis, & eleuabantur ultra altitudinem arcae, ita quod manus eorum, & alae essent eleuate ultra cooperitorium arcae in satis conuenienti spatio, & super manus eorum ponebatur tabula aurea, quae vocabatur propitiatorium, & in illa Deus sedere dicebatur. Confirmant autem isti positionem suam, quia supra dicebatur quod propitiatorium erat duorum cubitorum & dimidij in longitudine, secundum longitudinem arcae. Si autem ponerentur Cherubim super arcam, occuparent sua magnitudine corporis aliquid in arca, & sic non caperetur inter eos propitiatorium, quod erat longitudinis aequalis cum arca. Si autem ponantur ipsi Cherubim habentes pedes super terram, non sequitur istud inconueniens, quia erunt extra totam longitudinem arcae. Et sicut continetur inter eos tota longitudo arcae, ita continebitur sufficiens tota longitudo propitiatorii, quia aequalia ista erant. Item si respondeatur forte istis, quod Cherubim erant super arcam, & super ipsum propitiatorium, ita quod cooperitorium arcae esset propitiatorium, non sequitur illud inconueniens, quia poterit esse duorum cubitorum & dimidij in longitudine, & ipsi Cherubim erunt super ipsum. Sed tunc arguunt, cum propitiatorium dicatur sedes Dei, si daremus, quod ipsum esset cooperitorium arcae, sequeretur, quod Deus non haberet scabellum pedum, nisi in pavimento sancti sanctorum: hoc autem est inconueniens, quod pedes Dei sint in terra: ergo debet poni aliter, scilicet quod ipsum propitiatorium sit tabula aurea eleuata super arce operculum, & in illa tabula Deus dicatur sedere, & scabellum pedum eius erit in operculo arcae, & hoc est secundum istam positionem, scilicet quod sint Cherubim locati in terra, ergo debent sic poni. Item ponendo Cherubim locatos super arcam, & quod propitiatorium sit arca cooperitorium, sequeretur, quod Cherubim essent eleuati super sedem Dei, & haberent pedes in ea, quod non videtur esse conueniens. Sed ista posiuo nullo modo stare potest. Primo quia ponit, quod

Op. D. Th. prima secundae qu. 102. arg. 4. ad 6. quod Cherubim haberent pedes in terra, & eleuarent alas supra propitiatorium.

Secunda.

Tertia.

Cōsuetudo opin. D. Thomae.

Rñsi. ad secundū arg.

Rñsi. ad argum.

Dñsi inter op. ductile, & productile.

quod propitiatorium non sit arce cooperitorij, quod supra multis rationibus improbatum est. Secundo quia dicit Cherubim esse positos in pavimento extra arcae extremitates: litera tamen dicit hic, quod duo Cherubim erunt supra arcam. Ad istud secundum respondent dicentes, quod licet Cherubim non sint supra arcam, ita quod pedes eorum sint supra arcam, vel quod ipsi producantur de extremitatibus arcae, tamen erant super arcam, quia altitudo eorum erat maior, quam altitudo arcae: & existentibus pedibus eorum in pavimento corpora eorum eleuabantur super arcam, expandebantque super illam manus suas, ut sustentarent propitiatorium, & alis suis ipsam arcam, & propitiatorium velabant. Sed hoc non stat: nam litera non solum vult, quod eleuentur corpora Cherubim super arcam, sed etiam quod ipsi ponantur, vel fundentur super extremitates duas arcae, ut patet infra 37. cap. Scilicet quod Cherub vnus ponatur super extremitatem vnā arcae, & Cherub reliquus super alteram extremitatem. Item quia dicitur, quod isti duo Cherubim erant ex auro, & productiles ex vtraque parte oraculi, siue propitiatorii: si tamen essent pedes Cherubim super terram, non essent productiles, quia productile est illud, quod per malleationem extenditur ex alia re, & semper manet continuatum illi, ut si quis ex aliqua massa argenti, vel auri per solam malleationem producat extendendo quendam gladium, siue statuam, aut ceterum quid. Ista autem productilitas non potest fieri in rebus discontinuis, & diuersarum naturarum: nam non potest esse aliquid aureum productile ex terra, sed aurum ex auro, res argentea ex argento: si ergo ponantur Cherubim pedes in superficie pavementi, nullo modo erunt productiles, cum Cherubim auri sint, & pavementum terreum. Sed adhuc potuerunt isti respondere, quod Cherubim dicuntur productiles non quod essent per malleationem educti de extremitatibus propitiatorii, ita quod continuarentur ipsi propitiatorio, sed quod erant de quadam massa magna facta per malleationem, & non erant facti opere fusili: quia Deus nollebat hic fieri Cherubim per fusionem, sed per malleationem. Sed hoc non potest stare: procedit namque ista responsio ex ignorantia signati terminorum: nesciunt enim distinguere inter ductile, & productile. Est autem ductile aliquid artificiatum, quando de massa malleabili per malleationem extenditur, & figuratur secundum voluntatem artificis: & non est illa massa, vel illa res artificata continuata alteri parti materiae, aut artificato eiusdem speciei in materia: ut si de vna massa argenti fiat vnus vas solum malleando, & illud vas malleando non sit continuatum alteri parti materiae argenti, vocabitur ductile. Vocatur autem productile, quando aliquod artificiatum est ex aliquo metallo, ad quod pertinet malleari, & ex aliqua parte materiae illius artificati per extensionem fit adhuc alia figuratio alterius artificati. Vocatur productilis quasi porro ductilis, siue ex alio ductilis. Sicut si esset factus quidam homo ex argento carens manibus, & postea per malleationem manus illae extenderentur, vocarentur productiles, quia ex alio ducebantur, & sic nunquam vocatur aliquid productile, nisi quando ad minus sunt duo artificati per malleationem causata, & sunt continua inter se, quia ex eadem materia. Et ductile vocabitur etiā id, quod solum est, scilicet quod ex aliqua massa fit arte malleatoria, & ipsum artificiatum exhaurit totam materiam, ex qua fit ita quod nullum aliud fiat inde: licet omne productile possit vocari ductile, quia quod ex alio ductile est, necessarium productile est, sed productile est ex alio ductile: ergo productile est ductile: non tamen conuertitur praedicatio, quia ductile est, ut genus, productile autem ut species. Et ne longè exte-

riusque exempla petantur, patet Num. 10. ca. vbi dixit Deus Moysi: Fac tibi duas tubas ductiles argenteas. Idem dicitur in Psal. 97. scilicet. Psallite domino in cithara, in cithara, in tubis ductilibus, & in voce tubae cornuae. Vocauit tibi tubas ductiles, quia quilibet earum erat per se facta ex vna parte materiae argenteae, & non erat continuata vna alteri. Hic autem vocantur Cherubim, non quidem ductiles, sed productiles, scilicet quod ex alio per malleationem extendebantur, si ex vtraque extremitate propitiatorii: cum dicat litera, quod isti erant productiles ex vtraque oraculi extremitate. Sed forte adhuc dices, quod ista differentia assignata inter ductile, & productile non semper obseruatur, sed quod aliquando ponatur vnus pro reliquo. Respondetur, quod falsum est: nam si respiciatur tota series veteris, vel noui testamenti vbicumque agat de artificatiis mallealibus, semper reperietur ista differentia inter ea. Et adhuc patet infra, quia in fabricatione candelabri dicitur: Facies candelabrum ductile de auro purissimo. Non vocauit illud productile, quia ex vno talento auri fiebat candelabrum, & nihil aliud fiebat ex illo auro. Sed adhuc si velis semper proteruire repugnans significationi vocabulorum, obstabit tibi litera nostra, & ipsa Hebraica litera: cum dicitur hic, quod facies duos Cherubim aureos productiles ex vtraque parte oraculi, id est ex vtraque parte propitiatorii: ideo siue ductiles, siue productiles eos appellare malueris, cedo tibi. Cogere tamen etiam si nolis confiteri eos esse ex vtraque parte propitiatorii, & sic quocumque modo ex ipso propitiatorio fiet ipsi Cherubim. Quod si adhuc reniteris non esse hanc sententiam, dicens quod non intendit dicere Moyses, quod isti Cherubim essent per extensionem malleati ex ipso propitiatorio, sed quod erant Cherubim productiles, id est ductiles, scilicet facti per malleationem, etiam si non essent ex ipso propitiatorio, & dicebantur esse ex vtraque parte propitiatorii, quia erant locati apud extremitates propitiatorii. Sed non potest hoc stare: nam obstat tibi litera Hebraica, quae dicit: Facies duos Cherubim aureos: ex cooperitorio, siue propitiatorio, facies illos. Ad quod nullo modo poteris saltem os aperire: multum tamen in hac parte de beato Thoma miror, ut potest de viro proculdubio peritissimo atque diuini ingenij: nam de ceteris posterioribus non moueor: sed vt ait Ouidius, interdum bonus dormitat Homerus, id est licet aliqui viri excellentissimi sint, sicut Homerus, qui inter poetas Graecos obtinuit principatum: tamen interdum non aduertentes etiam circa minima quadam deficiunt, nec ex hoc magnitudo illa ingenij exprobranda est, aut quouis modo a laudibus minuenda. Ad argumenta confirmantia hanc partem, quae quadam inducebant, facillime respondetur, cum penes iam supra responsum fuerit. Ad primum cum dicitur, quod propitiatorium erat eiusdem longitudinis cum arca: si ergo ponerentur Cherubim super arcam, non caperetur inter eos propitiatorium, quia ipsi magnitudine corporum suorum aliquid occuparent in vtraque extremitate, in qua ponerentur. Respondetur, quod istud argumentum procedit ex quadam falsa suppositione, scilicet quia isti ponunt, quod propitiatorium non sit operitorium arcae: & tunc bene concludunt, quia ipsi occuparent aliquid de longitudine duorum cubitorum, & dimidij, qui erant in cooperitorio arcae: ideo non caperentur inter eos rursus duo cubiti & dimidius longitudinis, quos tenebat propitiatorium, sed suppositum hoc demonstratum est supra esse falsum, cum idem sit propitiatorium, & operculum arcae: & tunc ipsi Cherubim productiles erunt de extremitatibus propitiatorii, & non ponebatur rursus aliqua tabula aurea inter eos, propter quam impedirentur esse super arcam in propitiatorio:

Alia euzō fio.

Rñsi. ad arg. confirmantia positionem. Ad primū argum.

Ad fecundū
argm.

pitatorio. Ad secundum cum dicitur: sequeretur q̄ cum dicatur propitiatorium sedes Dei, q̄ Deus sederet inter Cherubim, & scabellum pedum Dei esset ipsum pavementum, quod non videtur conueniens. Respondetur, q̄ ad hoc fuit supra responsum, scilicet q̄ hoc esset aliquantulum militans, si Deus verè sederet super propitiatorium, sicut sedet homo super sedem suam: sed Deus non sedet nec stat, ideo non est inconueniens magis assignare ei sedem, sic quam sic: imò si sedem vellet Deo propriè assignare, ut potè si Deo deberet sedere super propitiatorium quasi hominò possent: dato q̄ ponerent propitiatorium esse eleuatū ultra cooperiturum arcæ: quia ut patet in litera, alæ Cherubim dirigebantur contra seipsas inuicem, ita q̄ ala vnus tangeret alam alterius, & sic cooperiebant totum propitiatorium in circuitu. ergo crura sedentis (si verè sedere debuisset) non caperentur inter alas Cherubim. Ponendum ergo erit, q̄ licet dicatur propitiatorium sedes Dei, quia non est sedes secundum veritatem, sed secundum metaphoram, quòd sit scabellum in pavemento, vel vbiq̄que voluerimus, quia nihil referret sic magis quàm aliter assignare. Ad tertium arg. quando dicitur, quòd si apponerentur Cherubim super arcam, sequeretur quòd essent pedes eorum super sedem Dei, quod vtiq̄ inconueniens videtur. Responderi possit et eo modo, quo supra respondebatur, scilicet quòd forte inconueniens videretur si esset verè sedes Dei, sed cum solum sit secundum metaphoram, nihil refert vtrum essent pedes supra, vel infra. Etiam quia Cherubim non ponebantur ibi cum pedibus, ita quòd pedes eorum essent siti super arcæ planiciem, sed ipsi productiles erant de operculo arcæ, ut supra declarauimus. Item dato q̄ verè Deus sederet in humana effigie super propitiatorium, non erat inconueniens esse pedes Cherubim super sedem Dei; sicut in solijs regum eburneis, vel alio modo fabricatis sunt interdum facti leones, vel alia animalia, & habent pedes supra sedem: sed non est aliquid inconueniens. Etiam non solum Cherubim fabricati possent stare super sedem Dei, sed etiam verè Cherubim, ut dicitur Isa. 6. c. quòd ipse vidit Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatū, & Cherubim erant super illud, id est super solium Dei. Concludendum ergo necessariò est, quòd Cherubim erant super arcam. Sed adhuc hoc posito est duplex modus assignandi Cherubim positionē. Quia quidam volunt, quòd ipsi Cherubim non essent facti de propitiatorio, siue cooperitorio arcæ, sed quòd per se fuissent facti, & postea positi super extremitates propitiatorij ad vtrumque latus latitudinis. Et hoc videtur probari, quia dicitur infra 37. c. duos etiam Cherubim ex auro ductiles, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij: id autē quòd ponitur in aliqua re non est idem cum illa re, vel pars illius rei: nam non dicitur, quòd caput ponitur in homine, cum sit pars hominis, & ceteris partibus continetur; sed ponitur panis in mensa, quia non est pars mensæ, vel pecunia in arca: cum ergo isti Cherubim dicantur positi in extremitatibus propitiatorij, non erant ex ipso propitiatorio. Sed hæc positio stare non potest, quia sic ponerentur Cherubim esse ductiles, sed non productiles, cum non continuarentur ipsi propitiatorio educti ab illo per extensionem malleatoriam: sed textus vocat istos Cherubim productiles de extremitatibus propitiatorij: ergo non erant locati, vel infixi in propitiatorio, sed de ipso procedentes, & productiles. Contra positionem istam militat omnes rationes supra factæ contra illos, qui ponebant Cherubim habere pedes in pavemento Sancti Sanctorum. Ad argumentum, quòd faciunt responderetur, q̄ ponere accipitur ibi large: nam propriè solum dicitur poni aliquid

Ad tertium
argm.Confutò
primi mo-
di dicēdi.R. ff. ad 16
nē eorū.

in altero, quod ab ipso distinctum est: sed aliquando in sacra scriptura dicuntur partes poni in toto, nec accipio hic partes poni, id est habere positionem, vel situm in toto, quia de hoc dubium non est cum propriissimè quælibet pars ponatur in toto, i. ibi habeat positionem, sed accipiendo poni, id est apponi, vel adiungi, siue locari: non propriè dicitur, q̄ ponantur partes in toto sed large, & sic sacra scriptura dicit aliquando, q̄ Deus posuit animam in homine, cum tamen anima pars hominis sit. Accipitur ergo hic, q̄ posuit duos Cherubim aureos in extremitatibus propitiatorij, id est, q̄ fabricauit eos in extremitatibus propitiatorij: cum ex ipsis extremitatibus facti fuerint. Erat ergo secundus modus positionis Cherubim, qui verus solus est, scilicet q̄ arca facta de lignis Setim, & deaurata intus & foris laminis aureis, fuit accepta quadam massa purissima auri, & illa fuit extensa arte malleatoria, figurata in longitudine duorum cubitorum, & dimidij, ita ut æquaretur longitudini arcæ. Et fuit figurata secundum latitudinem ad cubitum, & dimidij, & sic erat æqualis arcæ secundum istas duas diuisiones arcæ: quia necesse erat sic fieri, cum deberet esse cooperitorium arcæ ad æquatum, nec aliquid superemineret in longitudine, aut latitudine, quia includi debebat intra coronam arcæ: tunc autem ex illa parte grossa materiae auri, quæ manebat in extremitatibus propitiatorij extendendo facti sunt duo Cherubim: non quidem extendendo secundum longitudinem, sed secundum altitudinem. Extendebantur etiam artificialiter alæ eorum, ita ut totum propitiatorium operirent. & ista positio conuenit toti literæ, quia erant duo Cherubim, & erant ex vtroq̄ latere arcæ, & erant productiles, & super arcam.

Opi. au&

Facies & mensam de lignis Setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem. Et inaurabis eam auro purissimo: faciesque illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis, & super illam alteram coronam aureolam. Quatuor quoque circulos aureos preparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes. Subter coronam non erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, & possit mensa portari. Ipsos quoque vectes facies de lignis Setim, & circumdabis auro ad subuchen- dam mensam. Parabis & acceptabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, cyphos, & sphæras, ac lilia ex ipso præcedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero.

Tres

Q̄ arca
postq̄ abla-
ta fuit nū-
quā iterū
in templo
fuit facta.

Lucæ, quando intrauit Zacharias ad incendendum thymiam coram domino in tempore vicis sue. Incensio tamen thymiamatis super altare aureum fiebat: arca tamen, quæ semel ablata fuit nunquam de nouo fabricata fuit, cuius causa fuit potissima atque totalis, quia arca est vas conseruatorium, & solum erat ad conseruandum ea, quæ intus erant, scilicet tabulas, & vnam cum manna, & virgam atque Deut. sed illa iam haberi non poterant, cum ea Ieremias portasset cum alijs, quæ de templo tulit in sepulchrum Moyfi: ergo non erat necessaria arca ad aliquem vsum. Cetera autem, ut altare thymiamatis, & similia erant ad aliquos vsum, qui manserunt post reditum de Babylonica captiuitate, ideo restitui, & fabricari denuo debuerunt. si autem ista non fuissent ablata, mansura erant saltē vsque ad tempus Christi, in quo omnia veteris testamenti vmbrastra mysteria cessare debuerunt. Et ad hoc, q̄ toto isto tempore durarent (quod satis magnū fuit) opus erat, ut talia de forti materia facta forent, qualia sunt ligna Setim pauca in se recipientes mutationes. Habentem duos cubitos longitudinis. Minor

Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphæruleque simul, & liliū: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphæruleque simul, & liliū. Hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili: in ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphæruleque per singulos, & lilia. Sphærule sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex sunt procedentes de hastili vno. Et sphærule igitur, & calami ex ipso erunt, vniuersa ductilia de auro purissimo. Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, ut luceant ex aduerso. Emunctoria quoque, & vbi ea, quæ emuncta sunt, extinguantur, fiant de auro purissimo. Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.

Facies & mensam. Hic ponitur secundum, scilicet fabricatio mensæ cum suis pertinentijs, & est iste ordo, quia supra ponebatur ea, quæ erant in interiori tabernaculo, scilicet Sancta Sanctorum, hic ponuntur ea, quæ erant in exteriori tabernaculo, & erant duo, scilicet mensa, & candelabrum: & ponitur primò de mensa, scilicet. Facies mensam de lignis Setim. Nullum enim aliud lignum ponebatur in toto edificio tabernaculi nisi ligna Setim: quia ista erant quasi imputrebilia, quod conueniebat ad talem fabricationem. nam non erat alia arca faciendam perpetuum nec mensa, & sic de ceteris ornamentis: nisi forte contingeret hæc auferri. Tunc enim de nouo fabricabantur, sicut patet de altari aureo, quod Ieremias cum arca tulit in sepulchrum Moyfi ante captiuitatem Iudæorum per Chaldeos, ut patet 2. Mac. 2. cap. & tamen post captiuitatem Babylonicam tempore Machabæorum fuit altare aureum thymiamatum, ut patet 1. Machab. 1. cap. & conuincitur ex 1. c.

erat mensa quàm arca, cuius ratio erat, quia mensa, & arca sunt instrumenta reconditoria, & impositoria: mensa quidem ad aliquid imponendum, arca autem ad aliquid reponendum, vel custodiendum in ea. Et quia ea, quæ sunt ad finem proportionantur secundum arca, quæ in ea custodiri debebant: & quantitas mensæ esse debebat secundum ea, quæ super mensam ponebantur: debuit esse maioris longitudinis arca quàm mensa. Causa autem quare mensa facta fuit, erat, ut ponerentur super eam panes duodecim, pro recordatione duodecim tribuum Israel: de quo Leuit. 24. ca. Et ponebantur isti panes in duobus ordinibus, scilicet sex panes in ordine vno, & sex panes in ordine altero. Ponendum autem sex panes in directum, & continuatū sufficiebant duo de cubitis Moyfi, quia viri illius temporis maioris corpulentæ erant, quàm nunc: Et accipiebatur cubitus pro brachio cum tota manu, & digitis. Et in latitudine cubitum. Quia sufficiebat ista mensura cum in latitudine solum erant duo panes, qui satis capiebantur in vno cubito: imò tres panes capiebantur in longitudine vnus cubiti, si capiebantur sex panes ordine continuato in longitudine duorum cubitorum. In altitudine cubitum atque semissem. Ista altitudo erat pedum mensæ: arca autem, de qua supra dicebamus, non habebat pedes, sed tabula iacens eius locabatur super pavementum Sancti Sanctorum: & hoc quia arca habebat fundum cum esset ad continendū aliquid intra suam concauitatem: mensa autem concauitatem nullam habere debebat, quia non erat ad continendum aliquid intra se, sed supra se. Erat ergo mensa quædam tabula simplex de Setim, & quadrangula, scilicet quòd longitudo eius erat cubitorum duorum, & latitudo cubiti vnus. Huic autem tabulæ insigebantur pedes, quorum altitudo erat cubiti, & dimidij, & ista vocatur altitudo mensæ. Et inaurabis eam auro purissimo. Scilicet quòd ista tabula mensæ tota cooperiebatur laminis aureis supra, & infra, & pedes mensæ circumdabantur auro. Istud fiebat ad decorem, quia oportebat vasa ministerij Dei excellentia valde esse: erat autem istud aurum purissimum, quia nullius alterius metalli admixtione a sua excellentia degeneraret. De quantitate grossicie istius tabulæ non fuit dictum, quia hoc non multum referebat, sed poterat fieri tanta grossicie illa tabula, quantæ erant alię mensæ ad vsum communes, scilicet trium, aut quatuor digitorum.

An mensa propositionis esset sicut mensa
delphica.

QVÆSTIO. XXIII.

DE ista mensa dicit Iosephus, quòd erat talis sicut mensa delphica, scilicet mensa Phebi in Delphos insula Græciæ in prouincia Bœotia, in qua quærentibus reddebantur responsa. Sed non multum videtur, quia mensa facta tempore Moyfi, prior fuit quàm mensa facta pro templo Apollinis Delphici: nam ipse Apollo, cui Delphica sacra consecrata sunt tempore illo non erat: quia tempore Othonielis iudicis Israel floruit, qui post Iosue aliquanto tempore iudicauit Israel, ut patet Iudic. 12. cap. Item dato quòd Apollo ante tempora Moyfi fuisset (quod credi vetant chronographi, ut patet per Eusebium, & Lucam Iudæum) in Deum non mandaret fieri talem mensam, quia Deus quantum rationabiliter potuit, & debuit, vetuit Iudicis ne sequerentur sacra gentium, quæ potius erant abominationes, ut patet Deut. 12. cap. cum dicitur: Cum

disper-

disperdiderit dominus Deus tuus gentes, & possederis terram earum: non imiteris eas, nec requiras carumonas earum dicens: sicut coluerunt gētes iste Deos suos, ita ego colam: non facies similiter domino Deo tuo: omnes enim abominationes, quas aduerfatur dominus Deus tuus, fecerunt comburentes filios suos, & filias suas Dijs in igne. Sic habetur Jerem. 10. cap. Iuxta vias gentium nolite discere, & a signis celi nolite metuere: Non est ergo verifimile, quod Deus illud fieri mandauerit, quod maximè veterat. *Faciesque illi labium aureum.* Dicitur labium aureum mensa quadam in modum virgulæ posita atque affixa in extremitatibus laterum tam in longitudine quam in latitudine, sicut interdum fit in quibusdam mēfis nostris, & fit super scaciarum, & aleariorum reliquorū extrematibus, ne alee dispergantur.

An labium mensa, & corona, & alia corona in mensa essent tria, vel vnum.

QVAESTIO. XXV.

SCIENTIUM quod hic ponuntur tria, scilicet labium mensa, & corona, & alia corona. Nicolaus autem facit omnia ista esse idem scilicet rem, & continuitatem materiae, sed dicit differre in nominibus tribus secundum loca tria, quae operiebat illud labium aureum, scilicet quod labium aureum esset quadam lamina aurea satis tenuis, quae totam mensam circumdabat secundum figuram mensae quadrangulae, & erat longitudo eius secundum mensuram longitudinis mensae, quia eam ambiabat, latitudo autem istius erat duodecim digitorum, & affigebatur in fronte ipsius mensae, in densitate, vel grossitie eius, & quia posuimus ipsam tabulam mensae in grossitie obtinere quatuor digitos, occupabatur quatuor digiti illius laminae in ipsa grossitie tabulae, & alijs quatuor digitis excedebat super altitudinem tabulae: alijs autem quatuor deprimebatur infra grossitiam tabulae. Ista autem lamina quantum ad quatuor digitos supra tabulam, vocatur corona aureola, quod quidem satis facilliter imaginari potest in grossitie cuiuslibet mensae cooperiendo illam grossitiam aliqua lamina ferrea, quae esset latior quam fons mensae, aut arca. Haec autem satis habent de apparentia, sed veritate non fulciuntur. Primum quia scilicet ista supradicta eadem lamina est, quae est labium, & corona interrasilis, & corona aureola, vt paruit: littera tamen non consentit hoc, quia vult facere istas diuersas in re, & nomine cum dicit: Facies labium aureum, & postea subdit, & ipsi labio coronam interrasilem: ergo factio ipso labio fiebat ei corona interrasilis, & sic corona haec non erat pars ipsius labij, sed aliquid distinctum ab illo. Item quia dicitur postea, & super illam alteram coronam aureolam: manifestum est, quod pars non ponitur super illud, cuius est pars, sed de corona aureola dicitur, quod ponebatur super aliam coronam: ergo ista duae erant, & inter se distinctae, & distincte ab ipso labio. Item adhuc, & magis in radice: quia in positione ista dicitur illa lamina eadem est, quae est labium, & quae est corona interrasilis, & quae est corona aureola. Distinguitur tamen, quia aureola corona est quantum ad id, quod supra mensam est, & interrasilis quantum ad id, quod infra pendet. Labium ergo solum est quantum ad partem laminae, quae frontem, siue grossitiam tabulae cooperit. Sed hoc est contra naturam huius nominis labium, quia labij est, quod

Opin. Nicolai de Lira.

Obseruatio opin. Ratio.

Secunda.

Tertia.

Prominet in aliqua re: nam assumitur labium secundum metaphoram in rebus a labijs nostris: sicut enim in facie nostra labia nostra prominent ultra planiciem vultus, ita id quod ultra mensam planiciem eleuatur, labium mensae vocatur. Item si talis lamina poneretur, esset superflua quantum ad quatuor digitos in medios, sed ibi superfluum nihil ponebatur, quia erat opus regulatum a Deo: & Deus nihil facit frustra (quod ad errantem artificem pertinet) scilicet operationem, & materiam perdere. Patet antecedens, quia Deus mandauit, vt ista mensa inauraretur: ergo quantum ad hoc necesse erat frontem, siue grossitiam mensae inaurari, alias non diceretur mensa inaurata: tunc enim labium dicitur illa pars laminae scilicet quam cooperiebatur illa grossitiam mensae: non oportebat poni labium, cum iam esset lamina, quae totam mensam cooperiebat, vel si poneretur, esset valde superfluum, scilicet quod poneretur lamina super laminae, & vna sola videbatur: ergo non ponebatur talis lamina, & si poneretur (cum nihil ageret) non debebat aliquod nomen habere tanquam non ens. Concludendum ergo necessarium est, quod non erat aliqua talis lamina ponenda: sed dicendum conformiter ad litteram, scilicet quod sicut ista ponuntur hic vt tria distincta, ita essent tria distincta. Ad quod sciendum, quod tabula illa mensae deaurabatur tota, scilicet quod cooperiebatur quadam lamina aurea, & tunc grossitiam, siue fons tabulae cooperiebatur, & illa lamina cooperiens frontem non vocabatur aliqd de istis tribus, scilicet quod non erat labium, & corona interrasilis, nec corona aureola: sed omnia ista ponebantur post deaurationem mensae. Erat ergo labium mensae, vt signat ista proprietates dictionis aliquid supereminens planicie mensae: & est (vt ante dicebamus) quadam virgula grossa de auro fixa in lateribus mensae super eam, & circumdabatur mensa quadrangulariter ab ipso labio prominente, & istud labium erat grossitiam alijs duabus coronis, de quibus immediate dicitur. *Per circuitum.* Id est quod istud labium, quod erat virga recta aurea circumdabat totam mensam scilicet suam quadrangularem. *Et ipsi labio coronam interrasilem.* Id est quod factio labio aureo mensae, quod erat aliqua grossitiam, vt virga, quae ponitur in mensa: affigebatur ei quadam lamina, quae erigebat se in altum per quatuor digitos, & haec erat delicatior quam labium, scilicet quia non continebat grossitiam, vt virga aliqua: & rursus super istum ponebatur alia, quae infra vocabatur corona aureola. Dicitur autem ista corona interrasilis, id est in aliquo loco rasa, scilicet quod illa planicies laminae siue coronae, quae erat alta digitis quatuor erat sculpta, siue celata in quibusdam partibus, & in alijs non: ideo spatia materiae plana erant. Et vocatur interrasile tale opus, id est non totum sculptum, aut celatum: sed partim atque interiectis spatijs. Quod autem in his esset celatum, non expressum est.

Quarta.

Doct. de terminis.

An in corona interrasili essent figurae omnium regum Iuda.

QVAESTIO. XXVI.

FORTE autem erant aliqui flores sculpti, aut arborea, sic enim in candelabro lilia fabricata erant, vt patet infra. Aliqui Iudaei, & magistri in historia scholastica dicunt, quod propheticè sculpte erant imagines omnes regum Iuda: Dauid vsque ad Sedechiam, in quo reges directe de tribu Iuda cessauerunt. Contra hoc aliquis arguet, quod non possent ibi tales imagines scribi, aut celari, quia Deus veterat sculptilia, statuas, & imagines, vt patet supra 21. & Deuter. 4. cap. Re.

Respondetur hoc non obstante poterat tales sculpturae fieri in corona mensae: nam illae prohibitiones datae sunt, quod non fierent ista ne adorarentur, ideo prohibebantur praecipue in tali loco, in quo adorari possent, sicut in altari: ibi namque erat tota adoratio, ideo ibi totum periculum erat circa ea, quae adorari debebant vtium ponerentur ibi aliquae imagines, aut statuae. Quod autem hic in corona mensae poneretur: non erat scandalum aliquod, quia mensa nunquam videbatur discooperata ab aliquo de populo, imò nec ab ipsis Leuitis, sed a solis sacerdotibus, qui intrabant, vt apponerent, vel amouerent panes de ipsa mensa. Simile autem patet, quia intra Sancta Sanctorum super propitiatorium erant Cherubim aurei, qui erant statuae; tamen Deus mandauerat fieri illos, & hoc quia intra Sancta Sanctorum a nemine videbatur: ideo nullum ad adorandum commouerent: Quod autem iste prohibitions potissimum de altari intelligerentur, patet: quia Deus veterat ne altaria sculpterentur, nec fabricarentur de lapidibus politis, vt patet supra 20. c. tamē non vetabatur construere muros ciuitatis de fectis lapidibus, aut domos, vel quaecunque aedificia, ideo quod tales imagines licite ibi sculpti poterint dubium non est. Quod autem sculpturae fuerint, aut non; minimè constat: *Alam quatuor digitis.* Scilicet quod illa lamina aurea, quae affigebatur super labium aureum, habebat in altitudine digitos quatuor: longitudo autem sua manifesta erat, scilicet quod erat tanta, sicut tota mensa, cum totam ipsam mensam circumdaret fixa super labium aureum, sicut ipsum labium aureum circumdabat. *Et super illam alteram coronam aureolam.* Ista erat iam quasi tertia corona, quia labium erat quasi vna corona, & corona interrasilis erat quasi secunda corona. Alia autem, quae erat aureola corona erat quasi tertia. De ista autem corona vltimam non dicitur quantum ad latitudinem extiterit: satis enim videtur fuisse paruae altitudinis, quod littera nostra exprimit vocans eam aureolam, id est parua coronam de auro. In Hebraeo autem non dicitur aureola, sed de auro: littera tamen nostra ad notandum diminutionem in hac corona eam aureolam vocauit, ac si coronulam appellasset: De modo etiam positionis huius aureolae non dicitur: constat tamen quod ipsa erat super coronam interrasilem: istarum autem coronarum nulla erat infra mensae grossitiam. Nam labium mensae non erat in parte inferiori grossitiae; scilicet versus partem mentum, & quod maneret pars superior plana: nam tunc ista inferiora nihil prodesse, cum id, in quo labio, aut coronis operat, nudum apertumque maneret. Super labium erat corona interrasilis, & super hanc erat corona aureola: ergo nulla ista tertia in parte inferiori erat: quia tamen infra dicitur, quod antea vestium erant sub corona, & tunc ipsi erant infixi in pedibus mensae, sub ipsa grossitie tabulae; ergo aliqua corona erat infra. Textus autem non facit mentionem de alijs coronis quam de his; nec est concedendum alias fuisse coronas, cum non sint necessariae: Etiam quia sicut Moyses ponit istas coronas iam dictas, & labium fore in mensa: si plures coronae in mensa fuissent, posuisset eas, etiam intendat perfecte ponere mensam, & aliorum vasorum constructionem. Ad illud tamen dupliciter potest responderi: vno modo; quod licet nulla corona facta fuisset infra grossitiam mensae; tamen illa corona interrasilis, quae erat super labium mensae, pendebat vsque ad partem inferiorem sub grossitie ipsius mensae, & operiebat aliquantam partem sub qua ipsi vestes interlatae erant: Licet tamen ista responsio, vt quibusdam videtur non consistit secundum veritatem, quia ista corona erat alta quatuor digitis solum; vt ponitur in littera, & eleuabatur super labium mensae: si autem pende-

Quo loco erat dicitur corona in mensa positionis

Ret ista corona infra mensa grossitiam, cum dicimus ipsam mensam grossitiam fuisse quatuor digitorum, & ipsum labium mensae ad minus esset vnus, vel duorum digitorum; essent sex digiti. Si autem infra grossitiam pendere deberet, vt cooperirentur vestes arcae, necesse erat adhuc ipsam coronam pendere ultra per tres, aut quatuor digitos, & sic corona esset nouem, vel decem digitorum, & tamen praeter hoc eleuetur super labium arcae quatuor digitis, esset penè quatuordecim digitorum; quod falsum est, cum littera ipsa dicat, quod corona interrasilis erat quatuor digitorum. Item si ipsa corona penderet per mensam grossitiam, & infra mensam grossitiam ad operienda loca vestium, non diceretur esse corona super labium, sed magis infra labium, cum maior pars eius esset infra labium. Dicendum ergo aliter; quod ista corona aurea interrasilis erat super labium mensae, & nullo modo pendebat infra. Quando autem dicitur, quod erant vestes subter coronam, verum est, scilicet vestes erant immediate subter ipsam mensam tabulam, & corona erat subter tabulam: ideo dicebantur vestes esse sub corona. Causa autem quare ista coronae, & labium ponebantur in mensa est, quia in mensa ponebantur panes, & thus, & similia: vt autem non laberentur quouis modo, retinaculo indigebant: & quia labium non erat tantae altitudinis, vt sufficienter retineret ea, quae mensae supposita erant, ne quouis modo caderent, erat necessaria corona prima, quae erat interrasilis atque altitudinis quatuor digitorum. De secunda autem corona, quae aureola dicitur, non videtur causa quare posita fuerit supra coronam interrasilem: videtur enim quod magis ponebatur ad pulchritudinem, quam ad aliquid alterum, varietatis hancque concordiam veram efficit pulchritudinem. Si autem dicas, quod ponebatur ad aliquam necessitatem, non videtur: quia cum labium esset ad minus vnus digiti, vel duorum, & super labium corona interrasilis poneretur quatuor digitorum in altitudine esset altitudo sex digitorum: quae videtur sufficere ad continendum quidquid contineri debebat. Vel si forte diceret, quod adhuc ista altitudo non sufficiebat ad continendum ea, quae in mensa erant: ideo debuisset ipsa corona interrasilis esse maioris altitudinis, scilicet quinque, aut sex digitorum, & solidius esset quam si super vnam coronam poneretur alia ad solam necessitatem continendi. Ad hoc potest dici secundum quosdam, quod illa corona aureola non ponebatur ex necessitate aliqua ministerij, sed ponebatur ad significationem, scilicet quod ideo duae coronae erant, quia duo regna futura simul in Israelitis signabantur, scilicet regnum Iudae, & regnum Israel. Et licet regnum Israel maius atque populosius esset, quia erant in eodem decem tribus, in regno Iudae autem solum duae tribus, scilicet Iuda, & Benjamin; & cum eis Leuitae, qui veterant de alijs tribubus ad habitandum in terra istorum, quando aliae tribus Israel veras sunt ad idolatriam tempore regis Ieroboam, qui peccare fecit Israel, vt patet 3. Reg. 12. capierat tamen honorabilius regnum Iudae, quam regnum Israel: ideo licet corona interrasilis, quae signabat regnum Israel maior esset, corona tamen aureola super ipsam erat, quae signabat regnum Iudae: & hanc dicunt esse causam quare aureola vocata sit quasi dignior, quam interrasilis. Sed ista positio non consonat superiori positioni, in qua dicebatur, quod in corona interrasili erant sculpti, siue celati reges Dauid vsque ad Sedechiam. Nam si corona interrasilis, quae inferior erat, signaret regnum Israel, vt hic dicitur, non essent in ea sculpti reges Iuda, sed reges Israel: nam in corona signante regnum Israel, sculperet reges Iuda est agere contra naturam significationis, siue impositionis signi, quod penitus est irrationa-

R. docto.

Quod labium, & corona in mensa poneretur.

De secunda corona mensae.

Obiectio.

R. aliquo rum.

Constatio rationis.

tionabile, sed illa superior positio, scilicet quod in corona interraffili sculpti essent reges Iuda: magis rationabiliter erat, ergo non signabatur regnum Israel per coronam interraffilem, nec regnum Iuda per coronam aureolam. Item dicunt, quod quia regnum Iuda erat honorabilius regno Israel, vocabatur corona signans regnum Iuda aureola, quod videtur importare honorem maiorem. Respondetur, quod hoc non est conuenienter dictum, quia non potest designari maior honor per coronam aureolam quam per interraffilem, cum dicatur quod corona interraffilis esset de auro, & corona superior erataureola. Vtraque ergo de auro erat, ut patet in litera: non ergo designat maiorem honorem aureola quam alia, sed si insistere vellemus potius esset e contrario, quia corona interraffilis erat aurea, corona secunda erat aureola: manifestum est autem quod maiorem honorem importat aurea, quam aureola, cum aureola diminutionem dicat secundum modum suum signandi, quia est nomen formae diminutiue. Etiam quia in Hebraeo non fit aliqua talis differentia inter has coronas, sed qualibet earum vocatur de auro. Istam positionem de significatione coronarum sequitur historia scholastica, sed non est conueniens. Dicendum ergo, ut supra dicebatur, quod ista corona superior magis ad pulchritudinem quam ad aliquam ministerij necessitatem posita est, quia concors varietas ad mirandum efficit pulchritudinem. Quatuor circulos aureos preparabis. Id est facies quatuor annulos de auro in modum circularum, scilicet rotundos, per quos mittantur ligna ad portandum arcam. Et ponas eos in quatuor angulis eiusdem mensae per singulos pedes. Non ponebantur isti quatuor circuli in angulis mensae, id est in ipsa grossicie tabulae per quatuor angulos laterum eius, quia tunc veetes operirent laminas aureas positas in mensae grossicie, & ipsum labium aureum, & parte coronae interraffilis, quod patet considerando vectium spissitudinem corpulentam, & hoc non erat conueniens, sed ponebantur isti quatuor circuli, in quatuor pedibus mensae, & isti quatuor pedes erant, apud quatuor angulos mensae.

An circuli ponerentur in lateribus longitudinis, vel latitudinis mensae.

QVAESTIO. XXVII.

CIRCA positionem istorum circularum, & vectium mensae est idem dubium, quod de positio ne vectium ipsius arcae, scilicet utrum circuli, & veetes ponerentur in lateribus longitudinis, vel in lateribus latitudinis: de circulis autem & vectibus arcae determinatum fuit, quod in lateribus latitudinis positi fuerint: de mensa autem non potest aequaliter constare. Est tamen in hoc fundamentum, scilicet quia aut mensa cum vasis suis portabatur a quatuor viris, vel a duobus. Si enim ponatur, quod portaretur a quatuor viris, necesse erat poni veetes, & circulos in lateribus latitudinis: si autem portaretur a duobus, ponerentur in lateribus longitudinis. De arca autem quia tanti ponderis erat cum his, quae intus recondita erant, & cum Cherubim, qui superpositi, quod necesse erat portari a quatuor viris: ideo in lateribus latitudinis veetes cum circulis positos fuisse dubitari non potest. Mensa autem non erat tanti ponderis sicut arca, quia parietes nec fundum habebat, nec superpositos Cherubim, sed quaedam vasa ad ministrandum, quae infra ponuntur: hoc tamen non obstant verisimilius est eam a quatuor viris fuisse portatam, quia haec aliquanti ponderis erant, maxime cum portarentur supra duodecim

panes, qui continuè erant coram domino: ergo concluditur verisimilius eam habuisse veetes in lateribus latitudinis. Consequentia ista patet, quia latitudo huius mensae erat cubiti vnus, & longitudo erat cubitorum duorum. Si ergo ponerentur veetes, & circuli in lateribus longitudinis, distarent veetes a seipsis per vnum cubitum, scilicet per latitudinem mensae, quae intercedebat eis disiungens eos. Si autem quatuor viri portarent mensam, duo precedere debebant simul lateraliter coniuncti incedentes in parte anteriori per extremitates duorum vectium, & alij duo sequebantur per extremitates eorundem duorum vectium, & sic deberent duo viri inter duos veetes capi ad portandum mensam, quod esse non potest, quia spatium solius cubiti intercedit inter duos veetes, in quo vix vnus homo sufficienter caperetur, quanto magis duo viri, ita utambo simul ambulantes non impedirentur ad inuicem. Si autem ponamus veetes cum circulis in lateribus latitudinis fuisse positos: cum inter latera latitudinis intercedant latera longitudinis distinguenda illa, & longitudo mensae duorum foret cubitorum, manet inter duo latera latitudinis spatium duorum cubitorum: positis autem sic vectibus manent duo cubiti, in quibus bene possunt duo homines simul lateraliter incedere. In lateribus ergo latitudinis dicendum est veetes, & circulos fuisse positos. *Ut mittantur, & veetes per eos.* Id est per circulos aureos. Veetes (ut supra dictum fuit) sunt ligna longa a vehendo dicta, quia per ea portatur, siue vehitur ipsa mensa. *Subter coronam erunt circuli auri.* Vocatur hic corona ipsa interraffilis corona, quae erat supra labium mensae, & planiciem eius superiorem: circuli autem erant sub planicie inferiori infixi pedibus mensae: & sic esse dicebantur subter coronam: quia illa erat supra mensam: non enim debuit poni, quod esset alia corona infra grossiciem mensae, cum solum Moyses duas superiores, & ipsum labium posuerit. Poterat tamen esse, quod quando Moyses fecit deaurari mensam extendit laminam, quae regebat spissitudinem mensae, ita ut aequaliter infra penderet, & sic operiret circulos, & veetes in parte inferiori mensae, ut sic honestius mensa appareret quam si per se veetes cum circulis apparerent, & ista lamina sic pendens vocaretur corona, quia vndique circumdaret mensam sicut quadrangularem eius. Si autem hoc vis, satis stat. In autem teneas, quod prius dixit, quia in hoc non multum contendo cum vtrunq; sit satis rationabiliter dictum. *Ut portari mensa possit.* Omnia, quae in tabernaculo, & in atrio tabernaculi erant portabilia esse debebant: cum mansio ipsorum Iudaorum stabilis non fuerit in ipso deserto: nec post ingressum terrae Chanaham donec Salomon templum aedificauit, in quo ista omnia stabiliter manserunt quousque poenitus ab rasa atque deleta sunt: mensa ergo cum inter caetera portari deberet, veetibus eguit. Sed circa hoc argues, cum enim omnia, quae in tabernaculo, & atrio erant moueri deberent de loco ad locum, & ad portandum veetibus indigebant, quare non omnibus veetes facti sunt sicut arcae, & mensae, & altari holocaustorum, ut patet infra 27. & altari thymiamatum, ut patet infra 30. cap. Respondetur quod eorum quae portabantur de vasis, & paribus tabernaculi quaedam erant, quae poterant portari manibus per quatuor, vel quinq; homines. Alia erant, quae tanti ponderis erant, quae non poterant portari per homines manibus suis: ea autem, quae manibus portari non poterant portabantur in plaustris, & non imponebantur eis aliqui veetes, quia superfluum esset cum ad nullum usum essent. Alia autem, quae manibus portari poterant veetibus instruebantur, ut manibus portarentur, quia securius atque honorabilius manibus hominum portabantur,

Mensa habebat circulos, & veetes ex latere latitudinis.

tabantur, quam in plaustrum, & ob hoc columnae tabernaculi, & columnae atrij, & bases earum, & cortinae, atque tentoria: & caetera operimenta, & tabulata veetes non habebant, cum tanti ponderis essent, ut manibus portari non possent. Et si obijcias de tabulatis, quod habebant veetes, ut patet infra 26. cap. Respondetur, quod non habebant veetes ad vehendum, id est portandum, sed ad continendum tabulas, ne ab inuicem discederent, & discomparigaretur aedificium: & sic dicitur infra 26. cap. Facies veetes de lignis Setim ad continendas tabulas: arca autem, & mensa, & altaria leuia erant: ideo ponebantur eis veetes, ut manibus portarentur, nec vnquam in plaustris portarentur. Et ob hoc in oblatione principum duodecim Israel, qui aedificatum fuit tabernaculum, & oblati sunt boues duodecim, & plaustra sex, Deus mandauit suscipi, & dedit duo plaustra filijs Gerson, qui portabant cortinas, & saga, & vela, atque tentoria, & caetera operimenta. filijs autem Merari, qui portabant omnia tabulata, & columnas, atque bases, dedit quatuor plaustra, filijs autem Caath, qui portabant omnia vasa ministerij, & arcam atque altaria duo, non dedit aliquod plaustrum, quia manibus suis haec omnia portari poterant, ut patet Num. 7. c. licet ista, quae Caathita portabant manibus proprijs portari iussa sunt, aliquando tamen in plaustris portata sunt: sicut patet de arca, quam Dauid fecit transferri de domo Aminadab, quae erat in Gabaa, in ciuitatem suam, portabatur in plaustro nouo, ut patet 2. Reg. 6. c. De Meraritis autem, qui portabant tabulata, & columnas cum vasis atque capitellis, non est credendum, quod omnia illa portare possent in quatuor plaustris, quae eis Deus dari iusserat. Sed dicendum quod alia plaustra etiam ipsi habebant de suis, vel ab alijs oblata sunt. Nam alias mortuis illis bobus, & destructis plaustris: necesse erat Meraritis manibus suis ista deferre, quod tamen possibile non erat eis: vel valde difficulter fieri poterat, ideo dicendum quod praeter plaustra illa alia ipsi habebant. Identidem autem de Gersonitis sentiendum rationabiliter est. Posset tamen dici, quod Gersonite, & Merarite aliqua de oneribus leuioribus ministerij sui manibus portabant, & ad hoc fiebant veetes, non tamen ponebantur veetes in ipsis rebus sic portandis, quia non conueniebant eis: ut potest si aliqua columna, vel basis, aut capitellum manibus portari deberent, super veetes ducebatur: tamen ipsi veetes non affigebantur columnae, aut capitello, vel basi: quia valde indecens esset: affigebantur tamen alijs rebus in quibus non erant indecentes, ut patet de arca, & mensa atque duobus altaribus. Patet etiam hoc in candelabro: nam candelabro nullo modo possent veetes infigi, cum esset totaliter de auro, & erat altum atque ramosum: nec aliquo modo talis figura erat, cui veetes infigi possent: portabatur tamen in veetibus, ut patet Num. 4. cap. prius enim inuoluebatur purpureo vestimento cum omnibus vasis suis, & postea operiebatur pelle hyacinthina, & inducebantur veetes super illam pellem, & sic portabatur. *Ipsos quoque veetes facies de lignis Setim.* Ut magno tempore incorrupti durarent ab omni putredine alieni. *Et circumdabis auro.* Scilicet laminis aureis: ita quod nihil de ligno videretur, sed totum aurum appareret. *Ad subuehendam mensam.* Id est ad portandam mensam, & rectius dicitur ad subuehendam quam ad vehendam, vel portandam, quia dicitur subuehere quasi subtrahere, id est per parte subteriore, quia veetes ipsi, in quibus mensa portabatur, sub ipsa tabula mensae ponebantur in pedibus mensae, ut patet in litera. *Parabis, & accetabulum.* Posita fabricatura mensae ponitur fabricatio vasorum necessariorum in ministerium mensae. *Parabis, & accetabulum.* Ista dictio dupliciter scribi potest: quia aut

cum p, aut sine p. Si autem acceptabulum cum p, scribatur, dicitur ab accipiendo: & signat quodcumque vas ad recipiendum aptum, quodcumque illud sit, quod recipitur siue liquidum, siue durum. Si ponatur acceptabulum sine p, dicitur ab aceto, id est vasa, in quibus acetum suscipitur, sicut sunt quaedam vasa vinaria, quia in eis vinum suscipitur: hic autem non potest accipi accetabulum pro vase conseruatorio aceti: quia in tabernaculo, vel atrio nullus vsus aceti erat: dicendum ergo, quod accetabulum pro vase ad accipiendum apto recipitur. Ad cognitionem autem horum considerandum, quod ista mensa, quae ponebatur intra tabernaculum in latere aquilonari, vocabatur mensa propositionis: quia in ea proponebantur panes coram domino, non tamen erat ministerium huius mensae solum hoc, sed erat mensa tanquam aliquid repositorium, id est super quod multa ponebantur ad ministeria diuersa, scilicet ad ministerium altaris holocaustorum, & altaris thymiamatum: & tamen vsus mensae erat praecipuus in locandis ibi panibus propositionis, ideo vocabatur mensa propositionis. Patet autem hoc, quia altare thymiamatum indigebat aliquibus vasis ad recipiendum thus, & aliquibus ad adolendum in eis thymiamata. Altare etiam holocaustorum vasis indigebat ad parandum ipsum ignem, & ad carnes coquendas, & ad libamina, sicut videatur vtrum vinum, vel oleum, quod in sacrificio libandum est, dignum sit pro sacrificio domini: nam Num. 15. cap. dicitur, quod in quolibet sacrificio fundi deberent pro libamento vini certa pars, & olei alia certa mensura, & quia interdum vinum, & oleum non erant talia qualia in sacrificijs Dei acceptari deberent, experiebantur primo diligenter in quibusdam vasis, & sic acceptabantur, vel abijciebantur. Ista autem vasa pertinentia ad ministerium altaris non erant in altari holocaustorum, quia licet ibi ponerentur lebetes, & forcipes, & fuscinae, & ignium receptacula, ut patet infra 27. capitulo. quia ista erant vasa, quae etiam si polluerentur non referebat, cum eorum ministerium tale esset. Ea autem quae apud altare holocaustorum ponebantur, necesse erat aliquo modo pollui, scilicet fauillis ascendentibus de altari cum esset perpetuus ignis, ut patet Levit. 6. cap. Illa autem, in quibus vinum, & oleum experiri debebant: necesse erat esse mundissima, alioquin res quae experiri debebant vtrum bonae an malae essent, magis coinquinarentur, & nesciretur quando essent acceptabiles, vel non: debuerunt ergo vasa, in quibus cognoscebatur libamina, esse seiuincta a caeteris vasis altaris holocaustorum, & poni in loco mundiori. Etiam quia vasa, quae erant ad vsus aliquid commaculatos, ut parare ignem, & educere cinerem, & coquere carnes, & recipere sanguinem, erant aenea, ut patet infra 27. cap. ideo ponebantur extra tabernaculum circa altare holocaustorum in atrio tabernaculi, quia erant paruae dignitatis. Vasa autem, in quibus deberent cognosci vinum, & oleum, erant de auro purissimo: ideo non debebant poni inter caetera vasa actuum banauorum, id est commaculatiuorum, scilicet inter vasa aenea altaris, sed poni intra tabernaculum in honoratiori loco. Et quia ad istud opus erat aliquo repositorio, ideo facta fuit mensa, ut non solum seruiret ad vsum panum propositionis, sed etiam ad continendum ista vasa ministerij. Quod autem vasa pertinentia ad altare holocaustorum ponerentur in mensa propositionis patet, quia dicitur infra. In quibus offerenda sunt libamina, id est quod ista vasa, de quibus hic dicitur, sunt ad offerendum libamina: constat tamen, quod libamina super nullum locum offeriebantur, nisi super altare holocaustorum: ergo ista vasa ad ministerium altaris holocaustorum pertinebant. De vasis etiam altaris

altaris thymiamatum patet, quia thus non pertinebat ad aliquid in templo, nisi ad adolendum coram Domino, hoc autem fiebat in altari thymiamatum: ergo thuribula, in quibus ponebatur incensum, quæ hic ponuntur, pertinebant ad ministerium altaris thymiamatum. Aliquando autem (licet rarissime) thus pertinebat ad sacrificium, ut cum offerebatur sacrificium farris, ut patet Leui. primo cap. hoc autem modo thuribulum, in quo thus recipiebatur pertinebat ad ministerium altaris holocaustorum, & sic quocumque modo ista vasa pertinebant ad ministerium altarium: & sic ista vasa, quæ in mensa ponebantur, non erant ad ministerium panum propositionum, sed ad altarium obsequia. Erat enim mensa ista quoddam repositorium generale, in quo ponebantur ipsi panes propositionis, & vasa duorum altarium, sicut in palatis magnorum Dominorum, cum fiunt solennes epulæ, super unam mensam ponuntur omnia genera vasorum, siue vinariorum, siue aquaticorum, siue ciborum, & illa vasa feruiunt ad necessitates omnium mensarum. *Parabis acceptabula.* Istud nomen acceptabulum potest hic duo signare: vno modo quod sit nomen generis, & non sit, pro aliquo vase speciali distincto contra omnia vasa hæc contenta: alio modo, quod sit pro aliquo vase speciali. Si primo modo sit, est sensus quod Moy ses facere debebat acceptabula, idest vasa pertinentia ad accipiendum ea, quæ erant necessaria in sacrificiis, & in altari thymiamatum: & ista acceptabula sunt ea, quæ sequuntur, scilicet phiale, thuribula, & cyathi, & sic solum erunt tria genera vasorum necessariorum ad subministracionem altarium. Accipiendum alio modo pro aliquo vase speciali, dicemus quæ acceptabula erant quædam vasa ampla, & plana, quæ catini vocantur, aut paropsides, & in his recipiebatur simila, quando offerri debebat, ut patet Leuiti. primo cap. & sacrificia de sartagine, & sacrificia de clibano, de quibus in eodẽ cap. Et tunc est sensus, quod Moy ses facere debebat talia vasa specialia ad acceptandum libamina, quæ offerenda erant. Nam quando talia portabantur a popularibus, ut offerentur Domino, non portabantur a sacerdotibus ad altare in vasis vulgaribus, sed in vasis ministracionis sanctæ: sicut si quis chris tianus vinum offerret, ut fiat ex eo sacrificium, non consecrabitur in vase profano, in quo secularis quisq; attulerit, sed in solis sacris calicibus ad hunc specialissimum vsum deputatis: licet quin in quibuscunq; confici possit, nullus ambigat. Sed aliud est quod absolute possimus, aliud est quod honeste agimus: ista autem vasa ad sacrificia huiusmodi acceptabula dicuntur, quia capaciora sunt ceteris, & magis ad accipiendum prompta. *Phialas.* Dicuntur phiale, quædam vasa aurea, in quibus vinum recipitur, & cognoscantur de sapore eius. Et dicit historia scholastica, quæ istæ phiale dicebantur quædam vasa, quæ in summo ampla erant: versus fundum autem angustabantur, & dicit ea esse vitrea, quia in eis color vini cognosci debebat, qui in auro, vel in argento apparere non potest, quia ista non sunt diaphana aqualiter: vitrum autem habet aliquem gradum diaphanitatis, ideo cognoscitur ibi color vini. Sed hoc non potest stare, quia dicitur hic, quod ista vasa erant de auro purissimo, ergo nullum eorum erat de vitro. *Thuribula.* Dicuntur vasa ad continendum thus, quia thus, quod coram domino adoleri debebat, ponebatur super mensam propositionis, ut custodiretur ibi, & deinde tollebatur inde, atq; ponebatur super altare thymiamatum, & ibi cremabatur. Thuribulorum autem duo erant genera: vnum genus thuribulorum erat ad conseruandum thymiamata: & istud ponebatur super mensam propositionis: aliud est genus thuribulorum, in quibus cre-

Phiale. qd
sunt in hi
storia scho
lastica.

mabantur thura, & thymiamata in altari thymiamatum, & istud vocatur thuribulum Leuit. 16. c. vbi dicitur, quod sacerdos magnus, cum vellet introire in Sancta Sanctorum accipiebat thuribulum, & imponebat prunas, & thymiamata, ut vapor exhalans operiret propitiatorium, ne quemquam videre possent de his, quæ intra sanctuarium interius erant. Nicolaus dicit, quod in mensa propositionis erant duo thuribula thus continentia, & quodlibet eorum ponebatur super sex panes in cumulos positos, & sibi superpositos. *Atque cyathos.* Dicuntur cyathi vasa minora angustiora in orificia, & ista erant ad infundendum vinum, vel oleum, ut patet ex litera. *In quibus offerenda sunt libamina.* Idest ista vasa sunt ad offerenda libamina, scilicet phiale, & accetabula, thuribula autem nunquam sunt ad libamina, nisi quando in sacrificiis aliquid thuris imponebatur, quia tunc seruiebant thuribula ad talia ministeria cum in eis portaretur thus ad altare, & poneretur in sacrificiis. Vocantur autem libamina proprie ea, quæ offeruntur de liquidis, ut vinum, vel oleum, ut patet Num. 15. cap. vbi dicitur, quod cum quis obtulerit bouem, aut hircum, vel arietem, offerret certam mensuram olei, & vini ad libamenta: oblatio autem facta de similia vocatur sacrificium, ut ibi patet: oblatio autem facta de animalibus vocatur immolatio, aut victima siue hostia: largè tamen accipiendum libamen, siue libamentum, non solum pro liquidis, quæ dicimus delibari, idest degustari, sed etiam pro ipsis aridis, ut pro simila, & his, quæ sunt in clibano, vel in sartagine, & isto modo accipiendum omnia ista vasa erant ad offerenda libamenta, quia siue arida, siue liquida in eis offerebantur. *Ex auro purissimo.* Idest quod non sit admixtio alicuius alterius metalli. *Et pones super mensam panes propositionis.*

Quid sit
libamina.

Oblatio
quid sit.

Quomodo panes ponebantur super mensam propositionis.

QVAESTIO. XXVIII.

Quomodo autem ponebantur isti panes super mensam dubium est. Quidam namque dicunt (ut supra dicebamus) quod ponerentur isti duodecim panes in duobus ordinibus, sex panes in vno ordine, & sex panes in alio. Alij volunt, quod isti panes ponebantur in duobus cumulis, scilicet quod sex panes ponerentur in vno cumulo vnus super alium, & alij sex in alio, & super quemlibet cumulum poneretur vnum vas thuris lucidissimi. Vtraque autem harum positionum satis concordat literæ Leuit. 24. capit. cum dicitur: Accipies quoque similitam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas, quorum fenos alitru secus pones: siue enim sint sex in vno ordine contra alios sex locatos in alio ordine, siue sex in vno cumulo contra sex in alio cumulo, sunt seni contra fenos. Quid autem verius sit atque magis tenendum, respondetur quod magis erit dicendum istos duodecim panes, fuisse in duobus cumulis, ita quod sex sint in vno cumulo, & sex in alio. Primum quia isti panes erant magni, cum quemlibet haberet duas decimas ephi, quæ satis magna quantitas erat panum: tot autem & tanti panes non caperentur in tam parua mensa, sed duorum cubitorum in longitudine. Secundum quia in eadem mensa, non solum ponebantur panes, sed etiam vasa libaminum, scilicet phiale, accetabula cyathi, & thuribula: sola enim vasa occuparent medietatem mensæ, & fortè amplius, vbi ergo tot, & tanti panes eo ordine caperentur, ut sex in vno ordine succedentes sibi essent, & sex in alio ordine. Circa istos panes propositionis considerandum, quod isti erant duodecim panes, qui offerebantur a filiis Israel, ut essent coram domino in memoriam eorum, & non offerebant eos filij Israel confectos, & coctos, sed

De panibus
pponis, s
q illos of
ferebat, &
q cõficien
bant illos,
& q ante
dñm pone
bantur.

Cã vñs qd
panes corã
dño appo
nebantur.

Cã spãlis
pp q pa
nes corã
dño pone
bantur.

Qd panes
ppositio
nis vocan
tur panes
facierum.

Alph. Post. super Exodi

sed ipsi Israelitæ offerebant farinam delicatissimam, quam sacerdotes conficiebant in panes, & ponebant coram domino, & erant certæ quantitates isti panes, scilicet quemlibet erat duarum decimarum, & manebant isti panes semper coram domino intra tabernaculum, & non semper iidem panes, quia sic putrescerent, & totaliter desiccarentur: sed per singula Sabbata mutabatur, scilicet in die Veneris in sero tollebantur panes illi de mensa, & ponebantur alij duodecim recentes, qui durabant ibi vsque ad aliud Sabbatum, scilicet per dies septem. De his oibus patet Leuit. 24. c. Panes autem isti sancti erant, & non licebat comedere de eis nisi sacerdotibus, ut patet Leuit. 24. & 1. Reg. 21. c. & Matth. 12. Causa autem quare ponebantur isti panes exprimitur Leuit. 24. cap. scilicet in memoriam filiorum Israel, ut Deus recordaretur eorum. Erant namque duodecim panes iuxta numerum duodecim tribuum, & ponebantur intra tabernaculum coram domino, idest coram Sancto Sanctorum, ut Deus videns illos panes recordaretur filiorum Israel, & est iste modus humanus, scilicet sicut cum quis dat alicui amico aliquod iocale, quod semper secum habet: per illud iocale facit cum sic recordari sui: sic cum Israelitæ ponerent panes coram domino, recordabatur Deus illorum. Erat etiam hic causa generalis sicut in ceteris sacrificiis, vel oblationibus: nam cum aliquis offert, vel sacrificat alicui, ideo sacrificat illi, vel offert, quia verè putat eum esse Deum, siue verè sit, siue solum videatur: cum ergo oblatio illorum panum esset quædam oblatio satis specialis de re meliori, & magis necessaria vitæ humanae, per eam satis dabatur intelligi, quod ille ante quem ponebatur isti panes in oblationem, sit verus Deus. Causa autem specialis est etiam in hac oblatione, ut distinguitur contra alias, quia homines recipiunt à Deo multa beneficia, & inter cætera quædam sunt præcipua: maximum autem per quod homines conseruantur in vita est panis largitio: nam initium vitæ hominis panis, & aqua, ut patet Eccles. 29. cap. Vt ergo dentur speciales gratiæ Deo de beneficio alimentationis in pane, ponebantur isti panes coram domino. Et adhuc erat aliud in ista oblatione: nam sicut inter cætera alimenta panis est, qui est summus & semper necessarius, cætera autem ut pisces, carnes, & fructus interpollata sunt: ita in oblationibus Dei ista erat continua, scilicet quod nunquam auferebantur duodecim panes de conspectu in mensa propositionis, & quando tollebantur hi ponebantur alij, ita ut panis nunquam deficeret de mensa Dei. Etiam demonstratur ex hac radice fieri. Nam sicut panis ponitur coram domino, quia ipse nobis panem largitur, ita in illa parte apponimus, in qua ipse largitur; panis autem in parte aquilonari mundi est magis quam in meridiana, ideo mensa propositionis in latere aquilonari ponitur, ut patet infra 26. c. *Pones panes propositionis.* Vocantur isti panes propositionis, quia ponebantur coram domino per singula Sabbata, & manebant ibi vsque ad aliud Sabbatum. In Hebræo dicitur. *Pones panes facierum.* Vocantur isti panes facierum secundum Rabbi Salomonem, quia erant in forma quadrata altera parte longiori, scilicet quadrangulari, & in duobus lateribus terminantibus latitudinẽ fiebat replicatio panis ad superiora, & illa replicatio erat quali facies panis, & quia erant duo latera, quæ replicabantur erant duæ facies panis. Aliter dicitur, & melius, quod isti erant panes facie, quia non erant isti panes figurati sicut panes vulgares: nam panes vulgares aliquo modo sunt in parte inferiori plani, quia sedent in fornace, & pondus cæterarum partium comprimunt, & facit æqualitatem in fundo, & hoc magis quia cum isti panes pinstantur, sic plani fiunt in fundo. Etiam isti panes cum in fornace coquantur in parte inferiori, quæ

panimento clibani appropinquat aduruntur, in superiori autem, quæ solo calore tangitur albiore sunt, & non ita exusti, partibus inferioribus nigredinem quandam ex adustione contrahentibus: panes autem propositionis, siue facierum, ut dicit in Hebræo, erant eiusdem figuræ inferiori, & superius, quia non coquebantur in clibano, sicut panes vulgares, sed in quibusdã ferris, siue aureis vasis ad ignem, sicut hostiæ fuit in ferris ad ignem, & quia illa vasa in vtraque parte eandem similitudinem exprimebant, panes illi tales erant infra sicut supra, ac per hoc vtròque facies habebant: panes autem nostri solum vnã faciem habent, scilicet partem superiorem inferior autem facies non appellatur. Etiam quia illi panes sic cocti non adurebantur magis ex vna parte quam ex alia, ideo eundem colorem vtròque exprimebant: ideo facies duas habebant: panes autem nostri non habent eundem colorem supra, & infra. De his panibus dicit Iosephus, quod ponebantur in mensa propositionis sex contra sex, scilicet in duobus ordinibus sex in vno, & sex in reliquo: & super quemlibet panem ponebatur vna patena aurea habens pugillum thuris. Cum autem per dies Sabbatorum auferebantur panes illi, adolebatur incensum ponentur coram domino, & ponebantur totidem panes cum tantumdem incensum, sicut ante extiterat. De isto tamen ordine panum iam supra diximus, quia melius alio modo ponentur, scilicet quod essent sex panes in vno cumulo superpositi sibi invicem, & sex in alio cumulo. *In conspectu meo semper.* Idest quod nullo tempore deficerent illi panes de mensa propositionis, sicut deficiebant sacrificia de altari holocaustorum, & dicuntur esse in conspectu domini, quia super altare Deus esse dicitur: & tamẽ mensa propositionis circa altare thymiamatum erat. Vel magis dicebatur esse in conspectu Dei, quia erat circa velum Sancti Sanctorum, & intra ipsum velum Deus esse dicebatur super altare, scilicet inter duo Cherubim super propitiatorium, quia de ipso loco vox Dei resonabat. *Facies candelabrum.* Hic ponitur tertium, scilicet fabricatio candelabri cum suis pertinentiis. *Facies candelabrum vnum.* Candelabrum nominatur licet multos calamos, & lucernas haberet, quia omnia hæc ab vno stipite procedebant.

De fabri
catione
candelabri.

Quare in toto tabernaculo non erat nisi vnum candelabrum, & quomodo Iosephus errauit in fabricatura.

QVAESTIO. XXIX.

ERAT autem vnum candelabrum solum in toto sanctuario: non enim fit mentio de alio, nec debet aliquo modo poni, quia cum totum sanctuarium distingueretur in tres partes, scilicet in Sancta Sanctorum, & in tabernaculum exterius, & in atrium: si ergo debuisset poni candelabrum aliquod, oportet ut poneretur in aliquo istorum locorum, sed non reperitur in his omnibus, nisi vnum candelabrum: ergo vnum solum candelabrum erat. Patet quia intra Sancta Sanctorum non ponebatur aliquod candelabrum, cum oporteret tunc aliquem de sacerdotibus intrare quotidie ad parandum lucernas bis, aut pluries in Sancta Sanctorum: sed hoc non conueniebat, quia nullus de sacerdotibus intrabat in Sancta Sanctorum, nisi magnus sacerdos: & iste non semper sed solum in die propitiacionis, ut patet ad Hebr. 9. c. & Leuit. 16. c. sacerdotes autem minores non intrabant, nisi quando mouenda essent castra, quia tunc intrabat sacerdos magnus, & cum eo aliqui de sacerdotibus minoribus, & tegebant arcem, ut traderent eam Leuitis, ut patet Num. 4. cap. Item non conueniebat candelabrum esse intra

Partes Secunda E San-

Sancta Sanctorum: nam (vt diximus supra) iacebat intra propitiatorium corpus illud formatum, & desum de aere, in quo loquebatur angelus formans vocem, quae audiebatur in propitiatorio: & pp hunc mandabat Deus, vt etiam sic sine lumine non intraret sacerdos, nisi prius acciperet thuribulum cum thymiamate, vt exhalaret vapor eius, & operiret cuncta, quae intus erant, ne moreretur sacerdos videns: quanto magis prohiberi debebat candelabrum intra Sancta Sanctorum? cum & sine lumine ingredi non licebat, nisi prius alia obsecratis causeretur in Sancta Sanctorum, vt tolleretur visio sacerdotis: nullo ergo modo lucebat intra Sancta Sanctorum candelabrum. In atrio autem tabernaculi candelabrum esse non debebat, quia atrium cooperturam non habens, sed toti celo patens lucis abundantiam suscipiebat. Et quia ad sacra agenda semper ignis requiritur etiam in ipso atrio ignis erat: nam in altari holocaustorum erat ignis, qui nunquam extinguebatur, & subijciebant ei sacerdotes ligna, vt patet Leuit. 6. c. manebat ergo tabernaculi prima pars, quae vocatur tabernaculum exterius, in quo poneretur candelabrum: in hoc tamen non oportebat esse multa candelabra: tanta namque erat lucis abundantia harum septem lucernarum, vt non esset necessarium aliud candelabrum, praecipue cum non esset a. agnae continentiae, & si atij illud tabernaculum exterius, siue primum. Solum ergo hoc candelabrum necessarium erat in tota domo domini. Ad fabricationem huius candelabri, quae aequaliter difficilis est propter carere figura ad oculum, quae in his maximè certificat, & propter multitudinem partium coincidentium in denominatione, quarum situs non sufficienter cognoscitur: est considerandum breuiter. In hac autem parte sententiae maiorum adhaerendum putatur, sententiae Iosephi, vt potè, qui vir illius gentis peritissimus, & qui tempore illorum sacrificiorum ceremoniarumque, aut valorum vberius hoc cognoscere debuisset. Nam tempore quo Ierusalem capta est à Romanis, omnia vasa ministracionis sanctae in domo domini erant, cum nondum cessassent Iudei à sacrificijs, & ceremonijs tabernaculi: eo tamen tempore quo Ierusalem capta est, Iosephus in ciuitate ipsa erat, & fuit vnus de ductibus belli contra Titum Romanum, qui postea Imperator factus est. Ab ipso autem captus extitit, & propter sapientiam suam atque confidentiam, mox vt ipse Tito praedixerat, solutus est atque libertati donatus. Romae inter maximos chronographos claruit, de quo Paulus Orosius lib. 7. de Ormesta mundi. Huic quippe, vt peritissimo praecipue in his, quae solius gentis suae sacra, & ceremoniae erant, credere in dubijs debuisset: sed aberrauit hic nimis a textu veritate discordans: nam dixit candelabrum fusile factum, cum quidem litera dicat eum esse ductile. Dixit etiam illud pro maiori parte ferreum esse, sed laminis aureis adopertum, cum tamen litera dicat eum esse de auro purissimo: in his ergo nullo modo tanquam nimis erranti ei assentiendum est. Sciendum ergo, quod ad fabricationem huius candelabri accepit Moyses vnum talentum auri, quod quidem erat satis magna quantitas, & percutiendo illud extensum est atque figuratum in formam, quae hic continetur: nec fuit ex pluribus partibus compositum (vt Iosephus asserit) ita quod fieret vna particula, & alteri incrustaretur extra, sic quod ex pluribus in vnum coniunctis totum opus compingeretur candelabri, sed per solam tensionem malleorum ipsum aurum productum atque extensum fuit in varias figuras manente vera continuitate partium, & in hac percussione primò facta fuit quaedam planicies rotunda, & grossa atque satis ponderosa, quae vocatur pes candelabri, qui pes ponebatur super planiciem pauimenti, vel aliquarum tabularum, & faciebat pondere suo, vt non moueretur in vnam,

vel alteram partem, sicut est in candelabris nostris ferreis, vel aeneis, & in omnibus alijs: ex illa autem grossicie pedis surgebat quaedam veluti virga satis grossa, & illa vocatur hastile, vel stipes, siue truncus candelabri, & erigebatur in altum, & ex hoc procedebat omnia alia, siue calami, siue sphaerulae, vel scyphi, & lilia, atque lucerne. Et in isto hastili erant quatuor scyphi, scilicet de eo dilatabantur quaedam partes auri per malleationem, & figurabantur in scyphos: & erant in hunc modum, scilicet quod cum modicum eleuaretur hastile istud, fiebat in eo quidam scyphus: deinde porrecto magis in altum apud ipsum scyphum ponebatur vna sphaerula, id est vnus pomum rotundum eo modo factum per extensionem, & malleationem de eodem auro candelabri, & post hoc fiebat vnus flos, qui vocatur hic lilium, scilicet vt ipsum hastile in circuiu talem florem haberet de seipso procedentem. Rursum cum magis eleuaretur ponebatur, vel potius fabricabatur in ipso hastili secundus scyphus: & deinde secunda sphaerula, id est pomum, & tertium lilium. deinde vltimus erecto hastili formabatur in eo tertius scyphus, & tertia sphaerula, & tertium lilium: vltimus autem versus summam partem hastilis accedendo fabricabatur quartus scyphus, & quarta sphaerula, & quartum lilium: in ipsa autem summam partem hastilis supra liliū fiebat lucerna magna de auro, id est quoddam vas in modum dimidiae sphaerae: & in illo vase infundebatur oleum, & ponebatur lychnum, vt luceret: & sic consumebatur opus hastilis: ab ipso hastili grosso exurgebant sex calami, scilicet sex virgulae aures, quae non erant ita copulente sicut hastile, & non erant ei infixae, vel ligatae, aut quouis modo in eo solidatae, sed per tensionem malleorum ab ipso hastili producebantur, & erant isti sex calami nascentes de ipso hastili, non quidem in summam partem hastilis, sed in tribus locis hastilis: nam in summam partem hastilis candelabra erat, & vltra nihil de ipso candelabro tendebatur: sed erant isti calami veluti quidam rami arboris, qui de ipso trunco, siue stipite per varia loca nascuntur, & oriebantur in tribus locis, scilicet duo calami simul in vno loco hastilis, & alij duo simul in alio loco altiori, & alij duo simul in loco adhuc magis alto: non tamen nascebantur isti calami versus eandem partem, sed vnus ad vnum latus, & sit illud septemtrionale, alius calamus in alio latere, scilicet meridiano: sic fiebat per tria loca, in quibus nascebantur calami, ita vt tres calami tenerent vnus latus candelabri, & alij tres calami aliud latus. Ita egrediebantur calami isti hoc modo, quia primi duo calami, qui egrediebantur de parte inferiori hastilis erant super primam sphaerulam, scilicet quia ante diximus, quod primò incipiendo a pede hastilis erat vnus scyphus, & supra scyphum erat vna sphaerula, id est pomum rotundum, & postea procedendo erat lilium. inter sphaerulam tamen & lilium manebat paruulum spatium, in quo de ipso hastili egrediebantur, duo calami, ad duo latera ipsius candelabri. deinde simili ordine posito scypho secundo, & sphaerula secunda inter ipsam sphaerulam & lilium secundum egrediebantur de hastili duo calami, sicut priores ad duo latera candelabri: deinde sequebatur lilium, & tertius scyphus, & post lilium sphaerula tertia, & supra ipsam sphaerulam nascebantur alij duo calami, & sic erant sex calami. Et sic ante ortum duorum primorum calamorum in ipso hastili erant scyphus vnus, & vna sphaerula, deinde inter hos duos calamos, & locum, a quo egrediebantur alij duo calami erant lilium, & scyphus, & sphaerula: & inter hos calamos secundum loci, & calamos alios duos, qui erant in tertio loco erant lilium, & scyphus, & sphaerula, & supra ipsos tertios calamos erant lilium, & deinde scyphus, & sphaerula, & lilium, & deinde candelabra in summam partem candelabri.

Isti

Isti autem calami egredientes de hastili habebant id opus, quod hastile, scilicet scyphos, & sphaerulas, id est poma, & lilia, sed in hoc differēbāt, quod in hastili erant quatuor scyphi, & quatuor sphaerulae, & quatuor flores: in quolibet autem calamorum erant tres scyphi, & tres sphaerulae, & tria lilia, hoc ordine, scilicet quod calamus quilibet egrediebatur de hastili, & ipsum hastile erat rectum ipe- tans celum vertice suo: calami autem egrediebantur inclinati aequaliter, sicut rami in arbore, quia ipse stipes arboris rectus est, rami autem aequaliter flexi ad terram, & cum calamus nasceretur de ipso hastili candelabri, fiebat in eo vnus scyphus, post hunc vna sphaerula, & post hoc vnus lilium, deinde interiecto modico spatio, vt esset quaedam distinctio, sequebatur secundus scyphus, & secunda sphaerula, & secundum lilium: deinde interiecto alio spatio sequebatur tertius scyphus, tertia sphaerula, & tertium lilium, & sic veniebat ad summam partem cuiuslibet calami. Erat autem in summitate quoddam vas fabricatum in modum dimidiae sphaerae, & in illo fundebatur oleum, & ponebatur lychnum lucendum: & sic consummabatur calamus. Istud autem opus erat in quolibet calamo. Et sciendum quod isti calami non erant aequales in longitudine, quia duo illi, qui erant in parte inferiori, erant ceteris maiores: deinde duo, qui erant in secundo loco, erant minores, qui autem erant in tertio loco, erant omnibus minores. Ratio huius erat, vt omnes calami peruenirent ad altitudinem hastilis, & essent istae lucerne simul aequales in situ altitudinis, & sic maiorem lucem effunderent. Erant autem istae lucernae septem, quia in quolibet calamorum erat vna lucerna, in hastili autem erat alia, sed calami erant sex: ergo lucernae erant septem. Fiebat autem quaedam instrumenta ad ministerium candelabri, scilicet ad continentium, & effundendum oleum, & alia, quae in litera ponuntur: ista tamen erant separata a candelabro, scilicet quod non erant ductilia ex eodem, scilicet ex eadem parte materiae.

An rostra candelabri essent de materia candelabri, vel adiuncti ex aliena materia.

QV AESTIO. XXX.

SED quares de rostris aureis, in quibus pendebant suffragia ex auro. Nam Zacha. 3. c. vbi designatur completio tabernaculi, scilicet reaedificandi templi per positionem ipsius candelabri, ponitur candelabrum aureum iuxta formam hanc: & dicitur quod istud candelabrum habet duo rostra aurea, in quibus pendebant suffragia, scilicet vasa, in quibus continebantur vasa ad infundendum lucernis. hic tamen non ponuntur ista rostra aurea: ista tamen erant in candelabro, quod vidit sub imagine Zacharias procedentia de ipso candelabro, erantque ductilia, sicut calami, & cetera, quae erant in candelabro. Respondebit forte aliquis, quod istud candelabrum, quod vidit Zacharias, non erat in similitudinem candelabri, quod fecit nunc Moyses. Sed hoc non est concedendum, quia ceremoniae, & modus vasorum, ceteraque tradita à domino Israelitis per Moysen, non cessauerunt in toto veteri testamento, sed post denunciatum Euangelium ceperunt abrogari: si tamen istud candelabrum non esset in formam eius, quod vidit Zacharias, abolitum fuisset aliquid de ritibus Moisaice legis post captiuitatem Babylonicam. Item quia quando Zacharias diceret se vidisse tale candelabrum, & quod tale fieri deberet in templo, quod reedificauit Zorobabel, Israelite scientes tale candelabrum non esse in forma eius, quod Moyses fecerat, putarent Zachariam fore mentum. Dicendum ergo, quod candelabrum, quod vidit Zacharias nullo modo differē-

Alph. Toft. super Exodi

pabat à candelabro, quod fecit Moyses. Et quando obijcitur, quod in candelabro Moysi non ponebantur rostra aurea, & ponuntur in candelabro Zachariae. Respondetur, quod illa rostra aurea nihil aliud erant, quam duae recuruatae factae de auro, & pendebant in eis infusoria olei, erantque ista rostra ductilia de ipso candelabro in modum vnicorum, quibus aliqua pendet, vel ligantur: & haec in calamis essent, de quibus Moyses, licet ea fecisset, non curauit facere mentionem.

Facies candelabrum. In Hebraeo dicitur. *Fiet candelabrum.* Et ob hoc quidam Iudaei volentes nimis ponderare literam suam, quae reuera secundum conditionem idiomatis illius, quod valde variatum est, & in quibusdam penè Barbarum, dicunt quod non mandatur hic, quod Moyses faceret candelabrum, sed denunciatur ei, quod ipsum candelabrum per se fiet, & hoc inducunt, quia volunt quod cum Deus fabricationem candelabri Moysi declarasset, & ipse tanta partium diuersitate turbatus circa hoc dubitaret, dixit ei Deus. *Fiet candelabrum.* Id est licet tu facere nescias, tamen ipsum per se fiet, accipias talentum auri purissimi, & ponas in igne, & candelabrum inde fabricatum exibit. Sed isti innixi fatuitatibus contra literam loquuntur, quae vult istud candelabrum factum fuisse instruento Moysae per manus artificum. Et patet quia in ista dicitur: *Facies lucernas septem:* & ibi est verbum in secunda persona, tam in litera Hebraica, quam in nostra: & sic dirigitur ad Moysen, scilicet quod ipse Moyses faceret fieri hoc per artifices. Nam qui faceret lucernas faceret candelabrum, tamen ipse lucernae essent septem vasa semisphaerica, in quibus infundebatur oleum, vt lucerent, & ista erant ductilia de ipso candelabro: nam nihil erat ei affixum, vel appositum, sed totum ductile. Si ergo Moyses fecit fieri lucernas, necessario fecit fieri candelabrum: nam si candelabrum per se in igne diuino opere factum fuisset, etiam ipse lucernae factae fuissent, quae erant partes candelabri. Item patet hoc clarius, quod totum ipsum candelabrum fecit Beseleel infra 3. c. vbi dicitur: *Ece vocaui Beseleel, & dedi ei socium Ooliab filium Achisamech, vt faciant cuncta, quae praecipi tibi: tabernaculum tederis, & arcam testimonij, & propitiatorium, quod super eam est, cuncta vasa tabernaculi,*

mensamque, & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis eius. Dicendum ergo, quod quando in Hebraeo dicitur, fiet, idem est ac si dicitur: facies tu: vel aliquis faciet. Et quia in dictione Hebraica, quae hic ponitur, quae dicitur. *Facies.* Deficit vna litera, scilicet *l. od,* & ista litera apud Hebraeos in numeris signat decem: dicunt quod figuratum fuit in hoc, quod fieri deberent decem candelabra postea per Salomonem, & sic factum fuit, vt patet 3. Reg. 7. c. Sed hoc nihil est, quia sic etiam plerumque in Hebraicis dictionibus accidit, vt literae deficiant, & nullum misterium important. *Ductile.* Id est factum per malleationem: quia non fuit per fusile opus factum istud candelabrum, nec fuit factum per coniunctionem plurimarum partium, sed per solam extensionem malleatoriam de eadem numero parte materiae, scilicet de eodem talento auri non diuiso factum est. Causa autem, quare fieret candelabrum de se satis lictius, scilicet, vt illuminaret ipsum tabernaculum exterius: nam cum vndique pellibus operum esset, & labrum in ostium tentorio quodam velatum non posset vilo modo illustrari, nisi candelabrum esset, de quo lux effunderetur: intraturi erant namque, lacerantes ad istud tabernaculum ad multas necessitates, scilicet ad adolendum thymiam super altare thymiamatum: & ad ponendum panes super mensam propositionis, & ad accipiendum vasa ministracionis altaris holocaustorum, quae erant super mensam propositionis, & ad accipiendum vasa ministracionis altaris holocaustorum.

Quod factum fuit candelabrum in tabernaculo.

Pars Secunda. E 2 quae

quæ erant super mensam propositionis, vt supra declarauimus. Etiam quia non solum lumen candelarum est ad necessitatem tollendarum tenebrarum, sed etiam ad honestatem, & cultum: magnus namq; cultus exhibetur Deo in accensione candelarum coram ipso: & ob hoc in Ecclesia inoleuit, & de cætero sanctum, vt quis sine lumine candelarum Missam non celebret: dato qd sit in loco clarissimo, vbi nulla necessitas foret candelarum, vt patet extra de celebratione Missarum in c. licet. *De auro mundissimo.* Cui nullum metallum sit admixtum. causa est propter dignitatem ministerij: nam etiam ipsi domini candelabra argentea habent. Debit ergo dominorum dominus aureum habere candelabrum. Sciendum qd hoc candelabrum erat satis altum, quia tot scyphi, sphaerulae, & lilia in ipso erant: & tot calami figurarum ex ipso procedebant, ita qd Hebraei Talmud ista dicunt, qd sacerdos quando debebat candelas incendere, & parare super quandam lapidem ascendebat, sicut ipsi figurant in Talmud, vbi agitur de fabricatura candelabri. *Hastile eius.* Hastile vocatur stipes, siue truncus candelabri, qui insurgebat ex pede candelabri, & ex ipso egrediebantur postea calami, & cætera. Et est sensus, scilicet quod candelabrum fiet de auro purissimo, & hastile, & scyphi, & sphaerulae, & lilia, & omnia, quæ ipsius candelabri erant: & hoc tam in hastili, quam in calamis. *Et calamos.* Dicebantur calami quædam virgulae aureæ procedentes de ipso hastili ad latera, in quibus erant figuræ cyathorum, & sphaerularum, & liliorum, & insuper lucernæ aureæ, vt supra declaratum est. *Scyphos.* Isti scyphi erant quædam vasa facta per malleationem in ipso hastile, & calamis, & erant subiecta calamoribus, id est de eadem parte materij numero: ista vasa erant sic facta in hastili, & calamis, quod videbatur ipsi hastili, & calami transire per medium ipsum vasorum. Et quidam dicunt ista vasa fuisse facta in media sphaera, & duo vasa simul posita faciebant vnam sphaeram, sicut duæ dimidiæ sphaeræ faciunt vnam perfectam, & ob hoc dicebatur duo vasa istorum claudere vnum corpus, quod esset quasi vna nux. Hebraei tamen Talmudistæ figurant ista vasa in modum calicum nostrorum, in quibus sanguis Christi conficitur: quodcumque autem sit, pie stipes candelabri, & calami transibant per tales scyphos: sicut in lampadibus Ecclesiarum plerumque in funibus lampadum sunt quædam anæc sphaerulae, siue poma, & per medium ipsum tranfit, vel insigitur funis. *Sphaerula.* Dicitur sphaerula aliquod rotundum corpus sicut sphaera, & vocantur poma in Hebræo, & ad idem redit: nã poma sphaerica sunt, vel quasi: & ponebantur istæ sphaerulae sicut & scyphi in hastili candelabri, & in calamis, ita qd hastile, & calami transire videbantur per ipsas sphaerulas. *Atque lilia.* Lilia erant flores facti in ipso hastili, & calamis. Quæ autem ordinem scyphi, & sphaerulae atque flores in ipso hastili, & calamis haberent supra declaratum fuit. *Ex ipso procedentia.* Id est quod omnia ista, quæ hic nominantur, scilicet lilia, scyphi, calami, & sphaerulae procedebant de ipso hastili, id est quod non erat aliquid appositum isti candelabro, vel infixum in eo, sed ex ipso productile per malleationem, & extensionem, & hoc verum est, qd omnia ista procedebant ab hastili mediate, vel immediate: nam calami immediate oriebantur ab ipso hastili, scyphi autem quatuor, & quatuor sphaerulae, & quatuor lilia immediate procedebant a candelabro cum lucerna sua: scyphi autem, & lilia, & sphaerulae, quæ erant in calamis procedebant immediate ab ipsis calamis, & mediate ab ipso hastili. *Sex calami egredientur de lateribus.* Egrediebantur sex calami de hastili, vt vniuersæ septem candelæ essent, scilicet vna candelæ in hastili,

Figura scyphorum candelabri secundum aliquos.

& in singulis calamis singulae, & hi calami egrediebantur de duobus lateribus oppositis ipsius candelabri, vt si consideremus in hastili candelabri latera quatuor, scilicet orientale, & occidentale, & meridianum atque aquilonare: tunc in duobus lateribus horum ponebantur isti sex calami, vt si ponerentur tres calami in latere orientali candelabri: erant alij tres in latere occidentali eiusdem candelabri, vel si tres in latere meridiano ponerentur, alij tres in latere aquilonari, secundum modum quem supra declarauimus. Hic subdit litera dispositionem istorum calamoribus, scilicet. *Tres ex vno latere, & tres ex reliquo.* In quo innuitur, quod isti calami in solis duobus lateribus esse debebant, scilicet in oppositis: & non poterant poni indifferenter in quibuscumque lateribus. *Tres scyphi in nucis modum per calamos singulos.* Id est quod sex calami erant procedentes ex duobus lateribus, & in quolibet illorum calamoribus erant tres scyphi secundum ordinem, quem supra annotauimus. *In nucis modum.*

An vasa candelabri essent in modum nucis disposita.

Q V A E S T I O. XXXI.

C ALIQVI intelligunt hoc, qd ista vasa erant in calamis sic disposita, qd faciebant vnam nucem, ita qd vas siue scyphus quilibet esset sicut media sphaera, & duo vasa coniuncta facerent vnam sphaeram, quæ est quasi nux. Et quidam volebant ista vascula, sic disponi per ipsos calamos, & hastile, quia calami habebant iuncturas in partibus illis, & hastile, & vt non videretur iunctura, ponebantur duo vascula claudentia iuncturam, & sic opus pulchrius videbatur. Sed isti falsum supponunt, & contra literam, cum litera dicat qd istud candelabrum erat ductile, quod autem ductile est, non est compositum ex pluribus partibus per coniuncturas, & solidaturas ligatis: ergo non ponebatur ad hoc illa vascula. Item falsum est hoc, quod dicitur, scilicet qd ponerentur ista vascula taliter, vt duo vascula coniungerentur, & facerent quasi nucem vnã sicut sphaeram. Primum quia tunc talia vasa facerent sphaeram, siue nucem, quod ad idem pertinet, & sic coinciderent vasa cum sphaerula: ergo superflue ponebantur scyphi, & sphaerulae, cum idem sint. Et si dicas, qd scyphi coniuncti, & facientes sphaeram per modum nucis, & sphaerulae non erant coniunctæ sed solide: ergo distinguebantur. Respondetur, qd licet quantum ad modum fabricationis distincta essent, non tamen in figura: & tunc eodem modo esset satis ineptum poni sphaerulas, post scyphos, sicut si ponerentur sphaerulae post sphaerulas. Item non poterant sic poni in nucis modum, vt coniungerentur duo vascula, & facerent vnam nucem. Dicitur enim qd tres scyphi erant in quolibet calamo in nucis modum: licet ergo duo vascula esse possent in nucis modum, cum vnum alteri iungeretur, tamen tertium eorum non poterat poni in modum nucis, cum hic solum poneretur: litera tamen dicit, qd tres scyphi ponebantur in modum nucis. Item & fortius, quia ad hoc qd duo vascula sic posita facerent vnam nucem, oportet talia vascula coniuncta esse, sed non ponebantur coniuncta in hastili, siue calamis, vt patet ex litera: sed primum scyphus, deinde sphaerula, & postea lilius: & iterum scyphus, sphaerula, & lilius: ergo non intelligitur sic in nucis modum. Dicendum autem quod hic est quædam deuatiõ literæ nostræ a litera Hebraica propter equiuocationem: nam vbi nos dicimus, in nucis modum, in Hebræo

bræo dicitur. (mesuquadin) quod signat in modum Amygdalorum, vel in modum infixorum, siue incrustatorum. In Hebræo namque (mesuquadin) est compositum de mi, & soquadin: mi enim signat sicut, quia est aduerbiũ similitudinis, soquadin signat amygdala, quia loquet singulariter dictum signat vnum amygdalum. Sic patet Ierem. r. c. vbi dicitur. virgam amygdalinam ego video: vbi litera nostra habet virgã vigilantem, dicitur in Hebræo soquet, id est de amygdalo. Hieronymus tamen videns, qd non satis concordabat dicere esse vasa posita in modum amygdalorum: dixit in modum nucis, quia putauit in Hebræo nomẽ amygdalorum transferri ad modum nucum: & tunc est sententia sua, qd ista vasa erant in modum nucum, scilicet qd sicut nucis sunt rotunda, ita ista vasa erant aliquo modo rotunda. Vel fortè voluit ponere in modum amygdalorum, & posuit in modum nucum: & hoc quia in latinis sunt duo nomina generalia fructuum, scilicet nux, & malum, vel pomum, quia nux est nomen generale ad omnes fructus habentes corticem durum, cuiusmodi sunt nucis ipsa, & amygdala, & auellana, & similes fructus: malum siue pomum est, nomen generale ad omnes fructus non habentes corticem durum, sicut pomum, pyrum, nolemum, persicum, prunum, & sic de cæteris: ideo nomine nucum tanquam nomine generali intellexit hic amygdala, quæ sunt specialia. Alio modo intelligitur, mesuquadin, i. sicut incrustatum, vel fixum, & tunc est sensus, qd isti scyphi licet essent de ipso candelabro ductiles: tamen ita subtiliter fabricari debebant, ac si essent affixi candelabro, vel incrustati. Nam si isti scyphi per se fabricarentur, & postea affigerentur candelabro, essent subtilius fabricati, quam qd fieret ductiles: nam ipsum hastile, & calami impedirent fabricationem scyphorum. Et tamen ita diligenter debebant malleari, & extendi quasi si per se facti essent. Dixit autem Deus de scyphis specialiter, qd essent quasi affixi, quia in fabricatione sphaerularum, siue pomorum modicus labor, & peritia artis erant, idem in faciendis lilijs: sed in formando scyphos, qui infixi viderentur, vel solidati ipsi candelabro, cum essent de substantia candelabri, satis difficile erat, & indigens peritia artis: & diligentia artificum, & iste sensus videtur melior, si litera nostra eum consentiret. *Sphaerulaeque simul, & lilius.* Id est nõ solum in quolibet calamo ponentur tres scyphi: sed et ponentur sphaerulae, id est tres sphaerulae, & lilius, id est tria lilia hoc modo: vt in quolibet calamo primo poneretur vnus scyphus, deinde vna sphaerula, & vnum lilius: post hoc secundus scyphus, & secunda sphaerula, & secundum lilius. deinde tertius scyphus, tertia sphaerula, & tertium lilius. Et si adhuc contendas, qd solum erat vnum lilius, quia solum nominatur vnum. Respondetur, qd tria lilia erant, quia tale erat opus calamoribus sicut ipsius hastilis, præter hoc qd hastile superabat, qd in calamis ponebantur tria, in hastili quatuor siue de sphaerulis, & scyphis, sed etiam in hastili ponebantur quatuor lilia, sicut scyphi, & sphaerulae: ergo etiam ponebantur lilia tria in calamis, sicut tres scyphi, vel tres sphaerulae. *Tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero.* Hic declarat, qd simile opus erat omnium sex calamoribus, sicut in vno calamo erant tres scyphi, & tria lilia, & tres sphaerulae, ita in quolibet aliorum quinque calamoribus: & quando dicitur hic, instar nucis, exponendum est, sicut supra dictum est. *Sphaerula, & lilius.* Id est etiam in quolibet alio calamoribus deberet poni sphaerula, & lilius. Ex hoc patet, quod supra dicebatur, sicut in quolibet calamo non solum ponebatur vnum lilius, sed tria, sicut quot sphaerulae, vel scyphi. Nam si ideo diceremus, qd erat vnum lilius, quia solum vnũ nominatur, ita diceremus, qd solum erat vna sphaerula.

la, in quolibet calamo, quia vna sola ponitur hic: constat tamen qd ponebantur ad minus duæ, cum dictum fuerit supra, qd in calamo vno ponebantur tres scyphi, & sphaerulae atque lilius: ergo etiam plura lilia ponebantur, sicut tria. *Hoc erit opus sex calamoribus.* Id est in quolibet calamo sex calamoribus fiet hoc opus, i. iste figuræ formabuntur, quæ formate sunt in primo calamo, i. tres scyphi, & tres sphaerulae, & tria lilia. Ponuntur autem ista infra 37. c. vbi dicitur, qd in quolibet sex calamoribus erant tres scyphi, & sphaerulae atque lilia, & conclusit, qd equum erat opus sex calamoribus, i. equalia opera fieri debebant in omnibus, sicut in vno, sicut in altero. *Qui producendi sunt de hastili.* Id est qd isti calami non erant affixi, vel solidati ipsi hastili, sed de ipso producebantur per malleationem extendendo, & figurando. *In ipso autem candelabro.* Vocatur autem hic candelabrum ipsum hastile candelabri, quia ex ipso omnia, quæ erant in candelabro procedebant. *Quatuor scyphi in nucis modum.* Superabundabat hastile ad ipsos calamos in ipso, siue scypho, siue hastili, siue sphaerula: & erant isti scyphi in nucis modum, i. ita subtiliter facti quasi non forent tibi fabricati, sed solidati. *Sphaerulaeque per singulos, & lilia.* Hic declaratur quis erat ordo in scyphis, & sphaerulis, atque lilijs in hastili, & calamis, i. qd primo ponebatur vnus scyphus, & post sphaerula, & deinde lilius: postea secundus scyphus, secunda sphaerula, secundum lilius: post hoc tertius scyphus, tertia sphaerula, tertium lilius, vltimo quartus scyphus, quarta sphaerula, quartum lilius. In calamis idem ordo erat, præter hoc, qd non erat tatus numerus, sicut quod solum erant tria, siue sphaerulae, siue lilia, siue scyphi. *Sphaerulae per singulos, & lilia.* Quasi dicat in hastili erant quatuor scyphi, & isti non erant simul, sed apud vnum vas vna sphaerula, & vnum lilius, & apud aliud vas alia sphaerula, & aliud lilius. *Sphaerula sub duobus calamis per tria loca.* Supra declarauimus, qd isti sex calami procedebant de hastili ex duobus lateribus oppositis, & egrediebantur duo calami simul, & alij duo simul, & sic sex calami tribus locis indigebant. In quolibet autem istorum trium locorum erat vna sphaerula sub loco ortus calamoribus, sicut in ipso hastili primo ponebatur vnus scyphus, & super scyphum vna sphaerula, & super illam duo calami primi egrediebantur ex duobus lateribus, & vltra erat lilius, & supra secundus scyphus, & secunda sphaerula, & post hoc egrediebantur duo secundum calami, & vltra erat secundum lilius, deinde tertius scyphus, tertia sphaerula, & ibi locus duorum tertiorum calamoribus, & vltra lilius tertium, & post quartus scyphus, & quarta sphaerula, & quartum lilius. *Qui simul sex erunt pendentes de hastili vno.* Id est isti omnes erunt procedentes de illo hastili, siue trunco candelabri, & non est sensus qd isti sex calami erunt procedentes simul, id est omnes de vno loco, quia per tria loca egrediebantur isti calami, sicut duo calami in latere vno, & duo calami in loco altero, & alij duo in tertio loco. *Et sphaerula igitur, & calami ex ipso erunt.* In hastili erant quatuor, i. calami, & scyphi, & sphaerulae atque lilia, & hæc omnia erant ex ipso hastili, ita qd sint ab eo per malleatoriam extensionem, & nõ per incrustationem, vel infixionem, & licet ponantur hic solum calami, & sphaerulae: tamen etiam intelligitur de lilijs, & scyphis: quia hæc omnia eodem modo erunt procedentia de ipso hastili. *Vniuersa ductilia de auro purissimo.* Id est omnia ista, quæ fiunt in candelabro erant ductilia, scilicet procedentia per malleationem, & hoc siue in eis, quæ procedunt immediate de ipso hastili, sicut sunt calami, & lilia, & sphaerula, atque scyphi hastilis, siue scyphi, & lilia atque sphaerulae calamoribus: omnia namque ductilia ex eadẽ parte materij erant. *De auro purissimo.* Quod est contra Iosephum, qui dixit candelabrum terrenum esse:

sed ad opertum lamininis aureis. Et si aliquis dicat, qd forte tempore Iosephi tale erat candelabrum, licet candelabrum, quod Moyses fieri mandavit esset de auro purissimo, sed ob inopiam temporum ad candelabrum ferreum fuisse redactos Hebræos. Sed non potest stare hoc, quia nulla vnquam inter Iudæos tanta fuit inopia auri, vt in toto Israel ad fabricandum candelabrum vnum auri talentum non haberetur: si autem haberetur, nullo modo contra legem Dei Hebraei agi permitterent, vt coram domino candelabrum ferreum poneretur, cum ipse iussisset illud de auro purissimo fabricari. *Facies & lucernas septem.* Non accipiuntur lucernæ sicut nos accipimus, quia non possunt fieri lucernæ de sepe, vel de cera coram domino, vt supra declaratum fuit: sed sunt lucernæ quædam vasa, quæ erant in summitatibus calamorum, & hastilis, in quibus oleum iaciebatur, & lychnus ponebatur atque sic lucebat in tabernaculo.

An lucernæ candelabri essent de materia candelabri productiles de eo, vel affixæ sibi.

QVÆSTIO. XXXII.

SED quæres de istis lucernis, vtrum essent de isto candelabro sicut calami, & sperula, atque lilia, & cyphi, vel erant separata, & locatæ super candelabrum. Dices forte qd erant separata ab ipso candelabro, sed hoc locabantur in summitatibus eius: & hoc patet, quia dicitur: *Facies lucernas septem, & pones eas super candelabrum:* si autem ipsæ essent ductiles de candelabro sicut calami, & cætera, quæ erant in candelabro, non diceretur, qd ponerentur super candelabrum, sed qd fierent ex ipso candelabro. Respondetur, qd magis videtur has lucernas sicut & cætera, quæ erant in candelabro esse ductilia de ipso candelabro. Et quando arguitur, quia dicitur debere poni candelas super candelabrum, non est sufficiens argumentum: nam aliquando id, quod productile est ab altero, dicitur poni in eo, sicut patet de Cherubim, quos supra dixit litera esse productiles ex vtraque parte oraculi, nam eosdem dicit litera positos super propitiatorium, vnum super vnam summitatem positum, & alium super aliam, vt patet infra 37. cap. *Lucernas septem.* Quod autem istæ lucernæ non fuerint de cera, vel sepe declarat adhuc fabricatio, quia dicitur litera eas fabricatas fore cum candelabro: si tamen essent de cera, vel sepe, non fabricarentur tunc, sed quotidie apponerentur. Etiam quia istæ lucernæ erant ex auro, sicut & cætera, quæ erant in ipso candelabro. Item quia si lucernæ istæ de cera, vel sepe essent in candelabro non poneretur oleum, vt combureretur in ipso candelabro, sed oleum est, quod ardebat in candelabro, vt patet infra 27. & clari⁹ Leuit. 24. c. ergo lucernæ non erant de cera, vel sepe. Item quia Zach. 3. c. dicitur, qd in candelabro, quod vidit Zacharias, & signabat templi contumatio, erant duo infusoria ex auro, in quibus continebatur oleum ad infundendum lucernis, sed non infunditur oleum lucernis de cera, vel sepe: ergo non erant de cera, vel sepe. Sciendum qd inter has septem lucernas, quæ erant in candelabro, illa quæ erat super hastile, erat cæteris maior, & ponebatur ei grossior lychnus, vt magis arderet, ideo vocabatur lampas tanquam maior lux, vt patet Zachar. 3. cap. vbi dixit se vidisse candelabrum cum lampade in capite eius, & ista vocatur lucerna per excellentiam, vt patet 1. Reg. 3. cap. de Heli sacerdote, cui præ senectute caligauerunt oculi, & non poterat videre lucernam in domo domini antequam extingueretur. Causa autem, quare ponebantur septem

lucernæ in candelabro illo, potest esse multiplex: primo propter pulchritudinem, quia qd sex calami sic egredierentur, & haberent sex lucernas, & qd hastile medium haberet aliam lucernam, quoddam pulchritudinem erat. Alia causa erat necessitas luminis, quia cum vnicum esset candelabrum in toto tabernaculo, nisi illud multas lucernas haberet, non posset sufficiens illuminare totum tabernaculum. Alia causa erat ad signanda septem luminaria præcipua in vniuerso, scilicet septem planetas, & ista est valde conformis significatio: nam sicut septem planetæ lumine suo totum orbem illustrant, ita septem lucernæ totum illuminant tabernaculum. Est autem, & in hoc alia magna conformitas: nam sicut inter septem lucernas candelabri quarta erat maior, quæ inter omnes posita erat, a quacunq; parte computare inciperemus, cum essent sex calami, tres ex vna parte, & tres ex reliqua, & in medio stipes, siue hastile in quo erat maior lucerna, quæ vocabatur lampas. Ita in septem planetis medius planeta cæteris est luminosior: est autem sol quartus incipiendo computare planetas, siue a parte superiori, siue ab inferiori: nam si ab inferiori computemus, Luna est prima, secundus Mercurius, tertius Venus, quartus Sol. computando autem a parte superiori, Saturnus est primus, secundus Iuppiter, tertius Mars, quartus Sol. Sed argues, si istæ lucernæ candelabri ponebantur ad signanda luminaria mundi, licet nõ potuissent tot lucernæ poni in candelabro, quot luminaria sunt in mundo, cum stellæ penè innumerabiles sint in octaua sphaera: tamen saltem debuissent poni tot lucernæ, quot orbes sunt, in quibus reperiuntur astra, sed octo sunt orbes habentes astra: ergo octo lucernæ poni debuissent. Ad hoc forte quispiam respondebit, qd octo est numerus par, & Deus non vult numerum partem, sed impari iuxta illud Virgilij in libro Buccolicorum Egloga octaua, quæ incipit.

Pastorum musam Damonis, & Alpheibei.

Cum dicit:

Effigiem lustro ter, numero Deus impare gaudet.

Sed hoc nihil est, quia numeri pares satis commendati sunt in sacra scriptura, vt patet per totum: nam duodecim fuerunt tribus Israel, fuerunt etiam duodecim Apostoli, fuerunt etiam quatuor Euangelia, & quatuor Euangelistæ, fuerunt duæ tabule legis, fuerunt etiam duo testamenta, & sic de multis alijs, quæ omnia sacra sunt, & in numero pari consistunt. maxime quia dictum Virgilij non militat, cum ipse loquatur ibi de quibusdam magnis obseruationibus ad prouocandum amantes, in quibus tanquam pro maxima religione obseruatur numerus ternarius, qui est impar, de quo magis declarauimus supra 23. capitulo: super partem, Maleficos non patieris viuere. Dicendum ergo, quod ideo septem candelæ in candelabro ad imaginem septem planetarum posite sunt, quia licet lux nostra sit ab omnibus astris, præcipuus tamen effectus attenditur quantum ad ipsos planetas. Cuius causa est, quia septem planetæ erratici sunt, idest habentes declinationem, quia aliquando declinant ad vnam partem infra æquinoctialem versus meridiem, aliquando declinant ab æquinoctiali ad aliam partem versus aquilonem, & ipsa eorum variatio causat generationem, & corruptionem in terra: nam si semper per eandem viam cœli mouerentur, nec generatio, nec corruptio fieret, quia semper causarent eandem qualitatem, & generatio, & corruptio fieri non possunt nisi ex oppositis: cum autem ad diuersas partes orbis diuersis temporibus inclinantur, causant diuersas qualitates, & consequenter generationes, & corruptio-

An Deus numero impari gaudet.

Lucis in medio sunt permixtæ.

ruptiones: & hoc est, quod ait Arist. in 2. De generatione, & corruptione, scilicet qd propter accessum & recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes, & corruptiones in terra: de quo magis supra 23. cap. dictum est, sed stelle octauæ orbis non habent declinationem, s. vltra æquinoctialem, & citra æquinoctialem, propter quod non vocantur erraticæ, sed semper eundem tenentes cursum, ex quo sequitur, qd non tam notabiliter agunt ad generationem, & corruptionem in his inferioribus sicut planetæ, ideo planetæ soli considerati sunt, quia lumen effundunt, & maiorem efficiuntiam in his inferioribus habent. Alia causa huius positionis candelarum est, quia signatur in his vita nostra: vita namque nostra quoddam lumen est, & hoc quia vel viuentes solum lumen habemus, vel quia nihil est magis comparabile vitæ quàm lumen, quod est aliquid purissimum, & inter cætera corpora spiritalia est ipsum lucidum corpus. Signat etiam candelabrum illud vitam nostram congruentissimè, quia vita omnium animalium maxime animalium perfectiorum consistit in quadam armonia calidi, & humiditatis: deficiente autem horum duorum armonia, languescit animal, & perit: ista autem duo magis sunt in candelabro, quàm in alia quacunq; re: nam est ibi calor igneus, & humor olei vnctuosus, si autem calor multum excedat, deficiet cito ipse humor, & extinguetur lumen. Si autem humor superabundet magis quàm calor potens sit digerere, etiam extinguetur lucerna: sicut patet in lucernis cere, vel sepi, scilicet qd si impinguetur lychnum superfluo sepe extinguetur ignis: idem si lychnum in oleo existens, & plus debito impinguetur. Septem ergo lucernæ in candelabro sunt, quia tota vitæ nostra, quæ per candelabrum intelligitur septem dierum frequentato curriculo terminatur: nam non sunt nisi septem dies in tempore, quibus multotiens iteratis tempus in magnam durationem extenditur, & sic vitæ nostra in septem lucernis candelabri terminatur. Alia est etiam ex eadem radice, s. vt duratio omnium generabilium, & corruptibilium significetur: nam tota harum rerum quantuncunq; extenta duratio septem diebus terminabitur: cum enim septem dierum circuitus esse desiderat, nec generatio, nec corruptio erit. Et pones eas super candelabrum. Id est & fabricabis istas septem lucernas in summitatibus septem candelabri: nam in capitibus sex calamorum, & vnus hastilis ista septem lucernarum vasa erant. *Vt luceat ex aduerso.* Id est vt istæ lucernæ emittant lucem suam contra seipsas, scilicet qd lucerna maior, quæ vocatur lampas erat in istarum omnium medio, & dirigebat flammam suam directam in tectum, alia autem sex erant inclinatæ contra seipsas, s. qd tres lucernæ existentes super tres calamos vnus lateris habebant sic lychna disposita, vt inclinarentur contra ipsam lucernam magnam, quæ erat in hastili, & contra eam mitterent flammam suam: alia tres lucernæ aliorum trium calamorum etiam habebant sic lychna disposita, vt inclinarentur, emitterentque flammam contra candelam hastilis: & quia istæ candelæ sex erant in calamis oppositorum laterum, sequitur qd per hunc modum contra seipsas lucem emittabant. Et hæc dispositio lucernarum contra seipsas luentium erat, vt lumen fortius efficeretur: nam sic totum lumen erat quasi vnum, licet semper lucis impermixtæ sint in medio, vt patet in primo libro perspectiue communiis. Si autem essent lucernæ omnes directæ in tectum flammam emittentes, vel essent inclinatæ ad partes oppositas, essent diuersa lumina, & minus lucentes. Vel dicuntur istæ lucernæ lucere ex aduerso, quia omnes erant inclinatæ ad eandem partem, s. ad oppositum latus tabernaculi: nam candelabrum ponebatur in latere meridiano. Alph. T. off. super Exodi

ridiano tabernaculi, vt patet infra 26. c. vt ergo tota in aliam domum illuminaret, necesse erat lucernas ad illam partem esse inclinatas. *Emunctoria quoque.* Supra ponebantur partes candelabri, hic ponuntur vasa candelabri, quæ non erant partes ipsius, s. emunctoria, & vasa vbi extinguerentur, quæ emuncta erant, *Emunctoria quoque.* Dicuntur emunctoria à verbo emungo, quod signat tollere superfluitatem: & sic dicuntur, nam emungere, & candelas: quia vtrubiq; superfluum atq; sedum abstergitur. Et hoc modo dicuntur medici quædam corporis partes esse emunctoria, quia per eas emunguntur superfluitates, vt potè quia sunt iuncturæ membrorum: ista emunctoria erant quædam aureæ forcipes, quibus lychnum præcedebatur cum erat cõbustus, ne fedaret oleum purissimum, quod ardebat: & emungere candelas has pertinebat ad Aaron, & filios eius ritu perpetuo, vt patet infra 27. c. & Leuit. 24. cap. *Et vbi quæ emuncta sunt extinguantur.* Ista erant quædam vasa candelabri plena aquæ, in quibus proiectebatur lychnum incensum, ne fumigaret, cum de lucerna ablatum foret: nam volebat Deus maximam puritatem in ministerio suo, vt esset magnæ reuerentiæ. *Fiant de auro purissimo.* Hoc generale erat in toto ipso candelabro, & vasis eius, quæ non erant partes eius, qd essent de auro simplici nulli metallo commixto. *Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis.*

Quare positum fuit quantum de auro in candelabro deberet expedi, & non in alijs vasis.

QVÆSTIO. XXXIII.

HIC ponitur determinatio auri, quod expendi debebat in toto candelabro, & vasis eius, quod non fecit in alijs vasis. Ratio autem diuersitas est, quia arca, & altare thymiamatum, & mensa cooperiri debebant auro solum, & non sicbant de auro purissimo, sed cooperiebantur laminis aureis: in quo satis pateret quantum aurum expendi deberet, & sic vtrum autem multum, vel paucum in eo expendi deberet. Sed adhuc argues de propitiatorio aræ, quod erat de auro purissimo, & argues de vasis mensæ propositionis, s. de acceptabilibus, phialis, thuribus, & cyathis, quæ erant de auro purissimo, vt etiam patet in hoc c. & tamen in his nulla ponitur mensura auri expendendi. Respondetur, qd non fuit de istis ita necessarium, sicut de candelabro: quia licet non dicatur de quantitate auri expendendi in propitiatorio, aliquantulum tamen constabat, cum diceretur istum propitiatorium esse tabulam auream duorum cubitorum, & dimidij in longitudine, & cubiti, & dimidij in latitudine. Etiam de vasis mensæ propositionis satis constaret quantitas secundum ministerium, ad quod erant, quia res, quæ est ad finem accipit modum ex fine: de candelabro autem nihil horum patebat, quia non expressa fuerat altitudo, nec aliqua alia mensura, ex qua aliquo modo comprehendere possent quantitas auri expendendi in eo: ideo fuit necessarium exprimi quantitatem eius, aliàs Moyses fecisset candelabrum minoris quantitatis, vel forte maioris valde, quia multa erant partes eius, & vasa, & putaret magnum debere esse. *Cum vniuersis vasis suis.* Ex hoc inferitur, qd non continebat candelabrum vnum talentum integrum, sed ipsum candelabrum, & emunctoria, & vasa, vbi extinguabantur quæ emuncta erant, continebant talentum vnum. *Habitabit talentum auri mundissimi.* Quantum autem sit talentum, ex quo fabricatum fuit vniuersum opus candelabri, Pais Secunda. E 4 nunc

nunc sciri non potest: quia sicut monetae, & precia monetarum ipsarumque rerum mutato tempore, mutatisque terris variantur, ita & ipsa pondera non eadem apud omnes gentes, & temporibus alternantur. Secundum tamen quod scholastica historia refert, tria sunt genera talentorum, scilicet talentum mercatorum, quod erat quinquaginta librarum, & talentum civium, quod erat septuaginta librarum, & talentum tabernaculi, quod erat centum viginti librarum. Unde autem hoc sciri posset fuisse tempore Moyse apud Hebraeos, nullatenus video. Sed adhuc hoc concessio non scitur quantitas talenti: nam talentum mensuratur libra, & centum viginti libris, sed libere quantitas illius temporis ignoratur: ergo & ipsum talentum quanti ponderis fuerit relatum ad tempora nostra sciri non potest: qualiter autem valor monetarum sciri possit, aut pondera, & quando non, diximus Gen. 23. ca. *Et sic secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Hoc potest referri ad istud candelabrum solum, quia cum nesciret Moyse tale quid fabricare, monstravit ei Deus sub visione imaginaria, vel forte visione reali aliquid tota liter in figura ipsi candelabro, & mandavit, ut secundum illud exemplar ageret. Vel potest referri ad omnia, quae hic dicta sunt in hoc cap. nam omnium istorum monstravit Deus Moyse figuram, ut patet supra, cum dicitur. Iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius: sic facies illud.

Triplex talentorum genus.

CAPITVLVM XXVI.

Tabernaculum.



ABERNACVLVM

verò ita facies: Decem cortinas de bysso retorta, & hyacinthino, ac purpura, coccoque bis tincto, variatas opere plumario facies. Longitudo cortinae vnus habebit vigintiocto cubitos: latitudo quatuor cubitorum erit; Vnius mensurae fient vniuersa tentoria. Quinque cortinae sibi iungentur mutuo, & aliae quinque nexu simili cohærebunt. Anfulas hyacinthinas in lateribus, ac summitatibus facies cortinarum, ut possint inuicem copulari. Quinquagenas anfulas cortina habebit in vtraque parte, ita insertas, ut ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit adaptari. Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum, vela iungenda sunt, ut vnum tabernaculum fiat. Facies & Saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi vnus habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor. Aqua erit mensura sagorum omnium. E quibus quinque iunges seorsum, & sex ibi mutuo copula-

bis, ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnus, ut coniungi cum altero queat, & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, ut cum altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansae, ut vnum ex omnibus operimentum fiat. Quod autem superfuerit in sagis, quae parantur tecto, id est vnum sagum, quod amplius est, ex medietate eius operies tabernaculi posteriora. Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine vtrunque latus tabernaculi protegens. Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.

bis, ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnus, ut coniungi cum altero queat, & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, ut cum altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas æneas, quibus iungantur ansae, ut vnum ex omnibus operimentum fiat. Quod autem superfuerit in sagis, quae parantur tecto, id est vnum sagum, quod amplius est, ex medietate eius operies tabernaculi posteriora. Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine vtrunque latus tabernaculi protegens. Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.

Tabernaculum. Descriptis his, quae erant in tabernaculo accedit Moyses ad scribendum ea, quae erant extra tabernaculum. Et diuiditur in duas partes. Primò ponuntur partes ipsius tabernaculi: deinde ponuntur ea, quae erant in ipso ambitu atrij. Secunda infra 27. cap. Prima diuiditur in tres partes: nam primò agitur de operimentis. secundò de tabulatis: tertio de tentorijs, & velis: secunda ibi. *Facies & stantes tabulas.* Tertia ibi. *Facies & velum.* Circa primum. *Tabernaculum ita fiet.* Vocatur tabernaculum ipsum constructum ex tabulatis, & tentorijs superpositis, & velis distinguentibus cum columnis suis medijs. Ea autem, quae in c. precedenti ponebantur, non erant tabernaculum, nec partes tabernaculi, sed tabernaculi vasa, & supellestiles, sicut in domibus supellestilia non sunt partes domus.

Quare domus quam Moyses constituit in deserto tabernaculum dicitur, & quare fuit constitutum, & de partibus eius.

QVAESTIO. PRIMA.

DICITUR autem tabernaculum secundum suam propriam originem latinam domus facta de tabulis, & inde deriuatur: nam diminutiuum huius nominis tabula est tabella, vel taberna, & inde tabernaculum dictum est, & est domus facta in expeditione, id est in castris bellorum ad breuiter manendum, ut dissolui possit: sicut autem erat ista domus, quam Deus construi mandauit: nam non erat facta ex parietibus lapideis, vel terreis, ita ut immobilis esset, sed ex tabulis, & operimentis cortinarum, & pellium, ita quod cito erigi possit, & cito deponi. Et ob hoc domus, quam Salomon aedificauit domino in Ierusalem non vocata fuit tabernaculum latine, quia non erat de tabulis, & operimentis pellium, ut moueri posset, sed erat de lapidibus, & tecto de lignis vndique parietes, & tectum, & haec omnia auro adoperata: sed vocata fuit templum, id est tectum amplum, quia erat magna domus. Antiqui enim latini omnia magna amplaque aedificia templa vocauerunt.

Quid sit tabernaculum.

Quid domus Salomons fuit vocata templum.

Causa factionis tabernaculi.

Quae minus videtur appreciantur.

Et hoc siue talia aedificia ad cultum Dei, siue ad hominum inhabitationem forent, quia tamen habitationes, in quibus Deus siue demonia colebantur, amplè magnificaque erant super aedificia habitationis hominum propter honorem diuini, cui honor humanus exequandus non erat, hereditario iure domus cultus diuini hoc nomen acceperunt, ut templa vocarentur: alia autem aedificia iam templa per disuetudinem nominis non vocantur. Causa autem factionis tabernaculi haec est in generali (nam in speciali infra ponetur) quia in isto tabernaculo erant duae partes, scilicet pars interior, quae erat sanctum sanctorum, & pars exterior, siue tabernaculum exterius, quod vocabatur sanctum. Cuiuslibet autem horum causa specialis est, quae infra ponetur: nunc autem solum in generali de ipso tabernaculo toto dicitur, causae autem pluralitatis operimentorum, & varietatis eorum ad profectum literam subiungentur. Causa autem motiua ad faciendum tabernaculum haec est, quia Deus volebat coli ab hominibus, & ad hoc, quod specialius, & cum maiori reuerentia coleretur, voluit esse vnum locum cultus sui, ut superiori capitulo declaratumus in isto tamen loco erant distincti cultus eius, & secundum hos oportebat dari distinctam locorum, quilibet tamen locus cultus Dei erat sacer. Erat namque quidam cultus Dei, veluti sacrificia, quae intra locum operum fieri non poterant: nam ignis, & fumus sacrificiorum eleuabatur, non poterat fieri intra locum operum, quia omnia vel comburerentur, vel obscurarentur. Erat autem quidam alius cultus, in quo fumus non fiebat, nec aliqua huiusmodi pertinentia ad opera banauis, sed mundiora erant: ideo duo loca esse oportebat, scilicet atrium tabernaculi, in quo sacrificia fierent, ex quibus ignis, & fumus euaporabat, & locum tabernaculi adoperum, in quibus alia ministeria mundiora fierent. Et hoc ad maiorem reuerentiam cultus diuini: nam quae videntur minus appreciantur, quae autem occultae sunt, in maiori reuerentia tenentur: in hoc autem ista causa intendebatur, scilicet ut maiori honore haberetur cultus Dei. Quod patet: nam ideo mandauerat Deus, ut de popularibus nemo ad atrium saltem tabernaculi auderet appropinquare, nec se intromittere, & si aliquis se intromittebat occidebatur, ut patet Nu. 1. & 3. c. ad ea, quae intra tabernaculum erant, nec etiam ipsi Leuitae accedere debebant, ut patet Nu. 4. c. nec intrare ad videndum. Siquis autem aliqua curiositate ad videndum introiret, moriebatur, ut patet eodem c. Rursum autem in isto tabernaculo duae erant partes, scilicet tabernaculum exterius, & tabernaculum interius, de quibus rationes infra subiungentur. Hoc autem tabernaculum, quod hic fecit Moyses, mansit cum ipsis Israelitis in omnibus locis castrametationum suarum, & postea cum eis introductum est in terram Chanaan, & mutatum per varia loca, donec positum fuit in templo quod construxit Salomon in Ierusalem, ibi autem quieuit.

Quare in deserto Iudaeis datum fuit tabernaculum.

QVAESTIO. II.

SED quares, quare in deserto datum fuit tabernaculum Iudaeis, nunquid non sufficiebat dari in terra Chanaan postquam introducterentur? Respondetur quod in deserto dari debuit. Et primò quia Moyses erat maximus prophetarum inter Iudaeos a Deo praordinatus ad hoc ministerium, scilicet ut erudiret vniuersum Israel in praecipis atque iudicijs domini, sed Moyses mortuus erat in deserto, ergo decebat in deserto dari legem, & ceremonias, & tabernaculum. Sed

adhuc hoc non sufficit nisi alia causa existeret, quia licet Moyses vir magnus extiterat, quia Deus cum effecerat magnum, ita poterat quemlibet alium magnum efficere cum vellet, & sic nunc efficit cum ei placet, & temporum necessitas hoc exigit: nam post Moysen alij maiores fuerunt viri, ut Petrus, & Paulus, & alij Apostoli. De quorum nullo dubitamus, quin maior Moyses fuerit. Mortuo ergo Moyse poterat suscitare alium maiorem post introitum terrae Chanaan, qui instrueret vniuersum Israel quantum ad omnia illa, in quibus instruit Moyses, sicut Apostoli a Deo magni effecti sunt, ut essent Ecclesiae & principum creaturae sicut id est omnium ad Christi fidem quodammodo creatorum. Est ergo alia ratio, scilicet quod ideo data fuit lex, & tabernaculum in deserto, & non post introitum terrae Chanaan, quia si semel introissent in eruditijs Dei, & cultu, conuerterentur ad cultum idolorum gentis illius, inter quam habitarent, & ista fuit causa quare Deus detinuit Israelitas in deserto quadraginta annis, ut tandiu instruerentur in lege, & ceremonijs, & cum introirent terram Chanaan satis eruditi essent in his, quae necessaria erant ad totam directionem vitae suae. Item non decebat dilatarì legem vique ad introitum terrae Chanaan: nam ibi non inciperent conuenienter erudiri, sed oportebat eruditos iam esse. Nam ut ait Arist. in secundo Ethicorum in finem quam debet fieri iudicium in praesentia obiecti delectabilis, de quo iudicandum est, quia ibi non poterit esse recta iudicatio, sicut patiebantur senes ad Helenam: nam quando in praesentia eius iudicabant, vtrum esset abijcienda, & tribuenda Grecis: tanta eius pulchritudine mouebantur, ut nulus de ea abijcienda posset ferre sententiam, quando autem ea absente iudicabant in praesentia utilitatem atque pacem publicam, determinabant eam Grecis petentibus fore reddendam. Sic ergo cum Iudaei essent inclinati ad idolatriam, & in terram Chanaan reperirent cultores idolorum, & idola multa, difficulter ibi erudiri possent: nam mox in contrarium resillirent: in deserto autem conuenienter erudiri poterant ad cultum Dei, quia tunc per inuias solitudines incedentes cum nullis gentibus habebant commercium, quae eos possent ad idolorum ceremonias inclinare: imò nec ibi audire poterant quomodo aliae gentes colebant Deos, suos: nam nullus de eis ad Gentiles transiebat, nec quisquam de Gentilibus ad eos veniebat, ut sic ab alijs addiscere possent: sed erant in summa tranquillitate compositi prompti ad cultus diuini rectissimam disciplinam. Decuit ergo tunc populum in vero cultu Dei, & sacrificijs sacerdotioque, tabernaculo, & ceteris vitae adiumentis institui, quando nullae prauae Gentilium ceremoniae aut idolorum templa, quae eos possent in contrarium permutare. Item si Deus legem, & sacerdotium atque tabernaculum ceterisque cultus sui ceremonias principio non dedisset, mox ut desertum introierunt ad loca turpissima deserti venientes, cum in deserto quadraginta annis mansuri essent, quid tanto tempore operis habere deberent, aut quem Deum colere: nam ante hoc multi de Israelitis demonibus seruiebant, & multis superstitionibus insisterent. Ut ergo ad colendum eum Deum, qui eos de Aegypto eduxerat instruerentur, debuerunt mox in legalibus iudicialibusque informari praecipis, ut saltem in horum exercitatione vitam transigerent, & a Deo vero non errarent. Inter haec autem cultus Dei potissimum consistebat in sacrificijs aliisque similibus, quae ad certum locum pertinere debebant, scilicet ad tabernaculum, & atrium tabernaculi, ut supra declaratum est, ergo tabernaculum in deserto fieri debuit. De hoc etiam dictum fuit supra decimonono capitulo.

Nunquid debet fieri iudicium in praesentia rei delectabilis tunc male iudicatur.

Sed hoc dato quares, quare ergo in principio non fuit factum templum, sicut postea factum est tempore Salomonis? Ratio est quia templum est domus immobilis, utpote de lapidibus facta, & magnis lignorum compagibus: Iudaei autem non erant mansuri in deserto, sed veniebant in terram Chanaan, ideo non debebant ibi facere templum, sed tabernaculum quod est domus portatilis.

Quare Iudaei non construxerunt templum, ut ingressi sunt in terram Chanaan.

QVAESTIO. III.

SED quares, quare ergo postquam ingressi sunt in terram Chanaan, cum ibi manere deberent, non construxerunt immediate templum? Ad hoc ponit duas rationes Rabbi Moysi de Aegypto, & recita eas S. Tho. in 1. 2. qu. 102. art. 4. in solut. 6. art. Prima est, ne Gentiles prevalentes aduersus Iudaeos destruerent illum locum: nam a principio, quando ingressi fuerunt Israelitae in terram Chanaan, pauci erant non potentes replere terram, sicut dicitur supra 23. cap. non eiciam eos a facie tua in vno anno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiae: paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas terram istam. Ergo pauci non possent defendere terram, & insurgentes hostes eorum in eos delerent locum eorum sanctum, non solum quidem ipsum templum, sed etiam ipsam civitatem, vel locum, in quo staret. Et patet quia Gentiles credebant Iudaeos totam suam fortitudinem habere in Deo suo, ideo desiderarent valde delere sanctuarium eorum, ut saltem sic putarent recedere a Iudaeis Deum suum. Et hoc quidem leuiter fieri poterat, & factum fuisset si templum ipsi a principio construxissent: nam multotiens legitur in libro Iudicum post mortem Iosue Israelitas ab incolis terrae illius fuisse contractos, & eorum paruisse dominio propter peccata sua, & tunc poterat destrui templum, & locus sanctificationis. Et si dicas quod Deus non permitteret gentiles destrueri sanctuarium suum, ideo licet factum esset, non sequeretur inde aliquod inconueniens. Respondetur quod imo Deus permisisset templum destrui, si iniquitates Hebraeorum hoc exigerent: sic enim patet de templo Salomonis, quod propter peccata Israelitarum destructum est, & combustum, ut patet 4. Reg. 24. capitulo, & 25. & Tren. 1. & 2. & Jer. 22. capitulo. Fuit etiam post destructum templum reedificatum per Zorobabel Romanis irruentibus super civitatem Ierosolymam, ut patet per Paul. Orof. libro septimo De ornesta mundi. Cum ergo multotiens tempore Iudicum Iudaei a Gentilibus clades nimias, & duras sustinuerunt seruitutes, ut ex lib. Iudi. manifestatur, multoties forte destructum fuisset templum, si tunc fuisset. Alia causa erat, quia Gentiles locum sanctificationis valde desiderarent possidere, ut sic Iudaeos pressos haberent, vel ut Deos suos magis honorarent: Iudaei autem quia pauci erant, & non habentes ducem, defendere non poterant, ideo debuit differri constructio templi usque ad tempus, quo Israelitae in magno numero aucti essent, & quando regem defendentem ab hostibus haberent. Et hoc proprie conuenit tempori Salomonis: nam tunc Israel ad magnum numerum auctus erat, & erat rex Salomon potens defendere ab hostibus. Tempore autem duorum regum praecedentium, scilicet tempore Saulis, & Dauid non debuit fieri templum, quia isti bellis infestabant, quod edificatio templi non conueniebat.

Responso Rab. Moysi de Aegypto.

Tempore Salomonis Israelitae ad magnum numerum aucti fuerunt.

Etiam de Saule patet, quia Deus non elegerat Saulem, sed magis abiecerat eum, ut patet primo Reg. 16. cap. in tempore autem Dauid non debuit fieri, quia licet ipse voluisset facere, Deus respondit ei, quod ipse non faceret, quia vir sanguinis erat, ut patet 2. Reg. cap. 7. sed filius, qui egrederetur de lumbis eius, & iste fuit Salomon, qui construxit istud in monte Moria, ut patet 2. Paral. 2. c. Tabernaculum autem. Domus facta de tabulis, & pellibus, quae portatilis sit. Sic fiet. Scilicet compingendo eam, & aggregando ex omnibus, quae hic ponuntur. Decem corinas de bysso retorta. Licet secundum naturam in domo aut quolibet edificio prius sit cementum, prius tamen tractauit hic de tecto, scilicet de cortinis, quae tegerent totum tabernaculum.

De figura tabernaculi satis late, & plane.

QVAESTIO. IIII.

UT figuram huius tabernaculi intelligas considerandum est, quod istud tabernaculum erat quaedam domus facta de tabernis, id est de tabulis secundum suam significationem, & erat formae quadrangulae: nam longitudo eius erat cubitorum triginta, & latitudo erat cubitorum decem, altitudo etiam erat cubitorum decem, & erat operata tabulis in tribus lateribus, scilicet in latere meridiano, & aquilonari, & occidentali, latus autem orientale totaliter erat apertum non habens aliquam tabulam. Ad fabricationem autem huius domus accipiebantur tabulae, quarum altitudo aequalis erat, scilicet decem cubitorum, quia (ut diximus) altitudo domus erat solum decem cubitorum, & istarum tabularum erat latitudo cubiti, & dimidij, & quia (ut diximus) in longitudine ista domus continebat triginta cubitos, accipi necesse erat pro quolibet latere longitudinis tabulas viginti, quae simul iunctae occuparent secundum latitudinem triginta cubitos, scilicet quolibet cubitum, & dimidium, & hoc erat in latere meridiano, & in latere aquilonari, quae erant latera longitudinis tabernaculi, & sic in quolibet istorum laterum erant viginti tabulae iunctae secundum latitudinem: latus autem occidentis erat latus latitudinis, & erat decem cubitorum, ad quod ponebantur sex tabulae, quae faciunt nouem cubitos latitudinis, si autem ponerentur septem tabulae facerent cubitos decem, & dimidium latitudinis, ideo acceptae fuerunt sex tabulae complentes latitudinem nouem cubitorum, & pro cubito deficiente acceptae fuerunt duae tabulae, quarum quaelibet erat dimidij cubiti in latitudine, & ponebantur in extremitatibus angulorum, scilicet vna in coniunctione lateris meridiani cum occidentali, & alia in coniunctione aquilonaris lateris cum occidentali, & sic omnes tabulae, quae erant in toto tabernaculo, erant 48. scilicet viginti in latere meridiano, & viginti in latere aquilonari, & octo in latere occidentali, in orientali autem latere tabula nulla erat: quia tamen istae tabulae non poterant seipsas tenere, nisi ab alio tenerentur, oportebat eas figi in terram, & quia sic saltem humore terrae putrefacerent, vel destruerentur, non infigebantur terrae, sed fiebant in extremitatibus tabulae cuiusque, scilicet in illa extremitate, secundum quam terram contingebat, duo foramina, & in illis foraminibus ponebantur quaedam bases de argento longae, & acute in modum palorum, quae terrae infigerentur, & sic quaelibet tabula duabus argenteis basibus erecta tenebatur: & quia diximus esse in tabernaculo quadraginta octo tabulas, necesse erat esse

De tecto tabernaculi.

Secundum operimentum.

esse nonaginta sex: bases argenteas & quia non solum opus erat quamlibet tabulam per se terrae infigi, sed etiam eas inter se ipsas alterutrum se continere, necesse fuit poni vectes in ipsis tabulis, ut eas continerent, & isti vectes erant quaedam ligna transversaliter posita per ipsas tabulas, quibus continerentur tabulae, sicut fit in omnibus edificijs tabularum, ut in ostijs domorum, quod ponuntur ligna transversaliter continentia tabulas eleuatas secundum altitudinem. His autem sic locatis erant positi soli parietes tabernaculi: tectum autem ponebatur super has tabulas planum, & hoc erat quadruplex tectum, scilicet tectum de cortinis, & tectum de sagis, & tectum de pellibus arietum rubricatis, & tectum de pellibus hyacinthinis. Primum tectum de hyacintho bysso retorta, & in purpura, & cocco bis tincto opere textili. Erantque istae cortinae decem, & erat longitudo cuiuslibet earum viginti octo cubitorum, & latitudo quatuor cubitorum, & quinq; earum iungebantur inter se, scilicet per suturam, vel aliud, & aliae quinq; inter se, & sic de cortinis decem efficiebantur duae magnae cortinae, & istae duae iungebantur secundum latitudinem: ad quam iuncturam ponebantur ansulae hyacinthinae in cortinis, & circuli aurei, & sic condecabantur duae cortinae magnae, & fiebat vnum magnum operimentum, quod erat longitudinis viginti octo cubitorum, cum quolibet cortina esset viginti octo cubitorum: & erat latitudinis cubitorum quadraginta: nam erant decem cortinae copulatae secundum latitudinem, & erat latitudo cuiuslibet cubitorum quatuor, sequitur ipsum totum operimentum esse quadraginta cubitorum latitudinis. Istud operimentum ponebatur super tabernaculum, & operiebat illud. Et modus ponendi erat, quod longitudo cortinarum, quae erat viginti octo cubitorum, ponebatur transversaliter, a latere meridiano ad latus aquilonare, & cooperiebat istud tentorium altitudinem lateris meridiani, & altitudinem lateris aquilonaris, & latitudinem inter latus meridianum, & aquilonare: nam istud totum simul erat cubitorum triginta, scilicet altitudo lateris septentrionalis decem cubitorum, & latitudo media inter duo haec latera decem cubitorum. Cum ergo cortinae istae habentes longitudinem cubitorum viginti octo ponerentur super tabernaculum, & penderent aequaliter ad vtrumque latus, scilicet meridianum, & aquilonare, cooperirent quantitatem cubitorum viginti octo, & deficerent duo cubiti cooperiendi, scilicet vnus cubitus in latere septentrionali, & vnus cubitus in latere meridiano, ita ut cortinae non accederent ad terram: quia vero longitudo tabernaculi a latere orientali usque ad latus occidentale erat cubitorum triginta (ut dictum est,) & cortinae decem iunctae secundum latitudinem faciebant quadraginta cubitos latitudinis, si ponerentur istae cortinae super tabernaculum operiebant illud totum ab oriente ad occidentem, & penderent decem cubiti cortinarum, & quia altitudo tabularum erat decem cubitorum, illi decem cubiti cortinarum penderent operiebant tabulas lateris occidentalis usque ad solum, & manebat adhaerens orientale totum apertum sine tabulis, & sine operimento. Super hoc autem operimentum cortinarum ponebatur secundum operimentum quod de sagis factus de pilis caprarum erat, quodlibet autem istorum sagorum erat longitudinis triginta cubitorum, & latitudinis cubitorum quatuor: fuerunt autem saga vndecim, & sex eorum copulabantur simul in latitudinibus suis per suturam, vel alias, & quinq; copulabantur in alia parte, ita ut fierent duo saga magna, ex quibus operiretur totum tabernaculum. Quia ergo longitudo istorum sagorum erat triginta cubito-

rum, cum ponerentur super tabernaculum, totum operirent, quia latus septentrionale erat decem cubitorum altitudinis, & latus meridianum totidem, & spatium interceptum inter vtrumque totidem, & sic aequaliter penderent usque ad terram ex vtraque parte laterum tam meridiani, quam septentrionalis, & excederent, atque cooperirent cortinas penderentes. Istud sagum magnum compositum ex sagis vndecim erat quadraginta quatuor cubitorum latitudinis, cum quodlibet sagum esset cubitorum quatuor in latitudine. Et quia totalis longitudo tabernaculi ab oriente in occidentem erat cubitorum triginta, cum poneretur istud operimentum a parte orientali extensum versus partem occidentalem, penderet ad partem occidentalem quatuordecim cubitis, & quia altitudo lateris occidentalis solum erat decem cubitorum, sicut altitudo omnium laterum tabernaculi, superessent cubiti quatuor sagorum, quae est quantitas vnus sagi in latitudine, & replicabantur isti duobus locis, scilicet duo cubiti in parte occidentali ad protegendum magis illud latus, & duo cubiti in fronte orientali, ubi non erant posita aliqua tabulae. Ponebatur autem, & super hoc tertium operimentum de pellibus arietum rubricatis, quod operiebat totaliter ipsum tabernaculum tam supra quam in lateribus. Super hoc ponebatur quartum operimentum, quod erat de pellibus hyacinthinis: ut ista cooperitoria firmiter manerent extremae quantitates operirent, religabantur funiculi in extremitatibus eorum, & quidam paxilli aenei, quos vulgariter escacas appellamus, & hi paxilli figebantur in terra, & sic extensa manebant operimenta tabernaculi. Nunc autem a hunc totum tabernaculum vna domus erat nullam habens diuisionem, & quia debebat ibi esse domus sancti sanctorum, ab alia parte posita fuerunt columnae. Ad quod sciendum, quod longitudo tabernaculi erat triginta cubitorum, de quibus accipiebatur spatium decem cubitorum ad partem occidentalem, & ponebantur ad claudendum, distinguendumque illud spatium a reliqua parte domus quatuor columnae de lignis setim habentes capita aurea, & bases argenteas. In his autem columnis appendebatur velum factum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, & istud cooperiebat, & distinguebat illas duas partes tabernaculi. Illa autem, quae erat longitudinis cubitorum decem, & erat apud latus occidentale, vocabatur sanctum sanctorum, & ibi ponebatur arca cum Cherubim. Manebat autem reliqua pars tabernaculi, quae erat longitudinis cubitorum viginti, & latitudinis decem, & ista vocabatur tabernaculum exterius, in quo erat altare thymiamatum, & mensa propositionis, & candelabrum. Et quia istud tabernaculum a parte orientali nullum habebat latus tabularum, manebat apertum, & ad claudendum illud ponebantur quique columnae de lignis setim habentes capita aurea, & bases argenteas, ante quas appendebatur tentorium factum de hyacintho, & bysso retorta, & sic perficiebatur totum tabernaculum, cuius figura hic poni potest. Decem corinas. Quaelibet istarum cortinarum per se tangebatur habens quatuor cubitos latitudinis, & viginti octo longitudinis, & postea iungebantur quinq; cortinae, id est iungebantur extremitates earum secundum latitudinem, & erat longitudo illarum viginti octo cubitorum, cum nihil adderetur alicui earum secundum longitudinem, & erant in latitudine viginti cubitorum, quia quinquies quater sunt viginti.

Quantum operimentum.

Qua-

Quare cortina erant decem, & plures.

QV AESTIO. V.

CAUSA autem quare erant decem cortinae, erat, ut possent operire totum tabernaculum, quia ponendo eas per transversum tabernaculi, scilicet penderent super latus meridianum, & super latus aquilonare operiebant tabernaculum, quia erat ista quantitas triginta cubitorum, & latus meridianum erat altitudinis decem cubitorum, & latus aquilonare totidem cubitorum, & spatium inter latus meridianum, & aquilonare decem cubitorum, longitudo autem cuiuslibet cortinae erat viginti octo cubitorum, ergo deficiebant duo cubiti ad hoc, quod cortinae perfecte cooperirent tabernaculum secundum transversum tam in partibus quam in tecto. Et sic cum penderent istae cortinae aequaliter posita super tabernaculum, distabat extremitas cortinarum a terra in latere meridiano vno cubito, & in latere aquilonari alio cubito: istae cortinae rursus coniunctae secundum latitudinem faciebant quantitatem cubitorum quadraginta, quia erant decem cortinae, & quaelibet habebat latitudinem cubitorum quatuor, cum autem longitudo tabernaculi a latere orientali usque ad occidentale esset triginta cubitorum, si extenderentur istae cortinae secundum latitudines cortinarum cooperirent totum tectum tabernaculi, & superessent decem cubiti, qui penderent super latus occidentale, ubi erat sancta sanctorum, & cooperirent illud usque ad terram, & sic fiebat numerus cortinarum, & longitudo atque latitudo earum secundum exigentiam tabernaculi. *De bysso retorta.* Est byssus genus lini candidissimi in Aegypto, & quia hoc erat tenuissimum retorquebatur, ut firmius esset: etiam retorquebatur quia ponebatur ut subtegmen, & subtegmen debet esse fortius quam id quod supertexitur. *Et hyacintho.* Est sericum habens colorem caelestem, siue aereum aliquantulum declinans ad colorem azurinum, licet non esset ita intentum in nigredine. *Purpura.* Est genus serici, quod est rubeum vergens ad alborem, vel ad nigredinem. *Coccoque bis tincto.* Coccus bis tinctus dicitur sericum valde rubeum, quod bis tinctum est. Cocco, id est illo vermiculo, qui vocatur grana. De istis coloribus magis diximus in principio capituli precedentis. *Varietas opere plumario.* Erant enim varietate istae cortinae, quia erant de diversis filis, & necesse erat apparere varietatem in opere, si enim ex vno colore essent, non posset esse ista pulchra varietas. Causa autem huius multiplicis colorum erat ipsa pulchritudo: nam Deus volebat ipsum tabernaculum valde pulchrum esse, ita namque conveniebat ad honorandum magis Deum, ut cultus suus in maiori reverentia teneretur. *Opere plumario.*

An opus plumarium sit opus pictorum.

QV AESTIO. VI.

ALIIQUI vocant opus plumarium opus pictorum, quia pluma sunt instrumenta ad pingendum, dicentes istam pulchritudinem debere esse factam a pictoribus. Sed isti manifestissime errant. Primum quia Hebraica litera habet hic (obseph) quod

signat textorem, & non pictorem. Nam pictor in Hebraeo (roquen) vocatur, opere ergo textili fiebat, & non opere pictorum. Item quia litera nostra signat opus textile, dicendo plumarium, quia pluma signat acum. Opus vero acus est opus textile, scilicet quod in textrinio prius ponantur fila subtegminis, & deinde opere acus sunt figurae de filis cum subtiliores esse debent, & isto modo fiebant cortinae tabernaculi. Item patet hoc, quia litera nostra distinguit duo opera, scilicet opus plumarium, & opus polimitarium: opus polimitarium est opus pictorum, quia operantur superponendo plures colores: opus plumarium est opus textorum, qui operantur interserendo diversa fila. Item ipsamet materia redarguit istos: nam dicendo quod istae cortinae erant de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, quae sunt fila diversorum colorum, necesse est ut varietas sequeretur hic ex filis ipsis per texturam, & non requirebatur opus pictoris: imò pingere super istam pulchram varietatem tantam ex varietate filorum videbatur esse quaedam abusus, & omnia perdebantur. Vbi nos dicimus hic (variata opere plumario) Hebraei habent (Cherubim opere artificis) quod satis in voce dissonare videtur, sed in re nihil dissonat: nam ponitur ibi Cherubim pro ipsa figura causata ex varietate filorum diversorum colore coloratorum, quia tales figurae fiebant in ipsis cortinis, Deus enim valde acceptabat istas figuras, ideo in sancto sanctorum super arcam in propitiatorio Cherubim productiles fieri mandavit. Hieronimus autem satis rationabiliter putavit non esse omnes figuras causatas ex filorum diversitate in cortinis Cherubim, sed quod ponitur ibi Cherubim pro omnibus alijs quibuscunque figuris. Et sic Iosephus dixit, quod in illis cortinis erant figurae arborum, & herbarum, & aliarum rerum, sed non hominum, nec aliorum animalium, licet in hoc non multum referrebat, ut diximus supra precedenti capitulo, cum dicebamus de corona interrasili, & aureola, pro eo quod Hebraei dicunt (opere artificis) nos dicimus (opere plumario). Et ratio est, quia pro isto artifice ponitur in Hebraeo (obseph) id est textor, opus autem quod plumarium est textile est, ideo idem in vtraque litera signatur. Et sic accipiendum est, quod in his cortinis ponebatur byssus retorta pro subtegmine, quia erat materia rudior, & color imperfectior, & alij colores filorum, scilicet coccineus, purpureus, & hyacinthinus supertexebantur opere plumario, id est opere acus, & tunc illa varietas figurarum erat ex tribus coloribus, scilicet hyacinthino, purpureo, & coccineo, quia color byssinus non apparebat, cum esset subtegmen. *Longitudo cortinae vnius habebit viginti octo cubitos.* Quare tanta longitudo esset cuiuslibet cortinae dictum est, scilicet quia quaelibet operire debebat totum tabernaculum per transversum, scilicet a latere meridiano in aquilonare, & cum esset ista magnitudo triginta cubitorum requirebantur viginti octo ad hoc quod ex vtraque parte lateris, meridiani scilicet & aquilonaris, distaret extremitas cortinae a terra vno cubito. *Latitudo quatuor cubitorum erit.* Hoc erat, ut omnes cortinae decem simul vnitae per latitudines suas compleverent quantitatem cubitorum quadraginta, ut cooperirent tectum tabernaculi, & latus occidentale, quod totum simul erat quadraginta cubitorum, ut supra diximus. *Vnius mensura sint vniuersa tentoria.* Vocantur cortinae tentoria, quia tenduntur, id est extenduntur, & hoc, ut supra diximus, scilicet quod in extremitatibus cortinarum, & aliorum operimentorum erant religati funiculi, & paxilli aenei, qui figebantur in terra, ut maneret extensum tabernaculi operimentum. Erant autem omnes istae cortinae eiusdem

Opinio Iosephi.

dem mensurae, quia eodem modo pendere debebant a lateribus tabernaculi, scilicet ut non accederent ad terram, nec rursus manerent tabulae tabernaculi nudatae cortinis in aliqua parte tabernaculorum, si omnes cortinae non essent eiusdem quantitatis. *Quinque cortinae sibi iunguntur mutuo.* Id est quod postquam quaelibet cortina per se texebatur secundum suam longitudinem, & latitudinem, accipiebantur quinque cortinae, & copulabantur inter se per latitudines suas, scilicet quod vna cortina sueretur alteri cortinae per latitudinem suam, & altera alteri, & sic usque ad quinque. Iste autem cortinae sic ligatae, vel confutae inter se, ita ut vna cortina videretur, continebant in longitudine viginti octo cubitos: nam non continebant magis in longitudine omnes cortinae, quam vna cortina: quia vna alteri non addebatur secundum longitudinem, sed secundum latitudinem: latitudo autem istarum quinque cortinarum sibi invicem copulatarum erat viginti cubitorum, quia quaelibet corona erat cubitorum quatuor, & quinquies quatuor efficiunt viginti. *Et alia quinque.* Scilicet tentoria, quae vocantur cortinae: *Simili nexu cohaerebunt.* Id est ita iungentur aliae quinque inter se sicut quinque priores. Causa autem huius copulationis quinque cortinarum inter se, & aliarum quinque inter se erat, ut velum quod distinguebatur sancta sanctorum, penderet ex circulis, per quos ligabantur cortinae: nam ut infra dicitur, postquam quinque cortinae erant colligatae, & faciebant vnam magnam cortinam, in fine huius cortinae fiebant ansulae hyacinthinae, & in fine alterius magnae cortinae fiebant aliae totidem ansulae hyacinthinae, ita ut ansula contra ansulam esset, & istae ansulae interebantur circulis aureis, scilicet duae ansulae vni circulo, vna ansula vnius cortinae, & alia ansulae alterius cortinae, & sic se continebant duae illae magnae cortinae per aureos circulos intermedios: illi autem circuli aurei veniebant necessario super locum, in quo deberet pendere velum distinguens sancta sanctorum a tabernaculo exteriori. Quod patet quia omnes istae cortinae simul iunctae secundum latitudinem continebant quadraginta cubitos, & ista copulatio per ansulas, & circulos aureos fiebat in medio, scilicet in medio duarum magnarum cortinarum, quarum quaelibet viginti cubitos latitudinis obtinebat: si ergo inciperent extendi istae cortinae principio tabernaculi a parte orientali, occuparet illa cortina magna prima viginti cubitos regendo tabernaculum, & ibi ad viginti cubitos erant circuli aurei, & ansulae hyacinthinae coniungentes duas magnas cortinas. Et cum tabernaculum exterius, quod vocabatur sanctum, contineret viginti cubitos solum, & sancta sanctorum contineret decem cubitos manentes de tota longitudine tabernaculi, quae erat triginta cubitorum, sequitur necessario, quod circuli, & ansulae veniebant super partem illam, in qua distinguebatur tabernaculum exterius a tabernaculo interiori, scilicet a sancta sanctorum, & ab illis circulis poterat religari velum, quod penderat ante sancta sanctorum. Etiam erat ista iunctura per circulos, & ansulas, quia sic faciliter poterat separari vna de illis magnis cortinis ab alia, si necesse esset ad aliquid, ita ut distingeretur vna pars ansulae manente ansula in ipsa cortina, & circuli manerent in alia cortina in ansulis: si tamen omnes decem essent mutuo confutae, sicut quinque inter se, non possent ita cito separari. Sed nec hoc quidem erat necessarium, quia nunquam vna cortina magna sequebatur ab alia, cum ex his factum esset vnum operimentum. Erat autem causa principalis huius concatenationis, ut magis exten-

Causa principalis qua

derentur, res namque dure melius extenduntur, quam res molles: cum autem istae vniuerentur per circulos aureos, illi circuli erant causa, ut magis extendi possent cortinae: nam alias aliquae rugae fierent in medio. Alia autem adhuc causa est, quae non est minus principalis, scilicet quod fiebant istae concatenationes, ut firmiores essent cortinae ad maiori tempore durandum: nam tota vis extensionis cortinarum penderat a medio, & si forte ibi essent cortinae iunctae inter se, & non copulatae, sicut erat in alijs partibus, toto pondere pendente a medio cito fieret discissio, & ruptio cortinarum in medio: nunc autem per illos aureos circulos erant duae cortinae separate, & pondus vnius non grauabat aliam, scilicet ut eam recedat, aut scindere posset, sed quaelibet habebat pondus suum separatim non pendens ab alia, & tota vis ponderis penderat a circulis, qui quia erant duri, scilicet de auro, discindi non poterant, & sic manebant cortinae, ita ut non discederent, nec rumpentur. Et haec eadem causa potissima, quae erat in cortinis, erat in sagis cilicinis, quia ideo ponebantur ansulae in medio, & fibulae enae, ut patet infra, scilicet ne rumpentur pondere suo. In pellibus autem arietinis, & hyacinthinis non fuerunt factae istae copulationes per circulos, & ansulas. Cuius causa duplex est: prima est, quod pelles siue arietinae, siue hyacinthinae erant dure, ideo non poterant sic discindi, sicut tentoria facta de filis, aut de pilis caprarum. Secunda causa, & principalior erat, quia illae cooperiturae de pellibus erant exteriores, & superiores obfistentes contra impetum hyemium, & nivis, & omnium impressionum Meteorologicarum: si autem essent copulatae mediis circulis, & ansulis, caderet pluuia per medium illarum vnionum, quod erat valde inconueniens, ita ut iam non prodesse tentoria omnia: erant ergo (ut dicebamus) circuli, & ansulae duarum cortinarum magnarum super locum, ubi distinguebatur sanctum sanctorum a tabernaculo exteriori. Et quia manebat alia cortina illa, quae continebat latitudinem viginti cubitorum penderat super illos decem cubitos, quos tenebat spatium sanctum sanctorum, & decem alij cubiti superabundantes penderat per latus occidentale usque ad solum, & sic continebatur terre, & fiebat magnitudo cortinarum. *Ansulas hyacinthinas.* Iste ansulae erant quaedam petacia panni posita in extremitatibus istarum duarum magnarum cortinarum, quae mordebant circulos, ita, quod concatenarentur in circulis. Dicuntur ansulae hyacinthinae, quia erant factae de filis coloris hyacinthini: & non erant istae ansulae varietate filis diversis, scilicet purpureis, & coccineis, & byssinis sicut cortinae, sed totaliter erant hyacinthinae, & ista petacia sic fortia primo mittebantur in circulos aureos, ut penderent concatenate ab eis: nam si circuli immediate mitterentur in cortinas, non positis ansulis, propter suam duriciem trahendo cortinas cito rumpent, positis autem eis in ansulis, quae fortes erant non ledebantur aliquo modo cortinae, & sic fiebant duae concatenationes, vna ansulae ad cortinam, & alia ansulae ad circulum. *In lateribus ac summitatibus facies.* Non est sensus, quod fierent istae ansulae in lateribus cortinarum, & aliae ansulae in summitatibus cortinarum, quasi aliud sit cortinae latus, & summitas: nam non ponebantur nisi in lateribus. Et ratio satis patet, quia non ponebantur ansulae nisi ad coniungendum cortinam cortinae, sed cortinae in lateribus solis iungebantur, scilicet in vno latere, ergo solum ponebantur ansulae

Quid ansulae cortinarum fac.

le in lateribus. Cum autem dicitur hic, quod ponebantur ansulae in lateribus, atque summitatibus cortinarum: est sensus, quod ponebantur in summitatibus laterum cortinarum, & sic idem est summitas, & latus: signatur tamen, quod non debebant poni istae ansulae in qualibet parte lateris cortinarum, sed in summitatibus, id est in extremitatibus, quia in partibus illis coniungebantur cortinae, & sic dicitur in lateribus cortinarum ponendas ansulas, non est intelligendum, quod omnibus cortinis essent ponendae ansulae, sed solum in extremitatibus duarum magnarum cortinarum. Et patet, quia dicebatur, quod quinque cortinae iungerentur inter se, & aliae quinque inter se, & postea dixit, quod coniungerentur istae cortinae ansulis, & circulis. Si enim inter quamlibet cortinam, & alteram ponerentur ansulae, & circuli, non dicerentur coniungi quinque cortinae simul, & aliae quinque simul, sed qualibet cortina alteri iungeretur. Et dicerentur iungi inter se decem cortinae, quia non erat specialior unio quinque cortinarum inter se quam omnium ad invicem. Solum ergo intelligit de duabus cortinis magnis; quarum qualibet coniuncta erat ex quinque cortinis, istae namque per ansulas, & circulos iungebantur. Et cum dicitur quod sunt faciendae ansulae in lateribus cortinarum, non est adhuc intelligendum, quod in quolibet latere istarum duarum magnarum cortinarum ansulae fierent, quia ansulae erant adnectendum ipsas cortinas inter se, sed cortinae illae duae magnae solum necessebantur in vno loco, ergo solum habebant ansulas in vno latere, ita quod qualibet illarum cortinarum habebat ansulas in vno latere. Dicitur tamen quod erant ansulae in lateribus cortinarum, id est vna cortina habebat ansulas in vno latere, & alia in alio latere: neutra tamen habebat ansulas in duobus lateribus. Et dicebantur in lateribus cortinarum esse ansulae, quia in duobus lateribus erant ansulae, sed vnum latus erat vnius cortinae, & aliud latus alterius cortinae. *Ut possint iungemur copulatae.* Scilicet duae illae cortinae magnae. *Quinquagenas ansulas.* Iungebantur istae cortinae in lateribus longitudinis, & quia longitudo erat viginti octo fere in quolibet dimidio cubito ponebatur vna ansula. *Cortina habebit.* Hic accipitur cortina non quidem pro qualibet parua cortina illarum decem, & pro cortina magna copulata ex quinque cortinis: sed pro totali cortina copulata ex decem cortinis per ansulas, & circulos. Et patet, quia dicitur quod cortina habebit quinquaginta ansulas in vtraque parte: manifestum est autem, quod cortinae illae magnae copulatae ex quinque non habebant ansulas in vtraque parte, sed solum in illa, in qua vna cortina coniungebatur alteri. Sed ista habet in vtraque parte ansulas: ergo accipitur cortina pro illa magna conexa ex omnibus cortinis, & de illa verum est, quod in vtraque parte habebat ansulas, scilicet in vno latere vnius partis suae, & in alio latere alterius, inter quas erant circuli. Et quia ista cortina continebat istas duas partes ex duabus extremitatibus, scilicet in vna extremitate vnius partis, & in alia extremitate alterius erant ansulae, dicebantur esse ansulae in extremitatibus duabus cortinae huius. *In vtraque parte inferas.* Id est ista magna cortina coniuncta ex decem cortinis erat habens duas extremitates inter se coniunctas, & in qualibet illarum erant quinquaginta ansulae, *Ut ansae contra ansas veniant.* Id est istae ansae sic debent poni distantes secundum situm in certa proportione, ut ansae vnius cortinae veniant contra ansas alterius cortinae, scilicet ut re-

cte extendantur cortinae. Nam si vna non esset directe contra alteram, quando extenderentur, necesse esset ut contraherentur in rugam, sicut patet in vestibus habentibus condillos, qui opposita foramina habent, quando condillus inferior ponitur in superiori foramine vestis rugatur, & causatur valde mala habitudo. *Et altera alteri possit aptari.* Id est conuenienter vniri, scilicet directe, & sine ruga: non tamen coniungebatur vna alteri, sed coniungebantur in circulo aureo, & quocunque modo sequeretur inconueniens, siue per seipsas vniri, siue per circulos debeant, quia semper contraheretur cortina in rugam, ideo proprie dicitur, ut vna alteri possit aptari, quia aptari est aptum fieri id est conuenientem, scilicet quod conuenienter ponatur vna ansula contra alteram. *Facies & quinquaginta circulos aureos.* Circuli dicuntur quidam anuli de auro rotundi, in quibus alligabatur ansula tam ex vna parte, quam ex altera, & fiebant isti circuli ad melius extendendas cortinas: nam non essent ita fortes ansulae, ut tota vis ponderis penderet ex eis, cum sint tenerae, & oporteat rem duram, & fortem esse, ex qua pondus magnum debet sustentari. *Quibus cortinarum vela iungenda sunt.* Id est per quas iungi debent cortinae. Vocantur vela cortinarum cortinae factae de paruis cortinis. Et recte dixit vela cortinarum, quasi in hoc declarauerit, quod non fiebant istae ansulae, & circuli pro coniungendis quibuslibet cortinis, sed solum ad coniungenda vela magna facta ex coniunctione cortinarum. *Ut vnum tabernaculum fiat.* Accipitur hic tabernaculum non proprie pro ipso toto tabernaculo, quod erat domus facta de tabulis, sed pro operimento totius tabernaculi, scilicet pro ipsa cortina magna: nam siue iungantur cortinae duae per circulos, & faciant vnam magnam cortinam, nihil hoc ad tabernaculum attinet vtrum vnum sit, vel non, coniungendo istas cortinas per ansulas & circulos fieret vnum cooperitorium ex his. Si autem non coniungeretur per illos circulos, maneret duae magnae cortinae, & non essent vnum magnum cooperitorium. *Facies saga.* Posuit supra vnum cooperitorium, hic ponit secundum.

Quare super tabernaculum quatuor operimenta ponebantur.

QVAESTIO VII.

FVIT autem necessarium ponere cooperitoria multa, quia vnum non sufficiebat quodcumque illud esset: nam si poneretur cooperitorium cortinarum decem, non sufficeret, quia hyemes, & aliae impressiones, ut niues, & grandines penetrarent: si autem poneretur cooperitorium cilicinum sagorum, ex eadem ratione non sufficeret, si autem ponerentur cooperitoria de pellibus quodcumque illud esset, si vnum esset, conuenienter non sufficeret, & pulchritudo omnis deficeret, quia pelles non erant pulchrae siue sint pelles arietum, siue hyacinthinum, maxime quantum ad partem inferiorem, quae apparere debebat in tabernaculo. Duae ergo fuerunt causae pluralitatis operimentorum, scilicet necessitas operis, & pulchritudo, in opere namque bono, & perfecto, non solum necessitas, sed etiam pulchritudo consideranda est. *Facies saga.* Sagum

Quare facies ex quibus tabernaculum operiebatur 11. fuerunt.

Sagum idem est quod pannus factus de pilis caprarum: & ad faciendum ista saga mandauerat supra precedenti capitulo dari pilos caprarum. *Saga cilicina.* Vocantur saga cilicina, id est dura sicut cilicium, quod est de fetis brutorum, ut equorum, & aliorum similibus animalium, & hoc est, quia ista saga erant de pilis caprarum, qui sunt hispidi. *Undecim.* Istud operimentum de sagis cilicinis erat ad ponendum immediate post operimentum de cortinis, ne ipsae cortinae coningerentur pellibus: magis namque sic custoditae essent. Quare autem ista saga vndecim fuerint est, ut totum tabernaculum operirent, & replicarentur aliquo modo in parte posteriori tabernaculi, & in anteriori, & hoc patet considerata longitudine, & latitudine sagorum: nam longitudo cuiuslibet sagi erat cubitorum triginta, & latitudo erat cubitorum quatuor, quodlibet ergo sagum secundum longitudinem operiret totum tabernaculum in transuersum, scilicet quia altitudo lateris septentrionalis erat cubitorum decem, & altitudo lateris meridiani erat eodem modo cubitorum decem, & spatium intermedium erat cubitorum decem, qui simul erant triginta cubiti. Cum ergo qualibet cortina secundum longitudinem contineret triginta cubitos, cooperiret ipsum rectum tabernaculi, & parietes eius vsque ad terram: Ista autem saga secundum latitudinem copulabantur, scilicet quinque saga in vna parte, & quinque saga in altera. Et quia quodlibet istorum erat latitudinis quatuor cubitorum, simul sumpta compleverunt latitudinem cubitorum quadraginta quatuor, si extenderentur: ergo istud cooperitorium a parte orientali versus occidentem cooperiret totum tabernaculum, quod in longitudine continet triginta cubitos, & superesset cubiti quatuordecim qui penderent ad terram super latus occidentale. Et quia latus occidentale solum erat decem cubitorum altitudinis, superesset adhuc cubiti quatuor manentes in terra cooperito latere occidentali tabernaculi. Isti autem quatuor cubiti distribuabantur istud secundum, ut duo cubiti sagorum, scilicet sagum medium penderet a parte orientali, & duo cubiti superessent a parte occidentali: duo autem, qui penderent in fronte orientali, replicabantur in facie tabernaculi: duo autem, qui erant in latere occidentali, replicabantur in ipso latere, & per istum modum cooperiretur sufficienter totum tabernaculum. *Longitudo vnius sagi habebit triginta cubitos.* Id est longitudo cuiuslibet, quodlibet namque per se terebatur, & postea vnum copulabatur alteri, sicut in cortinis, & hoc secundum latitudinem, quia in longitudine nihil addebatur eis, aut alicui eorum. Erat autem causa quare quodlibet sagorum esset triginta cubitorum, ut operiret totum tabernaculum, scilicet quod longitudo sagi operiret latitudinem tabernaculi, scilicet a latere meridiano decem cubitos, & totidem in latere septentrionali, & alios decem cubitos inter vtrumque latus, & in hoc complebat magis sagum mensura quam cortina qualibet: nam nulla cortinarum erat maior quam viginti octo cubitorum longitudine, & non accedebant cooperientes vsque ad terram, sed ex vitroque latere deficiebat vnus cubitus. Sagum autem quodlibet totam istam quantitatem tenebat, cum esset cubitorum triginta. *Et latitudo quatuor.* Causa quare latitudo esset tanta, supra expressa est, scilicet ut vndecim saga, quorum quodlibet erat latitudinis quatuor cubitorum compleverunt in latitudine cubitos quadraginta quatuor, & tabernacu-

lum totum secundum suam longitudinem cooperiretur, & penderent cubiti duo ad partem orientalem, ut replicarentur in fronte tabernaculi, & duo tangerent sancta sanctorum, & replicarentur, quod patet mensurando per lineam rectam postea fractam, ut si a fronte orientali tendatur linea recta ad occidentalem partem eiusdem tabernaculi, & frangatur ibi atque descendat ad pavementum, & postea refrangatur ad latitudinem duorum cubitorum ascendendo, erit linea quadraginta quatuor cubitorum. Sic autem accipiendo lineam altitudinis lateris meridiani, & frangatur directe extensa super spatium quod est inter latus meridiano, & septentrionale, & deinde flectatur descendendo vsque ad pavementum per altitudinem lateris septentrionalis, erit haec cubitorum triginta, ideo sagum quod esset cubitorum triginta totum hoc operiret. *Aequa erit mensura sagorum omnium.* Id est quod siue secundum longitudinem, siue secundum latitudinem quodlibet sagum erat alteri aequale: nam si inaequalia essent, non seruaretur certus ordo, nec mensura. *E quibus iunges quinque per se.* Sicut dicebamus supra de cortinis, quod quinque cortinae per se iungebantur, & aliae quinque per se, & quod illae inter se non iungebantur per ansulas, & circulos, sed duae magnae cortinae, scilicet vna, quae erat coniuncta ex quinque cortinis, iungebantur inter se ansulis, & circulis: ita quinque saga inter se, & aliae sex inter se non iungebantur fibulis aeneis, & ansulis: sed sagum magnum factum ex quinque, & sagum magnum factum ex sex iungebantur inter se fibulis aeneis. *Ex quibus quinque iunges seorsum.* Id est quod quinque saga iungebantur inter se. Et dicitur seorsum, quia ista erat distincta coniunctio ab illa coniunctione, quae fiebat per ansulas, & fibulas, fiebat namque haec per consuturam, scilicet ut vna cortina fueret cum altera. Dicitur seorsum respectu alterius colligationis, quae erat duorum magnorum sagorum, quorum vnum erat copulatum ex quinque, & aliud ex sex. *Et sex sibi mutuo copulabis.* Id est inter se copulabantur ista sex saga per istam copulationem, & non copulabantur alijs quinque, per aliam autem copulationem, quae erat mediantibus fibulis aeneis, copulabantur omnia saga, & fiebat vnum magnum sagum.

An conexio duorum magnorum sagorum esset super conexione magnarum cortinarum.

QVAESTIO VIII.

SED diceret aliquis, cum saga duo magna vnirentur mediantibus fibulis, & ansulis, sicut cortinae mediantibus fibulis, & ansulis, nunquid coniunctio duorum sagorum veniebat super coniunctionem duarum cortinarum, scilicet super circulos, & ansulas cortinarum? Respondetur quod non poterat venire colligatio sagorum super locum, colligationis cortinarum: nam cortinae erant decem, & obtinebant quadraginta cubitos latitudinis, veniebatque coniunctio magnarum duarum cortinarum super locum distinctionis sanctuarii exterioris, & sancti sanctorum, ut supra probatum est. Colligatio autem cortinarum non poterat venire super locum illum, quia saga ista duo magna erant inaequalia, cum vnum esset quinque sagorum, & aliud sex sagorum, cortinae autem magnae erant aequales, quia qualibet erat sex cortinarum. Cum ergo saga equaliter extenderentur ab vtra-

que parte tabernaculi, nō poterant cadere fibule eņeę sagorum super circulos aureos cortinarum. Quod magis patet, nam quia saga erant vñdecim, & continebāt per latitudinem suam quadraginta quatuor cubitos, tabernaculum autem computando a principio frontis orientalis vsque ad occidentalem, & descendendo per totam lateris altitudinem vsque ad pavementum erat quadraginta cubitorum, supererant ergo quatuor cubiti, qui erant latitudo vnius sagi de paruis, & replicabatur medietas istius sagi, scilicet duo cubiti ad partem orientis, & duo cubiti ad partem occidentis. Hoc ergo posito aut volumus ponere, quod sagum istud magnum quod erat quinque sagorum incipiebat extendi ab orientali fronte versus occidentem, aut non: sed sagum magnum quod erat sex sagorum: si autem extenderetur sagum quinque sagorum, cum quinque saga parua essent in latitudine cubitorum viginti, si duo cubiti replicarentur ad frontem tabernaculi in parte orientali manebant decem octo cubiti, qui extenderentur a fronte orientali tabernaculi versus occidentale, sed decem octo cubiti non poterant accedere, vsque ad locum distinctionis sancti sanctorum, & tabernaculi exterioris, quia illa distinctio fiebat post viginti cubitos a fronte orientali versus occidentalem, & ibi erat coniunctio cortinarum per circulos aureos, ergo non poterat isto modo congruere. Si autem ponamus sagum maius, scilicet factum ex sex sagis extendi a fronte orientali versus occidentalem, cum illud habeat sex saga, habebit cubitos viginti quatuor latitudinis: si autem replicentur duo in fronte orientis manebant viginti duo vsque ad fibulas, & ansulas, cum ergo extentum fuerit ab orientali parte versus occidentalem, transibit ultra distinctionem sancti sanctorum a tabernaculo exteriori per duos cubitos, quia distinctio illi sit viginti cubitis ab oriente versus partem occidentalem, nullo ergo modo poterat iunctura sagorum venire super iuncturam cortinarum. Ita vt sextū sagum in fronte tecti duplices. Vocatur sextū sagum illud quod erat vltimum in concatenatione siue coniunctione sex sagorum ad faciendum vnum magnum, & istud sagum replicabatur in fronte tecti, idest in fronte tecti tabernaculi ab oriente: nam in occidente non erat frons tecti, cum ibi esset latus tabularum claudens sancta sanctorum, & dependebat sagum cooperiens totum illud latus, sicut & cortinę tegebant. In orientali autem parte, quia non erat aliquod latus tabularum non pendebat sagum vsque ad pavementum, sed replicabatur in fronte tecti, & hoc ad cooperiendum capita columnarum. Nam in fronte tabernaculi orientali quinq; columnę delignis setim erant habentes capita argentea, vt patet infra. Ad cooperiendum autem capitellum istum pendebat sagum directe versus pavementum cubito vno, & postea replicabatur versus supra cubito altero, & sic extendebatur ibi medietas sagi vnius: alia autem medietas extendebatur in replicatione ad latus occidentale tabernaculi post sancta sanctorum. Et cum hic dicitur. Ita vt sextum sagum in fronte tecti duplices, non est sensus, vt totum sextum sagum deberet extendi in replicatione facta in fronte tecti, quia tunc nihil maneret ad replicandum in parte posteriori tabernaculi, sed dicitur sagum sextū replicari, q̄ pars eius replicatur: sic enim dicimus vestem aliquam plicari, etiam si tota non sit complicata: dum tamen in aliqua parte plicę sint. *Facies & quinquaginta ansas.* Non dicitur hic de quo fiant istę ansę sicut supra dicebat, scilicet quod fierent ansulę cortinarum de hyacintho: sed istę ansulę sagorum fieri debebant de pilis caprarum sicut & ipsa saga, ita quod essent ansę petacia fortia multumque

Ex quibus ansę fieri debebant quibus saga copulabantur.

Acomplicata de pilis caprarum. Nec oportuit hic explicari de quo essent, sicut explicatum est in ansulis cortinarum, quia certum erat ansulas fieri debere de materia illa, ex qua fiebat cortinę, vel saga: sed in cortinis erat multiplex materia, scilicet purpura, hyacinthus, byssus retorta, cocculusque bis tinctus, erat ergo dubium vtrum ansulę eodem modo fieri debebant per varietatem operis plumarij ex omnibus illis filis diuersorum colorum, vel ex aliquibus eorum, vel si ex vno pilis quoque caprarum ipsę ansę confisterent. *In ora sagi vnius.* Idest in extremitate, ora enim sine aspiratione signat extremitatem, & aliquem situm terra, vt dicimus ad oram orientalem, vel occidentalem: quod significet extremitatem, vt dicimus aliquid esse in ora maris, idest in littore, sic ait Hebrardus.

Aspires horam tibi tempus significabit. Si non aspiret dabit limbum, & regionem.

Istę ansę ponebantur in ora sagi vnius, scilicet de magnis sagis, quorum erat vnum copulatum ex quinque sagis, & aliud ex sex. *Vt coniungi cum altero queat.* Scilicet cum altero magno sagorum: non tamen est putandum, quod ansulę vnius sagi copularetur immediate ansulę alterius sagi, sed copulabantur per fibulas eņeas, scilicet quod duę ansulę oppositę duorum sagorum copularentur ad vnam fibulam eņeam. *Et quinquaginta ansas in ora alterius.* Scilicet in altero sagi magno. Erant enim duo saga magna, vnum ex sex sagis, & aliud ex quinque, & hac sola vniebantur medijs ansulis, & fibulis. Supra ostendimus, quod non veniebant super eundem locum copulatio cortinarum per circulos aureos, & copulatio sagorum per fibulas eņeas, sed distare necessario alteram ab altera per duos cubitos.

An copulatio magnorum sagorum esset supra sancta sanctorum, an extra.

Q V A E S T I O. IX.

SED dubium est vtrum ista copulatio sagorum veniret ultra distinctionem sancti sanctorum a reliquo tabernaculo versus occidentem, vel citra illam distinctionem. Respondetur, quod hoc cognosci potest sciendo ad quam partem ponebatur sagum maius continens sex saga, scilicet vtrum ab oriente versus occidentem, vel ab oriente versus orientem. Si autem ponatur ab oriente versus occidentem, erat copulatio sagorum ultra diuisionem sancti sanctorum a reliquo tabernaculi, scilicet duobus cubitis intra tectum sancti sanctorum. Quod sic patet: nam sex saga parua continebant cubitos viginti quatuor ablati autem duobus eorum, qui replicantur in fronte tecti, manent viginti duo cubiti, qui extendi possunt versus occidentem ab oriente, sed distinctio sancti sanctorum, & tabernaculi exterioris distat viginti cubitis a fronte orientali tabernaculi: ergo copulatio sagorum isto modo erit ultra diuisionem sancti sanctorum duobus cubitis supra ipsum tectum sancti sanctorum. Si autem ponatur e contrario, scilicet sagum magnum a parte occidentali, erit coniunctio duobus cubitis citra sancta sanctorum versus orientem, vt supra inducitur.

ductum est. Sed quid horum fuit? Dicendum, quod copulatio fuit sagorum duobus cubitis ultra diuisionem sancti sanctorum versus occidentem supra tectum sancti sanctorum: & hoc quia sagum maius continens saga ponebatur a parte orientali versus occidentalem, vt patet hic in litera, cum dicitur: Ita vt sextum sagum in fronte tecti replices, idest illud sextum sagum paruum quod erat vltimum in copulatione illorum sex sagorum in magno sagi. *Facies & quinquaginta fibulas eņeas.* Istę fibulę erant sicut circuli, quibus iungebantur ansulę cortinarum, præter hoc, quia circuli erant aurei, & fibulę erant eņeę. *Et vnum ex omnibus operimentum fiat.* Idest sic ponendo ansas in medio, & fibulas fiet vnum operimentum ex omnibus illis sagis vñdecim, alię autem ad minus essent duo operimenta, scilicet vnum ex quinque sagis, & aliud ex sex sagis. *Quod autem super fuerit in sagis.* Illud dicitur superesse de sagis, cui non relinquebatur aliqua pars tabernaculi tegenda. Saga namque, & cortinę, & pelles ad tecturam tabernaculi facta sunt. Illud ergo quod non habebat aliquid de tabernaculo, vt tegeret illud, dicebatur superesse: in cortinis autem nihil supererat: quia in longitudine cortinarum deficiebant duos cubiti, vt possent totam transuersum tabernaculi cooperire, quod erat triginta cubitorum, & longitudine cortinarum erat solum viginti octo cubitorum: de quo supra diximus: non supererat etiam in cortinis aliquid quantum ad latitudinem, quia erat latitudo cortinarum omnium simul sumptarum quadraginta cubitorum, & tanta erat longitudo tabernaculi cum decem cubitis lateris occidentalis, quos cortinę etiam tegebāt. De sagis autem aliquid supererat: & hoc quidē non in longitudine, quia longitudo sagorum erat triginta cubitorum, & ponebatur longitudo sagorum super transuersum tabernaculi, & hoc erat cubitorum triginta, vt supra patuit: equaliter ergo operiebant hic saga. Supererat autē de sagis secundum latitudinem: nam erant saga vñdecim habentia simul iuncta cubitos quadraginta quatuor latitudinis, & quia tabernaculum cum decem cubitis lateris occidentalis, quę tegenda erant, erat quadraginta cubitorum solum, manebant in sagis quatuor cubiti, qui supererant, scilicet quod nihil relinquebatur eis, quod tegere possent. In operimentis autem pellium rubricatarum, & pellium hyacinthinarum videtur, quod nihil superfuisset, cum nihil superfuisset litera ipsa pronunciet. *Quę parantur tecto.* Idest ad tegendum: non solum quidem ista saga erant ad tegendum tectum, sed ad tegendum totum tabernaculum siue in tecto, siue in lateribus, vt patet ex quantitate ipsorum sagorum, & cortinarum tam in tecto, quā in lateribus. *Idest vnum sagum, quod amplius est.* Verum est, quod vnum sagum totaliter superabat, quia erant saga i l. facientia cubitos quadraginta quatuor, & tota magnitudo tabernaculi erat quadraginta cubitorum cum latere ipso occidentali tegendo: superabant ergo cubiti quatuor, & isti erant quantitas vnius sagi integri, quia quodlibet sagum erat quantitas quatuor cubitorum: & sic poterat illud totum pendere in fronte orientali, nihil de tabernaculo tegendo, vel superesse in parte occidentali super pavementum ultra ipsum latus occidentale: modo tamen quo saga disposita erant, scilicet vt duo cubiti replicarentur in parte orientali in fronte tabernaculi, & duo cubiti post tabernaculum, non poterat superesse vnum sagum in aliqua parte, sed in qualibet parte duo cubiti. *Idest vnum sagum quod amplius est.* Ponitur hic amplius vt adverbium, & non vt nomen comparatiuum.

Alph. Toit. super Exodi

Atum, scilicet quod vnum sagum est amplius, idest est ultra necessitatem tegimenti, vel ultra quantitatem tabernaculi tegendi: & non est nomen, quia tunc esset sensus, quod illud sagum vnum quod superest esset amplius ceteris, idest maioris latitudinis. Et isto modo loquitur Apostolus ad Hebręos nono capitulo, scilicet quod Christus confrixit tabernaculum per amplius, & perfectius non manufactum. Sed non erat vnum sagum maioris quantitatis quā alterum, vt patet supra, cum dicitur: Aequa erit mensura omnium sagorum. *Ex medietate eius operies posteriora tabernaculi.* Dicit, quod ex isto vno sagi quod abundabat, debebat tegi pars anterior tabernaculi, & pars posterior, sed non poterat hoc esse ex eodem sagi numero secundum substantiam: quia nullum sagum erat cuius vna pars foret in fronte tabernaculi, & alia in posteriori parte. Sed accipitur vnum sagum secundum æquiualentiam quantitatis, scilicet quod in parte anteriori superabant duo cubiti, & in parte posteriori superabant alij duo cubiti. Et isti cubiti æquiualebant in quantitate vni sagi, quia si coniungerentur facerent vnum sagum. *Ex medietate eius operies posteriora tabernaculi.* Idest ex duobus cubitis, qui ad partem orientalem in fronte tabernaculi supererat post sancta sanctorum debebat operiri pars posterior tabernaculi. Nam manebant duo cubiti post tecturam ipsius lateris occidentalis, quod erat post sancta sanctorum. & si non illi duo cubiti replicarentur, manerent multipliciter in pavimento iacentes. & propter hoc replicari mandabat ad posteriorem partem tabernaculi, scilicet vt eleuarentur ad altitudinem aliorum duorum cubitorum, & sic esset in illa parte, qua replicatio fiet, duplicatum operimentum per altitudinem duorum cubitorum. *Et cubitus ex vna parte pendebit.* Aliqui hoc volunt intelligere de cubitis pendentibus in fronte tabernaculi, & in latere occidentali, scilicet quod vnus cubitus pendeat in latere orientali, scilicet in fronte orientis, quia supererant duo cubiti: & cum replicabantur solum abundabat pendens vnus cubitus in latere occidentis. Etiam dicunt pendere alium cubitum. Sed ista expositio non potest stare. Primo, quia dicitur in litera: Cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine. Ergo isti cubiti non debent accipi in fronte orientis, & in latere occidentis: nam non extendebantur saga secundum longitudinem ab Oriente in occidentem: sed a Septentrione in Meridiem: nam longitudo cuiuslibet sagi erat cubitorum triginti, vt patet supra, & extendebatur per transuersum a latere septentrionali ad meridianum super tectum ipsius tabernaculi, quę quantitas simul erat cubitorum triginta. Si autem longitudo sagorum extenderetur ab orientali fronte versus occidentale latus, non superesset aliquid in sagis, imò deficeret, quia longitudo tecti ab oriente in occidentem, cum ipsa altitudine lateris occidentalis tegendi, erat quadraginta cubitorum: ergo deficerent cubiti decem in sagis ad tegendum latus: necessario ergo intelligitur de latere meridiano, & septentrionali. Item quia dicitur hic in litera, quod cubitus ex vtraque parte pendens debet protegere vtrumque latus tabernaculi, sed manifestum est, quod tabernaculum non habebat latus orientale, cum nulla esset ibi tabula, vel aliqua alia textura potens facere latus, quod deberet protegri: ergo non loquitur de cubito pendente in fronte tecti in orientali parte, nec de alia sagi

De duobus cubitis sagorum pendentibus, quomodo pendebat ex ostio aliquorū.

Pars Secunda. F parte,

parte, quæ erat post latus occidentale. Item, quia dicitur hic, quod cubitus penderet ad unam partem, & cubitus penderet ex altera, sed manifestum est, quod licet ad frontem tabernaculi penderet vnus cubitus, quod in occidentali latere magis penderat: nam duo cubiti replicabantur (sic dicitur supra) quod ex medietate sagi superabundantis debebat fieri replicatio in parte posteriori tabernaculi: ergo non intelligitur de hoc. Item quia dicitur: Cubitus penderet ex vna parte: & cubitus penderet ex altera: quod non potest intelligi de ea medietate sagi, quæ erat post latus tabernaculi. Nam licet sagi medietas, quæ erat ad orientem pendere diceretur, quia non accedebat ad pauimentum: medietas tamen, quæ erat post latus tabernaculi nullo modo poterat dici pendere, quia ad pauimentum accedebat. Item non potest dici aliquo modo de ista superabundantia sagorum, quæ erat in fronte orientali, & de illa, quæ erat post latus occidentale, quia hic dicitur quod vtroque deberet pendere cubitus sagi, sed non potest hoc dici de aliqua parte istarum duarum vel orientali vel occidentali: quia non penderat aliquid de sagi in aliqua parte illarum: nam licet in orientali parte videretur posse dici, quod penderat, non tamen penderat secundum quod hic accipitur: nam differentia fit hic inter pendere, & replicari: id autem quod pendet, simpliciter pendet, & non replicatur: quod autem replicatur non dicitur proprie pendere. Sed dicitur supra quod in fronte tecti debebat replicari medietas sagi: hic autem dicit, quod debebat pendere vnus cubitus ex vna parte, & alius cubitus ex altera: ergo non sunt idem: sed replicatio conueniebat pro parte orientali, & occidentali: ergo pendere non dicitur de sagi parte, quæ supererat in parte orientali, & ea, quæ in parte occidentali. Dicendum ergo, quod ista litera intelligitur de cubitis duorum sagorum, qui penderant ad latus meridianum, & septentrionale. Nam cortinæ erant primum operimentum, & quia ipse non accedebat vsque ad pauimentum posita fuerunt saga, quæ ad pauimentum accederent, scilicet quia longitudo cuiuslibet cortinæ erat cubitorum viginti octo, & quantitas operienda, scilicet tabernaculum per transfuersum erat cubitorum triginta, scilicet decem cubiti altitudinis lateris meridiani, & totidem cubiti altitudinis lateris septentrionalis: & decem cubiti medij inter latus septentrionale, & australe: quæ ergo cortinæ equaliter dispositæ ad pendendum essent super ipsum tabernaculum, non accederent ad pauimentum, sed ex qualibet parte deficeret vnus cubitus: ille autem cubitus maneret nudatus in vtroque latere tabernaculi, nisi aliud operimentum super cortinas poneretur, & hoc fuit operimentum sagorum. Istud ergo factum fuit tantæ longitudinis, vt operiret totam quantitatem tabernaculi in transfuerso, quæ magnitudo erat triginta cubitorum, ideo quodlibet sagum triginta cubitorum longitudinis factum est, & sic saga cooperiebant illos duos cubitos, quos cortinæ non texerant, scilicet vnum cubitum in latere meridiani, & vnum cubitum in latere aquilonari, & sic protegebant illi duo cubiti pendentes latus vtriusque tabernaculi: quia sic non maneret propatulo quod alias mansisset, nisi saga super cortinas ponerentur. & tunc applicatur litera, scilicet. *Et cubitus, ex vna parte penderit.* Id est in lateribus meridiani, & aquilonari sic erunt saga disposita, quod vnus cubitus penderet ex vna parte, & alius ex alia vltra quantitatem cortinarum, quæ non accedebat ad pauimentum. *Qui plus est in sagorum longitudine.* Id est isti cubiti

Expositio
Docto.

sunt pendentes, qui superant in sagis vltra ipsas cortinas, & dicitur quod iste cubitus plus est in longitudine sagorum, non quidem quod plus sit, quam requirit necessitas tecturæ, sicut erat in posterioribus partibus tabernaculi: nam solum saga ad pauimentum accedunt, quia erant triginta cubitorum, & nihil superabat. sed dicitur plus esse in longitudine sagorum, id est quod magis erat in sagis quam in cortinis. Sed contra hoc argues, quod non intelligatur de cooperitura tabernaculi in latere meridiani, & aquilonari, sed de cooperitura in fronte tabernaculi, & in occidentali latere, quia hic dicebat immediate de sagi parte, quæ superabat in superioribus tabernaculi. Ergo deberet hic dici de sagi parte, quæ erat ad operiendum frontem orientalem, cum ista latera sunt opposita. Item quia, vt supra dictum est, vnum sagum superat in connexionione sagorum istorum, & medietas huius sagi ponebatur ad partem occidentalem: ergo dicendum erat de alia medietate, vbi ponebatur, vel quid fiebat: quod non videtur, nisi intelligatur de operitura, vel apprehensione sagi in fronte tabernaculi. Respondetur, quod ista intelliguntur, vt dictum est de lateribus meridiani, & aquilonari. Et quando arguis, quod tunc nihil diceretur de alia medietate sagi, quæ supererat. Respondetur, quod ita dicitur: nam supra ponitur, quod sextum sagum in fronte tabernaculi replicari debebat: nunc autem ante hoc dictum fuit, quod alia medietas sagi, quæ superabundat replicari debebat in posteriori parte tabernaculi: & sic de toto illo sagi dictum est, qualiter se habeat in parte orientali, & qualiter in parte occidentali, nunc ergo de cubitis, qui in parte aquilonari, & meridiana penderant, dicebatur. *Vtrunque latus tabernaculi protegens.* Scilicet latus meridianum, & latus septentrionale: nam si acciperemus pro parte orientali, & occidentali, non posset vocari pars vtraque latus: quia in parte orientali latus nullum tabernaculi erat, cum vtrunque esset apertum: ita quod nulla tabula ibi erat. Hi autem cubiti sagorum protegebant tabernaculi latera: quia cooperiebant illam partem, quæ a cortinis non tegebatur, & maneret nuda nisi saga ponerentur.

Facies operitorum. Posuit supra secundum operitorium tabernaculi, hic ponit tertium, & quartum. Causa autem pluralitatis istorum operitorum supra posita est, scilicet quia necessitas tabernaculi, & pulchritudo hoc exigebat. Ad pulchritudinem namque cooperitorium de pellibus, & coloribus, scilicet hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta factum est, scilicet ipse cortinæ: & ad hoc idem saga quodammodo. Pelles autem rubricatæ arietum ad necessitatem, & firmitudinem posite sunt: & ipse quoque pelles hyacinthinæ: nam nec cortinæ solæ ad necessitatem sufficiebant, nec pelles hyacinthinæ per se pulchrum opus redderent, fuit ergo vtrunque necessarium. *Facies & operimentum aliud tecto.*

An tertium, & quartum operimentum operiret solum tectum tabernaculi, vel penderet super parietes.

QVÆSTIO. X.

DE isto operimento tertio, & quarto queret aliquis, vtrum esset solum operimentum super tectum

tectum, ita quod non tegeter latera aut totum tegeter. Et forte aliquis respondebit, quod solum erant ista duo vltima operimenta ad operiendum tectum, quia in litera dicitur: Facies aliud operimentum tecto. Et non dixit: Facies aliud operimentum tabernaculi. Respondetur, quod magis dicendum est, ista duo cooperitoria vltima, sicut & prima, esse ad cooperiendum totum tabernaculum. Et ratio est, quia ista operimenta de pellibus fiebant ad expellendum importunitatem temporum, vt hymbres, niues, & alia similia. Sed manifestum est, quod si solum ponerentur ista duo operimenta pro tecto, quod adhuc non possent tolli importunitates ledentes latera tabernaculi. Nam pluuie imbiberentur operimento sagorum, atque illud penetrarent, & ipsam cortinam, quæ erat præciosa dissiparent cum penderet in lateribus, ipsaque tabulatas deauratas madefacerent, quæ inconuenientia sunt. Dicendum ergo, quod ista operimenta extendebantur ad tegendum totum tabernaculum circumquaque vsque ad pauimentum. Quando autem dicit, quod ista tentoria erant operimenta tecti. Respondetur, quod tectum accipitur largè pro toto ipso tabernaculo tegendo. Si autem queras de quantitate determinata istorum operitorum de pellibus quanta fuerit secundum longitudinem, & quanta secundum latitudinem. Respondetur, quod quantitas istorum æqualis erat quatum ad longitudinem, & latitudinem. Et fuit latitudo cuiuslibet istorum cubitorum quadraginta, & longitudo fuit cubitorum triginta, quia longitudo istorum erat transfuersa super latitudinem tabernaculi. (vt dicebamus de sagis, vel de cortinis) & quod latitudo pellium esset super longitudinem tabernaculi, vel melius quod longitudo operitorij de pellibus erat cubitorum quadraginta, & ponebatur super longitudinem tabernaculi, scilicet ab oriente in occidentem, & descendendo per latus occidentale post sancta sanctorum: nam non erat idem modus accipiendi latitudinem, & longitudinem in cortinis, & sagis, & in omnibus alijs rebus: nam qualibet res habet longitudinem maiorem quam latitudinem. Vel non assignabitur longitudo, & latitudo in ea eo modo, quo vulgares accipiunt longitudinem, & latitudinem. In cortinis autem videbatur esse maior latitudo quam longitudo: quia non accipiebantur secundum idem longitudo, & latitudo: sed comparatur longitudo cuiuslibet ad latitudinem quantum simul. Sed si comparatur in eadem cortina longitudo erat cubitorum triginta, & latitudo quatuor, quæ tamen omnes coniungebantur per latera latitudinum suarum fiebat illa latitudo maior quam esset longitudo cuiuslibet illarum per se. In cooperimentis autem de pellibus arietinis, vel hyacinthinis non poterat sic accipi, sed fiebat totum vnum operimentum ex multis pellibus quibusdam maioribus, & quibusdam minoribus: & assumebatur longitudo eius a fronte tabernaculi orientali vsque ad occidentale latus, descendendo atque detegendo ipsum latus occidentale tabernaculi. Et istud erat spatium cubitorum quadraginta, vt patet ex superioribus. Latitudo assumebatur in tegendo latus aquilonaris latitudinis, & meridiana, & spatium medium tecti inter ista duo latera, & erat hoc totum triginta cubitorum, vt etiam ex prioribus patet. Quod autem ista operimenta tantam tenuerint magnitudinem satis probabile atque veresimile est. Nam nisi æqualia tabernaculo tegendo forent, vt nec quicquam, auraddi aut minui opus esset, daretur in eis aliqua mensura, sed simpliciter positum est, vt fierent operimenta. De cortinis enim, quia aliquantulum deficie-

Quæ erat
quantitas
determina
ta operi
mentorum

Tertium
operitorij
tabernacu
li.

abant ab æqualitate tabernaculi, scilicet duobus cubitis: dictum est, quid haberent longitudinem, & latitudinem. De sagis etiam quia addebant quatuor cubitos super longitudinem tabernaculi ab oriente in occidentem dictum est de longitudine, & latitudine. In his autem, quia penitus æqualia tabernaculo fieri debebant, in nulla alia mensura poni debebant, nisi quod fierent ad æqualitatem tabernaculi. Quod satis intelligi dabatur, cum non poneretur aliqua mensura: quædam namque sunt, quæ non apponita mensura mensurata sunt, & non apponendo signum signata sunt, vt infinitæ propositiones. Sic autem cum hic non apponeretur aliqua specialis mensura, ex hoc solo notificabatur mensura eorum, scilicet quod deberent esse secundum mensuram tabernaculi, quia alia specialis non apponebatur. Item erat alia causa, quia in alijs operimentis erat compositio ex pluribus, scilicet quod vna cortina fieret ex certis cortinis certæ quantitatis, vel certis sagis. In pellibus autem arietinis, vel hyacinthinis non potest hoc stare, quia alique erant maiores, & alique minores: & interdum diuidebantur, & sarciebantur secundum artem ipsorum coriariorum: ideo non debebat dari alia quantitas in partibus cooperitorij hyacinthini, aut pellium rubricatarum, nisi vt essent secundum magnitudinem tabernaculi ipsius tegendi. *Facies, & operimentum aliud.* Præter operimentum cortinarum, & sagorum. *De pellibus arietum rubricatis.* Pelles arietum arte coriariorum parantur, & postea rubricantur, & ex his confectis fiebat vnum operitorium. *Super hoc aliud operimentum de pellibus hyacinthinis.* Istud erat quartum. De isto autem operimento, & de alio de pellibus rubricatis dicit Beda, quod solum tegebant tectum, & non descendebant ad tegenda latera. Sed dicendum est vt supra dicebamus, scilicet quod tegebant totum tabernaculum, siue supra tectum, siue in circuitu laterum, & erant ista operimenta fortiter religata funibus, & spaxillis in terram fixis, ita vt non mouerentur a vento. *De pellibus hyacinthinis.* Pelles hyacinthinæ vocantur pelles habentes colorem hyacinthi, id est colorem cælestem subalbium, declinantem ad azurinum. Et dicit Iosephus, quod talis coloris erat tabernaculum in parte exteriori, vt qui illud a longe respiceret, quasi cœlum esse putaret, & respicientes mirabantur.

Quantum
operimen
tum taber
naculi.

Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim, quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. In lateribus tabulæ duæ in castaturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur: quarum viginti erunt in latere meridiani, quod vergit ad austrum: quibus quadraginta bases argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis per duos angulos subiiciantur. In latere quoque secundo tabernaculi, quod vergit ad Aquilonem, viginti tabulæ erunt, quadraginta habentes bases argenteas. Binæ bases sin-

Pars Secunda. F 2 gulis

Alph. Toit. super Exodi

gulis tabulis supponentur. Ad occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas, & rursum alias duas, quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntque coniunctæ a deorsum, vsque sursum, & vna omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis, quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura feruabitur. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sexdecim, duabus basibus per vnam tabulam supputatis. Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in vno lateræ tabernaculi, & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalem plagam: qui mittentur per medias tabulas a summo vsque ad summum. Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario, & pulchra varietate contextum: quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt capita aurea, & bases argenteas. Inferetur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonij, quo & sanctuarium, & sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones, & propitiatorium super arcam testimonij in sancta sanctorum, mensamque extra velum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: mensa enim stabit in parte aquilonis. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario. Et quinque columnas deaurabis lignorum setim; ante quas ducetur tentorium: quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

Facies & tabulas. Hic ponitur secundum, scilicet tabularum fabricatio. Ita autem tabule erant fundamentum tabernaculi ipsius, licet primo Moyses de ipsis operimentis mentionem fecit. Sciendum autem, quod istud tabernaculum erat de tabulis secundum significatum huius nominis tabernaculum: non tamen erat totum de tabulis, quia in parte superiori recti nulla tabula ponebatur, nec in parte o-

rientis, sed solum in latere meridiano, & occidentali atque boreali: quælibet autem tabularum harum erat in altitudine cubitorum decem, & in latitudine cubiti, & dimidij.

An grossicie cuiuslibet tabula tabernaculi esset vnus cubiti.

QVÆSTIO. XI.

DE spissitudine autem earum non patet in litera.

Rabbi Salomon autem dicit, quod erat tabularum spissitudo vnus cubiti. Sed hoc non est verisimile. Primum quia si tantæ grossicie essent, vix possent præ magnitudine ponderis deportari. Secundum quia etiam propter pondus suum, cum statuerentur quasi per se stantes super duas, quarum quælibet tabula habebat bases, declinaret ad aliquam partem, & nulla basis sufficeret. Item hoc dato sequeretur, quod latera tabernaculi aut inter se distarent octo cubitis, & non amplius, aut non posset regere aliquod de sagis totum tabernaculum per transversum, quorum vtrumque est falsum. Primum, scilicet quod non solum distarent inter se latera septentrionale, & meridiano octo cubitis. Nam tanta erat distantia lateris septentrionalis a meridiano, quanta erat magnitudo lateris occidentalis, quia latus occidentalis erat distinguens latus meridiano, & aquilonare, & capiebatur inter ea. Sed istud latus erat decem cubitorum, ergo distantia lateris aquilonaris a meridiano erat decem cubitorum, & sic non solum octo. Quod autem esset decem cubitorum patet: quia in latere occidentali ponebantur octo tabulæ, vt patet infra quarum sex erant maiores, & duæ minores, quælibet sex tabularum erat cubiti, & dimidij: quælibet autem duarum tabularum erat dimidij cubiti, & sic sex tabulæ maiores continerent spatium cubitorum nouem, duæ autem minores tabulæ continerent spatium vnus cubiti, & sic forent cubiti decem. Quod autem falsum sit sagum aliquod non posse cooperire totum tabernaculum patet, quia sagæ erant maiora, quam cortinæ in duobus cubitis: & cortinæ non poterant operire totum tabernaculum. De sagis autem dictum est, quod ex eo quod pendebant duobus cubitis vltra cortinas protegabant latus vtrumque tabernaculi: ergo sagæ descendebant vsque ad humum cooperientia totaliter latera tabernaculi, alias enim non dicerentur protegere latera tabernaculi. Et si forte dicas, quod cooperiendo aliquam partem laterum tabernaculi dicebatur protegere ipsa latera, & sic sagæ protegabant ipsa latera tabernaculi: quia certam partem protegabant. Respondetur, quod ista responsio non stat: nam eodem modo diceretur, quod cortinæ protegabant latera tabernaculi, quia aliquam partem protegabant: sed non dicitur de illis, & dicitur de sagis: ergo sagæ totaliter operiebant ipsum tabernaculum. Consequentia autem superior probatur, quia latus aquilonare erat altitudinis decem cubitorum, quia omnes tabulæ tabernaculi erant decem cubitorum, & altitudo tabularum lateris meridiani erat decem cubitorum: si autem spissitudo cuiuslibet tabulæ esset vnus cubiti, spissitudo lateris meridiani occuparet vnus cubitum, & spissitudo lateris aquilonaris occuparet alium cubitum, & essent viginti duo cubiti cum altitudine ipsorum laterum septentrionalis, atque meridiani. Tunc si inter latus septentrionale, & meridiano esset spatium

Opi. Rabbinorum est futurum.

Doc. deter. mina.

Quomodo omnes tabule in sanctuario inter se ordinabatur.

Resp. ad ueritatem est futurum.

spatium cubitorum decem essent cubiti triginta duo, in tota ista magnitudine transuersa tabernaculi: sed sagum quodlibet erat solum triginta cubitorum longitudinis: ergo nullum sagum secundum longitudinem suam positum transuersaliter super latitudinem tabernaculi poterat operire totum tabernaculum, quæ est contra supra probata. Vel si velis dicere: quod quodlibet sagum operiebat totum tabernaculum transuersaliter, cum altitudo lateris septentrionalis, & meridiani fiat viginti cubitorum, & spissitudo amborum laterum simul sit duorum cubitorum, manebit spatium inter ista duo latera solum octo cubitorum, vt sint triginta cubiti in summa, & sagæ, quæ triginta cubitorum erant, possent operire totum tabernaculum. Sed hoc est falsum, quod spatium inter duo latera, scilicet meridiano, & septentrionale sit octo cubitorum. Nam ex litera patet, quod sit decem cubitorum: ergo falsum est id ex quo sequuntur ista, scilicet quod spissitudo cuiuslibet tabulæ esset vnus cubiti. Dicendum ergo, quod spissitudo cuiuslibet tabulæ erat quatuor digitorum, vel forte minus vt ait Iosephus. Tabulæ autem istæ sic ordinabantur, quod ponebantur in lateribus tribus, scilicet in latere septentrionali, & occidentali, & meridiano. Nam latus orientale tabulam nullam habebat, sed operiebatur quodam tentorio ante positum, vt patet vigesimo septimo capit. & in istis lateribus erat talis dispositio, quod latus meridiano, & septentrionale erant æqualia, & quodlibet erat cubitorum triginta, & fiebat de tabulis, quarum quælibet erat latitudinis cubiti, & dimidij, & altitudinis decem cubitorum. & in quolibet istorum laterum ponebantur tabulæ viginti, quæ faciebant cubitos triginta, & ista erat longitudo tabernaculi: in latere autem occidentali erant octo tabulæ sic dispositæ, quod sex erant secundum quantitatatem aliarum tabularum, quæ erant in alijs duobus lateribus, septentrionali, & meridiano, scilicet quod quælibet earum continebat cubitum, & dimidij latitudinis, & decem cubitos altitudinis. faciebant ergo secundum latitudinem cubitos nouem. Ponebantur autem duæ paræ tabule, quarum quælibet erat cubiti dimidij, & sic ambe faciebant vnus cubitum, quarum vna ponebatur in confinio lateris occidentalis cum meridiano, & alia in confinio lateris septentrionalis, & occidentalis. & sic fiebat illud latus decem cubitorum latitudinis. Istæ autem tabulæ ponebantur super terram infixæ basibus: & sic tenebantur, scilicet quod quælibet tabula haberet duas bases: de quo magis supra diximus. Etiam istæ tabulæ habebant quasdam concauationes in lateribus, quæ incastraturæ vocantur, ita vt vna tabula alteri inhereret, & hoc est quod in vna tabula fiat labium ac subintret concauationem alterius, & sic de omnibus, ne disiungantur: sic enim in communibus ædificiis fit. *Facies & tabulas stantes.* Vocantur tabulæ stantes, id est erectæ, quia secundum altitudinem suam erant erectæ, scilicet quod quælibet erat altitudinis cubitorum decem, & cubiti & dimidij latitudinis, & secundum illam dimensionem, quæ altior est vocatur tabula stans, si illa ponatur versus supra: si enim tabulæ existentes decem cubitorum in altitudine ponerentur extente per solum, ita quod cubitus, & dimidius erigeretur in altum, & decem cubiti iacerent: licet secundum aliquid sui esset stans, quia tamen id quod longius est erat iacens, non vocatur stans. dicuntur tabulæ stantes, quia secundum suam maiorem longitudinem in altum eleuantur. *Tabernaculi.* Id est ex quibus tabernaculum fieri debet, quia proprie tabernaculum erat id, quod de tabulis fiebat: sicut sua demonstrat origo, licet supra operimentum cor-

Alph. Toft. super Exodi

atinarum tabernaculum vocetur, cum dictum fuit, quod ponerentur duæ illæ magnæ cortinæ ligatæ per circulos aureos, vt vnus ex omnibus tabernaculum fiat, id est vnus tabernaculi operimentum. *De lignis setim.* Ista ligna aptabatur ad omnia tabernaculi opera, quæ de lignis fabricanda erant, nullaque alia ligna ponebantur propter excellentiam istorum lignorum. *Quæ singula duos cubitos in longitudine habebunt.* Licet in quolibet re accipiantur tres mensuræ, si corporea est, scilicet longitudo, latitudo, & altitudo, quæ coincidunt cum profunditate, sicut in corpore humano accipiuntur: & distinguit eas Augustinus de Ciuitate Dei libro decimo quinto, in fine libri: tamen hic longitudo, & altitudo non accipiuntur distinctè, quia quælibet tabula erat longitudinis cubitorum decem, & isti decem cubiti vocabantur altitudo eius, quia mensura horum decem cubitorum in altum tollebat, & sic erat altitudo. *In latitudine singulas, & semissem.* Id est quælibet habeat cubitum & dimidij in latitudine. Super longitudinem autem cuiuslibet tabulæ nihil ponebatur, quia tabernaculum solum erat in altitudine cubitorum decem: in latitudine autem apponebatur vna tabula alteri. *In lateribus tabula.* Id est cuiuslibet tabulæ: nam omnes tabulæ habebant istas duas incastraturas in quocumque latere essent, præter duas tabulas extremas, scilicet vnâ tabulam lateris meridiani, & aliam tabulam lateris septentrionalis: nam tabulæ illæ duas incastraturas habebant, quæ duabus tabulis coniungebantur: omnes autem, quæ erant in tabernaculo coniungebantur duabus tabulis præter tabulas illas duas. Nam prima tabula, quæ erat in latere meridiano solum coniungebatur tabulæ, quæ erat post se, & nulli alteri priori: & sic vnâ incastraturam habebat: & sic de tabula, quæ prima erat in latere septentrionali a parte orientis. *Duæ incastraturæ fiunt.* Vocatur incastratura quælibet concauatio facta in tabulis ad hoc quod iungantur, scilicet quod leuigando tabulas cauatur ex aliqua parte, & in illas cauaturas intrant aliæ tabulæ, vt sic se contineant: & sunt istæ cauaturæ in lateribus tabularum: & fiebant duæ incastraturæ, id est incastraturæ in duobus lateribus. Et hoc quia quælibet tabula duabus tabulis iungebatur vni ante, & alteri post, & in quolibet coniunctione requiritur vna incastratura: ergo quælibet tabula habebat duas incastraturas præter duas primas tabulas duorum laterum, scilicet septentrionalis, & meridiani. *Quibus tabula alteri tabula connectatur.* Id est quod per istas incastraturas, vna tabula connectebatur alteri: Et non solum quod connectatur vna tabula alteri per incastraturas, sed quod contineatur cum altera per incastraturas. Nam quod coniungatur vna tabula cum altera, hoc contingit per solum laterum leuigationem planando, & nihil omnino cauando, sed quod tabulæ contineant se, non contingebat per solum planationem laterum, sed per concauationem eorum, & subintretionem. *Atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabantur.* Quod enim dicebat supra, in quolibet tabula duas incastraturas esse faciendas, vt tabula tabulæ coniungatur, non est intelligendum, quod fieret hoc, vt vna tabula vniretur alteri tabulæ, quia ad hoc sufficiebat vna incastratura, sed ad hoc vt duæ tabulæ coniungerentur vni tabulæ in lateribus eius: & nunc dicit in hunc modum oēs tabulas esse parandas. Hic demonstratur quantitas, & cauatura, scilicet quod omnes tabulæ erunt altitudinis cubitorum decem, & latitudinis vnus & semissem: & quod in duobus lateribus cuiuslibet erunt duæ concauaturæ, siue incastraturæ. Ab his tamen excipiuntur quatuor tabulæ, quæ non seruant hanc regulam.

Pars Secunda.

F 3 Et

Et hoc, quia istud præceptum continet duas partes. Sunt enim duæ tabule, quæ deficient quantum ad vnam partem præcepti, & alia duæ, quæ deficient quantum ad aliam partem. Primum dixit, quod omnes tabulæ haberent cubitum & dimidium altitudinis siue longitudinis, & cubitum & dimidium latitudinis. Ab hoc excipiuntur duæ tabulæ, quæ ponebantur in latere occidentali post sancta sanctorum in extremitatibus lateris illius: nam quælibet earum continet dimidium cubitum solum. Secunda pars præcepti erat, quod quælibet tabula haberet duas incastraturas in duobus lateribus suis. Ab hac excipiuntur duæ tabulæ, quæ primæ erant in duobus lateribus, scilicet septentrionali, & meridiano. *Quarum viginti erunt in latere meridiano.* Ex hoc cognoscitur, quanta erat longitudo, & altitudo illius lateris: nam cum ponerentur tabulæ viginti, & quælibet esset cubiti & dimidij, faciebant cubitos triginta in longitudine lateris: altitudo autem erat tanta, quanta erat altitudo tabularum: quælibet autem tabula erat altitudinis cubitorum decem. Ergo tabernaculum solum erat cubitorum decem. *Ergo tabernaculum solum erat cubitorum decem.* Ergo tabernaculum solum erat cubitorum decem. *Quod versus ad austrum.* Aufer nomen venti est, astantis. Diuidendo totum horizontem nostrum per duas lineas se orthogonaliter secantes, quarum caput vnus sit in Orientis puncto, & pes in Occidente: & alia sit orthogonaliter secans quadrando circulum horizontis nostri, oportet vt caput eius sit in puncto meridiei, & perueniat in punctum septentrionis. Et nominantur istæ partes mundi a ventis flantibus ab illis punctis, sic est enim vulgaris consuetudo mundi partes designare. *Quibus quadraginta bases argenteas fundes.* Id est mittes vel pones. Vocantur bases in tabulis, & bases in columnis, sed non erant tales bases columnarum sicut bases tabularum: nam bases columnarum erant rotundæ, & ampliores quam ipsæ columnæ, vt bene federent columnæ super tales bases, & sic fit in columnis, quas quotidie videmus. Et fuit iste modus basium in columnis, quæ erant ante sancta sanctorum, & in illis, quæ erant ad ostium tabernaculi, & in his, quæ erant in tabernaculi circui, scilicet in columnis atij: in tabulis autem non erant bases grossiores, & latiores ipsis tabulis. Et est signum huius, quia in qualibet tabula erant duæ bases: si autem basis esset grossior, quam ipsa tabula, quæ firmabatur super basim, impossibile esset duas bases simul poni sub eadem tabula: sicut non possunt poni immediatè duæ bases sub aliqua columna. Ratio autem diuersitatis est, quia bases, quæ ponuntur sub columnis, ideo ponuntur, vt columnæ non inclinentur contra aliquas partes. Etiam vt columnæ superiori pondere pressæ solo non infigantur, & ponderi cedant: cum autem basis grossior est, columna infigi non potest solo, detinente amplitudine basis: in tabulis autem non erat aliquod pondus premeus quod eas solo infigi cogeret, cum sola cortinarum, & sagorum, atque pellium tegumenta superposita haberent: ideo aliter fieri debuerunt bases tabularum, scilicet vt eas tenerent, ne in vnam, aut alteram mouerentur partem. Erant autem istæ bases quædam petraea argentea fabricata opere fusorio, ita vt acuta essent, & longa: & sic infigebantur solo profundius, ne tabulæ superficialiter telluris infidentes nullatenus mouerentur. Et istæ bases primò infigebantur ipsis tabulis, scilicet quod fiebant in summitatibus tabularum, quibus terræ iungebantur duæ profundæ cauaturæ, & ibi infigebantur illæ bases, ita quod manerent immobiles in tabulis, & postea infigebantur telluri: & sic tabulæ immotæ manebant. *vt binæ bases singulis tabulis per duos angulos subiiciantur.* Quælibet tabula habebat

duos angulos in extremitate illa tangente terram, scilicet apud extremitates duorum suorum laterum, & apud illos duos angulos fiebant duæ magnæ cauaturæ, & in has cauaturas bases infigebantur: & sic in isto latere, cum essent viginti tabulæ, erant bases quadraginta supputando duas bases quibuslibet tabulis. *In latere quoque secundo tabernaculi, quod respicit ad aquilonem.* Hic innuit latus meridianum esse primum, & latus septentrionale esse secundum, sed secundum naturam non erat magis primum vnum, quam alterum. Poterat tamen vocari primum dupliciter: vno modo, quia primum illud erectum est: secundò quia de ipso primò Deus locutus est. *Quod respicit ad aquilonem.* Hic denominatur alia pars mundi, quæ est septentrionalis: & denominatur a vento, sicut pars meridiana denominabatur ab alio vento, scilicet ab austro. Denominatur autem pars septentrionalis a vento, qui dicitur Aquilo: & iste est collateralis Boreæ: nam Boreas est, qui flat de medio puncto septentrionis secundum duas lineas quadrates nostrum horizontem. Accipitur tamen Aquilo multoties pro ipso Boreæ. Et dicitur Aquilo, quasi aquas ligans, quia est ventus frigidus valde, vt pote flans a partibus mundi frigidissimis. *Viginti tabulæ erunt habentes bases viginti argenteas.* Et hoc quia æquale latus erat septentrionale lateris meridiano, & erant ista duo latera æquidistantia, scilicet quod non magis distabat vnum latus ab altero in vna parte, quam in altera: sicuti dicimus de lineis parallelis. Erant autem bases argenteæ sub his tabulis, quia propter nobilitatem operis tabernaculi in toto tabernaculo non ponebant aliquid æris, sed totum quicquid erat, argentum, & aurum erat, præterquam de paxillis, quæ extra erant, & fiebant ex ere. *Binæ bases singulis tabulis supponentur.* Scilicet per duos angulos tabulæ in extremitatibus eius apud duos angulos tabulæ sicut fiebant in tabulis lateris meridiani. *Ad occidentalem vero plagam.* Hic ponitur tertium latus, scilicet plaga occidentalis. Vocatur plaga occidentalis, id est terra, vel pars occidentalis: signat enim plaga tria, vt ait Hebrardus, scilicet quod plaga signat vulnus, & signat retæ ad capiendas feras, & signat partem mundi: non quidem quod plaga aliam quam terram proprie vel absolute significet, sed signat situm, scilicet contra orientem, vel occidentem, vel alium quemcumque situm. *Facies sex tabulas.* Istæ sex tabulæ erant de magnis, scilicet continentibus in longitudine cubitos decem, & in latitudine cubitum & dimidium, & istæ sex faciebant nouem cubitos latitudinis. Vocantur autem hic sex tabulæ, & non octo, sicut erant secundum veritatem, quia istæ sex tabulæ erant de maioribus, de quibus vsque nunc dixerat, scilicet quod continebant in altitudine cubitos decem, & in altitudine cubitum & semissem. *Et rursum alias duas.* Scilicet quæ non sunt eiusdem mensuræ cuiusmodi sunt priores, vt contineat quælibet cubitum & dimidium, sed quælibet continet solum dimidium cubitum. *Quæ in angulis erigantur.* Positis enim sex tabulis in medio lateris occidentalis, cum illæ tabulæ contineant nouem cubitos latitudinis, & tabernaculi latus occidentale esse debebat decem cubitorum, deficiebat vnus cubitus, scilicet ad quamlibet partem vnum dimidium cubiti: si autem poneretur vna tabula de maioribus, cum quælibet illarum esset cubiti & dimidij: esset iam totum illud latus decem cubitorum, & dimidij: ergo non debuit poni vna tabula integra, sed posita fuerunt duæ tabulæ paræ, & istæ erigebantur in angulis: quia vna fuit erecta in angulo recto, contingentiæ lateris meridiani & occidentalis: & alia in angulo contingentiæ lateris aquilonaris & occidentalis. Et dicitur, quod ista tabulæ

Vnde ag-
lo dicitur.

Plaga tria
significat.

se erigebantur, quia altitudo earum, quæ erat cubitorum decem, ponebatur verius supra. *Post tergum tabernaculi.* Tergum tabernaculi erat oppositum ostio tabernaculi: erat aut ostium tabernaculi in parte orientali, & illa pars non erat tecta tabulis, sed solo tertorio factò de hyacinto, & purpura & cætera, vt patet sequenti capitulo. pars autem, quæ erat ad occidentem operata erat tabulis, quia istud erat latus tegens sancta sanctorum: *Eruntque coniunctæ.* Hoc dicitur de tabulis, quæ iunctæ erant, ita vt vna incastraretur alteri: & non dicitur de tabulis omnibus, sed solum de tabulis magnis habentibus cubitum & dimidium in latitudine, licet de vrisque verum sit, quod erant coniunctæ ab infra versus supra. Quod autem de his solis hic dicitur patet, quia dicitur postea: duabus quoque tabulis, quæ ponendæ sunt similis iunctura seruabitur. Si autem hic de omnibus tabulis intellexisset, non subiungeretur postea eandem iuncturam esse seruandam in aliquibus aliis, cum nullæ manerent, de quibus hoc dici posset. *Eruntque coniunctæ a deorsum vsque sursum.* Id est quod in qualibet illarum tabularum erat faciendæ cauatura in duobus lateribus eius, & illa perueniebat a summitate tabulæ vsque deorsum, ita quod vnum labium prominere in qualibet tabula a supra vsque infra. *Et omnes vna compago retinebit.* Dicitur vna compago, secundum continuationem, quia vna coniungebatur alteri, & illa alteri, & sic omnes tabulæ erant habentes vnam compaginem, id est coniunctionem, & vocantur hic omnes tabulæ non solum omnes, quæ erant in vno latere tabernaculi, sed omnes tabulæ quæ erant in omnibus lateribus. Et patet, quia tabula prima, quæ erat in principio lateris meridiani, erat compaginata sequenti tabulæ per incastraturas, quæ fiebant in eis, & illa sequenti, & sic vsque ad vltimam tabulam istius meridiani lateris, quæ omnes se tangebant ordine recto: vltima autem, quæ erat in latere meridiano coniungebatur primæ, quæ erat in latere occidentali, & illa sequenti, & sic vsque ad vltimam illius lateris: deinde ista, quæ vltima erat coniungebatur tabulæ vltimæ existenti in latere septentrionali: & illa sequenti donec veniatur ad primam tabulam lateris septentrionalis. & sic omnes tabulæ trium laterum, quæ sunt omnes tabulæ totius tabernaculi vnica compagine tenebantur. *Duabus quoque tabulis, quæ in angulis ponendæ sunt.* Istæ sunt duæ tabulæ paræ secundum latitudinem, scilicet, quod quælibet continebat dimidium cubitum, vt clauderetur latus occidentale in decem cubitis, & dicuntur istæ tabulæ ponendæ in angulis, id est ad claudendum angulos: & non solum ponebantur istæ duæ ad claudendum, sed etiam alia duæ: nam vna tabula lateris meridiani cum alia de parnis tabulis lateris occidentalis clauderent angulum vnum, & alia tabula extrema aquilonaris lateris cum alia parua tabula lateris occidentalis clauderent alium angulum. Dicuntur istæ poni in angulis, & non dicitur in quibus angulis, sed non opus fuit, quia in toto tabernaculo solum erant duo anguli, qui clauderentur super latus occidentale, a latere meridiano vnus angulus, & a latere aquilonari reliquus angulus: nec poterat aliq. alius angulus causari, cum non essent plura latera claudentia: si enim quatuor latera fuissent, quatuor facerent angulos, quia tamen erant solum tria, faciebant duos angulos. *Similis iunctura seruabitur.* Scilicet quod in qualibet earum fieri debet iunctura, siue cauaturæ sicut fiebat in omnibus aliis tabulis: & hoc quia quælibet illarum duarum paruorum tabularum coniungebatur vni tabulæ in latere suo occidentali, & alteri tabulæ in latere septentrionali, aut meridiano. *Et erunt simul tabulæ.*

Abulæ octo. Scilicet quæ sunt in latere occidentali, duæ quidem paruæ, & sex magnæ. *Bases earum argenteæ decem, & sex.* Nam ita infigebantur duæ bases in qualibet tabula paruâ sicut in magna, idem subiunxit Deus hoc ad tollendum dubium: nam cum Deus mandasset in qualibet aliarum tabularum magnarum infigere duas bases, & quælibet illarum tabularum esset cubiti & dimidij: iste autem paruæ tabulæ solum essent dimidij cubiti, putaret Moyses cuiuslibet harum paruorum tabularum basem vnica supponendam: erant tamen necessariæ duæ, vt infigerentur in duobus lateribus, siue angulis tabulæ, ne ad aliquam partem inclinari posset tabula, vnica base suffulta. *Duabus basibus per vnam tabulam supputatis.* Id est quod pro qualibet tabula computari, vel accipi debebant duæ bases, & sic numerus basium esset duplus ad numerum tabularum, sed tabulæ erant quadraginta octo in toto tabernaculo, scilicet viginti in latere meridiano, & totidem in aquilonari, & octo in latere occidentali: bases ergo erant nonaginta sex, quod est solum duplum. *Facies & vestes.* Hic ponitur tertium, scilicet vestium fabricatio, & vocantur vestes quædam ligna existentia transversaliter in latitudine tabularum, quibus ipsa tabulata coniunguntur. Nec accipitur hic tabulatum eo modo habere vestes, sicut dicebatur arca habere vestes, vel altare holocaustorum: nam arca, & alia supellectilia tabernaculi habebant vestes, vt portarentur in eis: tabulæ autem non habebant vestes ad vehendum, id est portandum, cum portarentur in plaustis Meraritarum, vt patet Num. 4. cap. sed ponebantur vestes ad continenda ipsa tabulata. Nam licet a parte inferiori continerentur tabulæ: ne caderent in vnam vel alteram partem: non tamen habebant aliquid continens in parte superiori, ne tabulæ dissilirent: ideo positi sunt vestes: & sic dicitur, facies vestes de lignis letim ad continendas tabulas: tales autem vestes sunt in ostiis domorum: nam vt tabulæ ex quibus ostium compactum est, ne discompaginètur, ponuntur post ipsas tabulas transversaliter quædam ligna, & ipsis tabulis ostiorum clavis fortiter infiguntur, & nequeunt tabulæ ab alterutro diuelli. Non consueuimus tamen nuncupare vestes ipsa ligna, quæ ponuntur transversaliter in ostiis domorum. Ratio autem diuersitatis, quæ est inter ista, & ligna, quæ ponebantur in lateribus tabularum tabernaculi est: quia vestes dicuntur ab inuehendo, & hoc fuit quia vehuntur per illos alique res, & sic vocantur vestes arçæ, & vestes altarium: siue quia ipsi vehuntur per aliquid alterum, & sic vestes tabularum poterant vocari vestes, quia fiebant circuli aurei, per quos mittebantur illi vestes, & sic quantum ad hoc vehabantur. Neutrum autem horum competit lignis positis transversaliter in tabulis ostiorum, quia ista non inuehuntur per circulos ita quod ponantur, & tollantur ab ipsis ostiis, sed infigantur fortiter ipsis tabulis quibusdam clavis. *De lignis setim quinque.* Fiebant autem de lignis setim propter nobilitatem illorum lignorum, & de his lignis fiebant cætera, quæ in tabernaculo lignea erant.

Quomodo vestes essent quinque, & qualiter collocarentur in quolibet latere tabernaculi.

Q V A E S T I O. XII

SED quia dicitur hic, quod isti vestes erant in quolibet latere tabernaculi quinque, dubium est, quis modus sit assignandi eos esse quinque. Aliqui ponunt Pars Secunda. F 4

De fabricacione vestium.

Opinio nunt esse quinque vectes, ita quod omnes ponantur in vno ordine, scilicet quod ponatur vnus vectis in latere meridiano incipiendo a prima tabula illius lateris. Nam omnes tabulae coniungi debebant per vectes, & ille vectis non perueniat ad extremitatem lateris illius meridiani, scilicet vsque ad vltimam tabulam, sed perueniat vsque ad aliquam partem, & tunc coniungatur illi alius vectis: & hoc secundo finito adiungatur tertius, & sic de aliis, donec ponatur quintus, qui perueniat vsque ad extremitatem tabularum illius lateris, & sic quinque vectes erunt sibi succedentes in eodem ordine, ita quod caput vnus incastratur alterius extremitati, & sic omnes quinque sint incastrati, & per hunc modum in qualibet tabula solum erit vnus anulus: nam isti vectes erant in lateribus tabularum, & transibant per circulos: si ergo vnus ordo vectium erat in quolibet latere, necesse erat vnicum circulum poni. Sed ista positio non conuenit. Primò quia in tanta altitudine tabularum non sufficienter contineret vnus ordo vectium: nã tantundem erat sic poni quinque vectes, sicut si poneretur vnus, quæ pertingeret a principio lateris vsque ad finem eius. Sed manifestum est, quod tanta altitudo tabularum, scilicet decem cubitorum pluribus ordinibus vectium indigebat, vt firmius tanta moles contineretur. Patet hoc in alijs aedificijs, sicut in portis domorum aut ciuitatum, vbi plures sunt vectium ordines, & inter se spissiores. Item quia cum mandentur hic poni quinque vectes in latere meridiano, & totidem in septentrionali, poterat quidem adhuc aliquo modo tolerari, quia longitudo lateris meridiani erat viginti cubitorum, & totidem longitudo lateris septentrionalis: & postius quinque vectibus in eodem ordine, esset quilibet vectis quatuor cubitorum: in latere tamen occidentali hoc stare non poterat, quia cum solum esset longitudo decem cubitorum, nõ poterat esse vectes maiores, quàm quod quilibet esset cubitorum duorum: Ad quid enim erat facere tantam paruitatem in vectibus? quia dum plures vectes essent minus contineret, & debilius: sicut in omnibus aedificijs quando ligna longa sunt attingentia vsque ad necessaria loca, sunt fortia aedificia: quãdo vero non est aliquod lignum ita longum, & ponuntur multa coniuncta ad supplendum vnus longitudinem, aedificium infirmius est, facilliusque dissoluitur: melius ergo erat poni duos vectes, aut vnum in latere illo occidentali, quod paruum erat, & pertingeret ab extremitate vsque ad reliquam extremitatem, quàm vt tot vectes parui ponerentur. Nam sic positus quinque vectibus, esset pluralitas sine necessitate, & nõ solum sine necessitate, sed etiã cum damno: quã valde est peccatũ, vt ait Arist. in 8. Polit. Dico autẽ peccatum de peccato artis, non autẽ de peccato prauæ voluntatis. Item quilibet artifex sapiens moderatur omnia, quæ facit reducendo in causam altissimã. s. in finem: finis namque imponit necessitatem his, quæ ad finem: cũ ergo in latere meridiano fieret vectes quinque, & totidẽ in latere aquilonari, oportebat esse aliquam finem necessitatem, propter quã fierent: aliã esset peccatum, & totalis deuatiõ in arte, scilicet facere aliquid sine fine præsupposito: tunc ergo cum in latere occidentali totidem vectes poni iussent, quot in alijs duobus lateribus, oportebat eundem finem esse, quare ponerentur ibi, & in alijs lateribus: erant autem isti vectes ad portandum vnicumque essent, scilicet quod ipsi multiplicarentur, scilicet quod essent quinque, aut erat propter longitudinem laterum, aut propter altitudinem. Si autem propter longitudinem, cum dupla longitudo esset in lateribus meridiano, & aquilonari, quàm in occidentali: ergo plures duplo vectes esse debebant in latere meridiano, aut aquilonari, quàm in occidentali: sed in quolibet aliorum erant solum quinque vectes: ergo in occidentali latere debebant esse duo vectes, aut tres ad magis. Nam dimidijs vectis poni non poterat, quia quantumcunque paruus esset, vnus vectis esset. Si autem propter altitudinem tabularum continendam firmiter ponebatur multiplicatio vectium, non debebat fieri positio vectium in eodem ordine, sed in diuersis: nam quantum ad longitudinem, & altitudinem tabularum, nihil magis continebant vectes quinque, siue mille positi in eodem ordine, quàm vnus pertingens ab extremitate ad extremitatem lateris: imò magis teneret vnus vectis, vt probauimus: oportebat ergo poni plures vectium ordines, scilicet quod quidam vectes ponerentur supra versus capita tabularum, & alij infra versus medium, & sic de cæteris, & tunc rationabiliter stat, quod ponerentur totidem vectes in latere occidentali, quot ponebantur in latere meridiano, & septentrionali: nã cum ponantur vectes multi ad continendam tabularum altitudinem, & tanta altitudo esset in latere occidentali, sicut in alijs lateribus, necessarium erat poni in vtrisque totidem vectes. Patet antecedens, quia altitudo cuiuslibet tabulae erat decem cubitorum, vt supra patet: necessarium ergo dicendum est plures esse vectium ordines, & plures in quolibet tabula circulos ad continendos plures vectes. Sed adhuc posito hoc est diuersitas in assignatione ordinis vectium: nam vectes quinque ponere cogimur, sed in quot ordinibus isti essent in litera non clare manifestatur. Rabbi Salomon dicit, quod erant tres ordines vectium, & in his tribus ordinibus erant quinque vectes, scilicet quod in ordine superiori erat vnus vectis longus perueniens à principio lateris vsque ad finem eius, & in parte inferiori erat alius magnus vectis eodẽ modo perueniens à principio vsque ad finem: in medio autem tabularum erat alius ordo vectium: & in hoc ordine erant tres vectes, ita quod extremitas vnus veniebat vsque ad tertiam partem longitudinis illius lateris, & ibi mittebatur extremitas illius vectis in concauitatem alterius vectis sequentis. Et fiebat ista incastratura, sicut in baculis Episcoporum, qui videntur esse vnus baculus, & tamen sunt duo: quemadmodum etiam in Crucibus multis fit, quæ sunt factæ ex multis fragmentis, & vna pars incastratur alteri, & alia alteri, & videtur esse vnum continuũ, & sic continent se partes illius Crucis: Sed adhuc ista positio non multum conuenit, quia dicitur in litera, quod fiant quinque vectes: vectis autem semper dicit lignum magnum, quod excedit mensuram rei, cuius est vectis: si autẽ minus lignum sit, quod id, in quo ponitur, vt vectis iam non vocatur proprie vectis: ergo non dicerentur quinque vectes, sed tres vectes, si solum tres vectium ponerentur ordines. Patet antecedens ex similitudine vectium arcae, & mensæ, atque altarium, quia hi excedebant quãtitate arcae, & mensæ, atque aliorum, quorum vectes erant. Item quia dicitur hic in litera, quod debebant esse quinque vectes, & venire ab extremitate tabularum lateris vsque ad alteram extremitatem, & necessarium sic essent ordines quinque vectium, scilicet quot vectes erant. Sed adhuc dato, quod in quolibet latere tabernaculi essent quinque vectium ordines, poterant poni isti vectes dupliciter. Vno modo, quod vectis erat quoddã lignum magnum missum per circulos in lateribus tabularum, & perueniens ab extremitate lateris ad aliam extremitatem. Sed hoc quidem satis graue est: nam licet in latere occidentali posset dari, quod esset vnus vectis totus ab extremitate vna ad reliquam extremitatem, quia erat spatium cubitorum decem, in latere tamen

meridiano, & septentrionali dari non posset facilliter: quia tamẽ quodlibet istorum laterum esset cubitorum triginta longitudinis, oportebat necesse esse triginta cubitorum longitudinis: non facile autem reperitur vnum lignum tantæ longitudinis ad mittendum per circulos. Item dato quod reperiretur, non posset consensuari: cito namque suo pondere frangeretur cum tantæ longitudinis esset, & latitudinis parua, vt potẽ, quod per satis paruos circulos existentes in latere, siue posterioribus tabularum mitti posset. Item si tantæ longitudinis essent vectes, non possent facilliter mitti per circulos, nec extrahi, & velociter frangerentur. Dicendum ergo secundum quod Iosephus dicit valde rationabiliter, quod in quolibet latere erant quinque vectes, idest quinque vectium ordines: & vocatur vnus vectis vnum lignum, siue continuũ, siue per contiguationem plurium copulatum, perueniens ab vna parte lateris ad alteram partem. Et dicit, quod vectes, idest illa ligna immissa per circulos ad continendum tabulas erant quinque cubitorum, ita quod coniungeretur vnum lignum quinque cubitorum alteri, & aliud alteri: donec veniret ab vna lateris extremitate ad alteram, & sic cum per quodlibet latus, & per quamlibet tabulam transirent quinque vectes, necesse erat in qualibet tabula esse quinque circulos aureos. Ex hoc autem patet, quod in latere meridiano erant triginta vectes in illis quinque ordinibus, & in latere aquilonari totidem, & in latere occidentali essent decem, quia latus meridiano erat triginta cubitorum longitudinis, & cum in quolibet vecte quinque cubiti essent: in triginta cubitis longitudinis caperentur vectes sex: & quia erant quinque ordines vectium, erant quinque senarij, qui faciunt triginta: in latere autem occidentali erant decem vectes: nam longitudo lateris huius erat cubitorum decem. Cũ ergo quilibet vectis esset quinque cubitorum, essent duo vectes occupantes totam longitudinem illius lateris, & quia erant quinque ordines vectium, necesse erat esse decem vectes. Et ista est vera positio de vectibus. *Ad continendas tabulas.* Iste erat vnus vectium, & in hoc distinguebantur vectes tabularum à vectibus arcae, & mensæ, & aliorum suppellectiliũ tabernaculi, quia alij vectes erant, vt in eis utensilia portarentur: isti autẽ ad solam continentiam, siue copulationem facti erant. *In vno latere tabernaculi.* Non expressit hic, in quo latere fieret isti vectes quinque, an in meridiano, an septentrionali, & ratio est, quia expressio alicuius certi fit causa differentie. Deus autẽ volebat facere hic aliquid differentiam inter vnum latus ad alia latera, quia totidem voluit esse vectes in vno latere, quot in alio. Et hoc verum est de duobus lateribus. s. meridiano, & aquilonari, nam neutrum horum duorum nominauit: occidentale autẽ nominauit. *Et eiusdem numeri ad occidentalem plagam.* Est. n. sensus, quod quinque vectes ponerentur in vno latere. s. in latere septentrionali, & quinque vectes in altero. s. meridiano, & eiusdem numeri ad occidentalem plagam: expressit autem de vectibus, qui erant ad occidentalem plagam magis quàm de alijs lateribus, quia illud latus erat minus, quàm alia latera, ideo dubitare posset Moyies, vtrum tot vectes in isto latere, sicut in cæteris lateribus ponendi essent. *Qui mittentur per medias tabulas.*

Iosephi opinio.

In latere meridiano arcae erant triginta vectes, & totidem in latere aquilonari.

Rabbi Salomon ponit tres ordines vectium in quolibet latere tabernaculi.

An tabula tabernaculi essent perforatæ, vt vectes reciperent.

QV AESTIO. XIII.

ALIQVI putant, quod in tabulis erant facta foramina, & per illa foramina mittebantur ligna, quæ dicuntur vectes. Et hoc satis erat possibile, cum

ipsa tabulata satis erant habentia spissitudinem, quæ hoc pateretur: ad hoc autem mouentur, quia dicit hic litera, quod vectes mittebantur per medias tabulas, idest per medium ipsarum tabularum, scilicet per grossitudinem, siue spissitudinem earum. Sed hoc non potest stare, quia litera dicit, quod ponentur isti vectes per circulos aureos, per quos contineant tabulata. Si tamen ipsi vectes mitterentur per spissitudinem tabularum, non ponerentur aliqui circuli aurei, quia ad nihilum erant viles. Item quia dicitur, quod ipsi vectes deaurari debebant, sed si ipsi mitterentur per spissitudinem tabularum non possent congruentius deaurari. Vel si aurarentur desloraretur, aut committerentur laminae aureæ in stricta missione vectium per foramina tabularum. Etiam dato quod non desloraretur nihil prodesset cum poenitus laterent vectes. Item quia per hoc tabulae infirmiores redderentur, cum in medio earum fierent tanta foramina, & facilliter possent confringi. Item quia sic non possent conuenienter continere ipsa tabulata, nec ipsi vectes in visceribus tabularũ legitimè cohererent, vt patet inuenti modum, quo intus locari possent. Dicendum ergo, quod isti vectes erant extra tabulas in posteriori parte tabularũ, & ibi infigebantur circuli aurei per quos mittebantur vectes. Et quando dicitur, quod erant vectes per medias tabulas, non est sensus, quod mittebantur per foramina facta in spissitudine tabularum, sed quod ponebantur isti vectes per dorsa tabularum. Et rursus non est sensus, quod ponerentur isti vectes per medias tabulas, idest per medietatem dorsũ tabularum in parte exteriori, sed quod ponebantur per dorsum, & non ponebantur vectes in summitate tabularum superiori, vel in extremitate inferiori, sed per ipsa dorsa, scilicet per medietates dorsũ tabularum. Et accipitur medium prout signat interpositionem, & non prout signat æquidistantiam: nam in sacris scripturis dupliciter accipitur medium. Vno modo prout signat æquidistantiam respectu aliquorum terminorum. Vt si sint aliqua loca, quæ distent à se inuicem decem leucis, & sit vnus locus inter illa, à quo quodlibet illorum distet leucis quinque, ille dicitur esse in medio illorum locorum per æquidistantiam. Dicitur medium alio modo per interpositionem, quia ponitur inter aliqua duo, siue equaliter distet ab eis, siue magis ab vno, quàm ab altero, & isto modo in tabulis tabernaculi accipiuntur duæ extremitates, scilicet superior, & inferior, & quidquid inter illas erat, vocabatur medium. Et sic cum vectes ponerentur in dorsis tabularum per circulos aureos, dicebantur poni per medias tabulas, idest per dorsa tabularum inter duas extremitates tabularũ, & sic licet quinque vectium ordines essent, tamẽ quilibet eorum dicebatur positus per medias tabulas, quia quilibet illorum ordinum erat positus inter extremitates duas tabularum. *A summo vsque ad summum.* Idest ab extremitate vsque ad extremitatem, scilicet per quilibet ordo vectium perueniebat ab vna extremitate vsque ad alteram. Et hoc siue paucos vectes haberet, siue multos. *Ipsasque tabulas deaurabis.* Tam à parte exteriori, quàm interiori. Patet quia à parte interiori apparere debebant cum nullo operimento tegerent. De parte autem exteriori, patet, quia mandauit circulos, & vectes laminis aureis tegi, & tamen vectes à parte exteriori erant. *Et fundes in eis.* Idest in tabulis. *Anulos aureos.* Scilicet quod figebantur quidam anuli aurei in ipsis tabulis, sicut fit in portis domorum, quia infinguntur ferrei anuli ad ducendum in eis vectem. *Per quos vectes tabulata contineant.* Idest quod vectes missi per istos circulos continebant tabulata. *Quos operies laminis aureis.* Non refertur hoc ad anulos, quia ipsi aurei erant, sed refertur ad vectes, quæ erant de lignis Serim.

Opi. doct.

In sacra scriptura dupliciter accipitur medium.

Et

Et eriges tabernaculum. Idest quod factis omnibus istis eriges tabernaculum: nam de his, quæ requirebantur ad fabricationem tabernaculi, nihil dicendum manet: nam fiebat tabernaculum ex tabulis, & vasis, & vasis, & operimentis: omnia autem ista in hoc capitulo recitata sunt, & non solum ea, quæ erant partes tabernaculi recitata sunt, sed etiam ea, quæ erant intra tabernaculum, scilicet arca, & mensa, & candelabrum. Deficit autem altare Thymiamatum, quod erat intra tabernaculum, de quo infra 30. cap. ea etiam, quæ distinguiebant tabernaculum, & claudebant in ostio nōdum dicta sunt, scilicet tentorium, & velum, & columnæ, ut patet infra istis tamen quæ supra dicta sunt solis existentibus erigi poterat tabernaculum sufficienter.

Juxta exemplum, quod tibi in monte monstratum est. Ex quo concluditur, quod Moysi non solum monstrata fuerunt partes tabernaculi per se, quantum ad fabricationem earum, sed totum tabernaculum simul, ut patet supra præcedenti capitulo, cum dicitur: *luxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendit tibi, & vasorum eius, sic facies illud, ut autem istorum vestigium figura cognoscatur in tabulis, potest hic faciliter de pingi.* **Facies & velum.** Hic ponitur tertium, scilicet tentorium fabricatio, & sunt hic duo vela, siue tentoria. Vnum quod diuidebat sancta sanctorum à reliquo exteriori tabernaculo. Et aliud quod pendeat ante ostium tabernaculi claudens ipsum tabernaculum.

Facies & velum. Istud erat ad diuidendum sancta sanctorum à tabernaculo, quod vocabatur sanctum solū. Nam intra sancta sanctorum erat gloria domini super Cherubim in propitiatorio, & hoc non debebat videri ab aliquo viro aliis moreretur: ideo clausum esse debebat: & sic in maiori reuerentia haberetur. Nam ea, quæ in communi vsu sunt, etiam si sint preciosa, vilescunt. **De Hyacintho.** Idest de serico coloris celestis, **Et purpura.** Scilicet de serico rubeo non multum rubeo, sed declinante ad aliquem alium colorem. **Cocco, quæ bis tincto.** Idest de serico valde rubeo, quod bis in colore rubeo tinctum videtur. **Et bysso retorta.** Bysus est genus lini candidissimi, quod etiam tenuissimum est. Et iste byssus retorquebatur, ut firmior esset, & hoc ponebatur hic quasi subtegmen aliorum colorū variōrum. **Operum plumario.** Idest opere texture, vel opere acus, Et non vocatur opus plumarium opus pictorium, ut supra declaratum est: erat enim istud velum eiusdem materia, & contextiois cum ipsis cortinis tabernaculi. **Et pulchra varietate contextum.** Idest quod erant ibi diuersæ figuræ rerum factæ, non tamē figuræ hominum, vel animalium. In Hebreo dicitur **Cherubim.** Vbi nōs dicimus pulchra varietate contextum, & hoc supra declarauimus, quia Cherubim non accipitur hic pro Cherubim, sed prout importat quascunque figuras. Et huic concordat dictum Rabbi Abraham Aben Ezræ super 3. capit. Gene. scilicet quod Cherubim vocantur quæcunque figuræ, siue hominum, siue boum, siue cuiuslibet alterius rei, ut declarat ipse de quatuor animalibus, quæ vidit Ezechiel, quorū quodlibet vocatur Cherubim, de quo Ezech. 1. & 10. c. **Quod appendes ante quatuor columnas.** Velum istud ponebatur ante quatuor columnas, quæ erant distinguētes sancta sanctorū, & tabernaculum exterius, & erat istud velum quadratum, scilicet æqualis longitudinis, & latitudinis: nam ponebatur, ut distingueret sancta sanctorum à tabernaculo. Altitudo autem tabernaculi erat cubitorum decem, & latitudo erat totidem, ergo erat velum quadratum. Antecedens patet, quia altitudo omnium tabularum tabernaculi erat decem cubitorum solum, ut patet supra: latitudo etiam, quæ consideratur à latere meridiano versus septentrionale, decem cubitorum erat, quod patet à latere occiden-

F tale, quod erat decem cubitorum, & diuidebat latitudinem meridiana, & septentrionale, & coniungitur cuiuslibet eorum in extremitatibus suis. Iste quatuor columnarum ponebantur ante sancta sanctorum propter duo. Primò ut penderet ipsum velum de ipsis columnis. Secundò ut ipsum velum non moueretur contra interiora sancti sanctorum interdum aliquo casu, ut potest, quia ventus impelleret, vel aliis. **Qua ipsa.** Scilicet columnarum de lignis Setim. **Deaurata erunt.** Dicuntur deaurata, idest cooperte celaturis aureis, scilicet quod aliqui filosofū leuium laminarum auri circundaretur per ipsarum columnarum gyrum. **Et habebunt capita aurea.** Dicuntur capita aurea quædam capitella facta de auro posita super ipsas columnas, sicuti ponuntur nunc super columnas lapideas capitella lapidea. **Sed bases argenteas.** Vocantur bases argenteas quædam petra de argento magni ponderis, & quadrata: super quæ fundebantur ipse columnarum, quia bases erant amplæ, & (ut voluit quidam) erant etiam iste bases cauatæ, ita ut in eisingerentur columnarum de lignis Setim. **Inferetur autem velum per circulos.** Isti circuli erant in capitibus columnarum, & ab illis pendeat velum, & manebat immotū. Vel vocantur circuli illi, per quos coniungebantur cortinæ duæ magnæ mediātibz anfulis, ut patet supra: nam ista coniunctio cortinarum in circulis, & anfulis erat super locū distinctionis sancti sanctorum à reliquo tabernaculo, ut supra probatū fuit. Tamen non videtur hoc multum, scilicet quod penderet istud velum ex superioribus circulis, sed magis, quod penderet in circulis positus in capitibus columnarum. **Intra quod ponas arcam testimonij.** Idest vltra istud velum in illa parte manenti ponetur arca. Dicitur autem arca testimonij, quia intra eam erant duæ tabule lapideæ, in quibus continebantur præcepta decalogi. Et istæ tabule erant posite in testimonium, quod Iudæi recepissent à domino legem: de quo præcedenti capitulo dictum est.

An velum sancti sanctorum sit quod vocatur in Euangelij, velum templi, & quare ponebatur inter sancta sanctorum, & alias partes tabernaculi.

QVÆSTIO. XIII.

ISTVD autem velum quod hic ponitur ante sancta sanctorum est, quod Matth. 27. vocatur velum templi, de quo dicit: *Velum templi scissum est à summo vsque deorsum.* Et per hoc signabatur quod ea, quæ erant in veteri lege occultata, per Christi mortem referata sunt. Causa autem quare ponebantur, vel fiebant ista, erat quæ sequitur: nam ipsum tabernaculum diuisum erat in duas partes: vna pars vocabatur sanctuarium: alia autem vocabatur sanctum sanctorū. Pars autem, quæ vocabatur sanctuarium, erat ampla decem cubitorum, sicut ipsa domus, vel diuisio, quæ vocabatur sancta sanctorum: in longitudine tamē differēbant, quia sanctuarium erat longitudinis triginta cubitorum. Sanctum sanctorum erat longitudinis cubitorum decem, & sic ipsa domus, quæ vocabatur sanctum sanctorum erat figuræ quadratæ solidæ, quam Geometre Exacedron nominant, habentem quatuor angulos rectos corporeos, & sex superficies quadratas æquales. Quod patet in sancta sanctorum: nam latus sancti sanctorum erat latus occidentale tabernaculi: istud autem erat cubitorum decem in longitudine, ut patet supra. Latus autem oppositum, scilicet orientale quod claudebatur velo interposito, necessariò erat etiam decem cubitorum, cum æquidistant latus meridiana, & aquilonare inter se, sed à parte occidentali claudebantur decem cubitorum mensura: ergo

ergo eodem modo à parte orientali esset mensura decem cubitorum latus claudens. Latus autem septentrionis, & australe erant etiam cubitorum decem, quia de quolibet latere istorum, quod triginta cubitorum erat, ut patet supra, tollebantur viginti cubiti ad faciendum sanctuarium, & sic manebant decem cubiti ad magnitudinem sancti sanctorum. Omnia ergo ista quatuor latera secundum longitudinem æqualia erant: idemque secundum altitudinem, quia omnes tabule tabernaculi decem cubitorum erant in altitudine, ut patet supra: superficies autem superior tabernaculi, scilicet tectum, & inferior quantum ad partem sancti sanctorum, necessariò æquales, atque quadratæ erant, quia clauduntur ab omnibus quadratis æqualibusq; superficiebus. Omnia ergo in sancto sanctorum equalia sunt tam superficiebus, quam anguli corporei, qui quatuor ibi sunt secundum quatuor latera claudentia cum duabus alijs superficiebus, scilicet superiori, & inferiori. Causa autem literalis, quare hoc factum fuerit erat multiplex. Prima, ut ibi reconderebatur arca continens tabulas, & manna, & virgā Aaron, & Deuteronomium, & non debebat esse ista arca in loco manifesto inter alia supellectilia, scilicet cū altari Thymiamatum, cum mensa propositionis, & cum candelabro, quia ista erant ad quotidianum ministerium, ut patet, quia quotidie incendebantur, parabanturque lucerna candelabri, ut patet infra 27. & magis Leui. 24. capit. Etiam in altari Thymiamatum quotidiana ministratio erat apponendi Thymiamata, ut patet infra 30. cap. In mensa autem propositionis eodē modo ministratio erat continua, quia ibi ponebantur vasa necessaria ad ministracionem altaris holocaustorū, & Thymiamatum, sicut supra declaratum est capitulo præcedenti. De arca autem patet, quod ad nullum ministerium erat, nisi ad conseruandum ea, quæ intra recondita erant, quæ non oportebat inde educi: ideo inter cetera vasa ponenda non erat, sed in loco recondito, quale erat sanctum sanctorum, quod velo interposito à reliqua parte tabernaculi distinguebatur. Alia causa erat, quia Deus volebat populo suo Hebræorum familiaritatem quandam exhibere in respondendo ad quæstia eorum, & ad hoc delegit sibi locū quemdam secretissimum, in quo eis responsa tribuebat. Hoc autem fuit intra sancta sanctorum super propitiatorium inter duo Cherubim, ut patet supra capitulo præcedenti, & Num. 7. nam quando Moyses volebat à domino oraculum, intrabat in sancta sanctorum, & audiebat dominum loquentem de medio Cherubim. Hoc autem præsupposito non debuit esse locus ille patens, ut omnes viderent, quia ea quæ quotidiano vsu cernuntur etiam si magna sint tamen vilipenduntur, quod non decebat hic, ut solum bonum contemptui haberetur. Alia causa erat, ut Deus magis populum suum nobilitaret faciendo eum valde famosum. Nam alie gentes audientes gloriam domini esse in medio Israelitarū mirabantur valde, quod non contingebat eis erga Deos suos, & appreciabantur Israeliticū populum super alios populos, & ob hoc Moyses quā rogauit dñm, ne deleteret Israel propter murmuracionem eorū, hoc allegauit, scilicet ne destrueret gloriam suam inter gentes diuulgatam, ut patet Num. 14. ca. cum dicitur: *Vt audiant Aegyptij de quorum medio eduxisti populum istum, & habitatores terræ huius, qui audierunt, quod tu Domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat eos, & columna nubis præcedat eos per diem, & columna ignis per noctem & cetera.* In quo innuit alias gentes cognoscere magnam famam gloriæ Dei in Israel: ideo si deleteret eos quasi vnum virum in deserto, videretur redundare in minoracionem gloriæ Domini. Alia causa fuit

Quare velum ponebatur inter sancta sanctorum, & alias partes tabernaculi.

A ut per hoc confidentiam magnam haberent Israelitæ ad Deum suum, & non timerent alias gentes, scirentque se ceteris populis meliores: quia nullus populus ita Deum propinquum habebat, sicut ipsi, ut patet Deute. 4. cap. cum dicitur: *Nec est alia natio tā grandis, quæ habeat Deos ita appropinquantes sibi, sicut adest Dominus Deus noster cunctis obsecrationibus nostris.* Ex quacunque autem causa harum Deus staret in populo suo, decens erat locum secretissimum atque honoratissimum segregare, cunctis inaccessum mortalibus, nisi eum summus sacerdos cum magnō timore, & reuerentia cum sanguine, & thymiamate intraret illuc, & hoc solum semel per annum. Alia autē causa erat etiā literalis ad promouendum nos ad illam beatitudinē æternam, scilicet ut Israeliticus populus per illam assistentiam Dei intra sancta sanctorū, qui erat locus secretissimus, surgeret ad considerationem illius celestis gloriæ. Et sicut erat gloria Domini super arcam inter Cherubim, ita in gloria celestis erit Deus inter beatorum spirituum agmina. Et sicut sancta sanctorum erat locus ab omni sacerdotali ministracione segregatus omnium multum, nā erant stratio ad exterius pertinebat tabernaculum, sed sola Dei assistentia continue ibi erat. Ita in illa gloria Ciuitate Dei ab omnium multum, motuque sequestrati sola Dei speciali assistentia iucundabimur: nā etiam istæ ministraciones cultus diuini, quæ in exteriori tabernaculo sunt, ad sancta sanctorum nō pertinent, quia in visione celestis iste cultus, qui temporalis fuit, euacuabitur cum perficietur charitas, in quo consistit verus cultus. Hoc autem designare volens beatus Ioannes in Apocalip. cap. vigesimo primo, in vltima visione, quæ celestem beatorum statum describit, dixit: *Et templum non vidi in ea, idest quod in tota illa beata Ierusalem, quæ est mater nostra, non erat aliquod templum, idest quod nulla ministratio, quæ hic geritur in Ecclesia peregrinanti, erit in quicquē, & iam triumphanti.*

Causa allegorica quare sancta sanctorum erat figura quadrata.

QVÆSTIO. XV.

AD hæc autem nimirum suffragatur ipsa vmbra-tilis figura sancti sanctorum. Nam, ut supra descripsimus, figuræ solidæ quadratæ est, habens superficies sex quadratas æquales, & quatuor angulos corporeos æquales. Hanc figuram Arist. tetragonū vocat: inter ceteras regulares figuras laudabilior nulla est, & sola virtuoso merito comparanda: sic enim ait Aristot. in fine primi Ethico. loquens de vere virtuoso, qui ut verè bonus est, & tanquam tetragonus sine vituperio. Et non iniuria sanctum sanctorum tetragonæ figure est: quia soli virtuosus, qui tetragoni sunt, in sancta sanctorum intrabunt: nam fures, adulteri, venefici, inanis gloriæ cupidi, petiari, & occisores regnum Dei non possidebunt, ut ait Apostolus ad Ephesios cap. quinto. Etiam inter ceteras figuras nulla stabilior atque firmior est: nam qualitercunq; ponatur, stat nec in diuersa gyratur: & ob hoc vocat eā Aristot. tetragonum sine vituperio, idest quod nullo modo vituperari aut irrideri potest, quia diuersa mouetur, sed vix liter consistit. Sic autē a motu nihil magis alienum est quàm ipsa beata ciuitas Ierusalem, vbi nihil videtur, nisi ipsum quod totaliter immobile est, scilicet sempiterna deitas, quidquid autem mutabile est extra sancta sanctorū in hoc mundi tabernaculo collocatur. Causa autem edificationis tabernaculi exterioris, quod sanctum, vel sanctuarium vocatur, hæc est, scilicet

Causa quare sancta pars tabernaculi facta est.

De Fabricacione tentorium, siue veli tabernaculi.

Libera Hebraea.

scilicet tabernaculi ipsum exterius, quod a sancto sanctorum velo interposito, & columnis distinguitur, non erat terragonum, ut sanctum sanctorum, sed quadratum altera parte longius: nam latus occidentale istius exterioris tabernaculi erat velum, quod oppandebat ante sancta sanctorum, & istud erat decem cubitorum secundum latitudinem totius tabernaculi. Latus autem orientale huius exterioris tabernaculi erat tentorium, quod ponebatur ante ostium tabernaculi, quod eodem modo decem cubitorum erat, quia solum operiebatur a latere vique ad latus, quae erat distantia cubitorum decem, cum latera duo, scilicet meridianum, & aquilonare aequidistantia essent ubique: latera autem duo reliqua, scilicet australe, & aquilonare dupla erant ad occidentale, & orientale, quia quodlibet illorum cubitorum viginti erat. In isto autem tabernaculo ministratio fieri debebat sacerdotalis, ob quam ipsum exterius tabernaculum factum est. Et omnis ministratio sacerdotalis tam in sacrificiis, quam in coeteris ibi fieret, nisi quaedam essent ministrations, quae talem locum non recipere, Nam (ut supra distinguebamur separantes atrium a tabernaculo) quaedam ministrations cultus diuini erant, quae in seipis banauitae erant, & commaculatiuae: sicut iugulatio pecorum, & decoratio, lotioque intestinorum, & crematio adipum, atque ceterarum intermiscionum, & decoctio quarundam partium hostiarum pro sacerdotibus sacrificantibus, & ipsis popularibus offerentibus. Aliae erant ministrations domini, quae mundissimae erant: sicut appositio panum coram domino in mensa propositionis, & incensio apparatusque candelarum: & oblatio crematioque Thymiamatum: ut enim ea, quae Dei sunt honorifice fiat, (quod est fundamentum omnium istorum, quae sunt in tabernaculo) decebat magis, ut in loco opero pulchris velamentis, & circumdato tabulis aureis fierent, quam in loco pluuijs, grandinibus, coeterisque temporum patenti importunitatibus. Illa ergo, quae hoc recipere poterant, tum quia munda erant, tum quia operitura nihil eis oberat, nec ipse ministrations officiebant operitur, ut panum appositio, lucernarum apparatus, Thymiamatum concrematio intra rectum fieri debuerunt, & istae sunt ministrations, quae fiebant intra tabernaculum. Aliae autem quae ad sacrificia pertinebant, & supra enumeratae sunt, intra tabernaculi operituram fieri non debuerunt. Primo, quia cetera ex his commacularentur: necesse enim erat, ut in iugulatione pecorum, quae interdum valde multa erant, cum aliqui ex deuotione solennes victimas faciebant, sicut cum Salomon occidit mille hostias, ut patet 2. Para. cap. 1. Etiam lotio intestinorum, & omnia similia cum decoratione pecorum magnam tabernaculi mundiciam macularent; nec decebat mundam ministrations, quae erat in panibus propositionis, & Thymiamatibus purissimis, pecorum sanguini admiscere. Decuit ergo hanc administrations foris fieri: & dato quod vellemus aliqualem mundiciam conseruare (licet non totalem) faciendo ipsa sacrificia intra tabernaculum: tamen non poterant, nisi tabernaculum esset valde magna quantitas, ita ut ministratio sacrificiorum, quae banauitae erat, a coeteris purissimis ministrationsibus valde se iuncta esset. Hoc autem erat quidam labor inutilis, scilicet facere tabernaculum tantae quantitas, & pondus in eis esset magnum, ut vix portari posset. Alia ratio potissima huius fuit, quia sacrificia incendebantur magno igne, qui semper ardebat in altari, ut patet Leui. 6. cap. Si autem iste ignis tantus foret intra tabernaculum, omnes cortinas coeteraque tabernaculi velamenta consumeret, & omnia quae in circuitu altaris illius, ipsum tamen sanctum sanctorum crassissimo fumo exhalante de combustione adipum,

& carniū crudarum obfuscaretur: & sic omnia fordidissima, atque inutilia forent, nec quidquam auri nitor prodesset, cum oporteret illud crassissima fumi fuligine operiri. Et dato quod tabernaculum fieret nimie altitudinis, utpote quadraginta, vel quinquaginta cubitorum, ut nec flamma, nec vis flammæ illuc quouis modo sineretur accedere: tamen talem altitudinem facere laboriosissimum ludas foret, ut talia ligna inuenirent: & postremo portatile non foret. Sed adhuc omnibus his laboribus susceptis inconueniens non tolleretur, quia licet omnia ab ardore inconsumpta seruari, fumi tamen fuliginem nequaquam euaderent: nullo ergo modo talia intra tabernaculum fieri debebant, sed intra atrium quod oportet nulum habebat, & satis amplum erat: nihilque efficerent banauitae istae ministrations, cum nihil aliud mundum, siue immundum ibi tractaretur, nec fumus, aut calor quidquam oberant, cum nullum operimentum esset: ideo vtriusque vis in coelum directè exhalabat. Alia causa huius erat, ut populus videre posset sacrificia: nam istam ministrations fieri coram domino videntibus quadam reuerentia in Deum, & afficiebantur ad frequentationem istorum sacrificiorum, ut desiderarent talia domino frequenter exhibere: sicut nos videntes ordinem ministerij Ecclesiastici tam in celebratione Missarum, quam in conuenientibus recitationibus horarum, ad frequentandum talem Dei cultum adiuuamur, concitaturque mens nostra ad desiderium illius ordinis Hierarchici coelestis, ad quod adipiscendum ista subordinari minime dubitamus: quae nobis non euenirent, si ista Ecclesiastica mysteria minime videremus. Si tamen ministeria sacrificiorum fierent intra tabernaculum, Israelitae nullo modo, qui de populo erant, permitterentur talia videre, quia nec ipsi leuitae poterant intrare tabernaculum, aut videre vasa eius, si quis autem hoc attentasset moriebatur, ut patet Num. 4. cap. 8. cum autem erant sacrificia ista in atrio tabernaculi, intrabant ipsi, qui sacrificia detulerant, & comedebant de illis coram domino, & manebant ibi, reliqui autem de populo, licet non intraret atrium tabernaculi, tamen per portam atrij, qui erat latitudinis quindecim cubitorum, & per circuitum atrij videbant, quae fiebant: nam, ut Hebraei aiunt, & satis rationale est, cortinae, quae erant in lateribus atrij reticulatae erant, id est factae in modum retis perforatae, ita quod videre per eas possent, & sic erat congruentissimus Dei ordo, ut aliquae diuini cultus ministrations populares, atque leuitis essent ad Dei reuerentiam, ne omnia videntes, & nihil ultra illud esse existimantes parumpenderent, & aliquas ministrations videntes in affectum harum mouerentur, quod non contingeret si vel omnia abscondita forent, vel cuncta fierent cunctis in propatulo: nam cunctis absconditis reuerentia quidem aliquatenus foret, affectio tamen ad illa, quae nullo modo cognoscerent nulla esset: si rursus omnia manifesta essent, omnia se scire putantes contemnerent, & sic reuerentia nulla maneret. Affectio autem ex consequenti perderetur: sicut nec quis debet esse ita tractabilis, ut ab omnibus contemnatur, nec rursus ita debet esse seuerus, ut a nemine diligatur. Causae autem literales sancti sanctorum, atque tabernaculi exterioris hae sunt. Per quod sanctuarium. Id est tabernaculum exterius, Et sanctuarium sanctuarium. Id est sancta sanctorum, vel tabernaculum interius diuidetur. Istud enim velum cum columnis his mediabant inter sanctuarium, & sancta sanctorum: cuius causa supra assignata est. Tabernaculum exterius vocatur hic sanctuarium, quia erat sanctum, id est applicatum ad sanctam ministrations, & ab omni secularium conuersa-

Sacrificia fiebant in atrio tabernaculi, ut populus videret illa

Conueniens ordo, ut aliquae ministrations diuinae pariter viderentur.

Quae sacrificia extra tabernaculum fiebant.

Quare mensa propositionis non fuit posita intra sancta sanctorum.

nerfatione alienum. Sanctuarij sanctuarium, siue sanctum sanctorum vocatur ipsa domus interior, id est valde sanctum. Nam tales additiones genitiuorum excellentiam notant: sic dicitur canticum canticorum, id est canticum inter coetera cantica excellens: sic dicitur in doctrinali in regimine genitiu.

Adiit excellens flos florum Virgo Beata.

Et erat hoc sanctuarium interius specialiter sanctum, quia Deus ibi specialiter habitabat. Nam de propitiatorio quod erat inter Cherubim in ista domo interiori Deus loquebatur: quod non erat in tabernaculo interiori: quia ergo illic specialiter erat sanctus sanctorum, scilicet Deus, vocabatur domus sanctum sanctorum. Etiam quia ista domus magis ab humana conuersatione segregata erat: nam in sanctuarium, quod erat exterius tabernaculum, sacerdotes quotidie ad paradus lucernas, & adolendum Thymiamata, & tollenda vasa altaris holocaustorum, quae erant super mensam propositionis intrabant: in sancta sanctorum nullus intrabat, nisi summus sacerdos, & iste solum semel in anno, nisi cum deponendum esset tabernaculum, quia intrabat sacerdos magnus cum filiis suis sacerdotibus, & operiebant arcam, & Cherubim, ut darent eam portandam leuitis, ut patet Num. 4. cap. Pones propitiatorium super arcam. Licet propitiatorium esset cooperitorium arcae, quia tamen erat de auro purissimo, & arca erat de lignis Setim deaurata, ut patet precedenti capitulo, fiebat mentio de quolibet per se tanquam duo separata essent: ponebatur tamen propitiatorium super arcam, & cooperiebat eam. Modus autem, quo propitiatorium ponebatur super arcam, & includebatur intra altitudinem coronae autem arcae, praecedenti capitulo expositus est: In sancta sanctorum. Id est intra domum illam, quae erat magis sancta, quam coeterae partes tabernaculi. Vocatur autem ista domus interduum sanctum sanctorum in neutra terminatione, interduum autem in foemina dicendo sancta sanctorum. Quando autem ponitur in neutra, quia secundum latinorum vocabulorum proprietatem adiectiua in neutra terminatione loco subiectiuorum signant, concordamus Hebraicae locutioni, quae vocat illam domum sanctitatem sanctitatum in accusatiuo appellando, vel sanctitates sanctitatum. Cum autem in foemina ponitur, dicedo sancta sanctorum intelligitur domus, scilicet quod illa domus est sancta sanctorum, id est sancta inter omnia loca sancta, quia ibi specialiter habitat sanctus sanctorum cuncta sanctificans. Mensamque extra velum. Ista est mensa propositionis, in qua ponebantur panes facierum, & vasa ministrations vtriusque altaris, scilicet holocaustorum, & Thymiamatis, de quibus late diximus praecedenti capitulo, & quare ista ponerentur coram domino. Ponebatur ista mensa extra velum, id est extra velum distinguens sanctum sanctorum a tabernaculo exteriori. Ratio huius est, quia ministratio mensae erat quotidiana, cum mensa illa nihil aliud erat, nisi quoddam repositorium panum propositionis, & vasorum tabernaculi vtriusque altaris: ministratio autem panum erat per singulos octo dies: in sabbatis enim tollebantur panes illi de mensa, & ponebantur alij calidi, ut patet Leuit. 24. cap. Ministratio autem vasorum existentium super mensam quotidiana erat, ut supra patuit: ergo non debebat poni intra sancta sanctorum, ad quam nunquam quicquam de minoribus introibatur: nec rursus mensa ista extra tabernaculum in atrio poni debebat, quia vltus mensae pertinebat ad mundissimam ministrations: qualis esse debebat intra operituram ministrations: ministratio autem exterior banauitae erat. Et contra mensam candelabrum. Ponebantur ista duo e contrariis, quia vnum

ponebatur in latere meridiano, & aliud in latere septentrionali, quae sunt opposita latera. Etiam dicebatur esse candelabrum contra mensam, quia tota lux candelarum, ut quidam volunt, inclinabatur contra mensam, de quo magis praecedenti capitulo diximus. Candelabrum in latere tabernaculi meridiano.

Quare candelabrum in latere meridiano ponebatur.

QVAESTIO XVI.

CAUSA autem literalis, quare candelabrum ponatur in latere meridiano, dependet ex eo quod praecedenti capitulo diximus, scilicet quid signabat candelabrum in tabernaculo, & responsum est candelabrum esse magnitudinem coelestium corporum illuminantium ista inferiora, & septem lucerna planetas septem designabant: ponuntur autem ista a latere meridiano secundum comparationem terra nostrae habitabilis, quia nobis a latere meridiano fulget: nam licet planeta in circulo obliquo voluantur, & circulus iste interfecans aequinoctialem secundum suas duas medietates equaliter obliquatur in septentrionem, & austrum, & si habere mus spheram rectam, utpote habitantes sub aequinoctiali, non fulgerent nobis planetae a latere meridiano magis, quam a septentrionali, quia equaliter declinant a Zenith capitis nostri versus septentrionem, sicut versus austrum. Et aequales umbrae essent nobis illae, quae essent septentrionales, sicut australes, sicut dicit Lucanus 3. lib. de Bello plusquam civili Iulij Caesaris, & Pompeij de Horestis, & Carmanis, qui sunt ad vltimum meridie, & habent quatuor umbras, scilicet australem, & septentrionalem, occidentalem, atque orientalem: nos autem tres habemus umbras solum, quia aquilonarem nunquam habemus. Et ideo quando Arabes illi venerunt ad terram Italiae mirabantur, quod ibi nunquam videbant, nisi umbras septentrionales, sicut ait Lucanus.

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem: Umbras mirati nemorum nouere sinistras.

Quia tamen nobis sphaera recta non est, & declinamus versus septentrionem, lux corporum coelestium venit nobis ab austro, siue a meridiano cardine. Tabernaculum autem quod hic fabricabatur erat in terra Chanaan situndum, & fabricatum fuit in solitudinibus Arabicis, terra autem Chanaan in principio quarti climatis est: nam Ierusalem in medio climati esse dicitur, scilicet in medio quarti climatis, & est cardio quartae terrae Chanaan: habitantibus ergo in terra illa saluberrimum est magna latitudo regionis, & eleuatio poli: nam trigintaduobus gradibus eleuatur polus super ciuitatem Ierusalem, & totidem declinat aequinoctialis ab eorum Zenith: nam in qualibet regione idem est latitudo regionis, quod est distantia Zenith ab equinoctiali, quod eleuatio poli. Sunt ergo illi, qui in terra illa habitant extra totum zodiacum, scilicet extra tropicum cancri per gradus nouem, quia declinatio, siue latitudo tropici cancri ab aequinoctiali est viginti trium graduum, & paucorum minutorum. Habitantibus ergo in illa regione lucebunt planetae a parte meridiana: nam etiam si planeta aliquis ad eorum Zenith maxime ascendat, nunquam tantum ascendere poterit quin relinquatur nouem gradibus sub eorum Zenith, & hoc contra partem meridianam. Iure ergo candelae septem a latere meridiano fulgent. Mensa enim stabit in parte aquilonis. Quare autem mensa in tabernaculo cum panibus poneretur, causa erat, ut supra declaratum fuit praecedenti capitulo: quare autem in latere aquilonis, causa haec est, quia per panes mensae designa-

Ierusalem est in medio climatis.

designatur panis vbertas in toto orbe. Panis autem, & coetera terrae nascencia in orbe ad partem aquilonarem sunt: nam terra meridiana propter nimium calorem soluitur in viuas arenas, terra autem aquilonis temperata est, & fructificans: quemadmodum sunt haec climata, in quibus nos habitamus, nec tamen terra multum septentrionalis vbertate insignis est, cum nec quicquam ferat aeterno frigore congelata, Mysticas autem expositiones horum a principio dicere non institui, cum comperta veritate literarum allegorizare cuiquam sit facile.

CAPITVLVM XXVII.

Altare holocausti.



FACIES & altare de lignis Setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, id est quadrum, & tres cubitos in altitudine.

Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt, & operies illud aere. Faciesque in vltus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes, atque fuscinulas, & ignium receptacula. Omnia vasa ex aere fabricabis. Craticulamque in modum retis aeneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor anguli aenei quos pones subter arulam altaris: eritque craticula vsque ad altaris medium. Facies & vectes altaris de lignis Setim duos, quos operies laminis aeneis, & induces per circulos, eruntque ex vtroque latere altaris ad portandum. Non solidum, sed inane, & cauum intrinsecus facies illud, sicut tibi in monte monstratum est.

36. dist. ca. Qui ecclesiasticis. 6. 1600.

Facies. Descriptis eis, quae erant in ipso intraneo, & exteriori tabernaculo, hic describuntur ea, quae erant extra tabernaculum, & diuiditur in duas partes. Primum ponitur id quod deficit ad completionem totius tabernaculi. Secundum subiungitur quoddam pertinens ad officium sacerdotij ibi. *Præcipe filiis Israel.* Prima in tres: primum ponuntur ea, quae pertinent ad introitum tabernaculi: secundum ea, quae pertinent ad altare holocausti ibi, *Facies altare de lignis.* Tercio ponuntur ea, quae pertinent ad ambitum atrij, *Facies & atrium.* Circa primum. *Facies & tentorium in introitu tabernaculi.* Vocatur introitus tabernaculi totum latius orientale, in quo tabula nulla erat, sed cooperiebatur cortina quadam posita ante columnas, tentorium autem istud vocatur, quia extendebatur in ipso ostio tabernaculi. *De hyacintho.* Ista omnia supra 25. capit. explanata sunt in principio. *De hyacintho.* Id est serico quod est coloris aerei. *Purpura.* Id est de serico rubro declinante ad albedinem, vel nigredinem. *Coccoque bis tincto.* Id est de serico multum rubeo. *Et bysso retorta.* Genus lini est, & torquebatur, vt firmitus esset. *Opere plumario.* Id est opere acus, siue

opere textili, scilicet quod non erant factae aliquae picture. Et hic demonstratur quod supra dicebamus: nam supra in principio 26. capit. cum dixit de fabricatura cortinarum dixit litera Hebraica, quod erant de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere artificis, & Cherubim, & litera nostra dixit de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario, pulchra varietate contextum: idem autem dicitur postea de fabricatura veli, quod pendebar ante sancta sanctorum: hic autem in Hebraeo ponitur opere artificis, & non additur Cherubim: ideo litera nostra transiit in opere plumario, & non addidit pulchra varietate contextum. Ex quo patet, quod loco eius, quod litera Hebraica vocabat Cherubim vocabat litera nostra pulchra varietate contextum. Patet etiam quod in isto operimento quod erat ante ostium tabernaculi, quod non erant factae figurae multae, quemadmodum in cortinis tecti, & in velo sancti sanctorum.

Quare in velo, quod erat ante tabernaculum, non erant pulchrae varietates, sicut in cortinis.

QV AESTIO PRIM A.

QVOD si quæras quare non erant varietates pulchrae factae in hoc operimento, sicut in velo, & cortinis. Responderi forte poteris, quod ille varietates erant diuersarum imaginum rerum, ad quas rudis populus pulchritudine illectus ad adorandum illici posset, & quia in interioribus tabernaculis duobus vulgares videre nihil poterant, cum illuc non intrarent, non erat eis causa idolatrandi quidquid in eis factum esset: tentorium autem, quod erat ante tabernaculum ab omnibus videbatur, siue ab illis secularibus, qui intrabant in atrium ad offerendum, siue ab illis, qui erant foris per ipsa tentoria, & cortinas reticulas, vel supra ipsum circuitum atrij videre poterant, quia altitudo circuitus atrij erat cubitorum quinque, & altitudo tabernaculi erat decem cubitorum, vt patet precedenti capitulo de altitudine circuitus tabernaculi patet infra. Hoc patere esse verisimile, quia dum aliquid magis occultum erat, & velatum a visibus popularium, minoremque idolatrandi causam tribuens, tanto erat magis pertinens ad pulchritudinem imaginum. Intra tabernaculum autem interius, quod erat sanctum sanctorum, nulla idolatrandi occasio erat, quia nullus illuc intrabat, nisi summus sacerdos, & cum Thymiamate emittente crassum odorem, ita vt non videret quidquam, vt patet L. cui. 16. cap. erant Cherubim corporei, qui maxime ad idolatriam promouere potuissent, si esset quicquam, qui promoueri posset: in tabernaculo autem exteriori, in quo erat aliquale scandalum, & promptitudo ad idolatrandum, cum ibi essent sacerdotes ministrantes, non erant imagines corporeae, sed superficiae factae in cortinis, & in velo quod pendebar ante sancta sanctorum in parte exteriori, quae videbatur a laicis erat maxima promptitudo idolatrandi propter ignorantiam populorum rudis, ideo nec corporeae imagines, nec superficiae posita sunt. Sed dices, quod hoc non fuit sicnam forte posita fuerunt imagines superficiales in hoc operimento, sicut in alijs: tamen non sit hic mentio: nam sic interdum scriptura consequit, vt cum multa similia sint, & idem de omnibus praedicaerit, de aliquo eorum non praedicat, quasi intelligi dans in denominatione aliorum illud quoque intelligi. Sed hoc non stat, quia si hoc posita fuisset per accidens postea in alijs sequentibus, vel in aliquo eorum veritas exprimeretur: tamen in nullo sequentium exprimitur: nam cum fiat postea bis mentio de tentorijs, non ponit pulchra varietate contextum. Patet

Patet infra quando agitur de cortinis in circuitu atrij, quas dicit de bysso retorta, & de nullo alio: iterum facit mentionem de tentorio, quod ponebatur in introitu tabernaculi, & dicit illud factum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plumarij: sed non addit fuisse in eo pulchram varietatem. Concluditur ergo hanc esse causam quare in tentorio pendente ante ostium tabernaculi, non erat pulchra varietas. *Et quinque columnas deaurabis.*

Quare ponebatur quinque columnae in introitu tabernaculi.

QV AESTIO II.

PLVRES columnae ponuntur hic in introitu tabernaculi, quam posita fuerint supra in introitu sancti sanctorum: nam ibi ponebantur quatuor solum. Fortè aliquis dicit causam huius esse, quia latior introitus erat ipsius tabernaculi, quam sancti sanctorum. Sed falsum est, quia introitus sancti sanctorum erat spatium interceptum inter latus septentrionale, & meridiana tabernaculi. Introitus etiam tabernaculi, nihil aliud erat, quam istud spatium interceptum inter haec duo latera: cum autem ista duo latera essent eque distantia, necesse erat vtramque interpositionem, scilicet veli sancti sanctorum, & tentorium in ostio tabernaculi esse aequalia. Sed videtur fortè dicendum, quod plures columnae necessariae erant in introitu tabernaculi, quam in diuisione sancti sanctorum, quia ostium sanctuarij patebat ventis, & poterat commoueri, & facilius inter columnas immitti, nisi columnae modicum a se distantes essent. Et non erat hoc in introitu sancti sanctorum, cum illic ventus nemo posset subingredi, qui conturbaret velum concutiendo, ideo non erat ibi tot columnae necessariae. Ista columnae de lignis Setim deauratae erant, vt nihil in tota domo Dei esset, quod non aurum videretur, quantum ad ipsas res solidas, quae de filis non erant, sicut dicitur de templo Salomonis 3. Reg. cap. 6. quod nihil erat in domo domini, quod non aurum videretur. *Ante quas ducetur tentorium.* Quia in capitibus columnarum erant infixi aliqui vicini, in quibus penderet tentorium hoc, vel quia duci signat motum: potest signari, quod erat aliqua virga ferrea, vel de argento, aut aliquo metallo, siue ligno, siue funiculo, & per hanc immitterentur circuli existentes in extremitatibus tentorij, & duceretur tentorium illud, id est moueretur extendendo, vel multiplicando, sicut fiunt tentoria ante lectos apparatus, & in alijs locis. *Quarum erunt capita aurea.* Quia aliis magis de auro expensum foret in opere tabernaculi, quam expensum fuit. Summa autem auri, quae expensa fuit, patet infra 38. cap. *Et bases argenteae.* Id est quaedam incisa quadrata de argento posita sub pedibus columnarum ampliores ipsis columnis. *Facies & altare.* Hic ponitur secundum, scilicet ea, quae pertinent ad altare holocausti, & incipit hic capitulum secundum quaedam Biblias, secundum alias vero supra, vbi nos inceperimus, sed in hoc modicum refert. *Facies altare.* Istud erat altare, in quo fiebant sacrificia, ideo vocatur altare holocaustorum, licet non solum in eo holocausta offerrentur, sed omnes aliae victimae. Denominatur tamen a digniori, & frequentiori, scilicet ab holocaustis: nam nihil magis in altari illo offerebatur, quam holocausta, cum ista essent quotidiana, scilicet sacrificium matutinum, & vespertinum, alia autem accidentaliter adiecebantur domino Thura, & Thymiamata, de quo infra 30. ca. & illud ponebatur intra sanctuarium primi tabernaculi ante velum sancti sanctorum.

Hic incipit ca. 27. secundum quaedam Biblias.

Quare fiebat altare holocaustorum.

QV AESTIO III.

CAUSA autem huius altaris in promptu cuiuslibet est: nam praecipuus Dei cultus in actibus exterioribus, qui magis attestaretur Deum esse aliquem, erat sacrificium, & quia sacrificium non in quolibet loco fieri debebat, sed in loco sancto: constitutum fuit altare, vt in eo cum omni reuerentia, & honore sacrificia celebrarentur. Nam in plana terra non conuenienter ista fierent, nec aptarentur homines ad faciendum ea, sicut in loco alto, & tale est altare. Sic enim est origo huius nominis, vt dicatur altare quasi alta ara. Istud altare vnum erat, & licet multa sacrificia fieri deberent, in eo tamen omnia debebant fieri, quia cum sacrificium sit potissimus cultus Dei, si in multis altaribus sacrificia fierent, putasset gens illa adhuc rudis, & ad idolatriam prona, pluribus dijs sacrificari. Ista est fuit causa, quare vnicum fuit sanctuarium, siue tabernaculum in toto Israel, licet magnus populus foret, vt diximus supra 20. cap. & Deut. 12. capit. Causa autem multiplex, quare istud altare extra tabernaculum poneretur, praecedenti capitulo assignata est. *De lignis Setim.* Quia ista ligna magis resistunt contra omnem corruptionem ex quacunque parte eueniat, siue ex humiditate putrefaciente, siue calore pererente, vel pondere confringente. Hic autem oportebat esse lignum, quod non cito inflammaretur: nam in altari semper erat ignis, & ipse tamen tabulae altaris de lignis Setim existentes sub laminis aeneis non inflamabantur, quae tamen non contingeret in alijs lignis leuibus. *Quod habebit quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine.* Id est quadrum. Tanta magnitudo erat in longitudine, & latitudine propter magnitudinem ignis, qui intus erat, & sacrificiorum, quia interdum ponebatur vna vacca simul in holocaustum, vt caperentur omnia frustra eius. Sic exposuit litera. *Hoc est quadrum.* Hoc est quantum ad mensurationem planam: nam quantum ad mensurationem solidam, non erat quadratum istud altare cum mensura altitudinis sit minor, quam longitudo, & latitudo. Taliter mensurata corpora vocantur laterculi secundum appellationem Geometricarum, & est corpus tale irregulare, quia non sunt omnia aequalia in eo. *Tres cubitos in altitudine.* Ista erat quantitas minor aliarum duarum dimensionum: erat tamen satis conueniens, quia si fieret quinque cubitis in altitudine, oportebat esse altius altare, quam quemlibet sacerdotem, cum nullus homo sit, qui de cubitis suis, vt hic accipitur, scilicet a cubito vsque ad extremitatem digitorum manuum sit quinque cubitorum: imò nec quicquam est, qui de suis cubitos quatuor efficiat. Erat ergo illud altare sufficientis altitudinis, nec tamè ita altum, vt non possit sacerdos ad illud communiter pertingere secundum mensuram altitudinis altarium nostrorum. *Cornua autem per quatuor angulos.* Dicuntur quatuor anguli altaris quatuor extremitates clausae a quatuor lateribus, & in istis insurgebant quaedam altitudines de lignis Setim, quae operiebantur laminis aeneis, & in illis pendeabant vasa altaris, quae erant necessaria altari communius, & pertinebant ad banauisam ministracionem, vt forcipes, lebetes, fuscinulae, & receptacula ignium. Considerandum autem de isto altari, quomodo factum sit, & sciendum quod erat factum tanquam aliqua arca quadrata carens fundo, scilicet habens in latitudine cubitos quinq;, & in longitudine totidem, in altitudine autem tres, ita quod minor mensura coeteris erat altitudo. Non habebat hoc altare cooperitorium, nec fundum, sed replebatur terra vsque ad

Quare altare holocaustorum habebat tres cubitos in altitudine

Qualiter fabricatum erat altare holocaustorum.

ad medium, vel vltra, & super illam terram ponebatur ignis, desuper ipse carnes, & adipis sacrificiorum: parietes autem ipsius ab intra erant cooperti laminis æneis, & ab extra vsque ad medium altaris. Inferior autem pars circumdabatur quadam craticula ænea facta in modum cribri perforati: in ipsa autem craticula ænea, scilicet in quatuor summitatibus eius ponebantur quatuor circuli ænei, per quos ponebantur vestes ad portandum ipsum altare: in parte autem superiori parietum altaris ponebantur quatuor cornua, id est quatuor elevationes de ipso ligno tabulæ Setim operetæ laminis æneis, & ab illis extremitatibus dependebat vasa ministrætionis sanctæ in ipso altari holocaustorū: vocantur autem hæc cornua extremitates ipsius altaris exiuntes super cœteras partes tabularum, & isto modo vocantur cornua in altari nostris, dicentes cornu dextrum, & cornu sinistrum altaris. *Cornua per quatuor angulos.* Addidit per quatuor angulos, quia forte si non adderetur debere poni ista per angulos, poterat arbitrari Moyses ista cornua forte debere fieri in medietate tabularum altaris secundum latitudinē, & longitudinē, & ibi non concuebant talia cornua. Etiam dicitur per quatuor angulos, quia si non poneretur numerus angulorum, putaret Moyses satis esse ponere cornua in duobus angulis, vel tribus. *Et ipso erunt.* Id est ista cornua, quæ sunt elevationes tabularum ad aliquid appendendum ibi, non erant infixæ tabulis altaris per concavationem, & incastrationem, sed ex ipsis tabulis erant, scilicet quod quædam tabulæ fabricarentur, relinquerentur illa cornua sic facta. *Et operies illud ære.*

Quare altare holocaustorum operiebatur laminis æreis.

QV AESTIO. III.

RATIO huius opereturæ erat, quia in altari illo esse debebat continuus ignis, vt patet Leui. 6. capit. & magnus quidem si ergo tabulæ de lignis Setim mansissent nudæ, comburentur: mandauit ergo eas cooperiri ære. Non tamen est intelligendum, quod tabulæ altaris cooperirentur totaliter ære, quia tunc superfluum esset, quod infra dicitur, scilicet quod fieret craticula perueniens vsque ad altaris medium: constat tamen quod vbi erat craticula, non erat totum cooperitum ære, quia illa craticula erat perforata, & poterant videri lignorum partes. Sed dices, quod siue cooperitæ essent tabulæ laminis æneis, siue craticula ænea, quiaambo diuisi in totum altare circumdabant: dicebantur totum altare cooperiri ære. Sed hoc non stat, quia si positio craticulæ vocaretur cooperitura æris, non diceretur, quod poneretur craticula vsque ad altaris medium, postquam dictum fuisset, quod cooperiretur totum ære, non intelligitur, quod parietes eius totaliter essent cooperti ære: nam hoc valde superfluum esset, quod intus, & foris laminis æneis tegetetur: sed dicendum, quod totum altare erat operitum ære, quia illa pars altaris vsq; ad quam ponebatur ignis, & sacrificia, cooperiebatur totaliter ære, scilicet laminis grossis æris, ne ignis penetrans exureret ligna altaris. Et fiebat sic, scilicet quod cum illud altare vacuum foret, replebatur terra vsque ad medietatem eius, & amplius aliquantum, & super illam terram ponebatur ignis, & super ignem ponebantur sacrificia: ideo altare operiebatur ære intus, & foris vsque ad medium eius, & aliquid intra incipiendo ab extremitate summa descendendo deorsum, donec pars tecta ære de tabulis occultaretur sub terra posita intra ipsius altaris concavationem per aliquod spatium, ita vt partes illæ non tangerentur ab igne: partes autem aliæ versus fundum altaris multum opte terra non operiebantur laminis æneis, quia superfluum

esset, cum nullo modo ignis ibi nocere posset. Sic autem in parte exteriori tabularum altaris à summitate altaris versus fundum erat tectura ænearum laminarum vsque ad altaris medietatem: deinde in cœtera medietate tabularum, scilicet in cubito, & dimidio versus fundum ponebatur craticula ænea, quæ non erat totaliter continuata, sed perforata, & modicum habes de ære, & per hunc modum dicebatur totum altare cooperitum ære, & tamen vltra tecturam laminarum ænearum erat craticula. Et per supradicta potest responderi ad argumentum, quod aliquis ageret de eo, quod dictum fuit supra 20. cap. scilicet altare de terra facietis mihi, & subiunxit, quod possent illud construere de lapidibus non sectis, scilicet quos ferrum non tetigit: ergo non poterat fieri de lignis Setim. Ad hoc responderi posset, quod licet Deus mandauerit fieri altare de terra, aut lapidibus non sectis, tamen non vult fieri de lignis, quia illud mandatum intelligebatur de altaribus, quæ fierent specialiter in aliquibus locis ad immolandum ibi, ita deberent manere. Hoc autem altare quod fiebat in sanctuario erat portatile, sicut cœtera, quæ in tabernaculo, & atrio erant: ideo necesse esse debebat de lignis Setim: nam de nulla alia materia poterat fieri in tanta quantitate, & quod esset bene portatile. Deus ergo, qui illam legem de faciendis altaribus terreo, vel lapideo condidit, potuit eam interpretari cum posset eam condere, & abrogare, & fuit interpretatio talis ponendo debere fieri aliquod altare de lignis. Item non videtur derogare hoc aliquo modo legi illi datæ supra 20. cap. quia ibi principaliter vetabatur, ne fierent in altari aliqua imagines, vel polituræ imaginibus similes, ne induceretur populus ad idolatriam, & quia terra non erat susceptiua taliumfigurationum, cum sit propter siccitatem incomposita, aut rursus propter indispõsitam molliem non sustinet, licitum erat de terra altaria fabricare, cum nullum in his scandalum, aut timor idolatriæ posset suboriri. In lapidibus autem, quia duri sunt, & compacti, & suscipiunt retinentque imagines, periculosum erat concedi fabricationem, ideo appositum fuit, quod si de lapidibus altare fieri deberet, non figurarentur illi lapides ferro, sed manerent rudes, atque impoliti, & sic non commouebant ad idolatriam. Eodem ergo modo esset de altare factis de lignis, sicuti fuit factum hoc, de quo hic dicitur, quia nullamfigurationem habebat imaginum, aut quaruncunque rerum, sed simpliciter tabulæ leuigatæ, & compactæ erant, & eis laminæ æneæ super inductæ, & ipsa craticula. Sed dices, quod repugnat hoc illi legi: nam maior occasio idolatriæ erat circa tale altare, quam circa altare factum de lapidibus: nam altare de lapidibus, quia erat de rudibus lapidibus, non determinabat sibi aliquam certam figuram quadratæ, aut circularitatis, vel in aliquo alio genere cognitarum figurarum: altare tamen factum de lignis leuigatis, & superinductis laminis æneis, & ipsa craticula determinabat sibi formam quadratæ: sic enim fuit dictum, quod altare hoc erat quinq; cubitorum in longitudine, & quinq; cubitorum in latitudine, id est quadratum, vt patet in litera. Respondetur quod hoc non obstat, quia non quælibet figura inducebat ad idolatrandum, vt triangularis, aut quadrangularis, & cœtera Geometrica regulares, vel irregulares. Sed imagines rerum viuentium, vt hominum, vel aliorum animalium, aut astrorū: nam ista est Deos esse, & viuere Gentilium plurimi arbitrant. Altare autem nullam harū habebat imaginē, ideo non inclinabat ad idolatrandū aliquo modo: nam & si de quadratura loquamur, eodem modo quadratum erat, & leuigarum altare, quod fecerunt in monte Hebal mandato Dei, qui transferunt Iordanē confirmantes legē in terra Chanana.

Responso ad quoddam argumentū quod posset fieri

Resp. 2.

Confut. 2. responso.

Vasa ad ministrætionem altaris holocaustorū duplicia erant.

Resp. 1.

Obiectio.

Nam de lapidibus informibus erat, quos ferrum non tetigerat, & leuigati sunt illi lapides calce, & redactum fuit altare ad certam figuram, & planatum fuit, ita vt in eo posset describi Deuteronomium legis, vt patet Deuteronomij 27. & Iouie octauo capitulo. Et sic non erat in eo vlla idolatrandi occasio. Alio modo responderi potest per prædicta, scilicet quod altare istud de lignis Setim fiebat secundum formam mandatum supra vigesimo capitulo. Nam de terra ipsum altare erat, sed altaris parietes erant de lignis Setim, & superinducti cooperimento ænearum laminarum: quia tamen ponebatur illud altare super terram, cum esset inane, vt dicitur hic, replebatur terra vsque ad certam partem altaris, & super illam terram ponebatur ignis, & super ignem holocausta aliæque victimæ, & sic ipsum altare de terra erat. Sed dicendum, quod licet secundum hunc modum videretur obedire illi mandato supra vigesimo capitulo de constructione altaris, tamen non propter hoc ponebatur terra intra illud altare, vt seruaretur illa lex, sed vt esset super quid poneretur ignis, & holocausta: nam illud altare cauum, & inane erat, ne esset ad portandum grauisimum, etiam quia id quod poneretur sub igne, scilicet lignum, vel æs necessario inflammari debebat satis velociter: quod non sequebatur de parietibus altaris, quia non ponebatur super eos ignis: imò ipsi videntur ab igne aliquo distantes, cum esset satis magna latitudo, & longitudo altaris, scilicet quinque cubitorum in qualibet mensura, & non posset sic ignis multum calefacere parietes altaris, maxime, quia cooperti erant laminis æneis. Ob hoc ergo ad hoc, quod fieret sacrificium in illo altari, necesse erat poni terram, aut lapides intra altare, & hoc, siue lapides politi essent, siue non, quia cum non viderentur, non referebat magis sic quam aliter se habere, sed ponebatur terra, quia facilius erat terram, quam lapides ponere, & æqualiter supplebat concavitationem, sicut lapides si ponerentur. Solutio ergo prima melior est. *Faciesque in vsus eius.* Hic ponuntur vasa ad ministrandum in altari illo: Et sciendum, quod duplicia erant vasa altaris huius. Quia quedam pertinebant ad operationem, & carniū motionem, & similia, quæ vocantur lebetes, & fuscina, & forcipes, atq; ignium receptacula, ideo ista vasa erant de ære. Alia erant vasa pertinentia ad ministrætionem mundiorum, vt illa vasa, in quibus recipiebatur, atque cognoscebatur vinum, & oleum, & similia cœteraque immolationum paramenta, & hæc vasa erant de auro purissimo, nec custodiebantur cum ipso altari, sed ponebantur super mensam propositionis, vt declarauimus supra vigesimo quinto capitulo. Ista autem, quæ hic nominantur, erant vasa banauis ministrætionis, & conseruabantur cum ipso altari holocaustorum, & quia erant quatuor vasa, secundum quod hic describitur, videtur quod penderent à quatuor cornibus eleuatis in altari, de quibus supra, scilicet fuscina, in vno cornu, & lebetes in alio, & sic de cœteris. *Lebetes ad suscipiendos cineres.* Manifestum est, quod aliqua vasa erant in atrio tabernaculi ad ministerium altaris, in quibus coquerentur carnes sacrificiorum pacificorum, quarum pars sacerdoti veniebat, & pars ipsis offerentibus, vt patet Leuitici septimo capitulo. Et non est verisimile, quod portarentur aliqua vasa laica ad decoctionem sanctorum carniū, cum ea, quæ sancta essent, non deberent tangi à rebus profanis: maxime, quia primo Regum capitulo primo, dicitur de filiis Heli, qui accipiebant carnes crudas à filiis Israel, quando eas coquebant in atrio tabernaculi: ante enim, quam carnes coquerentur

Amittebat puer sacerdotis fuscinulam tridentem in cacabum, vel caldarium, & trahebat inde carnes, quas volebat: & sic videtur, quod illi cacabi, aut caldaria erant vasa determinata ad ministrætionem altaris holocaustorum, & erant in ipso atrio, & tunc non est aliud nomen, quod ei magis conueniat, quam quod vocentur lebetes. Caldaria autem, & lebes idem sunt: non tñ accipitur hic lebes pro ipsa caldaria, in qua coquerentur carnes: sed pro quibusdam vasis amplis, quos nos bacinos nuncupamus, & sunt ad ponendum in eis aliquid, siue aquam, siue cinerem, vel quidquid aliud. Et cum in altari cineres multi essent, cum semper arderet perpetuus ignis, educebantur cineres illi in lebetibus de atrio ad aliquem locum mundum extra castra. Sed hoc quod supra putabatur à quibusdam, scilicet quod essent vasa determinata in atrio tabernaculi ad coquendum carnes sacrificiorum pacificorum, non est verum. Primum patet aliquo modo, quia cum hic ponantur vasa altaris, si essent aliqua, quæ ad decoctionem pertinerent, litera non tacuisset illa, cum intendat ponere omnia, quæ requirebantur ad ministerium altaris, præcipue, quia si dicamus, quod erant vasa determinata in sanctuario ad decoctionem carniū, cum ponantur multa primo Regum secundo capitulo, scilicet caldaria, cacabus, & olla, non est verisimile, quod aliquod eorum non expressisset, dato quod alia subiceret: sed nullum expressit, ergo non erat aliquod determinatum ad decoctionem, sed ipsi, qui offerebant, ducebant illa, & coquebant in eis. Vnum autem solum est, quod hic ponitur, scilicet fuscina, quæ pertinebat ad decoctionem carniū de olla.

An fuscina, quæ erat in atrio tabernaculi seruiret ad vsus laicus offerentium carnes.

QV AESTIO. V.

SED ex hoc argues, cum fuscina sit ad ministerium cacaborum, ollarum, vel caldarium, & sine illis nihil prosit, & hic ponitur fuscina, ergo necesse est intelligi ollas, cacabos, vel caldarias etiam non positas expressè: nam naturaliter in posterioribus intelliguntur priora, & in consequentibus antecedentia, & in accessorijs principalia. Respondetur, quod non sequitur ex hoc, quod in atrio essent vasa, in quibus fieret decoctio, nec fuscina presuppõnit hic caldarium. Nam hic agitur de vasis, quæ erant proprie vasa altaris, id est pertinebant ad ipsum ministerium exercendum per sacerdotes: sed vasa decoctionis non pertinebant ad ministerium sacerdotis: nam ipsi non decoquebant carnes pacificarum victimarum, etiam nec ipsam partem, quæ eis proueniebat, sed offerentes victimas pacificas accipiebant totam illam carniam partem, quæ non debebat incendi domino, & coquebant eam, cum autem decocta esset, sacerdos veniebat, & tollebat sibi partem conuenientem sibi ex lege, armum scilicet dextrum, & pectusculum, vt patet Leuitici septimo capitulo, & Numeri decimo octauo. Supradicta patent per ea, quæ habentur primo Regum capitulo secundo de filiis Heli: in hoc enim errabant, quod antequam coquerentur carnes tollebat id quod veniebat ei, & aliquando quod non pertinebat ad eum: sic enim dicitur: Porro filij Heli erant filij Belia, nescientes dominum, nec officij sacerdotum ad populum, sed quicunque immolasset victimam veniebat puer sacerdotis ad eum dum coquerentur carnes, habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat in lebetem, caldaria, aut ollam, siue cacabum,

Partes Secunda.

G

bum,

bum, & omne quod leuabat fuscina habebat sacerdos sibi: sic faciebant vniuerso Israeli venienti in Silo. Et sequitur postea: Erat autem peccatum puerorum grande nimis coram domino. Cum ergo ad offerentes pertineret ipsa decoctio carnum non oportebat dari vasa altaris aliqua ad hoc, cum ministerium omnium vasorum ad solos sacerdotes pertinere debebat. Fuscina autem, quæ hic fieri mādabatur, pertinebat ad ministerium sacerdotum, scilicet vt accipientes illam, irent ad ollas offerentium carnis decoctis, & leuarent in fuscina sua id quod eis ex lege attrinebat, & nō erat ista fuscina ad ministracionem laicorum: nam non concedebatur eis illa fuscina ad vertedum leuandum; carnes in cacabis, sed soli sacerdotes utebantur ea accipientes eunteque, & offerentes iam coctis carnis, & tollentes ab eis in fuscina carnes eis debitas: hoc autem patet 1. Reg. 2. capit. vbi ante dicebamus, sed quicunq; immolasset victimam, veniebat ad eum puer sacerdotis, & habebat fuscinulam in manu sua, mittebatque in caldariam, & sic videtur, quod ipse puer sacerdotis portabat secum fuscinulam illam, & defererebat in ea carnes, & non erat apud ipsos laicos coquētes carnes. Et sic patet quando arguebas fuscina ad nihil aliud est, nisi ad ministerium ollarū, cacaborum, & caldarium: sed hic ponebatur fuscina: ergo necessarium erat cacabos, caldarias, & ollas intelligere. Dico quod verum est de illa fuscina, q̄ ponitur ad ministracionem cacabi, & ollarū, quia illa nihil vtilis est sine cacabis & ollis: talis autem erat fuscina, quam portabant vulgares de domibus suis ad atrium tabernaculi, q̄n pacificas victimas offerebant: & si talis esset illa, quam Deus hic fieri mandauit, superfluum esset poni eam sine cacabis & ollis, & ea posita necessariō ollæ, & cacabi subintelligebantur: sed illa, quæ erat de vasis altaris solum erat, vt sacerdotes tollerent carnes ab ipsis offerentibus, leuarentque eas de cacabis dum coctæ essent: quod non præsupponebat ista caldariam, aut cacabum. Item patet, q̄ non erant aliqua vasa decoctiois, quæ essent facta in atrio, quia vasa tabernaculi erant vasa sacra, & etiam si contingerent res sacras, si carnes sacras, non sequebatur aliquod inconueniens, cum ad hoc ipsa vasa fabricata forent, sed q̄n aliqua hostia pro peccato immolabatur, mādabatur, quod vas, in quo fuissent coctæ carnes illæ, si esset fictile, scilicet de luto, frāgeretur: si autem esset æneum lauabatur, & defricabatur, vt quasi sic tolleretur ab eo quidquid de carnis sanctis esset in eo: si tamen ista essent vasa sacra, non deberent frangi, quia sacrum tangebatur sacrum. Et dato q̄ essent ænea vasa, non oportebat fieri illam defricationem cum sancta essent: sicut nunc cum sanguis Christi in calice conficitur, non oportet fieri defricationem eius sumpto sanguine, quia vas sacrum est, sed solum simpliciter abluuntur: si tamen in aliud quodcunque vas quod sacrum non esset decideret, oportebat fieri alias defricationes, & rationes, vel contrafractioes vasorum: sic ergo cum vasa essent sacra in quibus decoquerentur carnes istæ, non oportebat fieri tales defricationes, & contrafractioes, sed fiebant, vt patet Leuit. capit. 6. ergo non erant vasa ista sacra, in quibus talis fiebat decoctio, sed si essent vasa facta per mandatum Dei in cultum tabernaculi, essent sacra, & consecrata oleo sancto: ergo non erant caldaria, cacabi, & ollæ, & lebetes ille factæ in atrio tabernaculi per imperium domini, sed laici offerentes ducebant de domibus suis. Antecedens patet, scilicet quod vasa altaris essent sanctificata, & consecrata vnguento sancto infra trigesimo capitulo, cum dicitur: Faciesque vntionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarū, & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam te-

stamenti, mensamque cum vasis suis: candelabrum, & vtenilia eius: altaria Thymiamatis, & holocausti, & vniuersam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinet: sanctificabitque omnia, & erunt sancta sanctorum, qui tetigerit ea sanctificabitur. Item patet hoc fortius, quia dicitur hic: cuncta vasa altaris ex ære fabricabis: sed Leuitici sexto capitulo, dicitur: Quod carnes victimarum pro peccato coquebantur aliquando in vasis æneis, aliquando in fictilibus: ergo illa non erant vasa altaris: & sic necessariō concludendum est, quod altare holocaustorum nulla alia vasa habebat, quam ea, quæ hic exprimentur, & non erant vllæ caldaria, vel ollæ, in quibus coquerentur carnes sacrificiorum, quas Deus iussisset fabricari, sed quilibet immolans ducebat vasa necessaria secundum victimas quas offerre volebat, siue illa fictilia essent, siue ænea, siue alterius metalli: lebetes ergo, quæ hic ponuntur, solum erant ad cineres eiciendos ab altari in loco mundo extra atrium. Et forcipes. Erant forcipes instrumenta fabrilia, quibus ignem mouent, & ferrum tenent cum malleatur: huiusmodi autem erant in sanctuario ad ministerium altaris, vt comprehenderent sacerdotes carbones, & disponerent quomodocunque vellent, & non coegerent manibus suis tangere ignem illum viuacissimum: forcipes vulgariter dicuntur tenacula à tenendo, quia eis tenentur carbones, vel ferrum: forcipes autem proprius à ferro denominata sunt, quasi ferrum capientes. Aliæ autem sunt, quæ forcipes appellantur à filis scindendis: aliæ autem forcipes dicuntur à pilis, quia pilos scindunt, quemadmodum illæ, quibus oues tendentur. Sic enim distinguit Hebræus. Et fuscina. Ite fuscina erant, quibus carnes de caldarijs extraherentur, & darentur sacerdotibus: sic dicitur primo Regum secundo capitulo, quod puer sacerdotis veniebat ad eum, qui victimam immolasset, & portabat in manu sua fuscinulam, & mittebat in caldariam, vel cacabum, & quidquid leuabat fuscinulam, erat ipsius sacerdotis. Erant autem istæ fuscinae habentes tres dentes, siue vncos, vt firmius apprehenderent, atque tenerent, vt patet in eodem capitulo secundo primi Regum. Vocantur ista instrumenta fuscinae de fuscis fuscis fuscum, idest niger, quia propter fumum, & immixtionem brodimus contrahebant quandam nigredinem, quæ enim cum igne communicant, fusca sunt. Et ignium receptacula. Receptaculum à recipiendo dicitur, & sunt ista vasa ænea, in quibus recipiebantur prunæ de altari holocaustorum, & portabantur intra tabernaculum, vt ponerentur super altare Thymiamatum, & adolebatur Thymiamata super illas prunas in vespere, & mane, vt patet infra trigesimo capitulo, cum dicitur: Et adolebit incensum super eam Aaron suaue flagrans, mane quando componit lucernas incendet illud, & quando collocat eas ad vespere. Omnia vasa ex ære fabricabis. Idest omnia vasa altaris holocaustorum, ita quod nullum esset fictile, quia fictilia non sunt alicuius permanentiæ, quæ autem in sanctuario erant, permanentia esse debebant. Etiam dicitur: Quod omnia vasa altaris esse debebant ænea, quia non debebant fieri de auro, vel argento aliquod eorum, quod quidem de vasis istius infimæ ministracionis mundioris non tenet hoc, quia de auro erant purissimo, quemadmodum acceptabula, & cyathi, & phialæ ad fundenda libamina, vt patet supra 25. cap. sed hoc posito satis patet quomodo omnia, quæ in tabernaculo, & atrio erant solida metallina de auro, vel argento, siue ære fiebant, vt patet inquirendo duo capitula præcedentia, & istud, & capit. 30. infra, in quibus ponuntur omnia, quæ in toto sanctuario erant.

Argues

Obiectio. Prima. Argues ergo tunc si omnia, quæ in vasis sanctuarij erant de istis tribus metallis erant, quare Iosue mandauit omne ferrum, omne æs, atque aurum, & argentum, quod reperiretur in Iericho dari in Thesauris domini, vt patet Iosue sexto capitulo. Etiam Numeri capitulo trigesimo primo, quando Iudæi pugnauerunt contra Madianitas, & tulerunt prædam magnam, mandauit dominus, vt daretur primitia domino de auro, & argento, & ferro cæterisque rebus: ergo ferrum ad aliquod videbatur necessarium in vtu cultus Diuini. Ad istud secundum fati responderi posset, quod Deus mandauit dari primitiam sibi de ferro, auro, & argento, cæterisque: non quidem quod daretur ad vtu sanctuarij, sed daretur domino, idest dabatur sacerdotibus, qui erant in cultu domini, & leuitis, & hoc patet Numeri trigesimo primo capitulo, vbi mandauit quandam partem illarum primitiarum dari Eleazar sacerdoti magno, & aliam partem dari leuitis. Sic enim primogenitorum precium dicebatur dari domino, tamen dabatur ad vtilitatem ipsorum sacerdotum, vt patet Numeri decimo octauo capitulo. Et sic nunc dicemus, quæ dantur Ecclesijs, inter ministros Ecclesiæ diuiduntur præter quandam partem, quæ pro earum fabrica conseruatur. Et tunc satis stat, quod etiam si non expenderetur ferrum in aliquo vtu sanctuarij, quod daretur domino, idest sacerdotibus, qui conuerterent in vtu suos. Ad aliud argumentum de Iosue non potest sic responderi, quia ibi non dabatur illa sacerdotibus, sed dicitur, quod reserua sunt in Thesauris Domini. Dicendum ergo ad hoc, quod licet ferrum non expenderetur in aliquo opere tabernaculi, erat tamen necessarium ad vtu tabernaculi: nam leuitæ debebant tabernaculum, & atrium eius deponere, atque figere: ad hoc autem malleis indigebant, vt ad figendum paxillos, & similia. Etiam necessarium erat ferrum ad faciendas securas, cæteraque scindendi instrumenta varia, vt scinderentur ligna pro sacrificijs: nam ignis ardebat perpetuus in altari, cui subiciebantur quotidie sacerdos ligna, & quia erant necessaria multa ligna, cum esset continuus ignis, erant necessarij multi lignorum cœtores ad vtu sanctuarij. Patet hoc de Gabaonitis, quos Iosue subiecit ad hoc in fermitatem, vt feruissent ad vtu tabernaculi comportando aquas, & deferendo ligna, vt patet Iosue nono capitulo. Necessarium erat ergo semper ferrum ad vtu sanctuarij, sicut alia metalla, imò nullum metallum est quod magis necessarium esset ad vtu quotidianos sanctuarij, quam ferrum. Craticulamque in modum retis. Dicitur craticula quædam magna lamina ænea non continuata, & clausa tota, sed multis foraminibus patens. Et dicitur craticula de cratis, quia cratis idem est, quod connexio, vel complicatio: & sic solemus appellare craticulam quoddam instrumentum ex ferreis virgulis factum cum multæ virgulæ ferreæ transuersaliter cadunt super alias, & manebant foramina media, per quæ transit calor, & huiusmodi instrumenta sunt ad assandum pisces, nē super ipsas primas exurantur. Et talis erat craticula, super quam assatus fuit Sanctus Laurentius. Et dicitur in littera qualis sit ista craticula, cum declaratur, quod debebat esse in modum retis, scilicet quod sicut rete ex multis filis completur, & foramina media manent, sic craticula illa foramina multa habet. Per cuius quatuor angulos erunt quatuor anuli ænei. Idest quod ista craticula, quæ ponebatur in altari habebat in summitate sua quatuor angulos æneos.

Alph. Tost. super Exodi

Qualiter craticula situabatur in altari, & super parietes altaris.

QVAESTIO. VI.

CIRCA istam craticulam quomodo ponatur, scilicet quod tabulæ altaris erant trium cubitorum in altitudine, & in longitudine quinque, & fiebant quatuor cornua in quatuor angulis altaris per summitates altaris, & ab illis quatuor cornibus pendeabant quatuor catenæ æneæ, & perueniebant intra concauitatem altaris vsque ad medium altaris, scilicet vsque ad cubitum & dimidium intra concauitatem altaris, & in illis quatuor catenis pendeat ligata craticula, quæ erat ænea, & perforata, & super illam ponebantur carnes sacrificiorum, & adipis infra istam craticulam, scilicet circa altaris fundum erat quædam arula, in qua ponebatur ignis, & exurgebat flamma ab illa craticula contumebatque ipsas holocaustorum carnes, & erat quædam fenestra facta in altari in aliqua de tabulis eius, & per ipsam mittebantur ligna ad arulam, vt sic arderet. Arula enim dicitur vas ad ponendum prunas, vt patet Ierem. trigesimo sexto capitulo, cum dicitur: Quod ante regem in domo Hyemali posita erat arula plena prunis, & talis videtur fuisse ista arula altaris holocaustorum. Sed ista positio non potest stare, quia dicit, quod arula erat sub craticula, cum tamen dicatur, quod anuli craticulæ erant sub arula, & ipsi anuli erant in extremitate craticulæ per quatuor angulos eius. Et si dicas, quod erat infra craticulam arula, sicut textus vult: nullo modo poteris dare quomodo anuli eius essent sub arula. Item & clarius nullo modo potest poni ista craticula intra altare pendens, quia in extremitatibus craticulæ erant quatuor anuli, & per illos mittebantur duo vctes ad portandum altare: ergo impossibile erat intus esse craticulam, quia vctes extra altare erant in ipsis altaris lateribus, sicut erant in arca, & in mensa, & altari Thymiamatum. Nam poni vctes per anulos craticulæ illo modo disposita impossibile erat, cum in ipsis anulis catena, quibus ipsa pendeat à cornibus altaris ponebatur. Etiam quia arula non erat fixa, sed pendens. Antecedens autem patet, scilicet quod mitterentur vctes per quatuor anulos craticulæ, quia dicitur: Craticulamque facies in modum retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor anuli ænei, quos ponet subter arulam altaris: facies & vctes de lignis Setim, quos induces per circulos. Sed dices fortè, quod isti circuli, per quos inducebantur vctes non erant circuli, siue anuli ipsius craticulæ, sed alij anuli positi in ipso altari. Respondetur, quod falsum est: nam vt patet infra trigesimo octauo capitulo anuli craticulæ, siue retiaculi, quod idem est, erant illi, per quos ponebantur vctes, cum dicitur: Fusis quatuor anulis per totidem retiaculi summitates ad immittendos vctes ad portandum altare. Item si poneremus sic arulam in profunditate altaris, & craticulam in medio, non possent poni carnes sacrificiorum super ipsa ligata holocausti. Sed Leuitici primo capitulo, dicitur: Quod ponebantur ligna in altari, & super ea ordinabantur carnes holocaustorum. Postea autem isto modo craticula nullo modo poterit sic fieri, quia carnes erunt super craticulam, & non super ligna holocausti. Item non potest isto modo poni arula sub craticula, quia infra 38. capitulo, dicitur: Quod arula stabat sub craticula in altaris medio. Et hic dicitur, quod craticula erat vsque ad medium

Pars Secunda, G 2 altaris:

altaris: impossibile autem erat hoc modo vnum stare sub altero, cum vtrumque esse dicatur in medio altaris. Considerandum autem ad veritatem huius, quod ista craticula non erat aliqua lamina plana perforata posita intra concavitatem altaris: sed erat facta ex laminis æneis tenuibus, & perforatis, & ponebatur in altari ad pulchritudinem, & non ad necessitatem, ponebaturque in parte exteriori altaris, & perueniebat ab extremitate infima altaris, scilicet à pavimento per cubitum & dimidium, quod erat medietas altitudinis altaris, & ultra istud spatium per aliam altitudinem, scilicet alium cubitum & dimidium remanentem tegebantur tabulæ laminis æneis: altare autem ipsum intra vsque ad medietatem, vel modicum ultra replebatur terra, & ibi ponebatur arula, scilicet aliquod vas magnum de ære, vel aliquis lapis, super quem fiebat ignis, & super ipsum ponebantur carnes, atque cremabantur. In litera autem Hebraica non fit mentio de ista ara, sed dicitur: Quospones super ambitum altaris, & litera nostra dixit subter arulam altaris, quia forte ambitus erat aliquod vas, siue magnum æris frustum quadratum secundum formam altaris circumdans illud intra, & ibi ponebantur ligna holocausti. Nicolaus autem dicit, quod iste ambitus erat aliquid de ære factum versus summitatem altaris in modum zone, & sub hoc ambitu erant quatuor anuli, per quos mittebantur vectes, & sub his anulis erat craticula, quæ perueniebat vsque ad altaris medium. Sed non bene dicitur, quod arula, quam ponit hic Hieronymus, sit aliquis ambitus exterior per modum zone, quia arula vas est ad continendas prunas, vt patet Jerem. 36. capit. ergo dicendum, quod Hieronymus illum ambitum putauit esse aliquid intra altare, quod totum altare contineret, in quo ponerentur ardentia ligna. Craticula, vt diximus, magis ad pulchritudinem, quam ad necessitatem posita est, quia non erat necessarium ibi aliquid poni, sed vt non paterent tabulæ, vnde ponebatur ipsa ad tegendum. Hebraicæ autem Glossæ ponunt etiam craticulam ad sanguinis victimarum distinctionem. Nam cum dicitur aliquando in Leuitico, quod sacerdos intingebat sanguine cornua altaris, tingebat supra craticulam in ipsis cornibus altaris, quæ erant in extremitatibus. Quando autem dicitur, quod effundebat sanguinem, per circuitum altaris, effundebat, & tingebat infra craticulam. Aliqui sapientes Hebræorum dicunt, quod istud altare erat cubitorum decem altitudinis. Et quando dicitur in litera, quod istud altare erat trium cubitorum altitudinis: respondent, quod hoc intelligitur de tabulis existentibus super craticulam, quæ erant cooperæ laminis æneis: nam tres cubitos tabularum dicunt esse laminis æneis operos, & septem craticula tegi. Sed ista positio est contra textum, & includit contradictionem: quia dicitur hic, quod craticula erat vsque ad altaris medium: sed altare erat altitudinis cubitorum decem, vt ipsi volunt, ergo craticula perueniebat ad quinque cubitos ipsius altaris in altitudine, & tunc manebunt quinque alij cubiti discooperiti, quod est contra responsum, & positionem eorum. Si autem dicant, quod craticula perueniebat vsque ad medium altaris, scilicet vsque ad medietatem partis discooperæ, quæ erat trium cubitorum, ergo tegebat octo cubitos, & dimidium, scilicet quinque priores, & vnum & dimidium de tribus discooperitis: sed hoc includit contradictionem, scilicet quod craticula perueniret vsque ad altaris medium, scilicet vsque ad medium eius, quod discooperitum erat, cum ipsa totum illud cooperiret vsque ad quod veniebat. Item non poterant isto modo tres cubiti assignari discooperiti, qui completerent altaris al-

Doct. de terminat.

Opi. Nicolai de Lyra de ambitu altaris.

Opi. quorundam Hebræorum de altaris altitudine.

titudinem, cum dicamus partem eorum cooperitam esse. Non ergo potest stare villo modo ista positio. Sed dicendum, vt ante dicebamus, & patet in litera, quod altare erat altitudinis cubitorum trium solum, & medietas huius altitudinis, scilicet cubitus & dimidius erat operata laminis æneis solidis, & non perforatis: & ista erat medietas incipiendo à summitate altaris descendendo vsque ad cubitum & dimidium: deinde reliqua medietas vsque ad extremitatem, quæ erat super pavementum, erat de laminis perforatis: & istæ vocabantur craticulæ, siue cauum altaris. Craticulamque in modum retis. Ista craticula ponebatur cooperiens tabulas altaris extrinsecè ab inferiori parte perueniens vsque ad medietatem eius, scilicet ad cubitum & dimidium. Per cuius quatuor angulos erunt quatuor anuli. Isti quatuor anuli erant in quatuor angulis craticulæ, scilicet quod craticula erat per totum altaris circuitum, idest per altaris latera quatuor, & in illis fiebant quatuor anguli ex concursu quatuor laterum se contingentium inuicem, atque claudendum angulos corporeos: in illis autem angulis, idest in coniunctionibus laterum ponebantur anuli, in quo liber angulo vnus anulus, & isti erant ad ponendum vectes per illos, vt portaretur altare: erant autem isti anuli in angulis craticulæ: non tamen constat ex hoc vtrum in medietate altitudinis craticulæ, vel in principio, scilicet in parte inferiori eius, vel in parte superiori essent, sed infra trigesimo octavo capitulo declaratur, quod isti anuli essent in parte superiori istius craticulæ versus altitudinem altaris, scilicet in medio altaris ad cubitum & dimidium altitudinis altaris, cum dicitur: Fufis quatuor anulis per totidem retiaculi summitates, idest per partem summam, idest altiore ipsius craticulæ. Quospones subter arulam altaris. Isti anuli craticulæ erant subter arulam, scilicet quod arula altaris erat propinquior summitati parietum altaris, quam anuli ipsius craticulæ. Erat autem arula, vt supra dictum est, aliquod petacium æneum planum positum super terram existentem in concavitatem altaris. Vel etiam si dicatur, quod arula nihil aliud erat, quam ipsa superficies terræ inclusæ in altari, super quam ponebantur ligna ignita, & super ea carnes holocaustorum: nam ara ipsum altare in quo sacrificia ponuntur signat, siue lapideum, siue terreneum, siue ligneum, aut metallinum sit. Et si dicamus, quod intra altaris concavitatem nihil ponatur nisi terra, superficies terræ illius vocabitur arula, & hæc qualitercunque ponatur, erat super anulos craticulæ, quia anuli craticulæ erant in summitate craticulæ: craticula autem perueniebat ab inferiori parte pavementi vsque ad medium altaris, scilicet ad cubitum & dimidium. Arula autem erat circa summitatem parietum altaris, quia forte distabat per vnum cubitum à summitatibus altaris, vel minus, quam per cubitum: ita vt ligna non caderent ab altari, & sacrificiorum carnes posite intra illam concavitatem. Erat ergo arula supra anulos craticulæ secundum altitudinem forte dimidio cubito, aut vno cubito. Sed argues, quomodo poterat dici hic, quod anuli craticulæ essent infra arulam, siue supra arulam? quia arula erat intra altare, & anuli erant extra. Respondetur, quod licet arula staret intra altare plana: tamen correspondebat ei aliqua pars æqualis in altitudine in parietibus altaris in parte exteriori ipsorum parietum, & illa pars correspondens altitudini arulæ erat altior anulis craticulæ, quia anuli craticulæ erant sub illa parte, dicebantur esse sub arula.

Decl. sententia.

Quomodo

Quomodo arca dicitur esse super anulos craticulæ.

QUESTIO VII.

SED adhuc quæres quomodo diceretur esse arula super anulos craticulæ, quia anuli craticulæ erant fixi in altari in extremitatibus craticulæ. Arula autem, siue ponatur esse petacium æneum positum intra concavitatem altaris, siue superficies terræ inclusæ, super quam ponebatur ignis, & sacrificia, erat mobilis, quia cum altare poneretur in aliquo loco, vbi consistere debebat tabernaculum, replebatur terra, & cum moueri debebat tabernaculum, euacuabatur terra, & sic ipsa arula qualitercunque esse ponatur non erat fixa: ideo euacuata terra non existente intra altare arula, non videbantur esse anuli craticulæ sub arula. Respondetur, quod non proprie comparantur secundum sub, & supra aliqua duo, quorum vnum est mobile, & alterum fixum, sed debet de eis dari vna regula habitudinis, scilicet dicendo, quod talis res est sub tali, quia contingit id quod erit mobile, & antea erat supra postea per motum stare infra, vel separari ab illo, ad quod comparatum dicebatur supra, vel infra: ideo ipsa arula, cum esset mobilis, & moueretur quocumque moueretur altare, non dicebatur secundum se proprie esse super vectium anulos, siue anulos craticulæ, sed erat quædam assignatio facta in tabulis altaris, quæ erat immobilis, & vsque ad illam replebatur altare terra, vt ibidem poneretur arula, si ænea esset, vel ipsa terræ superficies esset arula. Et forte illud signum erat factum in exteriori parte tabularum altaris, & tunc licet arula moueretur, tamen assignatio illa non mouebatur, ideo poterat semper dici arula existens super anulos craticulæ, quia locus, ad quem perueniebat, vel ponebatur arula, erat semper immobiliterque super anulos craticulæ. Sed adhuc argues contra istam literam, quia litera, quæ habetur infra 38. cap. repugnat manifestè isti literæ: nam ista litera dicit, quod erat arula super anulos craticulæ, & infra 38. cap. dicitur: Craticulamque in altaris medium fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam. Respondetur, quod ista apparet repugnantia est propter æquiuocationem huius dictionis subter: nam non eodem modo accipitur hic, & infra 38. cap. quia hic accipitur, subter, secundum altitudinem, infra autem ca. 38. accipitur subter secundum profunditatem, & sic non est inconueniens, quod id quod est secundum vnum modum subter aliud, sit secundum alterum modum super illud, cum enim dicitur hic, quod anuli craticulæ erant subter ipsam arulam, est sensus, quod accipiat tabula altitudinis altaris à pavimento vsque supra, quæ erat trium cubitorum, in illa altitudine ponebatur arula, vt superior ad vectes craticulæ, quia vectes erant ad cubitum, & dimidium altitudinis altaris incipiendo ab inferiori extremitate ipsius altaris: arula autem erat forte ad duos cubitos, vel ad duos cubitos & dimidium altitudinis altaris, ideo eminere secundum altitudinem arula altaris vno cubito, vel quasi ad anulos craticulæ, & sic erant anuli subter craticulam. In capit. 38. accipitur, subter, secundum profunditatem, scilicet quod accipiendo quantitatem profunditatis altaris ipsa arula erat subter anulos craticulæ. Est autem profunditas altaris si eam velimus coincidere cum latitudine ipsa quantitas concavitatis ab vno latere altitudinis ad aliud latus altitudinis oppositum, & tunc ipsa, quæ intra altare erant in concavitatem eius, dicebantur esse subter ea, quæ erant in exteriori parte parietum alta-

Alph. Toit. super Exodi

aris, sed anuli craticulæ erant extra parietes altaris, ergo subter eos arula esse dicebatur, & erat in medio altaris arula, quia in media concavitatem altaris, scilicet per interpositionem ad ipsos parietes terminantes altare, & claudentes. Eratque craticula vsque ad altaris medium. Non quod poneretur plana in media concavitatem alteris pendens per quatuor catenas æneas à quatuor cornibus altaris, sed quod esset extra annexa parietibus altaris ab infimo vsque ad medium altaris, quasi ascendendo. Et ex hoc patet etiam positionem illam non tenere, quia dicitur, quod erat craticula vsque ad altaris medium. Vsque enim motum signat, & terminum alicuius, quod extenditur, vel crescit ulterius procedendo: & sic erat de craticula, quæ incipiebat in parte inferiori altaris, & extendebatur, & eleuabatur vsque quo perueniret ad medium altaris, idest ad medietatem altitudinis eius. Pondo autem primo modo, quod craticula erat plana, & iacens in altaris medietate per quatuor catenas appensa, non debebat dici de ea, quod erat vsque ad altaris medium, cum non sit ibi aliqua eleuatio, aut extensio eius à supra vsque ad medium, vel ab infra vsque ad medium: sed debebat dici, quod craticula erat in altaris medio. Facies & vestes. Quia altare portatile esse debebat, sicut cœtera, quæ in tabernaculo, atque toto sanctuario erant. Et non portabatur in plastro aliquo, quia ad officium Caatharum leuitarum pertinebat altaris holocaustorum, deportatio, qui plaustra nulla acceperunt, sed manibus suis cuncta, quæ ministerij sui erant deferebant, vt patet Numeri septimo capitulo, ad portationem verò manualementibus indigebat. De lignis Setim. Materia communis est omnium tabulatorum, quæ in tabernaculo fiebant: nihilque de alijs lignis ibi expensum est. Quos operies laminis æneis. Non debebant gestatorij vectes auro, aut argento cooperiri, cum relique partes altaris ipsius laminis æneis essent adoperæ, sed æneis laminis, vt totum ipsum altare æneum videretur, quod quandam pulchritudinem faciebat. Et induces per circulos. Idest mittes istos vectes duos per quatuor anulos, siue quatuor circulos: idem enim anuli, & circuli sunt. Erant autem isti circuli ipsius craticulæ, quia nulli alij anuli positi, aut facti leguntur in altari. Etiam quia dato, quod facti essent, superflui essent, cum anuli craticulæ sufficerent ad mittendum vectes in eos, & hoc clarius habetur infra trigesimo octavo capitulo, vbi dicit: Fufis quatuor anulis per totidem retiaculi summitates ad immit-tendos vectes. Eruntque ex vtroque latere altaris. Idest, quod isti vectes poni debebant per duo latera altaris, scilicet vnus vectis in vno latere, & alius vectis in alio latere, & non oportet hic quærere de vectibus istis vtrum ponerentur per duo latera longitudinis, aut per duo latitudinis, sicut quærebamus supra vigesimo quinto capitulo de arca: nam hic æqualia sunt latera longitudinis lateribus latitudinis: quodlibet namque illorum quinque cubitorum erat, vt patet in litera: ideo vbiunque ponerentur, non referebat. Etiam necessariò dicendum erat, quod quatuor homines ad minus portabant istud altare, cum castra mouenda forent, & non solum siquidem propter eius grauitatem, quam duo homines tolerare non possent: sed etiam propter distantiam vectium: nam si duo homines illud portare debuissent, necessarium fuisset, vt quilibet teneret extremitatem duorum vectium, sed nullus homo poterat attingere duorum vectium extremitates, cum necesse esset distare vnum vectem ab altero quinque cubitis secundum magnitudinem laterum medianum inter vectes. Non solidum, sed inane, & cauum intrinsecus facies illud. Pars Secunda. G 3 Solidum

Solidum dicitur quod intra se totum plenum est; nihil vacuitatis habens, & opponitur vacuo, siue concauo: inane & vanum, siue vacuum idem sunt. Erat autem inane, quia inter illas quatuor tabulas occupantes satis magnum spatium, nihil ponebatur quod repleret. Cuius vocatur non quidem, quod cauatum esset, scilicet quod per cauationem facta fuisset illa vacuitas, sed quia ita erat vacuum, ac si cauatum foret. Causa huius erat ne magnitudine ponderis importabile videretur. Etiam quia nihil proderat fore solidum, & erat pondus ingens. Vacuum autem satis facilliter portabatur, & cum ponendum erat, replebatur terra, & sic fiebant sacrificia. *Iuxta exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Idest quod Deus demonstrauerat ei altare vacuum. Secundum alios, qui ponebant craticulam intra altare pendente per catenas quatuor a cornibus quatuor altaris, oportebat altare totum esse coopertum laminis aeneis a summo usque ad deorsum; quae quidem repugnare literae monstrata sunt; horum tamen figura hic depingi potest.

Facies & atrium tabernaculi, in cuius australi plaga contra meridiem erunt tentoria de bysso retorta; centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine, & columnas viginti cum basibus totidem aeneis, quae capita cum caelaturis suis habebunt argentea. Similiter & in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnarum viginti, & bases aeneae eiusdem numeri, & capita earum cum caelaturis suis argentea. In latitudine vero atrij, quod respicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnarum decem, basesque totidem. In ea quoque atrij latitudine, quae respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt: in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, columnarum tres, & bases totidem: & in latere altero erunt tentoria cubitis obtinentia quindecim, columnarum tres, & bases totidem. In introitu vero atrij fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere plumario: columnas habebit quatuor, cum basibus totidem. Omnes columnarum atrij per circuitum vestitae erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus aeneis. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit. Fietque de bysso retorta, & habebit bases aeneas. Cuncta vasa tabernaculi in omnes usus, & caeremonias tam paxillos eius, quam atrij ex aere facietis. Praecepte si-

lijs Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij, extra velum, quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vsque mane luceat coram domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filijs Israel.

Facies & atrium. Hic ponitur tertium, scilicet atrij fabricatio. De isto atrio aliqui dubitauerunt, quomodo positum esset, & dixerunt, quod erat atrium quoddam magnum spatiosum conclusum columnis & cortinis secundum quantitatem, quae hic dicitur: & hoc erat coniunctum tabernaculo, scilicet quod tabernaculum esset extra atrium, tamen non multum distaret ab atrio. Sed isti multum errant contra significationem huius nominis atrij: nam non potest vocari atrium tabernaculi, nisi sit aliquod spatium circundans tabernaculum. Si autem separatum esset, & per se clausum, non posset vocari atrium tabernaculi. Item ad quid fieret tale atrium, & tanta magnitudinis, nisi esset intra illud tabernaculum? valde superfluum esset. Item non solum esset superfluum facere tantam magnitudinem atrij cortinis clausam, & columnis imo quantuncunque parvam magnitudinem fieri superfluum erat, cum non esset aliquid, quod intra fieri deberet, nisi ibi esset tabernaculum. Et si dicas, quod intra erat altare holocaustorum, & oportebat ob hoc circumdatum esse cortinis, ne cui liber ad illud pateret accessus. Respondetur, quod falsum est, nam altare holocaustorum erat ante ostium tabernaculi, vt patet infra 29. cap. & infra 40. Si ergo tabernaculum non erat intra atrium, impossibile erat altare holocaustorum esse intra atrium. Item non erat hoc conueniens, vt tabernaculum quod tanta venerationis erat, & reuerentiae, nudatum maneret, nullo obstaculo ante positum: maxime erat hoc de altari, quia altare nullum haberet operimentum, cum extra atrium esset, & extra tabernaculum. Dicendum ergo, quod atrium erat circundans in gyro ipsum tabernaculum, ita quod nullus accedere posset ad tabernaculum, nec ad vicina loca tabernaculi, vt patet infra 40. capit. cum dicitur: Circundabisque atrium tentorium, & ingressum eius, & postea in eodem capitulo clarius hoc dicitur, scilicet, & erexit atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Causa autem quare fiebat istud atrium tabernaculi, erat duplex, scilicet propter altare holocaustorum, & propter tabernaculum. Primum propter altare, quia altare non poterat conuenienter intra tabernaculi terminos situari, ne ardore suo cuncta exureret, & fumo exhalante crassissimo ex pinguibus sacrificijs, omnia offuscaret: debebat ergo poni extra tabernaculum: non tamen in alio loco multum seiuncto, ne videretur ministerium, quod in altari fiebat, non pertinere ad illum Deum, cui fiebat ministerium in tabernaculo: & quia altare erat aliquid sacrum, non debebat poni in loco communi, qui pollui posset, & ad quem omnes possent indifferenter accedere, quia etiam sic ipsi sacerdotes ministerium sacrificiorum peragentes a circumstanti populo turbarentur, nec in magna reuerentia talis ministratio haberetur. Decuit ergo ipsi altari oportoria aliqua circumponi, & ista sunt propter atrium quod magnum spatium continebat circundans altare, & tabernaculum.

De fabrica-
tione a-
trij. Quo-
modo atrium
positum est
opinio.

Doctoris
determi-
natio.

Causa fa-
bricatio-
nis atrij
circa ta-
bernacu-
lum.

Secunda

Secunda ratio constructionis atrij fuit ipsum tabernaculum, quia tabernaculum erat locus nimiae sanctitatis: non solum ergo ambitum eius intrare vulgo illicitum erat, sed etiam ad illud accedere inhonestum videbatur, vt ergo arcerentur ab occasione accedendi positum fuit in circuitu eius atrium, vt sic, etiam si velent, accedere non valerent.

Quare atrium erat tantae latitudinis, & longitudinis, & de eius figura.

QV AESTIO. VIII.

CAVSA autem tantae latitudinis, & longitudinis atrij, scilicet quod esset cubitorum centum in longitudine, & cubitorum quinquaginta in latitudine duplex videtur. Prima quidem propter ipsos funes extendentes tentoria tabernaculi: nam vt tentoria, siue operimenta tabernaculi firmius, & impressius manerent super tabernaculum, ne quouis ventorum turbine mouerentur, & nudarentur tabulata funibus extendantur, qui paxillis aeneis terrae infixis extenti tenebantur, & quia vt firmius extenderent oportebat ipsos paxillos, quibus funiculi religabantur distare a tabernaculi parietibus: necesse erat latera atrij circumdantia tabernaculum distare satis a lateribus tabernaculi per circuitum, & sic erat: nam latitudo tabernaculi erat cubitorum decem, vt patet praecedenti capit. latitudo autem atrij erat cubitorum quinquaginta, vt hic patet: si ergo poneretur tabernaculum in medio latitudinis atrij occuparet decem cubitos de illis quinquaginta, & manerent quadraginta cubiti non occupati, quorum viginti essent ad latus septentrionale tabernaculi, & viginti ad latus meridiana eius, & per istud spatium poterant sufficienter extendi funes, vt tenerentur firmiter operimenta tabernaculi, secundum longitudinem tabernaculum erat cubitorum triginta, atrium vero cubitorum centum. Si autem ponantur triginta cubiti intra centum, manebant septuaginta cubiti non occupati: si autem poneretur tabernaculum secundum longitudinem in medio longitudinis atrij, maneret vtrinque cubiti triginta quinq, scilicet ad latus occidentale cubiti triginta quinq, non occupati: sed non est credendum, quod fuerit talis positio tabernaculi intra atrium, sed quod magis appropinquaret lateri occidentali, & vt a parte orientali maneret maius spatium non occupatum, vt dicitur immediate. Alia causa longitudinis, & latitudinis huius atrij videtur esse propter necessitatem sacrificiorum. Quia in altari holocaustorum fiebant interdum multa sacrificia, & ipsi offerentes ea intrabant in atrium tabernaculi, & ibi coquebant carnes sacrificiorum, & epulabantur coram domino, tam offerentes, quam uxores eorum, tam filij, & filiae, quam serui, & ancillae, vt patet Deut. 12. & 16. c. & in multis alijs locis, sed non possent multi offerentes capi intra atrium tabernaculi, nisi illud esset magne latitudinis, & longitudinis, ergo debuit esse magne latitudinis, & longitudinis. Et ex hoc videtur, quod non erat tabernaculum situm in medio longitudinis atrij, sed vt triginta quinq, cubiti longitudinis manerent non occupati post ipsum tabernaculi latus occidentale versus occidentem, & viginti quinq, cubiti versus orientale latus, sed quod esset latus occidentale tabernaculi circa latus occidentale atrij, & a parte orientali maneret magnum spatium non impeditum, vt forte sexaginta cubiti, vel plus. Vt ipsi offerentes haberent locum, in quo starent tpe sacrificiorum, & vbi manducarent cum tota domo sua. Et si dicas, quod poterant stare post latus occidentale tabernaculi in alia parte longitudinis, & la-

titudinis: non est conuenienter dictum, quia isti offerentes debebant stare coram domino, tam ad videndum sacrificia fieri, quam ad exorandum, vt patet Deut. 12. & 16. c. Si tamen starent post latus occidentale tabernaculi, non dicebatur stare coram domino, quod erat stare coram altari: ergo in parte orientali esse debebant, & sic illa necessario esset magna, magis quam pars relicta post occidentale latus tabernaculi. *Facies atrium tabernaculi.* Non accipitur hic atrium pro ipsis cortinis, & columnis, quae ponebantur in gyro tabernaculi, quia hic dicitur, quod fieret atrium, in cuius latere australi essent tentoria, & sic de septentrionali, & occidentali, atque orientali, ideo non sunt ipsa tentoria atrium, nec ipsae columnae, sed aliquid positum in lateribus atrij. Vocatur autem atrium illud spatium magnum secundum longitudinem, & latitudinem in gyro tabernaculi, secundum quod clausum erat columnis, atque cortinis, siue tentorijs, & hoc atrium habebat latera, in quibus erant cortinae, atque columnae. *In cuius plaga australi.* Plaga signat partem mundi non absolute, sed secundum positionis respectum, vt supra, & infra ante, & retro. Australis plaga, & meridiana plaga idem sunt: sed hic notificat vnum per alterum, cum dicit in australi plaga contra meridiem, quia plaga meridiana denominatur a parte orbis quadam plaga australi denominatur a quodam vento flante ab illa parte mundi, qui Ausiter nuncupatur. *Erunt tentoria de bysso retorta.* Ista tentoria dicuntur quadam cortinae positae ad tegendum latera atrij. Et non dicitur hic quanta magnitudinis esse debebant ista tentoria, sed satis notificatur, cum dicitur, quod istud latus meridiana tenebat centum cubitos in longitudine, ergo totidem tenere debebant tentoria illa, cum omnia latera tentorijs tegerentur. Erant autem ista tentoria solum de bysso, & non fiebant ibi aliqua varietates pulchrae, sicut in cortinis tabernaculi, & in velo sancti sanctorum. Et hoc quia, vt dictum fuit supra, si ponerentur aliquae imagines in his tentorijs, sicut ponebantur in cortinis tabernaculi, esset occasio quadam idolatrandi ipsis simplicibus popularibus: ideo neque in tentorijs his, quae erant in circuitu laterum septentrionalis, & meridiana, atque occidentalis non erant pulchrae varietates, siue Cherubim, vt ait littera Hebraica, sed etiam nec in tentorio, quod ponebantur in latere orientali atrij, & erat maioris pulchritudinis. Erant autem ista tentoria laterum solum de bysso retorta propter maiorem operis pulchritudinem: nam nulla operis pulchritudo est omnia similia fore, scilicet pulchritudo optima ex dissonantium conuenientia armonia fit. Si enim ista tentoria facta fuissent de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario, nulla differentia esset in omnibus cortinis ipsius tabernaculi, & atrij: sicut enim in corpore humano non omnia similia, nec aequae perfecta sunt, & hoc ipse homo pulchrior, atque perfectior est, quam si cuncta eadem essent; sic in nullo opere artificiato totalis condelectat equalitas, sed disparia in perfectione optimam conficiunt pulchritudinem. *Centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine.* Hoc intelligitur de latere meridiano solum: de orientali autem atque occidentali intelligi non potest, quia quodlibet illorum laterum quinquaginta solum cubitos continebat. De aquilonari etiam non intelligitur, quia postea subiungitur de aquilonari, cum dicitur: Similiter in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum. *Et columnas viginti.* Ista columnae distabant inter se cubitis quinque, quod patet diuidendo centum inter viginti. *Cum basibus totidem aeneis.* Non sunt istae bases tales, quales bases tabularum, de quibus dicebatur praecedenti capitulo, quia illae erant infixae tabulis, & acutiores tabulis, atque in terra figebantur, Pars Secunda.

Quare
tentoria
quae erant
in circuitu
atrij e-
rant solum
de bysso
retorta,
nulla va-
rietate co-
texta.

ut ipsa tabulata stantia continerent: istæ autem bases erant quædam magna petacia ænea quadrata, sup quas ponebantur ipsæ columnæ, iuxta modum basiu, quas nos columnis lapideis subiicimus. *Quæ capita cum calaturis suis habebunt argentea.* Idest quod columnarum capita erant de argento, & erant ipsæ columnæ per totam suam magnitudinem cœlatæ argenteis laminis. Est autem cœlatura, quando ipsa res non tota cœlatur: sed sunt aliqui flosculi, vel figuræ, & aliqua partes intermedia: à parte manent. Et hoc modo fiebat in columnis: nam argenteæ lamina super eas erant, non tam cœlaturæ totaliter eas, sed quædam intercisiones manebant, & partes non operatæ. Talis modus fabricandi, vel pingendi vocatur cœlatura: sic ait Ouidius 2. Metam. in princ. ubi describit domum Solis, dicens:

*Materiam superabat opus: nam Mulciber illic.
Æquora cœlaturæ medias cingentia terras.*

Erant autem capita istarum columnarum argentea, quia hæc erant, q̄ apparebant populo, bases autem nō. Vel dato q̄ apparerent, nō erant argentea, quia magis debet pulchritudo vigere in partib⁹ superiorib⁹, quam in inferioribus. In Hebræo dicitur. *Cincturæ earum, & vncini de argento.* Et hoc quasi ad eandem sententiam redit: nam cincturæ quidam circuli sunt de argento facti circumdantes columnas in modum flosculorum, vel aliarum picturarum. Et istæ cincturæ vocantur in litera nostra cœlaturæ. Vncini dicuntur aliquid recuruum, in quo cōtinuæ pendentes erant, & alligatæ columnis. De cincturis autem istis dicit Rabbi Salomon, se ignorasse, in qua parte columnarum fuerunt, an in parte superiori, an in medio, vel infra. Sed de hoc non multum dubitandum est, quia si isti circuli argentei essent grossi de argento positi in ipsis columnis dubitandum foret, cum ad aliquid ministerium ponerentur, in qua parte ponebantur, quia tamen erant cœlaturæ factæ ad solum decorem, non est dubium per totam columnam positas fuisse. Si tamen bene respiciatur hic litera Hebræica ponit tria, scilicet columnas, & virgas, & vncinos, & capita virgarum dicit esse argentea, & non capita columnarum. Erant autem istæ virgæ grossa ligna, & coniuncta columnis. q̄ cuilibet cōiungebantur duæ virgæ, & eleuabantur super capita columnarum aliquantulum, & capita harum virgarum argentea erant, atque in eis erant quidam vncini, quibus tenebantur cortinæ. Et hoc satis patet rationabiliter dictū: nam capita columnarum apparere non poterant, cum essent columnæ cubitorum quinque, & cortinæ, siue tentoria erant totidem cubitorū: ergo non apparerent aliquantulum: nec ergo necesse essent capita argentea in eis, cum non apparerent. Illæ autem virgæ adhærentes columnæ excedebant aliquantulum capita columnarum, & videbantur à popularibus existentibus extra atrium. *Similiter autem in latere aquilonis.* Latus aquilonis est septentrionale, & nominatur aquilonare, vel boreale à ventis, qui flant ab illa parte orbis. s. directè à punctis poli arctici; vocatur septentrionale latus à parte mundi denominata à septē trionibus, idest à septem stellis, quæ sunt in vr̄a, quæ vocantur septem boues, idest septem triones. *Ter longitudinem erunt tentoria centum cubitorum.* Dicitur per longitudinē, quia ab oriente versus occidentē per latus septentrionale, aut meridianum erat longitudo atrij, scilicet centum cubitorum: à latere autem meridiano vsque ad septentrionale per latus occidentis erat latitudo, scilicet cubitorū quinquaginta. *Erunt tentoria centum cubitorum.* Non innuitur ex hoc, quod quælibet istarum cortinarum haberet in longitudine cubitos centum, sed magis videtur, quod erant multæ cortinæ, quæ sibi coniunctæ erant, ita vt vna cortina videretur. Et hoc innui-

tur, cum dicitur. *Erunt tentoria.* Si enim esset quælibet cortina centum cubitorū, sola vna esset in latere aquilonari: & sic non diceretur, q̄ erant ibi tentoria centum cubitorum, sed quod erat tentorium centum cubitorum. Si tamen volueris dicere, quod vna cortina erat tantæ longitudinis, non in isto. *Columnæ viginti.* Tanta longitudo erat lateris aquilonaris, sicut lateris meridiani, ideo totidem columnæ erant in hoc, sicut in illo, & æquales cortinæ, & tales bases, atque talia capita columnarū. *In latitudine vero atrij, quæ respicit ad occidentem.* Idest in latere latitudinis, quod erat occidentale, quia latitudo atrij erat à latere meridiano, vsque ad septentrionale, & istud erat latus occidentæle. *Erunt tentoria per quinquaginta cubitos.* Idest q̄ latus latitudinis atrij erat cubitorum quinquaginta, & sic longitudo ad latitudinē dupla erat. *Et columnæ decem, & bases totidem.* Non erant tot columnæ in latere occidentali, sicut in alijs lateribus: tamen æqualis distantia erat inter columnas lateris illius, sicut inter columnas aliorum laterum. s. quod inter columnam & columnam erat spatium cubitorum quinq;: nam in latere meridiano, quia erat cubitorum centum, erant columnæ viginti, & necessariò, si columnæ erant positæ regulariter, inter columnam & columnam distantia quinq; cubitorū erat diuidendo centum in viginti: sic in latere occidentali, quod quinquaginta cubitorum erat, columnæ decem erant, & sic inter columnam & columnam quinq; cubiti essent. *Et bases totidem.* In istis columnis, quæ erant in latere occidentali, ponuntur bases, & non dicitur de capitibus earum, vel an capita haberent. Et dicendum quod licet non exprimat: tamen satis notum est, q̄ ibi erant, quia non ponerentur columnæ sine capitibus. *Quia tamen de columnis aliorum duorum laterum dicebatur, quia bases, & capita haberent, non fuit necesse exprimi de istis: maximè, quia infra de omnibus exprimitur, cum dicitur: omnes columnæ atrij per circuitum vestitæ erant argenti laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis. In ea quoque atrij latitudine, quæ respicit ad orientem.* Sicut erant duo latera longitudinis, ita erant duo latera latitudinis. Latus meridianum, & septentrionale erant latera longitudinis. Latera autem occidentale, & orientale erant latera latitudinis. *Quinquaginta cubitorum erunt.* Tanta erat latitudo orientalis, sicut latitudo occidentalis. *In quibus quindecim cubitorum tentoria lateribus deputabuntur.* In isto latere latitudinis orientalis erat diuersitas, quia in omnibus alijs erant tentoria eiusdem modi, & erant quinquaginta cubiti latitudinis, sicut in latere occidentali. Diuidebatur autem in tres partes istud latus, quia accipiendo ipsum latus orientale incipiendo à parte septentrionali, erant quindecim cubiti, & tres columnæ, in quibus ponebantur cortinæ de bysso retorta, sicut in alijs lateribus: in eodem latere orientali incipiendo à parte opposita, scilicet à meridiano latere distinguebatur per tres columnas, inter quas erat spatium cubitorum quindecim, & in his erant tentoria de bysso retorta; manebant ergo intra tentoria quindecim cubitorum, quæ erant à parte septentrionali, & hæc tentoria cubitorum quindecim, quæ erant à parte meridiana, quæ simul occupabant triginta cubitos, & sex columnas quatuor aliarum columnarum, & spatium cubitorum viginti inter eas, & inter has columnas erat introitus atrij. Hæc autem columnæ operiebantur quodam tentorio pulchriori, quàm cœteræ partes atrij, scilicet facta de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario. Cœteræ autem cortinæ fixæ erant, extentæque in vncinis suis. Istæ autem, quæ erant ante columnas quatuor in viginti cubitis mouebantur, vt aperiretur introitus tabernaculi, & interdum clauderetur: & iste erat totus apparatus atrij.

In quibus quindecim cubitorum tentoria. Idest accipiendo istos quinquaginta cubitos, qui erant in latere orientali, ex ipsis fiebat diuisio, & accipiebantur cubiti quindecim ad vnam partem, & viginti ad alteram factis tribus partitionibus. *Lateri vno deputabuntur.* Non est intelligendum, q̄ quindecim cubiti completerent vnum latus, cum quodlibet de minoribus lateribus atrij contineret cubitos quinquaginta. Sed in illo latere orientali erant tres partes in tres modos tentorium, quæ ibi ponebantur, & quælibet pars istarū vocabatur latus, & vna pars illarum continebat cubitos quindecim, & sic dicebantur quindecim cubiti de putari vni lateri. *Columnæ tres.* Quia cum omnes istæ columnæ æquidistant, & in quinquaginta cubitis ponebantur columnæ decem: necesse erat in quindecim cubitis poni columnas tres. *Et bases totidem.* Non solum bases ponebantur tot, sicut columnæ, sed etiā capitella aurea tot sicut columnæ. *Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim.* Istud erat aliud lat⁹, idest alia pars lateris istius orientalis, quæ eodem modo continebat cubitos quindecim, & columnas tres. *Cubitos obtinentia quindecim.* Idest q̄ tentoria istius secundi lateris teneant quindecim cubitos. De columnis autem, & basibus & capitellis iudicium idem est. *In introitu vero atrij.* Istud est tertium latus, siue tertia particula istius lateris orientalis diuisi in tres partes. Et erat ista pars in medio aliarum duarum: ideo propriè aliquid vocatur latera: ista autem pars media non, sed introitus atrij, quia per eam fiebat introitus ad atrium. *Fiet tentorium cubitorum viginti.* Hoc necessarium erat ad claudendum totum latus illud orientale: nam aliorum duorum laterum quodlibet continebat quindecim cubitos, & sic erant simul triginta ad complendum ergo cubitos quinquaginta, quos tenebat latus orientale, deficiebant viginti, quos necesse erat claudi ab illo tentorio, quod ponebatur ante introitum atrij. *De hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta.* Ista in duobus cap. præcedentibus exposita sunt. *Opere plumarij.* Idest textoris, vel furoris, scilicet q̄ fiebat opere acus ista mixtio tantorum colorum. sed licet in alijs plumarij acciperetur magis pro illo, qui operatur per acum, quàm per texturam, quia ibi fiebat imagines, siue pulchra varietas. hic tamen magis accipitur pro textore; quia non fiebat hic pulchra varietas, sicut in alijs, scilicet in cortinis tabernaculi, & in velo eiusdem diuidere sancta sanctorum a sanctuario: nam non ponitur hic pulchra varietate contextum, nec ponitur hic in Hebræo Cherubim, sicut ponit in alijs locis superioribus, in quibus litera nostra dicit pulchra varietate contextum. *Columnas habebit quatuor.* Necesse erat hoc, quia cum viginti cubiti essent, & inter columnam, & columnam erant cubiti quinq; q̄ essent quatuor columnæ. De basibus, & capitellis idem erat quod in alijs. *Omnes columnæ atrij per circuitum.* Hic dat generalem declarationem de columnis, quia non dicebat supra de omnibus completè, determinat hic quales erant: *Omnes columnæ atrij per circuitum.* Quæ erant in toto ambitu eius per latera quatuor. *Vestitæ erunt argenti laminis.* Nō intelligas eas vestitas esse laminis argenti, idest totaliter cooperatas, sicut dicebamus de arca, quod erat cooperata laminis aureis, vel mensa aut tabulata tabernaculi: sed erant celatæ filis argenteis, scilicet q̄ erant quidam flosculi de tenuissimis laminis argenti, & quædam partes erant non cooperatæ sicut in omnibus cœlaturis, quod est quasi opus interrasse: sicut dicebamus supra de Aurea corona 25. cap. *Capitibus argenteis.* Siue accipiuntur capita pro ipsis capitibus columnarum: siue pro capitibus virgarum adherentium columnis non erant ista capita ænea, sicut erant bases. *In longitudine.* Hic ponitur mensura totius atrij, & ponitur longitudo

ad eius cubitorum centū, latitudo autem cubitorum quinquaginta. *Altitudo quinque cubitorum erit.* Scilicet quod altitudo columnarum erat quinq; cubitorum: totidem enim cubitorum erant cortinæ, siue tentoria, quia tegebant a pavimento vsque ad caput columnarum. Erat autem ista altitudo non maior vt ab existentibus extra aliquo modo pateret tabernaculum, quod erat altitudinis cubitorum decem, vt patet præcedenti cap. Etiam non erat minor, quia si poneretur triū, vel quatuor cubitorum posset aliquis stans apud circuitum atrij, eleuare caput super cortinas atrij, & videre omnia, quæ intus erant: & sic modicum prodesset ambitus atrij. Ad altitudinem autem quinque cubitorum virilium homines non accedant, nisi sint cubiti viri alicuius valde parui. Nam nullus homo de cubitis suis quatuor integros habet. *Cumcū vasa tabernaculi in omnes vsus, & ceremonias.* Hic ponit materiam generalem vasorum, quia omnia de ere erant, scilicet quæ erant ad vsus quo scunq; tabernaculi, & atrij. Licet hic ista generaliter dicantur, debent restringi ad vasa altaris holocaustorum, & aliqua vasa altaris thymiamatum, & ad labrum æneum, quod erat in atrio, & ad paxillos, quibus religabantur funes: aliqua tamen erant vasa tabernaculi, quæ erant aurea, vt phiales, cyphi, acceptabula, & thuribula, quæ erant vasa posita super mensam propositionis, vt patet supra 25. capit. Imò nulla erant vasa posita intra tabernaculum, quæ essent ænea: sed vocantur vasa tabernaculi, quia ipsa vasa, quæ erant tabernaculi, erant etiam ipsius atrij. Vel dicendum, q̄ licet non esset aliquod vas æneum intra tabernaculū, tamen erat ad vsus altaris thymiamatum aliquod vas, quod erat æneum, scilicet vas quod dicebatur supra ignis receptaculum, & ponebatur inter vasa altaris holocaustorum: in ipso enim accipiebantur prunæ de altari holocaustorum, & introducebantur in tabernaculum, & imponebantur super altare thymiamatum, ibique thymiamata cremabatur. *In omnes vsus, & ceremonias.* Dicitur ceremonia aliquis ritus colendi Deū, & sic vasa dicuntur in ceremonias, quæ immediate applicabantur ad aliquem ritum Dei cultum, sicut vasa ministrationis altaris holocaustorum, & altaris thymiamatum. Aliqua vasa dicebantur esse ad vsus, qui non erant immediate ad aliquem actum cultus diuini, sed per subordinationem, sicut labrum æneum, in quo lauabantur sacerdotes, & fuscina, tridens, & paxilli atrij.

De figura atrij.

QV AESTIO. IX.

CIRCA atrium tabernaculi cognita causa, ad quod factum fuit, dicendum de figura eius. Et sciendū quod accipiebatur quoddam magnum spatium in circuitu tabernaculi, & ponebatur vnū latus, scilicet meridianum cubitorum centum in longitudine, & aliud latus septentrionale longitudinis cubitorum centum. Erant autem alia duo latera latitudinis, scilicet latus orientale cubitorum quinquaginta, & latus occidentale cubitorum quinquaginta, ita quod istud atrium erat figuræ quadrangulæ altera parte longioris: ista autem latera circundabantur columnis, & cortinis, & non erat cooperatum ipsum atrium sicut tabernaculū. Erat namque tabernaculum quadruplici adopertum velamento: quia erant in eo talia, quæ conseruari debebāt a pluuia, & alijs tēporū importunitatibus: in atrio autem nihil erat quod tantum conseruari oporteret. Ipsum autem labrum æneum, in quo lauabatur sacerdos, in atrio erat, sed temporalibus importunitatibus ledi non poterat. Altare autem holocaustorum quod

In atrio erat, videbatur quidem posse legi, quia erat in eo ignis, qui hymbraum casibus extingui quidem poterat: quia tamen nec intra tabernaculi adoperta congruere esse valebat, ne omnia exureret atque terra fuliginem macularet: necessarium fuit extra, Deus ergo hoc miraculose contulit, ut ignis ille pluviarum casibus nullo modo deficeret: etiam si omnia flumina intrarent per illum. Istud vero atrium columnas sexaginta habebat: nam in latere meridiane longitudinis viginti columne erant in aquilonari totidem, & in orientali decem, & occidentali decem, quae simul sexaginta efficiunt. Istae columnae inter se equali ordine sitae erant, sicut quilibet ab altera cubitis quinque distaret, ideo in latere meridiano, quia centum cubitorum erat, viginti columnae erant, in septentrionali totidem, in latere autem orientali, quia quinquaginta cubitorum erat, columnae decem erant, & totidem in occidentali latere. Istae columnae habebant quadratas bases aeneas, habebant etiam capita argentea, ut litera nostra testatur. Erant istae columnae argenteis laminis ceclatae, quibus omnibus columnis, ut dictum est, per latum, & longum dispositis circumdabantur eis tentoria de sola bysso retorta, & hoc in latere meridiano, & occidentali atque aquilonari. Orientale autem tripartitum erat. Quia in una parte contra Septentrionem habebat tentoria quindecim cubitorum de bysso retorta: in alia parte contra Meridiam habebat tentoria quindecim cubitorum de bysso retorta: inter has vero partes duas erant tentoria, id est cortinae viginti cubitorum, in ingressu atrij ante columnas quatuor, & haec erant de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumatio: & sic complebatur universum opus ambitus atrij. Intra vero ipsum atrium erat tabernaculum, ut supra declaravimus: erat etiam altare holocaustorum in atrio circa introitum tabernaculi. Labrum etiam aeneum ponebatur apud altare holocaustorum, in quo sacerdotes lauantur cum aliquid ministracionis sanctae exercere deberent. *Præcipe filiis Israel.* Hic ponitur secundum principale, quod pertinet ad ministerium sacerdotum. Scandelarum incensio, & apparatus. *Præcipe filiis Israel.* Hoc dicebat Dominus Moysi: non tamen intelligendum, quod Deus diceret Moysi, ut mandaret filiis Israel offerre quasi sub obligatione, & pena si non offerrent: quia supra 25. cap. dixit, quod aurum, & argentum & cetera, & oleum debebat recipi ab omni homine, qui illud offerret vel oneretur. Etiam quia infra 35. cap. dicitur quod populus obtulit omnia ista mense promptissima: sed dicitur præcipe. I. exhortare: sic enim patet in litera Hebraica, quae dicit. *Commenda vel admone filios Israel & cetera.* Quod ad exhortationem, vel exhortationem magis pertinet, quam ad imperium. Et istud verbum præcipio non semper in usu latinorum mandare signat, licet modernis ad hoc solum eo utantur, sed interdum admonere, interdum docere signat. sic dicitur in vita beati Hieronymi, quod ipse in Grammatica Donatum habuit præceptorem. I. magistrum: nam ibi nullo modo accipi potest pro iussione siue mandato, quia circa speculativa iurare nullum est. Sic etiam dicitur de Seneca, quod erat præceptor Neronis, ut patet per Boetium de consolida. lib. 3. prosa 5. I. Nero Senecam præceptorem, familiarumque suum ad eligendum mortis coegit arbitrium. Constat tamen Senecam non fuisse præceptorem Neronis, si præcipere imperare noveret. *Ut afferant tibi oleum de arboribus.* Supra hoc mandaverat 25. cap. solum ad luminaria concinnanda. Sed hic mandat iterum quasi non mandavisset: quia hic explicatius ponit de illo oleo quale esse debuit, & qualiter ministrari. *De arboribus oliuarum.* Quia de aliis multis rebus fit oleum, ut de nucibus, de tritico: imò paucae sunt res habentes aliquid mollitiei, & succositatis, saltem per cōfractionem, de quibus oleum non excutitur: sed illud melius est ar-

Ignis qui erat in atrio tabernaculi non extinguebatur: nam in latere meridiane longitudinis viginti columne erant in aquilonari totidem, & in orientali decem, & occidentali decem, quae simul sexaginta efficiunt. Istae columnae inter se equali ordine sitae erant, sicut quilibet ab altera cubitis quinque distaret, ideo in latere meridiano, quia centum cubitorum erat, viginti columnae erant, in septentrionali totidem, in latere autem orientali, quia quinquaginta cubitorum erat, columnae decem erant, & totidem in occidentali latere. Istae columnae habebant quadratas bases aeneas, habebant etiam capita argentea, ut litera nostra testatur. Erant istae columnae argenteis laminis ceclatae, quibus omnibus columnis, ut dictum est, per latum, & longum dispositis circumdabantur eis tentoria de sola bysso retorta, & hoc in latere meridiano, & occidentali atque aquilonari. Orientale autem tripartitum erat. Quia in una parte contra Septentrionem habebat tentoria quindecim cubitorum de bysso retorta: in alia parte contra Meridiam habebat tentoria quindecim cubitorum de bysso retorta: inter has vero partes duas erant tentoria, id est cortinae viginti cubitorum, in ingressu atrij ante columnas quatuor, & haec erant de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumatio: & sic complebatur universum opus ambitus atrij. Intra vero ipsum atrium erat tabernaculum, ut supra declaravimus: erat etiam altare holocaustorum in atrio circa introitum tabernaculi. Labrum etiam aeneum ponebatur apud altare holocaustorum, in quo sacerdotes lauantur cum aliquid ministracionis sanctae exercere deberent. *Præcipe filiis Israel.* Hic ponitur secundum principale, quod pertinet ad ministerium sacerdotum. Scandelarum incensio, & apparatus. *Præcipe filiis Israel.* Hoc dicebat Dominus Moysi: non tamen intelligendum, quod Deus diceret Moysi, ut mandaret filiis Israel offerre quasi sub obligatione, & pena si non offerrent: quia supra 25. cap. dixit, quod aurum, & argentum & cetera, & oleum debebat recipi ab omni homine, qui illud offerret vel oneretur. Etiam quia infra 35. cap. dicitur quod populus obtulit omnia ista mense promptissima: sed dicitur præcipe. I. exhortare: sic enim patet in litera Hebraica, quae dicit. *Commenda vel admone filios Israel & cetera.* Quod ad exhortationem, vel exhortationem magis pertinet, quam ad imperium. Et istud verbum præcipio non semper in usu latinorum mandare signat, licet modernis ad hoc solum eo utantur, sed interdum admonere, interdum docere signat. sic dicitur in vita beati Hieronymi, quod ipse in Grammatica Donatum habuit præceptorem. I. magistrum: nam ibi nullo modo accipi potest pro iussione siue mandato, quia circa speculativa iurare nullum est. Sic etiam dicitur de Seneca, quod erat præceptor Neronis, ut patet per Boetium de consolida. lib. 3. prosa 5. I. Nero Senecam præceptorem, familiarumque suum ad eligendum mortis coegit arbitrium. Constat tamen Senecam non fuisse præceptorem Neronis, si præcipere imperare noveret. *Ut afferant tibi oleum de arboribus.* Supra hoc mandaverat 25. cap. solum ad luminaria concinnanda. Sed hic mandat iterum quasi non mandavisset: quia hic explicatius ponit de illo oleo quale esse debuit, & qualiter ministrari. *De arboribus oliuarum.* Quia de aliis multis rebus fit oleum, ut de nucibus, de tritico: imò paucae sunt res habentes aliquid mollitiei, & succositatis, saltem per cōfractionem, de quibus oleum non excutitur: sed illud melius est ar-

que nitidius, quod de oliuarum arboribus excutitur, & de hoc mandabat Deus sibi fieri luminaria. *Purissimum pilo contusum.* Tria genera olei ex eisdem bacis fluunt. Primum namque oleum est, quod sponte sua de bacis in torculari nullo premente decurrit, & hoc purissimum est, nihil admixtum habens secum impuritatis materiae grossae. Nam impuritates cum oleo ex forti percussione procedunt, alias autem intra buccam manent: & quod tenerius atque subtilius est, emittitur. Secundum genus olei est, quod ex ipsis bacis in torculari malleo siue pilo tundendo, id est percutiendo excutitur, & hoc rursus purum satis est, sed non tantum illud quod sponte fluit. Tertium genus est olei, quod in torculari ex percussis primò bacis lapide gradi molente atque penitus terente exprimitur. Hoc autem impurum est, quia cum ipso multum de amurca coniungitur. Primum genus dicit Rabbi Salomō, ad usum lucernarum tabernaculi pertinere: secundum vero ad libamina conservari, scilicet quia in sacrificiis similia, vinum atque oleum infunduntur, ut patet Num. 15. cap. Tertium autem ad solos populi usus conuertitur. Eodem modo sunt tria genera vini. Primum quidem quod ab visis solo suo pondere fractis in torculari emittitur, secundum quod calcitium pedibus excutitur, tertium quod trabe atque lapide magno premente exprimitur. Et inter haec genera vini eadem puritatis atque impuritatis excessio, quae in oleo est. Et secundum istam Rabbi Salomon positionem debemus sic exponere. Ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, scilicet ad incendendum, atque concinnandum luminaria. *Piloque contusum.* Id est etiam oleum emanans per fractionem pili, id est mallei, vel baculi: & hoc ad libamina faciendum. Sed hoc non consonat literae, quae dicit afferendum esse oleum purissimum, & pilo tantum, ut ardeat semper lucerna in tabernaculo testimonij: non enim facit aliqua mentionem de libaminibus, nec de aliquo tali oleo. Ideo dicendum, quod mandat hic Deus afferri oleum purissimum, ita quod non contineat amurcam, & tamen sit pilo tantum: non quidem, quod ipse imperet sub necessitate esse debere oleum pilo tantum: sed quod ad minus sit pilo tantum, id est quod non sit de illo, quod lapide terente exprimitur, quia illud amurca plenum est. non tamen vetat adduci de oleo, quod sponte de bacis nullo terente fluit, *Piloque contusum.* Pili signat multa: vno modo est telum, & dicitur a pellendo, quia in hostem pellitur. Alio modo pilum signat forpices, quibus pili pannorum tondentur, de quo quidam verificator dixit.

Tria olei genera ex eisdem bacis fluunt.

Tria genera vini ex eadem vna fluunt.

Doct. de terminis.

Alio modo pilum signat percussorium sicut malleus est, aut aliquis baculus, quo terimus triticum, vel annonam aut aliquid simile. Contusum dicitur fractum, vel percussum. & dicitur de tundo, id est percussione: sic dixit Salomon in lib. Prouer. si contunderis stultum quasi praeferas de super feriente pilo. *Et ardeat lucerna.* Non accipitur hic lucerna specialiter pro maiori lucerna, quae erat in medio candelabri, sed pro ipso candelabro, siue pro omnibus lucernis simul. *Ardeat lucerna semper.*

An lucernae semper arderent in candelabro.

QUESTIO. X.

ALIQVI volunt ex hoc, quod lucernae semper arderent in candelabro. Sed hoc stare non potest, quia tunc non stare id quod infra dicitur, scilicet collocabunt eam Aaron, & filij eius usque mane, ut luceat coram

ram Domino, ergo solum usque mane ardere debebat. Sic etiam dicitur Leuit. 24. cap. ad concinnandas lucernas iugiter extra veli testimonij in tabernaculo sederis, ponetque eas Aaron a vespere usque mane: sic patet infra 30. c. vbi dicit, quod in mane, & vespere Aaron componit lucernas: in die ergo non lucebant. Dicitur tamen ut ardeat semper, id est per totam noctem, quia dictum fuit in auctoritate allegata, quod ardere debebant a vespere usque mane. Vel dicitur, quod ardeat semper, id est oibus noctibus. nunquam fiet interruptio, sed qualibet nocte ponentur lucernae ardentes. Et hoc signatur in praedicta litera Leu. ad concinnandas lucernas iugiter, id est in qualibet die. Signat enim, iugiter, non temporis continuitatem, sed temporis interruptam ordinationem, licet aliquando accipiat pro semper. Iosephus autem dicit, quod per noctem ardebant septem lucernae, per diem vero tres. Sed hoc non multum consonat literae, quidquid autem sit non multum refert. *In tabernaculo testimonij.* Scilicet in tabernaculo exteriori: in tabernaculo autem interiori. In sancta sanctorum nullum lumen ponebatur, cuius causa assignata fuit supra praecedenti cap. circa finem. Vocatur tabernaculum testimonij, quia intra illud custodiebatur arca, in qua erant tabulae, quae erant testimonium, & virga Aaron, & manna, & Deuteronomium. Omnia namque testimonij erant, sed proprius ipse tabulae: de quibus supra 25. c. *Extra velum, quod oppansum est testimonio tabernaculi.* Id est quod iste lucernae ardebat extra velum. Erat autem velum distingvens tabernaculum sancti sanctorum a tabernaculo exteriori, & intra velum non ponebantur aliquae candelae, sed extra in alio tabernaculo, quod vocatur sanctuarium solum: & erat istud candelabrum ex parte meridiana lateris, ut patet supra praecedenti cap. *Testimonio tabernaculi.* Vocatur testimonium tabernaculi ipsa arca cum eis, quae intus erant. Et dicitur testimonium tabernaculi, testimonium locatum in tabernaculo. Et contrario vocatur tabernaculum testimonij ipsum tabernaculum, in quo continetur arca. Idem autem est dicere velum esse oppansum testimonio tabernaculi, id est positum vel appensum ante arcam, quae est testimonium positum in tabernaculo. *Et collocabunt eam.* Collocare signat hic accendere lucernas, & parare lychna sic, ut per totam noctem ardere possint. *Aaron & filij eius.* Non est sensus, quod omnes irent simul ad incendendum candelas has, sed debet legi disiunctive, id est quod iret illuc Aaron, vel iret ad hoc filij eius, scilicet aliqui de filijs eius: sic dicitur Leuit. 24. cap. vbi ponitur, quod Aaron solus iret. I. ponetque eas Aaron a vespere usque ad mane. *Ut usque ad mane luceat coram domino.* Ideo in aurora orto iam sole intrabat sacerdos, & extinguebat illas lucernas omnes. Vel ut Iosephus vult intrabat, extinguebatque quatuor relinquens tres ardentes. *Perpetuus erit cultus.* Ista incensio vocatur cultus, id est cultus Dei, quia in hoc colebatur Deus, cum esset quidam honor illas candelas accedere coram domino. Vel accipitur cultus pro ceremoniali obseruantia: & iste est verus sensus, scilicet quod accensio candelarum erat perpetua ceremonia Aaron, & filijs eius. *Per successiones eorum.* Id est per successiones Aaronitarum, scilicet quod secundum quod nunc Aaron, qui est summus sacerdos, vel filij sui incendunt lucernas per omnes noctes coram Domino, ita omnes, qui de genere eius erunt: & incipient summum sacerdotum, cum filijs iuis tenebuntur ad hanc ceremoniam. *Coram filiis Israel.* Id est quod sicut nunc recipit Aaron, & filij sui oleum purissimum a filiis Israel ad istam candelarum accensionem: ita incipient omnes summi sacerdotes successores.

Opinio Iosephi.



APPLICATA quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur mihi, Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar.

Sacerdos fit Aaron. 75. di. cap. primo ver. Moyli.

Vestimenta sacerdotum. 40. di. ca. j. vest. vnde. 36. di. ca. ecclesiasticis. 9. ca. ce.

Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiae, ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi. Haec autem erunt vestimenta, quae facient. Rationale, & superhumeralis, tunicam & lineam strictam, cidarim, & balteum. Facient fratri tuo Aaron, & filijs eius vestimenta sancta, ut sacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum, & hyacinthum, & purpuram, coccoque bis tinctum, & bysso. Facient autem superhumeralis de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere polymito. Duas oras iunctas habebit in utroque latere summitatum, ut in vnum redeant. Ipsa quoque textura, & cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & bysso retorta. Sumelque duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris, & celatura gemmarum, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos, & pones in utroque latere superhumeralis, memoriale filijs Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram domino super utrumque humerum, ob recordationem. Facies & vncinos ex auro, & duas catenulas ex auro purissimo sibi inuicem coherentes, quas inseres vncinis. Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta. Quadrangulum erit, & duplex. Mensuram palmi habebit, tam in longitudine, quam in altitudine.

Applia

Applica quoque. Descripta fabricatione atrij, & tabernaculi omniumque suppellectilium, hic consequenter agitur de pertinentibus ad ipsum sacerdotium. Et dividitur in duas partes, quia primo agitur de ornatis sacerdotum, secundo de consecratione ipsorum in cap. sequenti. Prima in tot partes dividitur, quor sunt sacerdotum ornamenta, quae partes satis in litera parenti:

Quare Deus iussit fieri vestes sacerdotales in tanta pulchritudine.

QUESTIO PRIMA.

CIRCA intelligentiam leuiorem huius capit. in quo de vestibus agitur, primo considerandum est, quare Deus vestes has sacerdotibus fieri iusserit. Et licet hic rationes allegorice atque tropologicę multae sint, quas sancti doctores in suis expositionibus prosequuntur, quia tamen propositi non fuit circa sensus mysticos insudare, tum quia a multis antiquis magnifque viris vberissime positi sunt, ita vt nihil quasi vltra dici necessesse sit: nam quia moraliter exponere cuilibet literę veritatem cognoscenti facile satis est: solas ergo literales rationes adiungam, & videntur duae esse potissimae rationes. Prima propter decorem: secunda propter specialia ministeria. De prima enim satis apparet, quia Deus vult pulchritudinem in rebus suis cum ipse pulcherrimus sit, quod apparet in omnibus vtuibus tabernaculi & atrij, qui erant de materia excellenti, scilicet de auro, & argento, & ere. Quilibet enim secundum genus suum perfecta erant in pulchritudine: templum ę Salomonis ita pulchrum erat, quod totum lamina aureis tegebatur, nec erat quicquam quod non auro tegeretur, vt patet 3. Reg. 6. cap. Hęc autem pulchritudo placebat Deo: quia recte subordinata erat: nam istae res a Deo factae, vtilis sunt, & ad vsum aliquem causae: & cum illis ad vsus suos vtuntur, licitum valde est. Inter res autem vtilis est differentia in perfectione, quia quaedam sunt magis perfectę, quaedam vero minus. Et ista differentia conuenit finibus: nam omne vtile in finem subordinari debet, cum propter se in quantum vtile est desiderari non debeat: & quia inter fines differentia est, vt ait Aristot. in proemio Ethic. ideo inter vtilia differentia debet esse, ita qd ad finem perfectissimū sint vtilia perfectissima, ad finem min⁹ perfectū debent esse vtilia minus perfecta: sed inter fines De⁹ optimus atq; pulcherrim⁹ est finis: ergo inter res vtilis ille, q perfectiores sunt, & magis a nobis appreciantur, in ministerium eius cedere debent: nulli enim vsui secundum naturam conuenientius aurum, & argentum, & lapides preciosi applicari possunt, quam Dei ministerio. Erubescendum enim est homini Christiano, vtiple bibat in poculis aureis, & sanguis Christi conficiatur in calicibus plumbeis. Sed de hoc ipsi viderint. Propter hoc ergo in vestibus & ornamentis sacerdotibus haec omnia ponebantur, si aurum, & argentum, & lapides preciosi, vt in fra explicatus continetur. Volebat etiam Deus istam pulchritudinem in vestibus sacerdotibus, & aliis suppellectilibus propter reuerentiam ministerij sui, & ista est vna de potissimis causis, quare De⁹ pulchritudinem velit: nam populus totum merita non cognoscit, sed sola, quae extra sunt, intuetur: illud enim magno honore atque reuerentia dignum putat, quod magno rerum nitore coruscet. Decebat ergo vt sacerdotes Dei cum ministrare deberent, talibus tanquam preciosis vestibus vtentur, vt ipsa vestium preciositas eos salte ad attentionem ministerij prouocaret, ne se crederent communes, & profanas administrationes exercere.

Inter omnes fines Deus optimus est atq; pulcherrimus.

Etiam vt ipsi vulgares talium reuerentia admoniti, ipsum, quod gerebatur, ministerium honorarent. Non enim decebat isdem vestibus diuinas acque humanas ministraciones exercere. Secunda causa harū specialium vestium ad hoc ministerium erat specialis actio ipsarum vestium: nam istę vestes ad memoriam filiorum Israel erant coram Domino, & in eis nomina eorum insignita ferebantur, vt patet infra de rationali, & ephod. Etiam quia ipsum rationale ad veritatis inquisitionem proficiebat, de quo magis in expositione literae dicitur: sunt autem, & aliae rationes speciales ipsarum vestium, quę non inaniter ponebantur. Et istum modum secuta fuit Ecclesia, vt ministri altaris in vestibus sacris ministeria Domini corporis celebrarent. Licet non acceperint easdem vestes, quas sacerdotes veteris testamenti, ne videretur adhuc ille status manere. Etiam quia non manebat illa significatio in istis vestibus, quę manebant in illis. Accepit tamen sacras vestes conuenientes huic ministerio, q etiam conformes significationes ministris gerunt, id est vt tales ministri esse debeant, quales per vestes significantur.

De fabricatura omnium nouem, seu decem vestium sacerdotium tam summi sacerdotis quam minorum, & in quo cognoscantur.

QUESTIO II.

QUANTVM verò ad ista ornamenta sacerdotum breuiter pramittendum est de eis, vt leuius postea litera intelligatur: & licet ista litera ponat hic solum vestes siue ornamenta nouem, quae pertinent summo sacerdoti, & quaedam eorum, quę sacerdotibus minoribus conueniunt: tamen Iosephus ponit decem ornamenta, & in hac parte satis eiasentiendum reor, qui tempore sacerdotij in Ierusalem fuit, & hoc videri potuit: praecipue cũ ipse de sacerdotali genere fuisset dicatur, & capta a Romanis ciuitate ipse quoq; captus est, vt diximus supra 23. cap. praecipue quia illud ornamentum quod ipse ponit satis rationabiliter esse debuisse. Rabbi Salomon solum ponit nouē secundum quod ponit litera, & alij doctores Hebraei. Istorum autem sacerdotium ornamentorum talis erat ordo, quod omnia summo sacerdoti conueniebant: sacerdotibus autem minoribus quatuor solum ex ipsis. Primum erat, quod sacerdotes induerentur femoralibus lineis vsque ad renes, & sine his nunquam ministrare poterant in tabernaculo, vel extra tabernaculum, scilicet in altari holocaustorum, quod si praestiterent sine his ministrare, moriebantur, vt patet in fine capi. Secundum indumentum lineum, scilicet quaedam tunica longa, & stricta, de qua infra, & ista ad omnes pertinebat sacerdotes. Tertium vestimentum siue ornamentum erat baltheus, & erat quaedam zona facta de diuersis coloribus quantitatis quasi quatuor digitorum in latitudine, cuius extremitates pendebant in parte anteriori sacerdotis: & habebant istę zonę fimbrias de auro pulchra varietate contextas opere plumario. Quartum ornamentum est tiara siue mitra, & erat de bysso albisimi candentisque coloris, & ponebatur in capite sacerdotis, quę ex parte inferiori rotunda erat iuxta rotunditatem capitis sacerdotis, superius autē in acutum tendebat. Hęc autem religabatur sub mento sacerdotis quodam vitae hyacinthina, ita vt teneretur firmiter, ne quouis casu de sacerdotis capite dū ministraret corrueret. Hęc aut quatuor ornamenta tam summo sacerdoti quam minoribus communia erant: manebant autem alia sex, quae soli summo sacerdoti conueniebant. Quorū primum

Ecclesia secuta fuit pulchritudinem in vestibus veteris test. licet non possit easdem vestes.

Decem genera ornamentorum sacerdotum in vest. continentur.

Ornamentum solium mo sacerdoti conuenientia in vet. testa. mum erat quaedam tunica tota hyacinthina, id est de filis hyacinthini coloris texta, nec aliqua varietas in ea erat, quam dicit Iosephus in extremitate manicarum habuisse texturas diuersorum colorum fortiter intertextas ne facile rumpere tur, in quibus erant quidam parui preciosi lapides intertexti. In ora autem inferiori circa pedes sacerdotis erat tota plena tintinabulis, & malis punicis. Erant autem tintinabula de auro, & mala punica de hyacintho, & purpura cocco bis tincto, & bysso rectora, erantque rotunda in modum malorum punicorum: & sic erant ordinata, quod ponebatur vnum malum punicum, & consequenter vnum tintinabulum, & sic per totam vestem: parte superiori, per quam caput mittebatur, habebat ora textilem, secundum quod in aliis vestimentis fieri consuevit, ne facile rumpantur. Secundum ornamentum quod ad solum summum sacerdotem pertinebat, erat superhumeralis, quod alio nomine vocatur ephod secundū literam hebraicam, & sic nos nuncupamus. Fiebat autem istud ex quinque generibus filorum, scilicet de aureis filis, & hyacinthinis, & purpureis, atq; coccinis, & byssinis. De forma autem huius dicit Iosephus, qd erat pannus quadrangularis formę altera parte longior sicut sunt quorundam monachorum habitus, scilicet quidam habitus panni quadrati, & in medio habet capitium, id est locum, per quem caput immittatur, & pedit medietas illius ante: & medietas retro: superhumeralis autem huiusmodi factum esse Ioseph⁹ asserit. Sed non erat tantę longitudinis: quia in parte anteriori solum accedebat vsque ad zonam: in parte autem posteriori eodem modo pertinebat ad zonam, & istud geberatur latera huius vestis in lateribus sacerdotis, scilicet sub vtroque brachio, & connectebantur condylis aureis, ita quod strictum esset ephod pectori sacerdotis, sicut diploides nobis sunt stricte. Pręter hoc, qd diplois in parte anteriori condylos habet: superhumeralis autem siue ephod in lateribus. Etiam quia diploides manicas habent, ephod autem nullas, cum esset pannus quadrangulariter positus. habebat autē hæc vestis duos lapides onichynos magnos sup duos humeros, ita quod in illis lapidibus essent scripta nomina filiorum Israel, sex in lapide vno, & sex in altero: & erant nomina filiorum seniorum super humerum dextrum, & nomina iuniorum super humerum sinistrum. Et habebat in medietate pectoris foramen vacuum, in quo ponebatur rationale: erat autem foramen illud vnus palmi in latum, & alterius in longum iuxta mensuram rationalis. Erat istud rationale tertium ornamentum pontificale, & in eo ponebantur duodecim lapides preciosi diuersarum specierum, & in eis scripta erant nomina duodecim tribuum Israel. Erant isti lapides in quatuor ordinibus, & in quolibet ordine erant tres lapides, & erant scripta nomina istarū tribuum fm ordinem natiuitatis suę, ita quod seniores ponebantur supra, & iuniores infra. Habebat etiam istud rationale quatuor anulos aureos in quatuor angulis laterum suorum: erant quatuor alij anuli in ipso superhumerali correspondentes quatuor anulis ipsi rationalis, & per hos anulos stringebantur inuicem rationale & superhumeralis mediantibus vittis hyacinthinis. Ad maiorem autem firmitatem istius colligationis ponebantur adhuc duo anuli in superiori parte rationalis versus caput sacerdotis: & in his ponebatur duae catenae aureae, quae trahebantur sursum ad ipsum ephod, siue superhumeralis per fissuras aureas existentes in ipso superhumerali, & alligabatur ipsi superhumerali humeris sacerdotis quibusdam aureis vincinis existentibus in ipsis catenulis. Erant aut alij duo anuli aurei in rationali in parte inferiori, scilicet circa extremitatem duorum laterum in partibus inferioribus.

A illorum laterum: & in superhumerali erant alij duo anuli aurei correspondentes in situ duobus predictis, & cohrebant rursus rationale & superhumeralis per duos anulos in quolibet latere vitte hyacinthina, & sic firmiter religata erant, vt a se nequirent separari. In rationali autē intra suam duplicatam, quia erat pannus duplicatus, erat doctrina, & veritas, vt dicit littera nostra: littera autem Hebraica dicit, vrim, & tumim, sed ad idem redit: quia, vrim, signat manifestationem, & pertinet ad doctrinam, in qua res manifestantur. Tumim signat perfectionem, siue integritatem: & pertinet ad veritatem, quia veritas integra est, nihilque ei deficit: est enim sicut bonitas: est autem bonitas ex integra causa, malum vero ex defectibus singularibus: ita veritas ex integra causa est, falsum vero ex particularibus defectibus. Quid autem esset ista doctrina, & veritas, dicit Iosephus fuisset quendam splendorem procedentem de ipsius rationalis lateribus, siue melius de lapidibus illis preciosis, & iste fulgor demonstrabat Deum esse placatum, & quod sicut sacerdos petebat, qd in effectu compleretur. Quando vero non procedebat fulgor de lapidibus illis, signabatur responsum non esse secundum voluntatem ipsius sacerdotis, vel secundum formam petitionis suę. De isto splendore dicit Iosephus, quod cessauit per ducentos annos antequam ipse inciperet scribere libros antiquitatum, quod fuit sub Tito, & Vespasiano Imperatoribus. Et si hoc verum erat, cessauit per annos quasi centum viginti quinque, vel centum triginti ante Christi natiuitatem. Rabbi Salomon dicit quod ista doctrina, & veritas erat nomen Dei Tetragramaton, quod erat in rationali, & virtute illius nominis manifestabantur veritates rerum inquisitionarum. Quartum vestimentum siue ornamentum proprium summi sacerdotis erat quoddam cingulum de auri filis, & purpureis, coccineis, atque hyacinthinis, & byssinis, & erat pulchra varietate contextum, pendebantque duo rami eius in parte anteriori sacerdotis, & istud cingulum stringebat superhumeralis ex parte anteriori, & posteriori cum tunica tota hyacinthina aliisque subterioribus vestimentis. Quintum ornamentum summi Pontificis erat mitra hyacinthina, & istam tenebat sacerdos super tiamam lineam. Habebat in parte inferiori, scilicet in margine suo semicirculum aureum pulchre fabricatū, perueniebatque ab occipite vsq; ad vtroque aurem. Sextum ornamentum erat lamina aurea posita in fronte sacerdotis. in hac enim erat scriptum nomen Dei Tetragrammaton, quod erat ineffabile. De ista lamina dicit Iosephus, quod erat facta quasi semicirculus, quia ponebatur in fronte sacerdotis, & tegebatur totam frontem, & tempora, scilicet ab aure ad aurem: & erat ligata ne caderet ipsi mitre hyacinthinae, quibusdam filis hyacinthinis. Rabbi Salomon dicit quod ista lamina perueniens ab aure vsque ad aurem cooperiendo frontem coniungebatur alteri semicirculo aureo facto in mitra hyacinthina a parte posteriori capitis: & satis est hoc rationale. Quantum ad cognitionem harum vestium non est difficultas nisi in rationali, & superhumerali: nam temoralia lineam peruenientia vsq; ad renes qualia fuerint de se liquet: quales autem fuerint tunice byssine siue lineae peruenientes vsque ad pedes, satis quicquē constat. Nam nihil a nostris vestibus peruenientibus vsque ad pedes distat. De tiara, quae erat mitra sacerdotalis, enidens est, sicut sunt alique cucule factę de lino, vel quasi biretum magistrale aut doctoreale: nisi quod postea in altum acutumque modicum tollebatur. Cingulum etiam sacerdotale erat tale, qualia sunt cingula sacerdotum nostrorum super albam, & sicut

Nomina que continentur in duplicatura rationalis in vet. test.

Quartum ornamentum summi sacerdotis

cut religatur sacerdotibus nostris cingulum super albam: ita religabatur sacerdotibus Iudgorum super tunicam byssinam, nisi quod cingulum sacerdotum nostrorum de lino est, illud autem semper de multiplici colore erat. Tunica hyacinthina etiam satis nota est, quia nihil differat ab alba siue byssina veste in figura, sed solum in materia, scilicet quod vna erat de bysso, & alia de hyacintho. Etiam quia tunica hyacinthina in ora siue margine suo tintinabulis, & malis puniceis plena erat: tunica alba linea nihil horum habebat. De lamina aurea in fronte sacerdotis notum est, quia erat quasi media corona. De mitra etiam patet, quia erat forte aequaliter talis sicut mitra Episcoporum nostrorum. De cingulo etiam super tunicam hyacinthinam per se evidens est: nam tale est quale illud quod ante dicebamus. Solum dubium est de figura rationalis, & superhumeralis, & iunctura eorum multiplex, quia non est ita planum, ideo figura subiungitur de ipso sacerdote magno quomodo sit indutus his vestibus, & licet non omnes appareant saltem apparebant superhumeralis, & rationale: & hoc in parte anteriori sacerdotis: posterior autem per eundem modum intelligatur esse. Et quia rationale, & superhumeralis dupliciter assignantur in figura, & in iunctura: dupliciter describam eos. ponamque vnum sacerdotum magnum in quo se habeat in ista Iosephi assignatione, & aliam in quo se habeant secundum aliam assignationem. Erunt isti duo sacerdotes simul: primus enim ponetur secundum Iosephum, secundus vero quantum ad alium modum, vt patet in figuris specialibus: quae depingi facillime possunt. *Applica quoque ad te Aaron.* Id est non solum de sent facere Aaron, & filij sui ea, quae supra posita sunt in capitulo precedenti, scilicet vt incendant lucernas coram Domino per singulas noctes vsque mane, sed etiam applicabis eum cum filiis suis, & hoc segregando eum, & filios eius a popularium conuersatione, vt sint mihi segregati, soliue meo cultui deputati. Et si dicas, quare ergo dixit hoc: *Applica ad te:* quia melius dixisset: *Applica ad me:* nam Aaron & filij eius applicatione ista sanctificabantur: nam qui sacerdotes sunt, sanctificantur, sed Aaron, & filij eius sacerdotes effecti sunt, vt patet hic, & sequenti capitulo sanctificatio autem applicatio ad Deum est, ideo debuisse dicere: *Applica ad me Aaron:* sicut dicitur: *Sanctifica mihi omne masculinum.* Respondetur, quod Aaron, & filij eius Domino applicari debebant sicut dicitur infra, vt sacerdotio fungatur mihi. Et quantum ad hoc erat duplex applicatio. Prima quae erat applicatio, vel ordinatio Aaron ad ipsum diuinum cultum specialiter in ministrando, & quantum ad ista non dicebatur: *Applica ad te Aaron:* sed potius dicere debebat: *applica ad me.* & loco huius dixit: *Vt sacerdotio fungatur mihi.* Alia applicatio erat Aaron ad Moysem, quia cum Deo ministrare deberet, oportebat, vt consecraretur, & vestibus pontificalibus indueretur. Ista autem conferebat Moyses, qui erat vt ordinator, & consecrator Aaron, & filiorum eius, & vestes eis sacerdotales tribuit, ideo hoc modo recte dicebatur: *Applica ad te Aaron,* id est applica eum ad te, vt ei consecrationem impendas, & vestibus sacerdotibus induas: & hoc patet, quia dicitur: *Vt sacerdotio fungatur mihi,* quasi dicat ad hoc vt mei sacerdotes sint, primo oportet vt eos ad te applices, & consecres, & vestibus sacerdotibus induas. *Cum filiis suis.* Quia filij sui omnes sacerdotes effecti sunt, & postea sic fuerunt per successiones Israelitarum, quia omnes de semine Aaron sacerdotes erant. *De medio filiorum Israel.* Filij Israel erant homines dediti curis mundanis, scilicet quod quilibet eius insisteret negocijs, voluit autem aliquos

f segregare, qui non suis negocijs intenderent: sed cultum Dei solum principaliter exercebant, & isti fuerunt Aaron, & filij eius, qui de medio populi ablati sunt, ne talia essent studia sua sicut popularia. *Vt sacerdotio fungatur mihi.* Id est vt exerceant sacerdotalem administrationem coram me sacrificando, & omnia alia similia faciendo. *Aaron, Nadab, Abiu, Eleazar, Ithamar.* Hic ponitur Aaron, qui factus fuit sacerdos magnus cum quatuor filiis suis, qui per ordinem enarrantur secundum natiuitatem suam. Duo autem de istis, qui maiores erant, scilicet Nadab, & Abiu iuerunt cum Moyse ad montem, quando ibat ad recipiendum legem, & ibant cum eo Aaron, & septuaginta seniores, vt patet supra vigesimo quarto capitulo. Isti duo sunt qui mortui sunt coram Domino circa altare holocaustorum, cum offerrent ignem alienum, vt patet Leuitico decimo, & decimo sexto, & Nume tertio capitulo. *Facies vestem sanctam.* Non est ista vestis sancta aliqua vestis specialis Aaron, ita quod fiat de ea hic specialis mentio: sed accipitur vestis singulariter pro multis vestibus, quia erant non eadem, ornatus sacerdotum summorum siue decem, vt describit Iosephus. Et patet quod accipitur pro omnibus vestibus, quia dicitur infra immediate, & loquitur cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentiae, vt faciant vestes Aaron. *Vestem sanctam.* Vocatur vestis sancta, quia vestes sacerdotum consecratae erant oleo sancto vntionis, vt patet infra trigesimo capitulo, & solum applicabantur ad sacram ministrationem, quia cum exiret sacerdos de tabernaculo atrio non debebat indui vestibus sacerdotibus, sed aliis communibus vestibus incedere. Ad solum autem sanctum ministerium vestes istae applicari debebant, & nullus hominum eis indui debebat, nisi qui sacerdos esset, & ad ministrandum procederet. *In gloriam, & decorem.* Id est ista vestis erit, vt ipse Aaron appareat pulcher in ea, & honorabilis. Et ista est causa generalis quare vestes factae sunt, vt supra dicebamus, id est vt Aaron appareret sic nimis reuerendus, & ipsum ministerium quod exercebat sic honoraretur, quod multum Deus intendebat: nam si in vestibus communibus Aaron ministraret, non magis ipsa diuinorum ministerio appreciaretur, quam exercitationes circa actus profanos. *Et loqueris cunctis sapientibus corde.* Princeps omnium operum, quae in tabernaculo, & in atrio erant siue in auro, siue argento, siue lignis, aut ere, aut purpura, & bysso, & in omnibus, quae fabre excogitari poterant, erat Beseleel de tribu Iuda, & huic fuit datus socius nomine Ooliab de tribu Dan, qui omnia fecerunt, quae erant in tabernaculo, & atrio, & in vestibus Aaron, & filiorum eius, vt patet infra trigesimo primo, & trigesimo quinto. Et dati fuerunt eis alij subseruientes viri eruditi, qui ad mandatum eorum operarentur in omnibus his. *Cunctis sapientibus corde.* Principaliter intenduntur per hos Beseleel, & Ooliab, deinde consequenter omnes alij subseruientes eis in omnibus operibus. Vocantur sapientes corde illi, qui naturali pollent ingenio ad aliquid faciendum, & excogitandum. *Quos repleui spiritu prudentiae.* Scilicet quod non solum ipsi sunt sapientes corde naturaliter, sed et Deus eis dederat sapientiam siue artis peritiam ad excogitandum multa subtilia, quae fabricarent: & magis adhuc erat id quod eis supernaturaliter dabatur, quae quod ipsi naturaliter habebant. Nec tamen ideo dicendum est illud opus quod isti fecerunt esse melius quam alia opera, quae alij homines fecerunt: multa namque opera facta sunt postea, quae subtiliora sunt: considerando ea, quae in his capitulis narrantur debere fieri, & ea, quae narrantur facta infra a cap. trigesimo sexto vsque ad finem, & considerando opera, quae nunc men

quotidie fiunt, & in multis locis facta sunt. Erant tamen illa opera pro illo tempore subtilia, quia tunc tunc seculum vix quicquam talium ante fecerat, ideo talia facere mirabile videbatur, nec poterant illi viti facere secundum dispositionem, quam in illo tempore habebant, nisi Deus in corde eorum artis peritiam tribuisset. *Quos repleui spiritu prudentiae.* Idem est spiritus prudentiae quod ipsa prudentia. Et idem spiritus nequitiae, quod ipsa nequitia. Sed vocat scriptura spiritum, quia spiritus denotat aliquid quasi viuens, & impellens ad operandum, & descendit hoc a spiritu ventorum: nam spiritus proprie signat ventorum impetum sibilantem: cetera ergo, quae quasi viuientia sunt, quia sunt principia sic mouendi, spiritus vocantur. Ars autem secundum quod applicatur ad opus motiua est, ideo spiritus est. Et sic dicimus spiritum prophetiae, quia ille propheticus impetus est quoddam lumen transiens, quo commouetur, & illustratur propheta tanquam esset aliquis ignis viuens, & ardens. Dicit etiam spiritum prudentiae datum viris ad excogitandum, & faciendum vestes Aaron, non accipitur hic prudentia proprie: nam prudentia est habitus actiuus, & solum dirigat actiones: vestes autem Aaron non aguntur sed fiunt: ideo non indigent habitu prudentiae directiuo, qui est proprie ad directionem totius vite humanae, vt ait Aristoteles sexto Ethico. capi. de prudentia. sed indigent habitu artis, qui est cum recta ratione factiois: & hunc infudit Deus supernaturaliter istis viris, qui fecerunt ea, quae in tabernaculo, & in templo erant: nam sicut prudentia, vel sapientia, aut scientia habitus intellectiui sunt, & possunt infundi nobis, ita ars habitus intellectiuus est, scilicet in intellectu pratico siue factiuo, ideo eodem modo infundi poterit. *Vt faciant vestes Aaron.* Dicit Deus se dedisse spiritum prudentiae siue artis viris istis, vt faciant vestes Aaron. Non est autem intelligendum, quod ad hoc solum Deus dedit eis illum spiritum artis, vel ad hoc specialiter: quia ad omnia, quae in tabernaculo, vel atrio, & vntionibus eorum fieri debebant habitus artis eis specialiter datus est, sicut patet infra trigesimo primo, & trigesimo quinto capitulo: quia tamen vestes Aaron habebant quandam difficultatem, ideo dixit etiam ad has fabre cogitandas, & efficiendas datum spiritum artis.

Qualiter i sacra scriptura accipitur spiritus.

Qui fuerunt viri tabernaculi faciendos.

An habitus artis datus supernaturaliter fabricatoribus tabernaculi fuerit eis ablatus finito tabernaculo.

QUESTIO III.

SE D circa hoc quaerens, cum Deus infuderit istis habitum artis supernaturaliter, vtrum iste habitus mansit in eis postquam consummauerunt omnia opera sanctuarij. Forte aliquis dicit quod non. Primo quia Deus infudit istis istum spiritum artis ad faciendum ea, quae in opere tabernaculi atque totius sanctuarij necessaria erant: cum ergo habitus habitus cessat motus, id est habito sine, quem intendebat agens, cesset motus: finito opere sanctuarij ad quod erat iste spiritus, artis cessabit ille spiritus artis, & sic perfecto opere sanctuarij non magis essent periti in arte quam fuerant a principio antequam eis ille spiritus artis infunderetur: nisi quantum ex exercitio artis in fabricatione illa naturaliter acquisuissent. Item sicut spiritus artis dicitur spiritus prophetiae spiritus est: sed spiritus prophetiae non manet in pro-

pheta expleto opere prophetico, id est illa cognitione rerum supernaturalium: ergo nec huiusmodi artis infuse spiritus magis manere debebat quam vt finiretur illud opus ad quod erat. In contrarium videtur, quia quocumque Deus aliquid tribuit alicui supernaturaliter, non aufert illi nisi demereatur sibi auferri. Sed isti artifices receperunt a Deo habitum artis, quem litera hic vocat spiritum prudentiae: ergo cum nos non reperiamus illos artifices postea aliquid egisse, per quod demerentur auferri eis talem habitum infusum: dicere debemus, quod eis non fuit ablatus. Imo dato quod isti postea grauiter peccassent, non auferretur eis spiritus artis eis semel elargitus, sic enim patet de spiritu prophetiae, qui datur interdum malis: vt Balaam, & Caipha. Et licet de Caipha non tantum sit admirandum, quia solum semel eum legimus propheta fuisse, quod fuit quasi raptum. De Balaam tamen magis admirandum, qui semper malus erat, & nitens Deo repugnare, vt patet Nume vigesimo secundo, & vigesimo tertio, & vigesimo quarto, tamen semper propheta bat, vt patet in eisdem cap. Cum ergo istud sit donum magis spirituale quam habitus artis, quia prophetia pertinet ad intellectum pure speculatiuum, & ars pertinet ad intellectum factiuum, & prophetia dicitur esse cognitio excellentissima inter omnes conditiones humane intellectiois, quia est lumen diuinum quod est altissimum: ergo etiam manebit ars infusa, quae minoris conditionis, atque perfectionis est. Sed contra hoc argues, scilicet quod aliquando Deus dat aliqua, quae postea aufert nihil demeritis ipsis, qui tale donum receperant, sicut patet de viris bonis, quando accipiunt spiritum prophetiae: nam aufertur eis postea, quia non manet eis semper, & tamen ipsi non demeriti sunt vt eis auferretur: Ergo dona supernaturaliter concessa interdum sine nostra culpa promerente perdunt. Respondetur, quod non aufert nobis Deus aliquid, si non demeremur auferri, & quando dicitur de spiritu prophetiae, Respondetur: quod non aufert Deus spiritum prophetiae prophetae bono, vel malo: sed ei non continuat lumen istud propheticum. Pro quo sciendum quod spiritus propheticus non est aliquid impressum habitualiter, sed est quedam impressio luminis, siue eleuatio ad cognoscenda entia diuina: & ista est raptim transiens, sicut sunt actus nostri: habitus enim est aliquid infixum naturae cuius est habitus, ideo etiam cessante agente producente illum habitum agere non cessabit habitus, sicut patet in nobis quantum ad omnes habitus: nam si semel acquisuerimus habitum geometricum, etiam si dormiamus nullam penitus causalitatem habentes super illum habitum, tamen manet ille habitus. actus autem quia sunt transeuntes dependent actualiter ab agente, & si agens conuertat se ad alia, vel desinat continuare causalitatem illorum actuum cessabunt: sicut si nunc incepi intelligere circa trianguli passiones, & conuerto me ad intelligendum de motu solis, cessat actus prior, ita quod nullo modo est, quia cessauit continuatio causalitatis agentis. Et sic alia sunt necessaria ad hoc quod cesset habitus postquam fuit, & quod cesset actus postquam fuit: nam si habentur actus in nobis, quod cesset actus, quod cesset habitus, quod cesset habitus. Alia requiritur hoc quod cesset actus in nobis, quod cesset habitus, quod cesset habitus. melius quidem est in habitibus volutiuis, scilicet si cesset habitus, quod cesset actus, quod cesset habitus. si non lit eum habere habebit, & semper in eo erit talis habitus, donec ipse habens multos actus contrarios agat in illum habitum: si tamen habeat nunc actum temperantiae, ad hoc quod non sit iste actus solum requiritur quod agens cesset agere, vel si habebat actum intelligendi circa triangulum, si solum agens cesset

Quid sit spiritus propheticus.

Alia requiritur hoc quod cesset actus in nobis, quod cesset habitus, quod cesset habitus.

a causalitate non erit ipse actus, & hoc est quod dicit Aristot. circa finem secundi Ethic. scilicet quod nos sumus domini actuum nostrorum a principio usque ad finem: sed non sumus domini habituum nostrorum postquam causati sunt: quando ergo aliquis agebat, & postea actus ille non est: non dicitur agens tollere aliquid ipsi actui, vel destruere eum, sed solum dicitur quod non continuat causalitatem suam. Quando autem aliquis habebat habitum alicuius virtutis, & postea non habet: dicitur destruere eum vel auferre. Sic ergo Deus facit: quando enim in nobis causat spiritum prophetie, causat quedam actum illustrationis supernaturalis raptim transeuntis: quando causat in nobis habitum artis vel habitum temperantia, vel quemlibet alterum, causat in nobis aliquid manens atque nobis inherens.

Ad hoc ut cesset spiritus propheticus in aliquo iusto cessat illi illustrare.

Ad hoc ergo quod cesset actus propheticus in nobis, non requiritur nisi quod Deus cesset illustrare supernaturaliter, & non requiritur quod destruat aliquid: Immo impossibile est destrui, quia destructio solum est in permanentibus, & sic non dabo alicui spiritum prophetie postquam dedit non est auferre ei spiritum prophetie, sed non continuare. Si tamen debeat Deus facere non esse habitum artis, que in nobis genuit, non solum requiritur quod non datur aliquid ultra, sicut ad cessationem actus, quia dato quod non apponat manebit ille habitus, sed requiritur quod illum habitum destruat: sicut cum homo genitus est, & Deus vult quod non sit, necesse est, ut illum destruat. Conformiter de habitu quolibet, que causauit, dicendum est quod non cessabit esse, nisi Deus illum habitum destruat: & sic si nobis dedit habitum artis, & postea cessat ille habitus ex parte sua, dicitur eum auferre: si dedit spiritum prophetie, & cessat ille spiritus, nihil nobis auferre dicitur, ideo argumentum non militat. Item patet pro ista parte, quod ille habitus artis infusus illis non cessauit: nam secundum metaphoram, quam Christus posuit de domino habente talenta argenti, & tradente ea seruis suis, ut negociarentur in illis: qui accepit quinque talenta, lucratus est in illis: & qui duo, lucratus est in illis: qui autem unum, non lucratus est, sed abiens fodit in terram: & cum redisset dominus seruatorum illorum, veniens seruis qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque, que in negociationibus superlucratus fuerat: & qui duo acceperat, similiter & alia duo obtulit eodem negociandi genere acquisita, qui autem unum acceperat, vnum obtulit, quia in negociationibus non fuerat: cui mandauit dominus seruatorum auferri talentum istud, & dari ei qui quinque talenta acceperat, & totidem fuerat superlucratus: cui parabola Christus asserens ait: Omni habenti dabitur, ut patet Luc. 19. cap. & eodem modo de alijs seruis quos constituit Dominus super ciuitates, ut patet Luc. decimo nono capi. Ex hoc ergo fundamento arguitur, ut cum quis aliquid a Deo recepit, utpote aliquem habitum operatum, vel intellectuum, & postea operatur per illum, quasi superlucratur quidquid agit, cum illum habitum otiosum esse non permittat: ergo non tollitur ei ille habitus, sed pro mercede operationis manebit ei ille habitus, & supererogabitur. Cum ergo isti artifices qui fecerunt omnia opera sanctorum, receperunt a Deo habitum artis supernaturaliter, & per illum operati fuerunt omnia utensilia, & partes tabernaculi atque atrij, non debuit eis auferri ille habitus artis, sed supererogari eis. Et sic certissime tenendum est quod istis non fuit ablatus habitus artis concessus ad fabricationem sanctorum, quia esset contra regulam Christi supra data, sicut omni habenti dabitur. Sed tunc quare cum sim metaphoram illam Christi ei, qui operatus est in talento acceperat, non solum permittitur illud talentum, sed su-

Habitus artis supererogari eis. Et sic certissime tenendum est quod istis non fuit ablatus habitus artis concessus ad fabricationem sanctorum, quia esset contra regulam Christi supra data, sicut omni habenti dabitur. Sed tunc quare cum sim metaphoram illam Christi ei, qui operatus est in talento acceperat, non solum permittitur illud talentum, sed su-

pererogatur ei, cum dicitur ibi litera. omni habenti dabitur & superabundabit. I. habebit magis quam ante habuerat, cum ergo isti acceperint habitum artis, & operati fuerint in illo, non solum debuit manere eis habitus artis expleta operatione: sed etiam debuit auferri: & patet hoc magis per dictum Augustinum. de charitate, scilicet quod charitas in nobis existens cum operatur, neminem habet, meretur, ut augetur: & postea audita meretur, ut perficiatur. Sic ergo erit de habitu artis conformiter, quia cum per eum operati fuerimus id quod Deus mandauit, meretur, ut augetur, & perficiatur: ergo maior effectus fuit ars, quam Deus infudit istis ad fabricandum sanctorum, & vasa post fabricationem quam ante. Responderetur, quod non fuit augmentata illa ars in eis a Deo post completionem operis, sed mansit ut ante fuerat, nisi quantum ad id, in quo ipse habitus suscipit incrementum per operationes suas. Sicut enim in nobis habitus acquisiti quocumque modo acquirantur, per operationem, que ab eis est, perficiuntur recipiuntque gradus, ita habitus ille artis a Deo infusus istis, non est dabitur quin multum per exercitationem circa omnia opera sanctorum profecerit, & maior effectus fuerit, Deus tamen nihil ei maioritatis apposituit. Et ratio est, quia cum habitus artis sit factus, & semper quantumcunque perfectus est, propter ipsas res est, que sunt, ut declarat Aristoteles in principio Ethicorum, non oportebat, quod Deus, qui est agens ab intentione, & nihil frustra facit, istum habitum adaugeret, nisi ad aliquid quod postea faciendum esset: nam, ut dictum est, ad nihil aliud habitus artis est: quia ergo isti non erant facturi alia opera meliora, & subtiliora, quam fuerat opera tabernaculi, & atrij: non erat conueniens eis augeri istum habitum. Quod autem non fecerint postea alia opera meliora patet, quia in deserto mortui sunt, cum isti essent deuisi, qui erant maiores annis viginti, contra quos lata fuit sententia, ut patet Nu. 14. cap. in deserto tamen nulla opera mirifica in edificandis, aut vestibus facta sunt, in quibus isti possent demonstrare perfectionem habitus sui augmentati. De edificandis patet: quia erant semper in motu, & habitabant quasi manebant in ymbra calis, ut patet Leu. 23. cap. de vestibus patet, quia ipse vestes quas de Aegypto adduxerant attrite nunquam sunt, nec fecerunt vestes iustate, ut patet Deu. 8. ca. & dato quod aliqua edificia, vel quecumque opera artis postea fieri deberent, tamen non decebat, ut illa pulchriora essent, quam domus Dei, & utensilia eius: ideo nullo modo conueniebat augmentari eis habitum illum artis, quem Deus infuderat.

Quando autem arguis de auctoritate euangelij, quod habenti dabitur, & superabundabit, verum est, & sic Deus dedit istis: non tamen dedit augmentum in habitu artis: est enim sensus illius auctoritatis, quod quia Deus dat alicui homini aliquam naturalem excellentiam, & per illam operatur referendo in Deum, Deus dat ei magis, ut abundet, non quidem quod det ei magis de illa naturali excellentia (licet aliquando contingat, quod ei magis det de illa) sed quod propter actus illius det Deus magis de gratia, quam antea ipse operans habebat, & in hoc beatissimus Deus valde est benignus, quia ipse dat id quod nobis melius est: nam si quisquam corpore robustus esset, & ille illud robur expenderet in operibus pietatis ad proximum, & in cultu diuino, Deus debet ei dare, ut abundet, secundum illam regulam euangelicam supra positam. Si ergo Deus solum apponeret ei magis de robore, non faceret ei valde magnam bonum, quia robur corporis non efficit hominem felicem. Item quia robur corporis secundum se non placet Deo magis, quam debilitas virtutum in nobis, dando ergo robur non daret aliquid, per quod ei placeremus: ideo non valde multum tale robur appreciandum esset, licet nos magni precij corpo-

Quomodo exponatur auctoritas euangelij, scilicet habenti dabitur.

corporeum robur aestimemus. Dat ergo sic operanti A per robur gratiam magis quam habebat, & in hoc magnum bonum nobis facit: quia per gratiam vere felices efficiuntur, quia qui in ea manent proculdubio felices erit. Etiam per gratiam Deo grati placentesque efficiuntur, quod non contingebat per corporis robur: magis ergo bonum nobis pro operatione roboris dat cum gratiam confert, vel collatam adauget, quam nobis roboris qualitatem augmeret: nullum namque bonum maius a Deo nobis conferri potest dum adhuc mortales sumus quam augmentum gratia eius. Sic enim si cui Deus dedit sapientiam, vel excellentiam ingenium naturaliter, si quod fecit eum de rali semine gigni, & in tali tempore, & in tali loco, & sic de ceteris dispositionibus naturalibus, quod organa sua sunt promptissima ad obediendum intellectui, & sic multa, & altissima speculatur: vel forte quod infudit ei supernaturaliter donum scientia dando ei habitus cognitionis rerum naturalium, vel theologiarum: quorum uterque modus, siue infusus, siue naturalis donum Dei est: & iste per hos habitus operetur referendo in cultum Dei, utpote quia dirigit illos habitus in proximorum edificationem, vel in laudem Dei cogniti, & in humilationem suam, meretur sibi aliquid dari, ut abundet: quoniam omnino habenti dabitur, & superabundabit, sed istud quod datur, non est augmentatio sapientia, vel scientia, sed gratia, quia Deus eum continuè magis acceptat, & ad maiora bona disponit: contingit tamen interdum, quod aliquem, quem sic sapientiam donauerat, siue naturaliter, siue supernaturaliter infundendo, maiori illustreret cognitione: sed hoc non datur ei in premium, sed in officium, quia pro premio bonæ operationis dantur gratiarum augmentationes. Si autem sapientia in eo augetur: hoc quidem est, quia Deus talem salutis proximorum ministrum, aut laudis suæ instrumentum constituit, & quia magis hoc fiet cum sapientia, vel scientia dona intendatur, sit interdum, ut quibus Deus gratiam sapientia dederat postea intendat. Ad arg. ex auctoritate Aug. de charitate respondeat, quod non est sic de habitibus artium, sicut de habitu charitatis, nec sic de actibus charitatis, sicut de actibus aliarum artium: nam alia artes secundum se non placent Deo, & actus earum eodem modo secundum se non placent Deo. Actus autem charitatis secundum se placet Deo, & nihil est, per quod nos Deo coniungamus, nisi per actum charitatis, quia qui diligit Deum, vnus spiritus est cum eo, ut patet 2. Corin. 6. c. habitus autem charitatis per se placet Deo, ideo quando aliquis habet charitatem habitualiter, et si dormiendo sit, & non habeat aliquem actum, que referat actualiter in Deum, cum solo ipso habitu Deo placemus: cum ergo nos operamur per charitatem, vel per alias virtutes seruientes charitati, meremur ut aliquid nobis detur, ut abundemus, quia omni habenti dabitur, & superabundabit. Et quia ipsa charitas est quoddam bonum, quod nos Deo vnit, & per quem certissime beati erimus, quia nullum bonum maius est, quod nobis Deus præsentet det, nec nos aliquid maius recipere adhuc mortales potest, quam charitatem, Deus illam nobis adauget. De habitibus autem artium, & actibus non est sic, quia licet per actum artis Deo placeamus, in quantum in eum referimus actus illos: tamen ipsi actus de se, & ars de se Deo non placet: nec est bonum quod coniungat nos ei, aut felices efficiat. Deus igitur non dat nobis augmentum gratia. Et sic patet, quomodo non fuerit habitus artis, qui istis artificibus infusus fuerat, augmentatus a Deo post operis completionem. Ad principale quesitum, scilicet utrum Deus tolleret habitum artis, quem dedit infundendo. Responderetur, & sit regula generalis, quod nihil eorum, que Deus nobis supernaturaliter

Nullum maius bonum nobis viuentibus conferri potest a Deo quam augmentum gratia.

Ad arg. ex auctoritate Aug. factum incho.

Operanti per habitum charitatis Deus illud auget.

Ra. ad principalem quaest.

Alph. Toft. super Exodi

tribuit sine infundit, nobis auferit unquam. Quod patet, quia illud quod infundit nobis, aut habet modum actus, aut modum habitus: quod habeat modum actus sicut spiritus propheticus, qui est quedam illustratio raptim transeuntis, vel quod habeat alia intellectio, que fit supernaturaliter in nobis causata (etiam si fit de ipsis rebus naturalibus) sicut Iacob fuerit eruditus per angelum quomodo decori caret virgas, ut efficerentur fetus varij: hoc tamen naturale erat: de quo Gen. 3. r. c. I. angelus domini locutus fuit ei in somnis demonstrans arietes varios, & maculosos ascendentes super oues: & fiebant fetus varij. Isti autem actus non possunt nobis auferri a Deo: quia licet ipse causet istos actus in nobis, & postea cessent actus, non auferit Deus illos, qui nihil est in eis, quod auferri posset. Sed solum cessant esse cessante agente causare, ut magis supra declarauimus. Si autem id, quod nobis a Deo infunditur per modum habitus infundatur ita, quod inhaereat, & immaneat nobis. Tunc distinguendum, quia aut illi habitus sunt volutiui, aut intellectiui. si enim sunt habitus volutiui, qui cum peccato stare non possunt, sicut charitas, & gratia, ipse quidem nunquam a nobis auferret. Et patet, quia quando bene operamur semper manent, nos tamen illos nobis auferimus, destruendo charitatem, que in nobis est, vel gratiam per actum nostrum malum voluntarium. Si autem illi habitus sint intellectiui, sicut scientia de naturalibus, vel mathematicis, siue theologice, manebit in nobis: ita quod ipse nunquam eam auferret: nam etiam illam habendo possumus esse in odio Dei. Hanc etiam ipsi, quibus infusa sunt non tollunt sibi ipsis peccantes, & in hoc firmiores sunt in nobis habitus intellectiui infusi, quam habitus volutiui, licet Arist. dicat in 2. Ethic. quod virtutes permanentiores sunt disciplinis, virtutes tamen ad voluntatem pertinent: & disciplina ad intellectum: quod quidem verum est de moralibus virtutibus, que sunt consuetudinibus acquisita, ideo inhaerent ut natura, quia consuetudo est altera natura, ut ait Arist. in 7. Ethic. habitus autem infusi non acquiruntur per consuetudinem, sed sunt per diuinam impressionem: ideo non tamen conueniunt naturae nostrae, nec immanent. Isti ergo habitus intellectiui infusi, quia non habent aliquid oppositum, quod sit coniunctum peccato non perduntur per peccatum: sic patet in Salomone, qui infusam sapientiam habuit, ut patet 3. Reg. 3. c. & Paral. 2. c. & postea omnium hominum vilissimus effectus fuit, libidinis varijs se commaculans, & dijs gentium templa constitutus, ut patet 3. Reg. 1. r. c. tamen non ob hoc perdidit a Deo datam sapientiam, sed multos libros edidit. Ad arg. facta contra istam positionem in principio responderetur: ad primum cum dicitur, quod cum aliquid sit propter aliquem finem, habito illo sine cessare debet, sed habitus artis infusus fuit solum ad fabricandum tabernaculum, & atrium cum utensilibus suis, ergo fabricatis his cessare debuerunt illi habitus, & sic manerent nescientes post fabricationem omnium illorum. Responderetur, quod quando aliquid fit propter alterum, & habere ille finis, propter quem alterum fiebat, habito illo sine non oportet ultra fieri aliquid propter illum finem: non tamen sequitur ex hoc quod illud, quod factum est propter illum finem cessat, vel deleatur: quia tunc essent duo labores: vnus in agendo rem aliquam propter finem, & alius in destruendo ipsam rem, que facta fuit ad finem: utpote si aliquis scribat librum aliquem, solum ut erudiat in scribendo, & ille liber ad nihil aliud sit, habito autem isto sine, scilicet quod scribens sufficienter eruditus sit in scribendo, cessat scribere, quod erat ad eruditionem. Sed nunquid propter hoc oportet destrui librum illum, qui scriptus est solum ad eruditionem? manifestum

Dist. patet, quia intellectui & volutiui non auferuntur.

Quo virtutes sunt permanentiores disciplinis.

Ad arg. Ad. r. c.

Pars Secunda H est

est quidem q̄ non: ideo solum destruitur actus, per quem habebamus finem, vel non continuatur habitus ipso sine: sed nō destruitur ipsum, quod requirebatur ad actum, vel quod causatum fuit per illum actum, quo attingebamus finem. Et istud signat dictum Aristotelis, habitus habitibus cessat motus, id est actio ipsa, & non dixit, quod cessabat id, quod per motum acquisitum fuerat, vel exigebatur admotum. Sic ergo quantum ad istum habitum artis infusum à Deo istis erat: quia tabernaculum & cetera, quæ in eo erant facta sunt per habitum artis, & actum artis, ideo factio ipso tabernaculo, & ceteris vtenlibus, necesse erat cessare actum artis. Nam nihil amplius erat, quod per artem effici deberet: habitum tamen artis manere non erat inconueniens, imò si non maneret necesse erat dari alterum quasi laborem, scilicet q̄ sicut productus fuerat ad esse, quando non erat, ita destrueretur, & vtrunque actio realis est. Si tamen Deus destrueret illum habitum, quem causauerat, multa inconuenientia sequerentur. Primum quia Deus nihil agit frustra, sed si destrueret illum habitum, quæ causauerat, esset necessarium hoc frustra, quia non est aliquis finis, cui subordinatur destructio illius habitus: nam cum per destructionem causetur non ens, maximè in simplicibus, quæ totaliter pereunt: non potest quod est non ens alicui subordinari (nisi forte aliqua res per accidens ordinetur in finem suum per destructionem suam) scilicet q̄ destructio illius rei sit ad pulchritudinem vniuersi, sicut poena, & mors malorum ad pulchritudinem iustitiæ pertinet, sed in istis non erat aliquid quod puniri deberet, cum per habitum artis à Deo infusum, vel augmentatum fecissent omnia, quæ necessaria erant in tabernaculo, & vtenlibus eius, ergo Deus non destrueret talem habitum, quia frustra esset. Item Deus est summè bonus, & per hoc suis ipsius maximè communicatiuus alia bona faciendo: cum ergo omnia bona sint quedam similitudines, vel imagines, aut vestigia ipsius summi boni, summum bonum non destruet illa, sed potius conseruabit: quia omnne tale conseruat id, quod simile est, cum similitudo sit causa amicitia, vt patet 8. Ethic. ergo Deus per se nunquam destruet aliquod bonum, quia esset contra naturam eius, sed per se destrueret bonum est quando id, quod bonum est, sine aliqua causa destruitur. Ergo si habitus istorum destrueretur post factum tabernaculum, aliquod bonum Deus per se destrueret, ergo nō destrueret. Item si Deus abstulisset istis habitum artis post factionem tabernaculi, & vtensilium eius videretur eis facere aliquam iniuriam: nam licet simpliciter Deus non possit nobis facere iniustum, quia iniustum est inter illos, inter quos iustum est, sed Dei ad homines vel è conuerso non potest esse iustum, sicut nec domini ad seruum, vt patet per Arist. in 5. Ethic. Est tamen quoddam iustum dignatiuum, id est quod Deus vult esse iustum quoddam inter ipsum & homines, scilicet quod ipse teneatur hominibus ad aliquid, & homines teneantur ei: & hoc est, vt si nos bene operemur, & in charitate finiamus, Deus tenetur nobis dare vitam æternam: non quidem q̄ æquè simpliciter mereamur, quoniam non sunt condignæ passionis, nec actiones huius mundi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, vt ait Apostolus ad Rom. 8. c. Deus tamen vult, & statuit inter nos & ipsum istud iustum, vt pro quolibet charitatis actu mereamur vitam æternam, & pro quolibet ipse teneatur nobis ad dandam vitam æternam. Et istud vocatur iustum fin quid: quia est iustum dignatiuum: nunc autem stante hoc iusto quasi conuenio inter Deum & nos, si Deus aliquem in charitate finientem non faceret beatum, sed potius gehennæ incendijs manciparet, dice-

Si Deus destrueret habitum aliquid ab ipso infusum sequerentur inconuenientia.

Inter Deum & nos est iustum dignatiuum: id si iustum simpliciter.

retur ei facere iniustum: quia contra statutum inter eum & nos. Sic etiam si Deus alicui charitatem infudisset, & ipse postea per eam operaretur, & Deus ei tolleret istam charitatem, destruyendo eam, eodem modo faceret nobis iniustum, quia sicut cum quis moritur in charitate, & à Deo deportaretur in infernum, iniustum patitur: sic si charitatem habeat, & operetur per eam, & Deus tollat ab eo charitatem, & sic moriatur, ibit in gehennam: & ita conformiter damnabitur hic iniuste, sicut ibi. Nam nihil magis est, quod aliquis, qui nullo modo commisit homicidium, puniatur poena homicidæ, quam quod aliquis moueat violenter totaliter manus alterius, & faciat eum occidere quempiam: vel si eum impellat super alterum, & ex illo impulsu moriatur, & postea puniatur, vt homicida: sic ergo in istis artificibus, quia Deus statuit regulam generalem, vt patet Lucæ 19. cap. scilicet omni habenti dabitur, vt supra declaratum fuit, & secundum hanc si alicui dedit aliquam perfectionem, siue naturaliter, siue supernaturaliter, & maximè de his, quæ dantur supernaturaliter, vt habitus, per infusionem causati, & ille, qui recipit illos habitus, operatur per eos, non debet ei tolli aliquis eorum, sed magis debet aliqui supererogari: & hoc siue erogetur aliquid in perfectione illius habitus, siue alterius, qui melior sit: saltem nō debet tolli ille habitus, per quem rectè operatus fuit: sed isti artifices operati sunt per illos habitus, quos receperunt infusos omnia, quæ erant in tabernaculo, & vtenlibus eius, & hoc libentissimè fecerunt, ergo non debuit eis auferri habitus, qui infusus fuerat. Ad secundum argumentum, quando dicitur de Prophetia, quia ipsa est aliquid à Deo infusum: & tamen cum aliquis expleuerit id, quod Deus intendebat per Prophetiam declarare gentibus, & populis, cessat Prophetia: ergo cum datus fuerit iste habitus artis ad solam fabricationem tabernaculi, & aliorum vtensilium, & finita fuerint illa: debuit cessare habitus artis. Respondetur, quod non est idem de Prophetia, & de habitu artis: nam Prophetia non est aliquid habitualiter manens, sed quædam impressio luminis transiens, siue quædam eleuatio intellectus nostri ad tempus, ideo cessante ipso agente à causando, cum illa eleuatio nō sit aliquid fixum ex natura sua, quod iam dependeat in nobis, sed dependet ex continua causalitate agentis: ideo, si agens non agat aliquid vltra, cessabit actus ille: habitus verò artis, vel quilibet alius habitus est aliquid iam causatum, cuius esse non est ex continuatione actus agentis: ideo dato q̄ agens non continet vltra operationem suam, manebit habitus: cum ergo dictum sit supra, quod Deus nullum habitum eorum, & vniuersaliter nullam rem, quam supernaturaliter nobis infuderit, destruit, sequitur quod habitus artis, qui de se est aliquid manens in eo, quod habitus maneat etiã post completionem illius vsus, ad quem Deus illum causauerat Prophetia autem non est habitus, nec aliquid de se permanentiam habens, ideo Deus actum illum continuat quousque compleatur id, quod ipse intendebat declarari per illam Prophetiam. Completo autem illo, cessat Deus eleuare intellectum Prophetæ ad cognoscenda entia illa diuina. Et cum Prophetia nihil manens, vel fixum habeat in ipsius Prophetia intellectu, necessariò cessat, Deo cessante illustrare: non est ergo comparatio quantum ad hoc de habitu ad actum aliquem, vel passionem. Conclufum ergo patet ex superioribus, q̄ Deus non abstulit fabricatoribus tabernaculi, & aliorum vasorum habitus supernaturaliter infusos, quos ante fabricationem infuderat. Etiam q̄ isti habitus non fuerint à Deo augmentati post fabricationem omnium illarum rerum.

Ad finem argum. primo.

An

An Deus non solum dedit habitum fabricatoribus tabernaculi in intellectu: sed etiam in manibus.

QVÆSTIO. IIII.

CONSIDERANDVM autem circa superiora, quia dicitur, q̄ Deus repleuit omnes sapientes corde spiritu prudentiæ ad faciendas vestes Aaron. . . spiritus prudentiæ, siue spiritus artis, put hic accipitur est quidam habitus directus factiois, ideo necesse est esse in intellectu factiois. Sed non solum putandum est, q̄ Deus perfecit supernaturaliter intellectum istorum habitus artis, sed etiam perfecit eorum potentias organicas motiuas, s. manus, & brachia: nam factiois non solum diriguntur per intellectum, sed etiam per manus, quia virtus ipsa intellectus dirigentis per manus deriuatur in ipsum artificabile: nam existente sola directione intellectus factiois, si non sit deriuatio virtutis illius per organa operatiua, impossibile erit quidquam conuenienter fieri: necesse est ergo disponi ipsa organa operatiua: vnde sicut in intellectu factiois est habitus artis, ita in organo operatiuo debet esse alius habitus artis. Sed differt, quia in intellectu est habitus directus factiois, quia est principium ipsius operationis primam à quo totus motus regulatur, in potentijs autem & organo executiujs est habitus non quidem directus, sed obediuius, s. vt ipsa organa sint talia, per quæ possit deriuari virtus intellectus factiois dirigentis in ipsum artificabile. Et si dicas, q̄ etiam ille habitus, qui est in organo motiuus est directus. Non potest stare, quia si directus est, aut est directus eadem directione, qua dirigit intellectus: aut alia directione differenti ab illa in specie. Si autem directus sit alia directione differenti in specie: tunc impossibile est intellectum aliquid operari per organa, quia non mouebuntur organa secundum directionem intellectus, sed secundum propriam directionem. Et tunc esset aliud etiam inconueniens, scilicet quod habitus factiois in intellectu ponitur superflue, quia nullo modo est principium alicuius operationis. Patet, quia ipse per se non potest aliquid artificare, & non habet aliqua organa subseruientia operationi suæ: cum ponatur esse alia directio organorum quam intellectus. ergo nihil poterit dirigere ille habitus, ex quo sequitur illum frustra esse. Item esset aliud inconueniens, scilicet q̄ posset aliquid fabricare aliquid perfecte non attendente intellectu per directionem organorum, quod nullo modo esse potest: cum anima nostra sit principium omnium operationum nostrarum, maximè harum, quæ sunt intellectiua, ideo non attendente ea, impossibile est tale quid fieri: ergo non erit aliquid habitus directus ibi. Nam si habitus directus esset in partibus organicis, posset, organa per se ipsa operari nullo mouente, quod est inconueniens. Item parent duo superiora magis: nam sicut se hnt organa operatiua ad intellectum, sic se habent organa inanimata, siue instrumenta ad vim motiuam organicam, scilicet ad manum: sicut ergo licet sit intellectus sufficienter habitatus, & manus disposita, si tamen ipsa instrumenta operatiua inanimata non sint disposita, non erit operatio factiois perfecta: ita si intellectus sit habitatus, & cum manus non sit disposita, non completur perfecte opus artis, ergo debet esse habitus in manu sicut est habitus in intellectu. Quod autem iste habitus manus non sit directus eadem directione, qua dirigit intellectus patet, quia sicut instrumenta inanimata non sunt aliquo modo directiua, sed solum determinat sibi quandam figuram, vt virtus agentis in ipsum artificatum deriuari conuenienter possit: ita organa operatiua non requirunt aliquam directionem, sed solum vt sint talia, vt per ipsa virtus

Alph. Tost. super Exodi

intellectus debeat mouere. Requirit tamen ista organa animata maiorem dispositionem quam organa inanimata separata: nam organa inanimata solum requirunt debitam figuram, & duriciem, vel tenacitatem secundum naturam eius, quod artificabile est. Organa autem animata vt potè manus requirunt, q̄ sint disposita pluribus dispositionibus, scilicet q̄ habeant figuram debitam ad fabricandum, & apprehendendum atque mouendum alia instrumenta, & ob hoc pedes non sunt conuenientia instrumenta ad operationem sicut manus, quia non habent figuram ad apprehendendum instrumenta, & continendum atque mouendum. Secundò requirunt duriciem, vel mollities secundum naturam eius, quod artificabile est: & ob hoc quædam opera sunt, ad quæ quidam homines inepti sunt: quia teneri valde sunt habetes mollia organa, & ipsum genus artificabile requirit duriciem. Tertio requiritur in instrumentis animatis quadam assuefactio, per quam determinetur ad genè talis, vel talis operationis, vt q̄ non solum sciat aliquis qualiter literæ formandæ sunt, sed etiam manus sua sit assuecta ad formandum eas, vt per hoc determinetur ad certam figuram earum, in instrumentis inanimatis non requiritur aliqua assuefactio. Nam nihil meli⁹ aliquis operabitur per dolabram si teneat dolabram nouam per quod nemo ad huc dolauit, quam si teneat dolabram qua à multis temporibus dolat⁹ est. Ratio huius est duplex. Primò quia instrumenta inanimata magis sunt diuersa, & determinata secundum determinationem ipsorum artificabilium, quam ipsa organa inanimata, s. manus: nam manus solum habet vnum genus figuræ: instrumenta autem inanimata tot figuras habent, quot sunt genera artificatorum. Ad hoc ergo, q̄ manus quæ habet figuram vniuersalem valde, & indeterminatam ad hoc genus artificabilis, vel illius, sortiatur determinationem ad illam artem, necessarium est, vt assuefiat, & sic contrahet quædam assuefactionem ad modum figurandi talia, vel talia artificialia. Secunda ratio est, quia virtus intellectus deriuatur immediatè per manus, & deinde deriuatur per instrumenta inanimata: intellectus autem non habet aliquam determinationem figuræ per modum corporis, ad istud artificabile magis quam ad illud: cum ergo influit illa virtus per manus, quia illa virtus quodammodo vniuersalis est, scilicet indeterminata ad hoc vel illud, oportet vt ad hoc q̄ determinetur ad istam figuram huius artificabilis, q̄ assuefiat manus. In instrumentis autem inanimatis non est sic, quia deriuatur virtus ad illa non immediatè per intellectum, qui quodammodo vniuersaliter, & indeterminatè istam virtutem in fluit, sed per manum: manus autem cum sit corporeum agens determinatè recipit iam magis illam virtutem, cum assuefacta est, ideo influit in ipsa instrumenta inanimata virtutem ipsam magis determinatè, & sic non oportet illa instrumenta assuefacta esse. Tertia ratio est, quia assuefactio requiritur in eo, quod per assuefactionem virtutem aliquam acquirit, sed instrumenta inanimata nullam magis virtutem acquirit per assuefactionem, quam sine ea: ergo non oportet esse aliquam assuefactionem ex parte eorum ad ipsam artis operationem. Quare autem nō possit causari virtus aliqua in ipsa re inanimata per assuefactionem, causa est, quia virtus hæc cum aliquo modo sit actiua, non potest deriuari ab anima, nisi in illud, quod ei vnitum est, s. vbi ipsa est: rebus autem inanimatis solum communicat passiuam motionem, s. q̄ mouet eas, & nihil aliud causat in eis: instrumenta ergo inanimata solum mouebuntur ab anima, & nullam motiuam virtutem contrahent ab ea, sicut contrahit ipsa manus, aut pedes: si autem (vt

Organum animatum requiritur debitam dispositionem ad hoc vt per ea hoc operetur.

Qd nō potest causari aliquid in organo inanimato per assuefactionem.

Partes Secunda. H 2 supra

supra dicebamus) in organis animatis esset habitus directius dirigens eo mo, quo dirigit intellectus superflue poneretur: nā ponendo istum habitum esse directionē intellectus per artis habitum, perfectæ obedientie fierent omnia, quæ fierent ponendo eum esse directiū eadem directione, qua dirigit intellectus: ergo superfluum est ponere eum directiū, cum nō sit ponenda pluralitas sine necessitate, ut patet per Arist. in 8. Topic. Item quia si habitus organorum esset directius directione, qua dirigit intellectus, posset per se operari, quia in se haberet principium suæ operationis, scilicet directiū virtutem. sed hoc falsum est, ut supra diximus. Etiam quia unicuique solum ponitur principium primum, quod est intellectus: ergo non ponitur in organis positorij habitus directius, sed solum quidam habitus obedientiæ, id est per quem taliter disponatur, ut sit apta ad recipiendum regulationem intellectus circa tale, aut tale genus artis, ideo cum Deus infuderit istis artificibus tabernaculi, & aliorum vntisillum habitū artis supernaturaliter, vel ipsū, qui præexistebat valde augmentauit, ita oportebat, ut infunderet habitum obedientiū in manib, ut intellectui dirigenti per artem posset obedire conformiter ad illud genus artificij: nam si solum habitū intellectus infudisset, & non habitum manus, non potuissent artifices illi quidquam fabricare, cum virtus intellectus necessariō debeat deriuari per manus artificij: sicut si Deus alicui dedisset sapientiā magnam insulam, & ramen esset mutus, non posset aliquid alijs per sapientiā illam declarare, quia necessariō requirebatur operatio linguæ ad hoc: vel si infudisset ei istam sapientiā, & tamen esset balbutientis linguæ, non poterat explicare aliquid per sapientiā istam, nisi balbutiendo: aut nullo modo explicaret, nisi etiam dedisset congruentem dispositionem in linguæ: sicut patet de Moyse, cui licet Deus reuelasset multa, tamen quia balbutiens erat, non poterat explicare, ideo datus fuit ei Aarō, qui loco eius loqueretur: sic dicitur supra 4. & 7. c. ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum, & tu eris ei in his, quæ ad Deum pertinent, & in 7. c. dicitur: Ecce constituī te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Necessariō ergo dicendum qd Deus eis infuderit habitum obedientiū in manibus, alijs nihil profecisset habitus, qui in intellectu erat infusus. Et rationabiliter vocatur virtus illa infusa manibus ad obediendum intellectui habitus, quia sicut in intellectu infundebatur aliquid, quod ita dirigit quemadmodum habitus acquisitus in intellectu per assuefactionem, ita cum in manibus istorum aliqua virtus à Deo causata fuit, per quam ita erant obedientiæ, sicut si magna fuisset facta assuefactio. Ergo ista virtus acquisita in manibus vocabatur habitus, ut faciant vestes Aaron. Vestes Aaron si accipiantur propriè solum erant duæ, scilicet alba linea, & tunica hyacinthina. Aliæ autem non erant vestes, sed quidam ornatus, ut superhumeralis, & angulus, & balteus, & femoralia. Accipiendotamen large vestes, etiam omnes isti ornatus vocantur vestes, & sic accipiuntur hic: nam maior artis subtilitas infusa requirebatur ad faciendum rationale, & superhumeralis cum lapidibus suis sculptis, quàm ad faciendum vestem lineam, & vestem hyacinthinam: nam has duas quilibet etiam non multum instructus facere posset. In quibus sanctificatus ministrat mihi. Dicitur sanctificatus, id est Deo applicitus, quia sanctificare est aliquid Dei cultui appheare. Et est sensus, qd fierent vestes Aaron, quas cum ipse indueret, solum esset applicitus ad cultum Dei, scilicet qd nihil aliud non posset agere cum eis, nisi ministrare Deo: nam non lice-

Si Deus infudisset artificibus tabernaculi habitum artis in intellectu, & non in manibus, nō potuissent aliquid operari.

bat vestibus illis uti ad quemquam actum profanum. Hæc autem erunt vestimenta, quæ faciunt. Hic patet quod supra dicebatur, scilicet qd vestes accipiantur non solum illæ duæ, quæ vocantur propriè vestes, ut tunica hyacinthina, & linea stricta, sed omnia alia ornamenta sacerdotum siue maiorum, siue minorum vocantur vestes. Patet quia vocatur hic rationale, & ea, quæ sequuntur vestes. Rationale, & superhumeralis. Hic ponuntur vestes sacerdotum, sed nō omnes: nam secundum Iosephū decem vestes sunt (ut supra enumerauimus) licet litera non ponit nisi nouē in toto isto c. hic tamen in principio, quando ea generaliter computat solum ponit sex, & hoc quia deficiunt tria, quæ infra ponuntur, scilicet mitra hyacinthina, & lamina aurea, & femoralia.

Quis ordo erat in vestibus sacerdotalibus, quando sacerdos induebatur.

QVAESTIO. V.

SCIENDVM autem qd non induebatur, siue ornabatur sacerdos his vestibus eo ordine, quo hic ponuntur. Nam primò cum ad quodcunque ministerium accedere debet, calciabat femoralia, ut patet infra, alijs moreretur si ministraret, & adhuc ante calcationem illorum femoralium lauabat pedes, & manus, ut patet infra 29. & 30. c. Secundò loco induebatur tunicam lineam byssinam strictam, quæ vocatur hic linea stricta, & hanc ponebat super vestes suas communes, sicut faciunt presbyteri nostri, qui sup vestes suas communes non impediunt celebrant. Tertio loco si sacerdos magnus erat, induebatur tunicam hyacinthinam totam habentem mala punica, & tintinabula in extremitate sua per gyrum, & pertingebat ista vestis vsque ad talos. Quarto ponebat rationale iudicij in pectore. Quintò ponebat superhumeralis, siue Ephod in parte posteriori, licet in hoc non esset ordo temporis, quia superhumeralis, & rationale inter se colligata erant, ut nullo modo possent à se separari, ut patet infra, erat autem religatio per anulos, & catenulas, atq; vncinos. Sextò loco ponebat balteum: qui secundū qd vult Iosephus, erat quoddam cingulum quatuor digitorum latitudinis intextum auro, & purpura, atque hyacintho, & cocco bis tincto, atque bysso retorta: quod stringebat hyacinthinam vestem, & rationale, & superhumeralis, cum cæteris inferioribus vestibus. Alij volunt, qd balteus esset quedam pars vestis, scilicet dependens à zona vsque ad talos in gyro totius corporis, & qui sic ponunt volunt esse tres vestes cooperientes ipsum sacerdotem totaliter præter vestes communes, quas sacerdos infra gerebat: & prima erat linea stricta, secunda erat tunica hyacinthina, tertia erat quedam vestis suppleta ex tribus ornamentis, quæ simul sumpta totum corpus velarent, scilicet qd rationale velaret partem anteriorem pectoris vsque ad zonam, & superhumeralis, siue Ephod cooperiret partem posteriorem ab humeris vsq; ad zonam, & balteus cooperiret totam inferiorem partē sub zona in gyro: & istum modum tunica hyacinthina non apparebat foris, nisi fortè in ora, vel extremitate inferiori, vbi erant tintinabula aurea, & mala punica hyacinthina. Secundum positionem Iosephi, quia dicitur balteus, quoddam cingulum latitudinis digitorū quatuor stringens superhumeralis, & rationale cum tunica hyacinthina, & inferioribus vestimentis, non ponuntur tres vestes operientes totum sacerdotem, sed duæ solum, scilicet linea vestis, & hyacinthina. Septimò loco ponebat sacerdos in capite cidarium, quæ erat quasi quoddam sudarium, super quod poneretur mitra hyacinthina. Vel potius erat quoddam biretum lineū rotundū in parte inferiori, quod versus superiorē partē acuitur in conū.

Octa.

Ordo vestibus qd sacerdos minor induebatur in veteri testo.

Octauo loco ponebatur thiara, qui erat mitra Pontificalis hyacinthina, quæ fortè esset ad figuram thiare Episcoporum nostrorum, & ista ponebatur super cidarium in capite. Nono loco, & vltimo ponebatur lamina aurea in fronte sacerdotis, cuius quantitas erat digitorum, quasi duorum cooperiens in latitudine totam frontem, in longitudine autem erat figura: semicirculi, quasi pertingens ab aure dextra vsque ad sinistram circundans vsque ad frontem sacerdotis, & tempora. Si autem sacerdos minor, qui quatuor solas vestes habebat indui deberet erat iste ordo. Primò lotis manibus, & pedibus iuxta consuetudinem sacerdotis magni calceabatur femoralia: deinde super vestes suas communes induebatur tunicam lineam byssinam secundò loco: deinde tertio loco cingebatur balteo, id est cingulo illo quatuor digitorum. Postremo quarto loco imponebatur capiti eius cidaris, id est mitra lineæ, & sic ministrabant sacerdotes minores coram summo sacerdote, vel cum per se aliquid ministerij exercere debebant. Et superhumeralis. Id est ornamentum, siue vestem dependentem ab humeris, quod alio nomine vocatur Ephod. Tunica. Accipitur hic tunica pro illa, quæ erat tota hyacinthina, & nō vocatur vestis linea tunica hic: & patet, quia dicitur: Tunica, & lineam, faciendo differentiam inter tunicam, & inter lineam. Si autem linea vocaretur tunica non poneretur ibi copulatiua coniunctio, scilicet. Tunica, & lineam. Sed diceretur: Tunica lineam. Et lineam strictam. Ista erat alia vestis, quæ pertinebat tam ad sacerdotes minores, quàm ad Pontificem, & vocabatur linea, id est de lineo facta, scilicet de bysso, & dicitur stricta, quia non erat ita ampla sicut tunica hyacinthina sacerdotis magni, sed quasi corpori coharebat. Cidarim. Cidarim est mitra lineæ rotunda in parte inferiori, quæ in summitate acuitur, & ista ram summo sacerdoti quàm minoribus pertinebat. Et balteum.

Quid balteus esset.

QVAESTIO. VI.

DE balteo duplex positio erat, ut supra dicebamus. Vna qd balteus esset quedam zona quatuor digitorum, latitudinis facta ex filis colorum multipliciū, scilicet ex aureis filis, & hyacinthinis, & purpureis, & coccineis atque byssinis, & hac stringebantur omnes vestes sacerdotales. Alia positio erat, qd balteus esset medietas vestis, scilicet à parte zonæ vsque ad pedes in gyro sacerdotis. Sed de istis positionibus prima, quæ erat positio Iosephi, vera est, alia namque non est totalis vera. Prima quia si balteus non allumeretur hic pro cingulo, non esset aliquid cingulum stringens vestes sacerdotales, quod tamē erat necessarium: nam si discinctus esset, vestes huc atque illuc diffuissent, & difformiter positæ corpori eius non aptarentur: quod non est vilo modo dicendum, maxime quia ut isti ponunt, balteus erat dimidia vestis pertingens à parte zonæ vsque ad pedes in gyro totius sacerdotis: nam tunc oportebat esse cingulum religans balteum cum rationali, & superhumerali: & non solum cingulum, sed etiam aliquam consuturam, ut firmius teneretur, & ipsam cingulum, quod operiret suturam, vel plicaturam illam ad tollendam aliquam deformitatem: cum ergo non sit aliquid cingulum inter vestes sacerdotales, nisi ponatur balteus esse cingulum: ergo dicendū est balteum esse cingulum. Item quia non videbatur aliqua pulchritudo esse induta per istum balteum: nam tunica hyacinthina erat infra, quæ erat valde pulchra, & habebat tintinabula aurea, & mala punica hya-

Alph. T. off. super Exodi

cinthina, & alijs coloribus florum, scilicet atreorum, coccineorum, purpureorum, atque byssinorum: nec oportebat ad maiorem pulchritudinem poni balteum taliter factum. Item videretur tunc tunica hyacinthina superflue facta, quia tota tegebatur superhumerali, & rationali, & balteo, sic posito. Et si arguas, qd non valet istud argumentum: nam eodem modo dicemus de tunica lineæ stricta, quæ erat in parte inferiori, quam constat totam tegi tunica hyacinthina. Respondetur, qd non est simile, quia tunica lineæ nullam pulchritudinem præferbat, cum simpliciter esset lineæ, tunica autem hyacinthina pulchra valde erat, iō licet tunica lineæ tegi debuerit, non tamen tunica hyacinthina. Etiam argues, qd dato qd sic poneretur balteus, tamen necessaria erat tunica hyacinthina, quia in extremitate tunice hyacinthinae erant tintinabula aurea, & mala punica diuersorum colorum. Respondetur, qd si ponatur balteus, ut isti ponunt, cum esset medietas vestis accedens vsq; ad tales sacerdotis, non erat necesse poni tintinabula in tunica hyacinthina, quia possent poni conuenienter in extremitate baltei. Item nullo modo stare potest, qd balteus sit talis dimidia vestis: nam licet in sacerdotibus magnis aliquantulum, licet inconuenienter, hoc tolerari possit: in minoribus tamen sacerdotibus nullo modo erat verisimile fuisse talem balteum, s. qd poneretur in eis dimidia vestis. Quæ enim pulchritudo erat, qd pars corporis supra zonam, quæ magis honestari debebat, maneret sola tunica lineæ adoperta, & pars infra zonam dimidia veste aurea tegeretur? & tamen sacerdotes minores balteos habebant, ut patet infra. Item quia hoc posito adhuc nec in ipsis ornamentis sacerdotum minorum ponebatur aliquid cingulum, quod non est conueniens, quia cum necesse esset poni cingulum super istas vestes, aut dicendum esset, qd aliquid cingulum sacrum erat, quod tamen hic non nominatur, aut qd ista ornamenta omnia stringebantur quodam cingulo de vestibus communibus: Primum non est dicendum, quia non est verisimile, qd aliquam vestem Moyses hic ponere omiserit cum voluerit omnes perfectè designare. Etiam quia femoralia ignobiliora erant omnibus sacerdotalibus vestimentis, & tamen facta est hic mentio de eis, non est ergo verisimile, scilicet putram subiciuisse talia ornamenta. Si autem dicas, qd ponebatur aliquid cingulum de communibus, scilicet de vestibus profanis inconueniens est, quia non debebat poni aliquid profanum: nam omnia, quæ necessaria erant ad ministrandum sacra erant, & non licebat ea contertere quomodolibet ad alios vsus, sicut dicitur supra, scilicet: Facient vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministrat mihi, sed illud cingulum erat necessarium ad ministrandam sanctam, quia sine illo nō poterant sacerdotales vestes contineri, aut stringi. Dicendum ergo, qd balteus erat quedam zona textilis ex filis quinque colorum, ut supra dictum fuit secundum Iosephum. Et etiam dato qd apud Hebræos verteretur in dubium an balteus cingulum, vel dimidia vestis esset, apud nos tamen manifestū est sequendo literam nostram, qd balteus cingulum sit, quia balteus apud Latinos nihil nisi cingulum notat, & tamen accipitur p cingulis militaribus, quæ pertinent ad honorem, & militarem professionem. Facient vestimenta sancta. Scilicet isti viri sapientes corde, quos Deus repleuerat spiritu prudentia, (ut supra dictum est) vestimenta sancta, id est Deo applicita, scilicet qd iste vestes, vel ornamenta, quæ fiebant nunc Aaron, & filijs eius soli diuino cultui applicanda erant. Aaron frater tuus. Scilicet nouem vestimenta, ut ponit litera, vel decē, ut ponit Iosephus. Et filijs eius. Scilicet quatuor vestimenta vel ornatus, quæ supra declarata sunt. Ut faceret dotio sua.

Pars Secunda H 3

gantur mihi. Id est vt ministrant in officijs debitis ordini sacerdotali corā me. Et non dixit, vt sacerdotio fungantur solum, sed vt sacerdotio fungantur mihi, quia si diceret, vt sacerdotio fungant, & nō adleretur, mihi, esset sensus, qd ad hoc vt essent sacerdotes, vel haberēt aliquod officium, sicut sacerdotes debebant in vestibus istis incedere. Sed falsum est, quia non temper sacerdotes induebantur istis vestibus, & non solum quando non ministrabant: sed etiam nec quando ministrabant ad omnem ministrationem debitam sacerdoti: nam ad sacerdotes pertinebat, quando in aliqua domo videbatur esse plaga leprae in parietibus, quod irent ad considerandum domos illas, vt patet Leuit. 13. cap. etiam quando aliquis vir videbatur esse leprosus, sacerdos ibat ad considerandum eum vtrum esset verē leprosus: & tamen in his omnibus non vtebatur vestibus sacris, quia fiebant extra sanctuarium. Et si forte proternas dicens, non facere aliquid horum sacerdotis sine vestibus sacris, licet non exprimantur. Respondetur, qd non potest stare, quia ista omnia erāt ministeria immunda, scilicet videre leprosus, & intrare in domos taliter contaminatas, aut de contaminatione suspectas. Non ergo portarentur vestes sacrae ad talia loca. Et patet hoc manifeste: nam si ad alia ministeria, quae magis pertinebant ad Deum, non portabatur vestes sacerdotales, quia immundicia aliquid talia ministeria continebant: quanto magis in istis, quae multum indirecē pertinebant ad Deum? Antecedens patet de immolatione vitulae rufae, quam immolabat sacerdos extra castra, vt patet Numer. 19. capitulo, ad faciendos cineres emundatorios totius Israel, in aqua lustrationis, & facta immolatione vestimenta sua lauabat, quia ex hoc immundus reddebatur, & sic intrabat castra ad vesperum, ergo non habebat tunc vestes sacras, quia etiam immunda redderentur, & lauari deberent sicut vestes communes: quod inconueniens est: non ergo portabantur extra vestes ne contaminarentur: sed ista erant sacerdotalia ministeria, scilicet immolare: ergo sacerdotes non induebantur vestibus sacerdotalibus ad omnia sacerdotalia ministeria, quod tamen significaretur si diceretur: Facient vestes Aaron & filijs eius, vt sacerdotio fungantur, id est quod ad omnem sacerdotalem actum requirerentur istae vestes, sed dicitur, vt sacerdotio fungantur mihi. Id est coram me, scilicet intra tabernaculum, & atrium eius.

An sacerdotes veteris testamenti poterant portare vestes sacras extra sanctuarium, & ad aliquas ministrationes contaminatas.

QV AESTIO. VII.

SED argues contra hoc, quod sacerdotes portarent vestimenta sacra extra sanctuarium, quia illa probatio supra inducta non videtur valere: nam etiam si sacerdos post expletam immolationem vitulae rufae, & combustionem eius lauaret vestimenta sua, tamen non sequitur ex hoc, quod non erat inductus vestibus sacris, quia etiam in die purificationis, quando sacerdos magnus intrabat in Sancta Sanctorum, quae est in decima die mensis Septembris, induebatur vestibus sacris, & faciebat omnes caeremonias sacrificiorum, & expiationum, quae continentur Leuit. 16. capite. & tamen expletis omnibus caeremonijs exuebat se vestibus sacris, & lauabat se totum, vt patet eodem capitulo, & sic vestes sacrae non polluebantur, licet ipse Aaron

A pollutus esset, & postea indigeret lotione. Respondetur, quod vestes sacrae non poterant contingi ab aliquo polluto sine poena magna, imò nec quempia pollutum ad sanctuarium accedere licebat, ne contaminaret illud: si ergo Aaron pollutus esset, quando ministraret, non staret in tabernaculo, quia nō audeat antea ingredi quam mundus esset, etiam non indueretur vestibus sacris: si autem ipsa ministratio eum pollutum reddebat, non indueretur vestibus sacris, ne sic polluerentur, vel postea lauarentur, quorum neutrum erat. Nec est dicendum esse similitudinem de sacerdote magno intrante in Sancta Sanctorum, & de sacerdote qui immolabat vitulam rufam, quia sacerdos immolans vitulam rufam verē immundus erat: ille autem qui intrabat in Sancta Sanctorum, & faciebat illas caeremonias non erat immundus. Quod patet ex duobus. Primò quia ille, qui immolabat vitulam rufam, lauabat vestimenta sua, vt patet Num. 19. ca. sacerdos autem, qui intrabat in Sancta Sanctorum expleturus caeremonias illas, non lauabat vestimenta sua, sed lauabat carnem suam, vt patet Leuit. 16. cap. lotio autem vestimentorum veram signat immunditiam. Secundum erat quia sacerdos, qui vitulam immolabat, dicebatur commaculatus usque ad vesperum, vt patet Num. 19. ca. sed de illo, qui intrabat in Sancta Sanctorum non dicitur, qd esset illo modo maculatus Leuit. 16. c. vbi tota caeremonialis illa observatio ponitur, nec etiam alibi legitur, qd immundus esset. Tertium erat, quia ille sacerdos, qui vitulam rufam immolabat, non intrabat in castra usque ad vesperum, vt patet Num. 19. c. sacerdos autem, qui intrabat in Sancta Sanctorum faciens illas caeremonias, non manebat extra castra, nec exibat tabernaculi atrium: imò, expletis caeremonijs factis in Sancto Sanctorum, & altari thymiamatum, rursus faciebat sacrificia in altari holocaustorum, vt patet Leuit. 16. cap. ergo non erat iste sacerdos pollutus, sed ille, qui immolabat vitulam rufam, erat verē pollutus. Et sic licet iste vestes sacras haberet, qui intrabat in Sancta Sanctorum, alius tamen, qui extra castra immolabat vitulam rufam, non induebatur sacris vestibus extra castra. Et si arguas, ad quid ergo lauabatur sacerdos magnus expletis illis caeremonijs, si immundus non erat? Respondetur, qd in die expiationis in qua sacerdos magnus faciebat omnes illas caeremonias, quae habentur Leuit. 16. cap. orabat pro se, & domo sua, vt remitterentur eis peccata sua: orabat etiam pro peccatis totius Israel, vt remitterentur, & vt immunditiae tabernaculi tollerentur, & ad hoc aspergebatur sanguis contra Sancta Sanctorum intra velum. Factis autem his expiationibus Deus propitiabatur Israeli toti, remittebatque peccata eorum, sicut innuitur Leuit. 16. Vt ergo signaretur, quod expletis illis caeremonijs expiationis omnia peccata dimissa essent, lauabat summus sacerdos totam carnem suam ex mandato Dei, vt sic Deus attestaretur in caeremonia illa peccata omnia fore dimissa, & sic ab omnibus mundis contagionibus accedebat ad altare holocaustorum sacrificia oblaturus. Et ex hoc patet ratio diuersitatis in lotione: nam sacerdos, qui immolabat vitulam rufam extra castra, lauabat vestimenta sua, & non carnem suam, ille qui comburebat vaccam, lauabat vestimenta sua, & carnem suam, qui autem intrabat in Sancta Sanctorum lauabat carnem suam, & non vestimenta sua: nam omnis lotio fiebat ad ablutioem alicuius contagionis, ita quod tunc verē aboleretur: vel ad signandum eam esse abolitam. Sed istae contagiones erant duplices. Quaedam sunt, quae erant vera peccata, sicut actiones maleae, quas ablato ordine rationis contra Deum agimus, & haec verē nos commaculant. Aliae sunt

Sacerdos immolans vitulam rufam in veteri testamento verē immundus erat.

Quare sacerdos intrans sanctuarium lauabat carnem suam.

Duplices sunt coquinae.

Aliae sunt contagiones, quae non sunt peccata mortalia, nec quouis modo contra rationem sunt: quin potius si non ageremus ea, in quibus tales contagiones incurreremus, peccaremus mortaliter: sicut si sacerdos nollet vitulam rufam immolare, ne incurreret illam maculationem peccabit mortaliter: cum ageret contra praeceptum Dei. Sic etiam omnis, qui contingebat mortuum, aut stare in domo, vbi mortuus erat, incurreret immunditiam: si tamen aliquis, vt non incurreret hanc immunditiam, nollet patri, aut matri, morienti pietatis opera exhibere, quae solent defunctis exhiberi apparando funera eius, & faciendo sepeliri, atque manendo in domo, in qua moreretur, peccabat valde mortaliter non honorans patrem, aut matrem, & multum impius iudicaretur. Ista ergo immunditia non erat aliquod peccatum mortale, nec veniale: imò in actibus in quibus incurreretur talis contaminatio, magnum meritum erat. Solum ergo erant iste contaminationes, quae vtebantur hominem ab accessu tabernaculi, & interdum ab ingressu in castra: nullo modo tamen tangebant animam. Cum ergo aliquis debebat mundari à peccatis, quae ipsum intrinsecus maculabant, scilicet à peccatis in Deum, vel debebat signari mundatus ab illis, lauari oportebat carnem eius, quae intrinseca erat: & non vestes, quae erant extrinsecae, quia ista macula peccati verē inficiebat hominem intra. Cum autem emundari debebat ab immunditijs, quae erant irregularitates quadam priuantes hominem ab accessu sacrorum, & ingressu castrorum, quia iste contaminationes non inficiebant hominem interius, scilicet in anima, non lauabatur id quod interius erat in homine, scilicet caro, sed ea, quae extra patebant, scilicet vestes: quia ergo sacerdos magnus exiens de Sancto Sanctorum expletis caeremonijs expiationis signabat peccata sua, & totius populi esse delata, carnem suam, quae intus erat, & non vestes lauabat: sacerdos autem, qui vitulam rufam immolabat, quia in hoc nullum peccatum incurrerat, sed quandam exteriorē immunditiam prohibentem ab ingressu castrorum, & accessu sanctuarij solas vestes suas lauabat, & carnem nequaquam.

Quare comburentes vaccam rufam lauabant vestimenta sua, & carnem suam.

QV AESTIO. VIII.

SI autem quæras: quare ergo illi, qui cineres comburebant, id est qui vaccam rufam cremabant usque ad cineres lauabant vestimenta sua, & carnem suam? Respondetur, quod hoc fiebat propter duo: primò ad signandam maioritatem immunditiae exterioris: magis enim immundus erat, qui cremabat vaccam assilens illi combustioni, & intinctus fumo illius parando ligna, quam qui solum eam immolauit, id est iugulauit. Secundò quia ille, qui incinerauit eam, forte aliquid adhærēs habuit carni suae de cineribus eius, quia forte fauillae aliquae illius combustionis ceciderant in capillis eius, & intra vestes super carnem eius, à quibus emundari per carnis lotionem decebat. Considerandum tamen, quod cum quis emundari debebat ab aliqua immunditie exteriori, nunquam solum carnem suam mundabat, sed carnem, & vestes, sicut patet in multis Leuit. 11. & 14. & 15. & Num. 19. vel vestes solas, vt in eisdem capitulis, & hoc ne signaretur, quod ab interiori contagine mundabantur. An mundatione tamen peccatorum, scilicet quando

Alph. Toft. super Exodi

A signabatur peccata nobis esse dimissa, abluabatur caro solum. Et hoc verum est, nisi quis incurrisset immunditiam nudus existens: nam tunc solum carnem suam abluturus erat. Et sic patet de viro, & foemina, ex quibus exit semine coitus: nam lauabantur carnes eorum, vt patet Leuit. 15. capitulo: & hoc quia coitus in illis nudo corpore exercetur. Si tamen vestiti coirent, satis videretur alicui, quod oportebat lauari vestes: quod tamen verum non est, quia eodem modo quando nudi coirent oportebat, vt stramenta lecti, in quo dormirent lauarentur: sed nihil tale imperatur Leuit. 15. capitulo: nisi esset vir semine fluens, & mulier menstruum patiens, quia tunc vestes eorum etiā immundae erant, & lauari debebant, & stramenta lecti, & vala, quae contingebant &c. vt patet in eodem capitulo. Conclufum ergo patet ex superioribus, quod sacerdotes non portabant vestes sacras extra sanctuarium: etiam si aliqua ministeria ad solos sacerdotes pertinentia foris exercere deberent. Accipiant aurum. Supra egit de vestimentis istis in generali: hic in speciali profequitur de quolibet eorum ponens materiam, & fabricationem: & ponitur hic materia omnium illorum, licet non omnia ex eadem parte materiae fierent. Sed quaedam ex vna, quaedam verò ex alia. Accipiant aurum. Aurum duo signat hic, scilicet aurum in massa, quemadmodum requirebatur pro lamina aurea frontis sacerdotalis, & pro carenulis, & anulis factis in rationali, & superhumerali, & vncinis earum, & pro vasculis in quibus incastrabantur onychini magni positi in duobus lateribus superhumeralis, & vascula ad incastrandum duodecim lapides preciosos positos in rationali: requirebatur etiam aurum in filis, id est fila aurea ad faciendum rationale, & superhumeralia, & balteum, & mala punica tunicae hyacinthinae, & ad faciendum semicirculum mitrae hyacinthinae, vt vult Iosephus. Sed falsum est, quia hoc erat aurum in massa, & instrumentis subtilibus extenuabatur in fila, vt patet infra 39. capitulo. Et hyacinthum. Quid sit, supra dictum est 25. capitulo. Et accipiebatur pro tunica tota hyacinthina, & pro malis punicis tunicae hyacinthinae, quae habebant quaedam fila hyacinthina: etiam pro rationali, & superhumerali, quae habebant fila hyacinthina: erant etiam pro balteo facto ex multis filis: sex enim ornamenta habebant aurum, & quinque habebant hyacinthum. Nam lamina aurea non habebat aliquid hyacinthini, cum esset metallina purè, & hyacinthus sit genus panni, aut ferici sic colorati, vt aer, vel coelum cum serenum est. Et purpuram. Ad omnia ista quinque, ad quae erat hyacinthus, erat purpura. Coccumque bis tinctum. Id est sericum valde rubeum. istud erat ad omnia, ad quae erat hyacinthus. Et hoc si ponamus, quod in mitra hyacinthina esset quadam oratextilis in modum semicirculi ab aure ad aurem circumdando occiput, id est partem posteriorem capitis: ita etiam quod ista ora textilis esset habens fila multorum colorum. Si autem non ponatur talis ora textilis, dicemus quod ad tot ornamenta sacerdotis erat hyacinthus sicut aurum, quia sicut aurum erat ad laminam faciendam, & non ponebatur ibi hyacinthina, ita hyacinthus erat ad faciendam mitram hyacinthinae, & non aurum: & tunc purpura, & coccus bis tinctus erunt ad quatuor ornamenta, scilicet ad rationale, & superhumeralia, & mala punica tunicae hyacinthinae, & ad balteum. Si autem ponatur in mitra hyacinthina erat textilis ex auro manebit, quod dictum erat, scilicet qd sit aurum ad plura ornamenta, quam hyacinthus: quia erit aurum ad sex, & hyacinthus ad quinq;, & purpura, & coccus bis tinctus ad quatuor. Et byssum. Byssus valebat ad multa, sed facienda Pars Secunda. H 4 dana

dam tunicam lineam strictam, & ad faciendam eadem, & alia quatuor ornamenta, ad quæ erant alia duo, s. purpura, & coccus. *Faciunt autem.* Posita materia fabricationis istorum ponitur modus fabricandi, & primo ponitur de superhumerali, quod alio nomine vocamus Ephod, quia sic Hebræi vocant. De figura autem huius superhumeralis satis patet, quod erat quadrangulum altera parte longius. Sed in hac quantitate longitudinis erat diuersitas secundum positionem Iosephi, & secundum positionem aliorum. Nam Iosephus vult quod istud superhumeralis erat quadrangulum tegens posteriora sacerdotis, s. dorsum, & pectus eius, & humeros, & habebat in medio sui quoddam foramen, quo caput sacerdotis immittebatur, & complicabatur ad latera sacerdotis tanquam dimidia pars diploides condylos in duobus lateribus habentis: hoc tamē differēbat à diploide, quod manicas non habebat. Nam brachia sacerdotis manicas tunice lineæ byssine, & tunice hyacinthine tegebantur: in medio autem pectoris sacerdotis ponebatur rationale, quia super pectus eius fiebat quoddam foramen palmare in latitudine, & longitudine, in quo ponebatur rationale, quod erat quadratum secundum mensuram palmi in latitudine, & tantumdem in longitudine, & religabatur in partibus duabus superioribus ipsi superhumerali, & alijs duabus partibus inferioribus etiam eidem superhumerali per anulos aureos, & catenulas. Alij autem aliter ponunt, scilicet quod rationale esset quadratum, sicut dicit hic litera, & poneretur in pectore, & superhumeralis esset quadrangulum perueniens vsque ad zonam pendendo ab humeris. Et inter hæc duo ornamenta super humeros sacerdotis esset religatio per anulos, & catenulas aureas, & etiam sub lateribus per vittas hyacinthinas religarentur. *Quid autem horum tenendum sit, magis tenenda est prima positio, quæ est positio Iosephi.* nam magis concordat intentioni literæ volentis esse magnam affinitatem inter rationale, & superhumeralis: ita quod nullo modo a se disiungi valent. Si autem ponatur alio modo, facilius separari poterant, nec etiam erat tantus ornatu. Aliæ rationes sunt motiuæ insurgentes ex applicatione, quas per literæ applicationem tangam. *Opere polymito.* Dicitur quod sit opus polymitum opus multorum colorum à polis, quod est pluralitas, & mitos, quod est gutta, quasi plures guttæ colorum. nec tamen accipitur, quod fuerit factum per pluritatem colorum superpositorum, quæ admodum faciunt pictores superimientes colores superficie eius rei, quam pingere volunt. Erat enim hoc superhumeralis factum de filis multorum colorum, ut patet in litera. Non ergo erat hæc pluralitas colorum ex pictura, sed ex opere manus textentis, vel laborantis acu. Et tamen quia ibi erant colores diuersorum filorum, vocabatur opus polymitum: sicut vestis data Ioseph a patre suo vocabatur vestis polymita, quia erat diuersorum colorum, scilicet pannorum diuersorum colorum: & sic vocantur polymitarij, qui pannos diuersis coloribus tingunt, sicut patet 2. Reg. 2. r. c. de illo, qui vocatur polymitarius. Fiebant autem in hoc superhumerali imagines quædam pulchræ erant diuersæ ex diuersis coloribus filorum: & hæc erant figure imagines arborum, & herbarum atque aliarum rerum, quæ non sunt animalia. Et erant tales, quod sicut imago ex vna parte patebat: ita & in alia facie demonstrabatur, sicut est in pannis gallicis. *Duas oras iunctas habebit.* Sicut sunt duæ positiones de fabricatura superhumeralis: ita litera dupliciter applicatur. Est autem hic vna ratio ad confirmandum positionem Iosephi, quam hic sequitur ex ipso nomine superhumeralis: quia superhumeralis dicitur, quod super humeros ponitur. Si autem ponatur sicut volunt Rabbi Abraham Abe-

Opi. Iosephi de figura superhumeralis.

Quid sit opus polymitum.

In superhumerali erant diuersæ figure non hominum & animalium sed herbarum.

Ezra, & Rabbi Salomon, quæ est secunda positio, non debet vocari superhumeralis, quia non ponitur super humeros, sed penderat ab humeris. Aliud est enim ab humeris pendere, aliud est super humeros esse. Superhumeralis autem sicut isti ponunt religabatur rationali super humeros catenulis aureis, & vnicinis, & anulis. Si ergo vocaretur hoc ornamentum superhumeralis, quia ab humeris penderat, vel quia extremitates eius humeris affixæ erant, eodem modo rationale vocaretur superhumeralis, quia secundum eorum positionem iungebatur superhumerali super humeros, sed non vocatur: ergo nec aliud ornamentum superhumeralis rectè nuncupari potest. Tenendo tamen positionem Iosephi rectissimè superhumeralis nuncupatur, quia super humeros erat, & medietas ad dorsum, alia verò medietas ad pectus dependebat, & humeri totaliter cooperiebantur: ita quod in latitudine illius superhumeralis, quod quadrangulum erat, altera parte longus erat quoddam foramen medium per quod mitteret sacerdos caput suum, & cætera humorum pars tegetur. Et tunc magis rationabiliter vocari poterat superhumeralis, quam aliquid alterum. Nam non poterat vocari dorsale, quia tantum penderat in pectore, sicut in dorso, sed vocatur superhumeralis à medio suo: quia medium eius erat super humeros, & utrunque aequaliter penderat. *Duas oras iunctas habebit.*

Opinio Rabbi Abraham Aben Ezra, de conditione duarum orarum superhumeralis.

QUESTIO. IX.

RABBI Abraham Aben Ezra dicit, quod istud superhumeralis dependebat à summitate humorum vsque ad zonam, & erat quantitas eius secundum quantitatem alicuius viri proceritatis communis, ita quod nec excessiue magnus esset, nec etiam valde paruus: & dicit esse superhumeralis cooperiens totam latitudinem dorso sacerdotis, & esse quasi duos quadrantes diploides: atque per medium illorum quadratum quasi super spinam dorso sacerdotis esse quandam picturam magistraliter factam. Et hoc superhumeralis duobus anulis iungebatur super humeros à quibus dependebat. Et secundum istam positionem exponunt, quod superhumeralis duas oras iunctas haberet. Non quod extremitates, quæ dicuntur oras superhumeralis, essent iunctæ sibi ipsis, ita quod vna plicaretur super altera per latera sacerdotis, quia tunc dicunt, quod oportebat plicari istas duas oras superhumeralis in pectore, & sic cooperirent rationale, quod inconueniens est: quia tunc non oportebat tantam pulchritudinem fieri rationalis, si latere debebat. Vel oportet, ut dicatur, quod plicabatur istæ duæ extremitates superhumeralis in pectore sacerdotis transverso sub lateribus, & quod supra poneretur rationale. Et hoc etiam videtur repugnare literæ, quia non erat rationale superhumeralis, sed alligatum ei catenulis. Sed dicunt, quod habebat superhumeralis duas oras coniunctas, id est quod duæ extremitates eius affigebantur in anulis vestis hyacinthinae super humeros sacerdotis. Vel quod istæ duæ oras superhumeralis coniungerentur super humeros duabus oris rationalis, & sic redeunt in vnum oras superhumeralis cum oris rationalis. Sed nec potest stare ista assignatio, nec argumentationes factæ, quia hic dicitur, quod superhumeralis haberet duas oras, id est duas extremitates in quolibet latere, & sic erant quatuor oras. Isti autem non assignant nisi vnam

Confutatio opinio superior.

vnam oram, qua affigebatur superhumeralis super humeros. Etiam dato quod ponant rationale & superhumeralis coniungi super humeros, ita quod orarius sit cum ora alterius, non effugiunt aliquo modo inconueniens: quia dato quod dicatur esse vna ora rationalis, & alia ora superhumeralis, in quibus coniungentur: tamen duæ oræ erunt, & non quatuor: litera tamen vult quatuor esse oras, cum dicit debere esse duas oras in utroque latere superhumeralis. Et cum utrumque distribuatur pro duobus, necesse est duæ latera esse, in quorum quolibet erunt duæ oræ, & sic quatuor erunt. Nec etiam poterat dari, quod superhumeralis & rationale coniungerentur super humeros, quia rationale non accedebat ad humeros, quia in pectore erat: & dato quod vellemus eum eleuari, ut coniungeretur oræ eius oris superhumeralis in humeris, esse non poterat, quia ita strictum erat, quod non attingerent extremitates eius ad extremitates superhumeralis, quod latius erat. Etiam quia litera manifestè vult, quod istæ oræ quatuor erant in superhumerali, & non erat aliqua earum in rationali: sed hoc nullo modo possunt isti signare secundum hanc positionem. Item quia dicit in utroque latere, quod stat pro duobus lateribus, ergo in duobus lateribus coniunctio ista fiebat, sed non potest stare secundum istorum assignationem: quia dato, quod superhumeralis coniungatur rationali super humeros, tamen solum fieret coniunctio in vno latere superhumeralis, & non in duobus, sicut litera innuit. Item quia dicitur, quod ille summities siue ore laterum in se redire debebat, ergo ipsum rationale sibi ipsi coniungi debebat, scilicet quod vna pars eius coniungebatur alteri parti, & sic redibat vna in aliam, ut infra dicam. Nec valet aliquid argumentum istorum, quia procedit ex radice ignorantia, quia nesciunt qualiter se haberet superhumeralis in ipso sacerdote. Cum enim dicunt, quod non redibat oras rationalis in seipsas, vel non erant coniunctæ sibi ipsis, quia tunc complicarentur super pectus, & lateret rationale sub eis, vel poneretur rationale super illam complicationem, & hoc etiam videtur falsum. Respondetur quod non valet consequentia, quia latera duo superhumeralis redeunt in seipsa, & colligantur per quatuor oras, tamen non complicantur super rationali in pectore, nec sub rationale, sed sub humeris sacerdotis in duobus lateribus eius secundum positionem Iosephi, quæ verissima est, & conueniens literæ, quia aliter ista litera applicari non potest ad aliquam figurationem. Pro quo aduertenda est figura superhumeralis secundum Iosephum, ut supra dicebamus, & secundum eam videbitur litera. Erat enim longitudo superhumeralis tanta, ut poneretur super humeros immisso capite sacerdotis per quoddam foramen eius, tanquam per capitium vestis, & penderet ex parte anteriori vsque ad zonam, & ex parte posteriori vsque ad zonam. Latitudo eius erat tanta, ut operiret latitudinem dorso, & latitudinem pectoris: nunc autem cum penderet vna pars superhumeralis in parte anteriori sacerdotis, & alia in parte posteriori eius, ne inordinate mouerentur istæ duæ partes nunc huc nunc illuc, colligabantur inter seipsas, scilicet pars anterior colligabatur, atque stringebatur parti posteriori sub lateribus, ita quod latus dextrum superhumeralis quod erat latus longitudinis penderat partim ante, & partim post, & illa pars lateris dextri anterior pendens colligabatur parti eiusdem lateris dextri pendens in parte posteriori, & fiebat ista colligatio sub brachio dextro sacerdotis. Aliud autem latus sinistrum superhumeralis erat etiam latus longitudinis, & penderat medietas eius in parte anteriori, & medietas in parte posteriori, & iungebatur medie-

Responsio ad rationem Aben Ezra.

Figura superhumeralis secundum Iosephum.

tas pendens anteriori medietati pendenti posteriori eiusdem lateris sub brachio sinistro, ut possent contineri mutuo iste partes fiebant condyli in vna parte superhumeralis, scilicet in parte pendenti anteriori, & fiebant foramina in parte appposita pendenti in parte posteriori, & inferebantur condyli per foramina sub brachio dextro, & per istum modum latus dextrum superhumeralis redibat in seipsum per colligationem partis anterioris ad partem posteriorem. Similis autem iunctura seruabatur in latere sinistro sacerdotis, scilicet quod pars anterior lateris sinistri superhumeralis coniungebatur parti posteriori eius lateris retro pendenti, & fieret etiam iunctura per condylos, & foramina, & ut firmius manerent condyli & foramina, per quæ inferebantur condyli, ne rumperebatur vestis, fiebat quædam ora textilis, id est quædam extremitas ponebatur in loco, in quo fiebant condyli super ipsum latus superhumeralis, sicut solet in vestibus fieri complicatio quædam panni vel appositio quædam petaciorum, quæ vocantur oræ siue extremitates, ne cito rumpatur vestis. Ponebantur ergo sic in quolibet duorum laterum superhumeralis duæ oræ in extremitatibus, siue summitatibus lateris: nam vna pars lateris dextri superhumeralis penderat anteriori in pectore sacerdotis, & in illa ponebatur vna ora panni, vbi fieret vel poneretur condyli: in alia parte lateris eiusdem pendente posteriori fiebat, vel ponebatur alia ora textilis panni, in qua fierent foramina, ne faciliter rumperebatur extremitas laterum superhumeralis. Et sicut fiebat in latere dextro superhumeralis, quia ponebantur duæ oræ, vna pro condylis, alia vero pro foraminibus: & istæ duæ oræ iunctæ erant, quia iungebantur in lateribus sacerdotis sub brachijs: ita per omnia fiebat in latere sinistro. Quando tamen poneretur super sacerdotem, & coniungerentur latera per condylos, & foramina in oris, nihil videbatur distare superhumeralis a media diploide perueniente ex parte anteriori, & posteriori vsque ad zonam: præter hoc, quod diploides manicas habent, superhumeralis vero nullas. *Duas oras iunctas habebit.* Ora & extremitas idem sunt, sed istæ oræ fiebant in summitatibus superhumeralis, sicut cum in margine alicuius vestis sit appositio aliorum petaciorum per girum, ut fortior maneat summitas vestium, ne facile rumpatur. Istæ duæ oræ erant in utroque latere, id est accipiantur duo latera superhumeralis, scilicet dextrum, & sinistrum, quæ cadebant super latus dextrum, & sinistrum sacerdotis, & ista erant latera longitudinis, & in quolibet istorum ponantur duæ oræ, scilicet duæ extremitates textiles. Si enim secundum longitudinem lateris poneretur ora in superhumerali solum essent duæ oræ, vna in latere dextro, & alia in latere sinistro: tamen in quolibet latere ponebantur duæ, quia non perueniebat aliqua per extremitatem lateris totam a principio vsque ad finem. Et hoc erat, quia solum necessariæ erant istæ oræ in superhumerali ne rumperebatur facilius cum fierent in eo condyli, & foramina, & quia condyli, & foramina non fiebant per totum latus dextrum aut per totum latus sinistrum, sed in quadam parte lateris dextri, fiebant condyli in parte anteriori lateris dextri, & in quadam alia fiebant foramina in parte posteriori eiusdem lateris, pars autem cuiuslibet lateris superhumeralis, quæ erat super humeros, nec condylos, nec foramina vlla habebat: ergo erat necessaria vna parua ora, siue extremitas in parte condylorum, & alia parua in parte, vbi erant foramina. Et sic in quolibet latere erant duæ oræ. *Duas oras iunctas habebit in utroque latere.* Id est quod rationale haberet duo latera longitudinis, s. dextrum, & sinistrum, & in quolibet erant duæ oræ secundum modum supra assignatum, & istæ



ista erant iuncte: non quidem, quod essent iuncte inter se, sed quod iungerentur per complicationem lateris, quando sacerdos indueretur. Nam quando non induebatur sacerdos super humerale, non erat aliqua iunctura laterum, sicut quando diplois est per se ita quod nullus induit eam, non sunt coniuncta duo latera eius per condylos, & foramina. Cum verò quis induit diploidem, coniungit duo latera eius inferendo condylos per foramina. Sic etiam quando sacerdos induebat se super humerale, si latera essent coniuncta condylis immixtis per foramina, non posset se induere: sicut non potest quis induere diploidem si condyli foraminibus complōsi sint. Erant ergo laterum ora disiuncta, cum sacerdos induebat super humerale, ipsæ autem postea complodebant condylos foraminibus suis, & sic manebant duæ ora in quolibet latere coniunctæ. *In utroque latere summitatum.* Debet fieri hypallage, id est in summitatibus utriusque lateris. Dicitur summitas extremitas, & in extremitatibus laterum ubi terminabatur quantitas superhumeralis erant istæ ore positæ. *In utroque.* Id est in duobus lateribus, scilicet in latere dextro, & in latere sinistro, quæ erant latera longitudinis. Latera autem latitudinis erant duo latera, secundum quæ tangebatur super humerale locum zonæ sacerdotis, scilicet unum latus ad priorem partem zonæ, & aliud latus in parte posteriori ad zonam sacerdotis. In his enim duobus lateribus nullæ ora aut condyli, vel foramina ponebantur, quia nulli parti complodebantur ista latera. *Ut in unum redeant.* H. Istud verbum potest referri ad latera, vel ad oras: ad latera superhumeralis: non quidem quod latera in se redirent, sed quod quodlibet latus ad se rediret. Nam latus dextrum nullo modo coniungebatur lateri sinistro, sed latus dextrum redibat in se ipsum, & latus sinisterum redibat in se ipsum, scilicet quia pars una lateris dextri pendebat ante, & pars alia lateris eiusdem pendebat retro, & istæ duæ complodebantur sub brachio dextro sacerdotis. Sic latus sinisterum redibat in se, ita quod pars anterior, & posterior comploderentur sub brachio sinistro per condylos, & foramina. Qui autem tenent priorem positionem, scilicet Aben Ezra, & Rabbi Salomon non possunt aliquo modo istam literam applicare. *Ipsa quoque textura.* Hoc potest accipi dupliciter. Vno modo pro ipsa contextione plana superhumeralis, & postea super illam simplicem textionem fieret varietas operis, id est multæ imagines, & quod utrunque esset de diuersitate filorum, quæ hic ponuntur. Alio modo, & conuenientius accipitur textura pro ipsis oris in textis summitatibus, siue extremitatibus duorum laterum superhumeralis: sic dicitur infra de tunica hyacinthina, quod fieret ei in capitis ora textilis. Etiam quia si non acciperetur hic textura pro oris positis, vel factis in lateribus superhumeralis, non determinaret litera hic de materia illarum orarum, quod erat inconueniens, quia nesciretur de quo fieri deberent. *Ipsaque textura.* Id est ora quatuor in textæ summitatibus duorum laterum. *Et operis varietas.* Id est ipsum totum super humerale, quod est opus variatum de auro, & hyacintho & cet. Hic determinatur duo, scilicet materia superhumeralis, & orarum positarum in lateribus eius, & modus fabricationis utriusque. Primum dicitur, scilicet quod tam textura, id est ora: in textæ lateribus superhumeralis, quam operis varietas, id est ipsum super humerale erunt de hyacintho, & auro & purpura & c. Secundum, scilicet modus fabricationis determinatur, scilicet quod ora in lateribus superhumeralis positæ essent solum textiles, & nulla esset in eis imago facta, quia solum vocatur textura, & ipsum super humerale erat habens multas figuras in quantum dicit. Et ope

ris varietas, id est super humerale variatum multis figuris, sed non figuris animalium, aut corporum celestium: quia sic moueri possent ad idolatriam omnes Iudæi videntes.

Quare erant figura humana in corona interassili, & non in vestibus sacerdotilibus.

QVAESTIO. X.

NEC erat eadem ratio in vestibus sacerdotilibus, & in corona interassili, ut supra 25. ca. dicebatur, quod in ea ponebantur sculpti reges, & in sancto sanctorum ponebantur duo Cherubim productiles in formam virorum: nam Cherubim a nullo videbantur, nisi a sacerdote summo cum intrabat illuc semel per annum in die propitiationis, & rarissime a sacerdotibus minoribus, cum nisi moueri debebat tabernaculum, & tunc fortè credendum esset, quod sacerdos magnus prior intrans oppandebat aliquod velamentum super arcam, & postea intrantes sacerdotes minores coaptabant illud velamentum super arcam & Cherubim. Ad videndum mensam propositionis soli sacerdotes accedebant, quia erat intra tabernaculum primum. De his autem nulla aut modica suspitio ad idolatriam erat: populares autem, qui rudes erant, propter res ad idolatriam erant, ideo plures occasiones idolatrando eis auferendæ erant: vestes autem summi sacerdotis foris comparebant, scilicet in atrio tabernaculi, in quod vulgares ad offerenda sacrificia introibant, & illi, qui foris stabant per cortinas reticulatas videbant ea quæ erant in atrio, & sic si aliquæ imagines hominum, aut iumentorum, aut solis, & lunæ essent in vestibus sacerdotis summi viderentur a vulgaribus, & ad idolatriam mouerentur. *Sumesque duos lapides onychinos.* De qualitatibus istorum lapidum infra dicitur. Erant autem isti lapides satis magni, ita vt in superficie plana cuiuslibet scribi possent nomina sex filiorum Israel. Et vocatur lapis iste onychinus Græcè de onyx, onycis, quia onyx vnguem signat. Sicut enim in vngue est rubor, & candor ita in illo lapide est. *Et sculpsit in eis nomina filiorum Israel.* Id est nomina filiorum Iacob. Nam accipiuntur hic filij Israel, vt alibi communiter accipi consueuerant, scilicet pro tota congregatione descendenti a Iacob, quia non debebant omnium istorum nomina inscribi lapidibus onychinis, quia non caperentur in decem milibus onychinis. Et patet infra, quia solum mandantur ponere nomina in vno onychino, & sex in alio onychino. Sicut autem filij Israel solum duodecim hic, scilicet quos ipse Israel, siue Iacob immediate genuit. *Et sculpsit in eis.* Ista scriptura nominum non fiebat posito aliquo colore atro, vel rubro super faciem onychinorum, sed cauabatur onychini, & cauaturæ exprimebant effigies literarum, nec tamen solum sculpebantur onychini, sed etiam in locis cauaturæ ponebatur aliquis color rubeus, vel niger, vt sic literæ viderentur facta differentia inter colorem onychini, & colorem literarum. *Sex nomina in lapide vno.* Modus autem scribendi ista nomina quantum ad ordinem infra subditur. *Iuxta ordinem natiuitatis eorum.* Non accipitur hic ordo natiuitatis quantum ad iura primogenituræ ita, quod ille, qui iura primogenituræ sortitus fuerat, primogenitus diceretur, sed accipiebatur ordo temporalis natiuitatis, ideo Rubem qui secundum tempus prior erat, dignior erat in lapidum sculptura. Et attendebatur hoc ordo in duobus. Primum quod illi, qui priores erant ponerentur sculpti in nobiliori loco, scilicet in latere dextro, qui autem minores in latere lateris sinistri. Secundo attendebatur in situ, quia in eodem lapide siue dex

Or lo natiuitatis filiorum Israel, vel attendebatur in duobus quantum ad scripturam nominum in lapidibus.

tri, siue sinistri lateris illi, qui maiores natiuitate erant in loco superiori ponebantur: idem ordo seruatur in duodecim lapidibus præciosis, de quibus infra dicitur. *Opere sculptoris, & celtura gemmarij.* In istis lapidibus sculptores sic signauerant, vt in superficie cuiuslibet essent tres lineæ, siue tres versus. Et in lapide lateris dextri sic sculptum erat, vt in primo versus essent duo nomina, scilicet primo Rubem, deinde Symeon. In secundo versus eundem onychini erant alia duo, scilicet Leui, & Iudas, & isti quatuor erant filij Lia in tertio versus ponebantur Dã, & Nephtholim, qui erant filij Balæ vxoris Iacob, & ancillæ Rachelis. Et isti ponebantur post illos quatuor filios Lia, licet isti duo non pertinerent ad filios Lia, quia sic fuit ordo natiuitatis, scilicet vt post istos quatuor filios Lia nacerentur isti duo filij Balæ, vt patet Gen. 30. Pro quo attendendus est ordo, qui ponitur in natiuitate istorum Gen. 29. & 30. cap. & iste tenendus est in duobus onychinis, & in duodecim lapidibus rationalis. In secundo onychino lateris sinistri erant tres versus, & in primo versus ponebantur Gad, & Aser duo filij Zelphæ ancillæ Lia, in secundo versus ponebantur Issachar, & Zabulon filij Lia, in tertio versus ponebantur duo filij Rachelis, scilicet Ioseph, & Beniamin. Et sic differebat ista denominatio duodecim filiorum Israel a denominatione tribuum duodecim: nam inter tribus duodecim non computatur Leui, quia non accipitur inter alios sortè, vt patet Nu. 18. & 34. & Deu. 18. & computantur duo filij Ioseph, scilicet Manasse, & Ephraim, quia duas sortes acceperunt. Ratio diuersitatis est, quia tribus distinguuntur per sortes, scilicet quod illa gens, quæ habebat vnam sortem, separatur ab alijs inter filios Israel, erat vna tribus. Leui autem non accipitur aliquam sortem distinctam ab alijs, ideo non erat tribus. Quando ergo erat aliquid quod attineret ad possessionem inter duodecim filios Iacob, non computabatur Leui: cum vero aliquid esset, quod pertineret ad Deum computabatur Leui. Quia autem sculperentur filij Israel in ornamentis sacerdotis magni non pertinebat ad possessionem, quia nullum ius sortis acquirerebatur per talem sculpturam, sed pertinebat ad Deum, scilicet vt esset memoria filiorum Israel coram domino, vt patet infra cum dicitur: Portabitque Aaron nomina eorum super vtrumque humerum ad recordationem coram domino. Etiam quia rogabar pro remissione peccatorum filiorum istorum, quorum nomina in utroque humero gestabat sculpta, vt patet infra cum dicitur: Portabitque Aaron iniquitates & c. Eodem modo & in mensa propositionis panes duodecim ponebantur, vt patet Leui. c. 24. & erant ad memoriam istorum duodecim, inter quos erat Leui. sed orari pro peccatis suis ita erat necessarium congregationi Leuiticæ gentis, & esse in memoria coram domino, ideo debebat in his omnibus poni Leui tanquam vnus de filiis Iacob. *Opere sculptoris, & celtura gemmarij.* Hic ponuntur duo, scilicet cauatio lapidum onychinorum iuxta figuram literarum inscribendarum. Secundum erat superius aliquo colore rubro, vel atro, siue aliquid durum rubrum, vel atrum mittere illis cauaturis, vt distinguatur color literarum a colore onychinorum. Primum signatur per opus sculptorum, quia sculpere proprie est cauare, vel radere in lapide, vel ligno aut materia metallina, & hoc est opus sculptorum. Secundum notatur per celturam gemmarij. Nam celtura est pictura per superlituram colorum, & hoc pertinebat ad gemmas, quando in eis aliquæ figuræ fiebant, quæ apparentes essent. Isto modo accipitur celtura ab omnibus, scilicet pro pictura. Sic accipit Ouidius in principio 2. Metam. vbi describit domum Phebi dicens.

Materia superabat opus: nam Multiberillis Equora celtarat medias cingentia terras. *Sculpes eos nominibus filiorum Israel.* Id est in illa sculptura solum erant nomina filiorum Israel, nec erat vlla reliqua imago. *Incluso auro.* Istud adiectiuum determinat substantiuum, quod supra ponebatur, scilicet onychinos, cum dicitur. Sumes duos lapides onychinos inclusos auro, scilicet quod primò isti lapides duo onychini includantur auro, & in superficie plana superioris prominenti nullum aurij operimentum ponebatur, & ibi sculpebantur nomina filiorum Israel. *Atque circumdatos.* Id est quod isti onychini ex omni parte auro circumdabantur, ne cadere possent, præterquam in superficie superiori, in qua sculpebantur nomina. *Et ponet in utroque latere superhumeralis.* Prius ponebantur isti onychini in auro, deinde sculpebantur nomina, vltimò sic sculpti, & inclusi auro ponebantur in super humerali secundumfigurationem superhumeralis, quam facit Rabbi Salomon, & Aben Ezra, scilicet quod esset super humerale aliquid pendens ab humeris vsque ad zonam, & esset quasi quadratum: oportebat vt ponerentur isti onychini in duobus angulis superhumeralis veniebant super humeros secundum illamfigurationem. Et ex hoc adhuc satis impugnatur illorum impositio. Nam angulus, & latus multum differunt: nam latus est linea terminans latitudinem, angulus est contactus linearum. Si ergo taliter figuraretur super humerale, venientibus duobus angulis eius super humeros sacerdotis, & duo lapides onychini super vtrumque humerum poni debebant, necessarium erat poni onychinos in angulis superhumeralis, & sic diceretur in litera, quod poneretur lapides illi in angulis, & non in lateribus: sed hic dicitur quod ponebantur in lateribus. Ex hoc patet conuenientissimam essefigurationem Iosephi, quam sequemur, scilicet quod super humerale esset pannus quadrangulus cuius erat longitudo, vt posset peruenire a zona sacerdotis in parte posteriori sacerdotis vsque ad humeros, & penderet ab humeris vsque ad zonam in parte anteriori existente foramine in medio eius, per quod sacerdotis caput subintraret. Positis ergo onychinis in super humerali sic disposito in humeris esset in medio laterum eius, nam tantum pendebat de super humerali in pectore sacerdotis vsque ad zonam, sicut in dorso eius vsque ad zonam, non ergo erant isto modo in angulis isti onychini sicut necessariò essent in aliafiguratione, sed in medio laterum longitudinis. *Memoriale filijs Israel.* Hoc ponitur tanquam exponens superioris: ideo est in eodem casu iuxta regulam grammaticorum, & est sensus. *Memoriale filijs Israel.* Id est isti lapides sculpti ponuntur, vt sint in memoriam filiorum Israel, scilicet quod portet eos Aaron coram domino, vt Deus videat istos onychinos cum nominibus sculptis, & recordetur filiorum Israel. *Portabitque Aaron nomina eorum.* Dicitur Aaron portare, quia ista nomina erant in super humerali, quod erat ornamentum sacerdotis. Et quod dicitur de Aaron intelligitur de alijs summis sacerdotibus succedentibus ei: nam istud non datur personæ, sed ordini, vel dignitati, ideo ad successores extenditur. *Coram domino.* Dicitur portare coram domino, quia portat ea, cum ministrat. Nam ea, quæ fiebant coram altari holocaustorum, coram domino fieri dicebantur, vt patet infra 29. c. Etiam dicebantur fieri coram domino ea, quæ fiebant coram arca testamini, quia super eam de medio Cherubim loquebatur Deus, vt patet supra 25. & infra 30. & Num. 7. c. Ea etiam, quæ fiebant coram altari thymiamatum dicebantur fieri coram domino, vt patet Leui. 16. cap. cum dicitur. Cum autem exierit ad

Ratio contra positio nem Rabbi Salom. & Aben Ezra.

Conuenientissimam erat figuratio super humeralis a Iosepho assignata.

Leui computabatur vt vna tribus in scriptura nominum in lapidibus.

K

ad altare; quod coram domino est, oret pro se. Et loquitur ibi de altari thymiamatum, ut satis manifestatur ibi in litera. Ratio autem horum est, quia licet Deus in omni loco sit, tamen specialius esse dicitur ubi aliquis eius cultus specialis tribuitur, & quia in altari holocaustorum fiebat ei sacrificia, quae in nullo alio loco fiebant, dicebatur ibi specialiter esse. In altari etiam thymiamatum erat ei speciale ministerium, scilicet quod quotidie adolebatur thymiamata boni odoris. In sancto sanctorum erat Deo aliquid speciale, quia ibi loquebatur specialiter secundum declarata supra 25. capitulo,

An Aaron portaret omnes istas vestes in sancta sanctorum, vel in altari holocaustorum, vel thymiamatum.

QV AE S T I O. XI.

NVN Ergo cum dicitur, quod Aaron portabat istas vestes coram domino, quaeritur in quo istorum intelligatur; nunquid in sancto sanctorum, vel in altari holocaustorum, vel thymiamatum aut in omnibus. Respondetur, quod forte aliqui dicent sequentes modum solemnitatum nostrarum, scilicet quod in maioribus solemnitatibus praeciosioribus vestibus utendum sit, ita cum ad solemniora loca intratur solemnioribus vestibus sacerdos debeat adornari: sed sanctum sanctorum erat locus celeberrimus: ergo cum ad eum sacerdos intraret, debebat uti omnibus istis vestibus praeciosis. Etiam ad hoc est ratio, quia cum intrabat summus sacerdos in sanctum sanctorum, intrabat ad rogandum pro peccatis suis, & totius populi: maxime ergo videtur tunc necessarium esse gestare nomina filiorum Israel in pectore suo, & humeris. Antecedens patet, quia illa die fiebat deprecatio pro peccatis totius Israel, & totus Israel ieiunabat nihil gustans, ut patet Leui. 16. & 23. capit. Dicendum tamen quod quando sacerdos intrabat in sancta sanctorum, non induebatur his vestibus praeciosis, scilicet superhumerali, & rationali, & tunica hyacinthina, & lamina aurea, & mitra hyacinthina. Sed habebat quatuor indumenta, scilicet femoralia, & tunicam lineam strictam, & cingulum, & cidarim lineam, ut patet Leui. c. 16. cum dicitur. Tunica lineae vestietur, & femoralibus lineis verenda celabit: accingetur zona lineae, & cidarim lineam imponet capiti suo: haec enim vestimenta sunt sancta, quibus cunctis cum lotus fuerit induetur, ex quo innuitur manifeste, quod nulla alia vestimenta sumebat. Ad argumenta respondetur: Ad primum cum dicebatur, quod sicut in solemnitatibus praecipuis vestibus honorabilioribus utendum est, ita cum intratur ad loca celebriora praeciosiores vestes assumi debent. Respondetur quod solemnitas aliqua dicitur esse maior, cum maiorem letitiam designat, & cum maiori gaudio colentium celebratur. Si autem aliqua festiuitas sit magni beneficij, tamen non est signatiua gaudij, sed potius meroris, vel quia ipsi celebrantes in tristitia esse debent, solemnitas non est magna, nec cum praeciosis vestibus celebranda. Sic patet in festiuitatibus, quas Ecclesia celebrat: nam nulla festiuitas est in qua nobis, scilicet toti humano generi, maius bonum collatum fuerit, quam in die parasceues, quando redemptor noster pro nobis mortuus est, quia totum tunc genus humanum redemptum est, & aperta ianua paradisi. In die natiuitatis Saluatoris nostri non est nobis tantum beneficium collatum, quia solum fuit facta dispositio ad redemptionem humani generis, non tamen fuit perfecta, ideo si nihil amplius secutum fuisset, parum

Ratio, & Ratio.

Ratio.

Deo. r. s.

Ratio, ad argumentum, Ad primum.

Maius beneficium collatum nobis Christi in passione.

aut nihil nobis prodesse, iuxta illud Gregorij in benedictione cerei paschalis. Nihil nobis natum profuit, nisi redimi profuisset. Idem de beneficio collato in resurrectione, quia confirmavit fidem in discipulis, & dedit nobis spem firmissimam resurgendi, & nos resurgemus. Omnia ista minora sunt quam beneficium collatum in die parasceues. Tamen Ecclesia magnis gaudijs exultat in die natiuitatis, & resurrectionis, & in alijs similibus, & praeciosis vestibus utitur, in die tamen parasceues nihil solemnitatis habet, quia ipsa quotidiani ornatus regimina altaribus admittuntur, ut versa vice Ecclesia pro sponso suo dehoneftetur, sicut ipse pro ea usque ad vltimum dehonestatus est: inter impiissimos homines condemnatus. Et non solum hoc materialis Ecclesia, quae propter Ecclesiam fidelium est, dehonestari debet, sed verius atque intimius illa Christianorum congregatio, ut hac die omnes honoris tui deponat amictus, & non solum, quae superflua sunt: sed etiam quae honesta sunt ad infima, & vilia se deiciens. Cuilibet enim Christiano, quod aliquid recti desiderij habet, & quidquam dulcedinis amoris Dei aliquando gustauit, tota illa dies in lachrymis ducenda est. Satis enim iudicio meo, & verissimo (vt arbitror) Christianus ille infelix est, qui vnam diem in lachrymis non peragit pro eo qui pro nobis totam vitam in lachrymis, & quotidianis anxietatibus tolerauit. Conformiter ergo in festiuitatibus vere. test. erant festiuitates signantes magnam letitiam, sicut festum azymorum, in quo memoriam exitus de Aegypto celebrabant, & in festo pentecoste (vt aliqui volunt) memoriam legis datae, & sic de ceteris. Quia ergo ista erant gaudij signatiua, & ipsi celebrantes cum letitia peragebant istas solemnitates, induebantur sacerdotes vestibus praeciosis. Festiuitas autem diei expiationis erat dies meroris, quia in ea rogabat sacerdos peccata sua, & totius populi dimitti, & totus populus in afflictione diem illum agebat, ut dicitur Leui. 16. & 23. ca. scilicet: Anima quae hoc die afflicta non fuerit, peribit de populo suo. Non ergo debebat sacerdos magnus uti vestibus exultationis, & sic omnia ornamenta sua, quae illo die assumebat lineae erant, ut patet Leui. 16. cap. Et ista erat rudiior materia omnium vestium sacerdotium; ut patet in hac litera huius. c. Ad aliud argumentum, quod dicitur, quod in illa die orabat sacerdos pro peccatis suis, & peccatis populi, ergo tunc erat maxime necessarium gestare nomina illa inscripta, ut esset memoria filiorum filiorum Israel coram domino: respondetur, quod istud argumentum non probat, quod sacerdos magnus deberet intrare in sancta sanctorum habens vestes istas in quibus essent nomina filiorum Israel, sed quod deberet illa die habere vestes praeciosas: nam cum intrabat in sancta sanctorum, non intrabat ad orandum pro peccatis suis, vel populi, sed ad expiandum sanctuarium illud ab inquinamentis filiorum Israel, ut patet Leui. 16. ca. vbi prius mandabat offerri holocaustum, & orari pro peccatis, & postea adoleri thymiamata super altare thymiamatum, & deinde intrari ad sanctum sanctorum. Sed in hac responsione non insisto, quia tunc maneret argumentum, scilicet quod dato quod non intraret sacerdos magnus in sancta sanctorum habens vestes praeciosas, in quibus essent inscripta nomina filiorum Israel: saltem quando oraret pro peccatis, & faceret holocaustum, deberet indui vestibus illis, sed neutrum stabat, quia etiam non induebatur his vestibus ad faciendum holocaustum illius die, ut patet Leui. 16. Nam prius induebatur vestibus illis, quae ibi exprimuntur, quas supra posuimus, deinde faciebat holocaustum, & fundebat preces, & cetera, quae ibi ponuntur, ita quod ad nullum ministerium

Non solum Ecclesia materialis in die parasceues ornatur, sed etiam qui libet Christianus vestibus suis indui debet.

Ad 2. arg. r. s.

Consu. r. s.

sterium illius diei vestes alias induebat. Respondendum ergo sicut in superiori argumento dicebatur, scilicet quod quia tota illa dies meroris, & afflictionis erat, non debebat sacerdos praeciosis vestibus adornari. Et licet ad hoc aequaliter ratio inducta esset memoria filiorum Israel coram domino, magis tamen erat retractatiua afflictio illius diei a solemnitate vestium, quam obrem ista obtinuit. Etiam quia ista ratio non multum urget: nam dato quod in memoriam essent nomina sculpta in illis lapidibus: tamen non propter hoc inferret quod introducere debebat sacerdos magnus in sancta sanctorum, quia panes duodecim, qui ponebantur in mensa propositionis erant in memoriam duodecim filiorum Israel coram domino: tamen non ponebantur intra sancta sanctorum, sed in sanctuario exteriori. Quia ponerentur in memoriam patet Leui 24. ca. quod essent in tabernaculo exteriori patet supra 26. c. Dicendum autem est quod summus sacerdos induebatur istis vestibus omnibus praeciosis coram domino, id est coram altari holocaustorum, & coram altari thymiamatum. Erant intra tabernaculum primum tres ministraciones sacerdotales, scilicet adoleri incensum in altari thymiamatum, & incidere lucernas, & ponere atque auferre panes propositionis. Haec (vt supra declaratum est, & magis dicitur Deut. c. 17.) pertinent tam ad sacerdotem magnum, quam ad minores sacerdotes: quando tamen a sacerdote magno fiebant, induebatur vestibus his praeciosis, sine quibus non intrabat in sanctuarium, ut patet infra cum dicitur: Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, ut audiatur sonitus, quando ingreditur, & egredietur sanctuarium in conspectu domini, ne moriatur. In hoc autem reddebat probatio de tunica hyacinthina, quae habebat tintinabula. Sed quia ista erat de vestibus, quae pertinebant ad sacerdotem magnum in quantum erat sacerdos magnus, quoad indueretur istam, induebatur & alia ornamenta, quae erant sacerdotis magni. In atrio etiam ante tabernaculum vtebatur Aaron istis vestibus, quia dicitur quod quando Aaron ingrederetur sanctuarium, deberet esse vestitus his vestibus: ergo oportet quod indueretur his vestibus in atrio, quod est ante ostium tabernaculi. Super utrumque humerum ob recordationem. Scilicet in vno humero vnum lapidem gerebat, in quo essent sex nomina, & super alium humerum alium lapidem in quo portabat toridem. Dicuntur ista portari in recordationem Dei, scilicet quod Deus recordaretur illorum, qui ibi scripti erant: non quidem, quod Deus per ista recordationem habebat: nam Deus nihil recordatur, cum nihil obliuiscatur, quia scientia, & cognitio eius est quidam actus aeternus, & praesentarius ab omni temporis conditione: sola autem illa recordantur, vel habent reminiscenciam, quae legibus temporis subiunguntur per temporum differentias intelligendo. Et dato quod Deus recordaretur aliquorum, quae obliuisceretur (quod est impossibile) tamen adhuc non recordaretur per ista signa corporalia, qualia sunt lapides sculpti nominibus filiorum Israel, quia ista sensibilia corporalia solum sentiuntur a sensitiuis corporeis, & per organa corporea: talia autem Deus non habet cum incorporeus sit. Non enim Deus videt, nec audit, nec odoratur, & sic de ceteris, licet scriptura sepe dicat: Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Et illud Prouer. 15. c. In omni loco oculi domini circumplantur bonos, & malos: quae secundum quaedam appropriationem dicuntur de Deo. Volebat tamen Deus ista de se dici respectu illius gentis rudis Hebraicae, quae putaret deum verum qui erat deus eorum, esse aliquid mortuum, vel non viuens sicut simulacra gentium, quae non audiunt,

Deus nihil recordatur cum nihil obliuiscatur.

nec odorant, nec quenquam vitalem actum habent. Mandabat ergo deus poni istos lapides in memoriam suae recordationem, scilicet quia licet ipse nihil recordaretur, cum omnia oculis eius praesentia sunt, tamen vult, quod nos occupemur in diuersis cultibus eius secundum convenientiam affectus nostri. Nos autem vellemus quod Deus recordaretur nostri, & quia apud nos per talia signa recordatio fit, mandat poni talia signa. Vel aliter, & adhuc melius, scilicet quod licet Deus per talia signa, nec per aliqua alia non recordetur aliquid: mandat tamen poni illa, ut saltem per illa nos credamus esse in memoria Dei, vel quod vult recordari de nobis, cum mandat poni ea, quae apud nos, ut signa recordationis habentur. Facies eius vncinus ex auro. Vncinus est diminutivum de vncus, & est instrumentum factum ex aliquo metallo vel lignum recuruum ad comprehendendum, & tenendum. Er duas catenulas auri purissimi. Iste erant paruae catenae, quae alligabantur vncinis. Sibi inuicem cohaerentes, quas inferer vncinis. Pro quo respiciendum id, quod supra dicebamus de figuratiue superhumerali, scilicet quod pendeat super humeros, & ad partem posteriorem vsque ad zonam, & ab humeris ad partem anteriorem vsque ad zonam, & in parte anteriori humus superhumerali relinquebatur vnus palmus in longitudine, & tantumdem in latitudine apertus, in quo spatium ponebatur rationale, quod erat quadratum, scilicet vnus palmus in longitudine, & alterius in latitudine. Coniungebatur autem rationale superhumerali, ne a se villo modo separarentur, per quatuor angulos rationalis in quatuor anulis existentibus in rationali, & toridem in superhumerali, & per hos inducebantur zonulae angustae hyacinthinae. Praeter has ligaturas erat quaedam alia per duas catenas aureas, & ponebatur super vnum humerum sacerdotis in superhumerali vnus vncinus aureus alligatus, vel insitus panno superhumerali, & in alio humero ponebatur alius vncinus eodem modo. In istis autem vncinis infererentur catenae, nihil aliud est catenas inferi vncinis, quod sicut vnus circulus catenae inseritur alteri, id est mittitur per alterum, & alter per alterum, & sic mutuo se tenentes catenam efficiunt: ita vncinus infererentur vni circulo catenae, & sic fiebat vnum ex catena, & vncino, & secundum hoc cum vncini duo ponerentur super duos humeros sacerdotis vestis, & catenulae infererentur vncinis, necesse erat catenas dependere ab vncinis versus partem pectoris sacerdotis: his autem catenulis dependentibus ab humeris sacerdotis respondebant duae aliae catenulae in rationali cum duobus vncinis, & infererentur vncini catenulis dependentibus in superhumerali. Et sic ex quatuor catenulis fiebat duae ligaturae, siue concatenationes. Sibi inuicem cohaerentes. Hoc videtur esse aequaliter difficile, scilicet qualiter istae duae catenulae sibi inuicem cohaerent: nam si sibi inuicem cohaerent, non ligabuntur alijs duabus catenulis rationalis per vncinos. Etiam quae ponendo eas cohaerere, nullius vtilitatis essent: nam istae catenulae ponebantur ad cohaerendum catenulis rationalis, ut simul se tenerent rationale & superhumerali. Si tamen istae duae catenulae sibi inuicem cohaerent, non alligabuntur catenulis rationalis, nec continebunt illud, quod est inconueniens, quia ad nihil tunc vtilis erunt. Est autem ista difficultas, quia videtur esse aequaliter improprius modus loquendi, nam cum dicitur, quod deberent fieri duae catenulae sic est intelligendum, quod istae duae penderent a duobus humeris superhumerali, cum dicitur. Sibi inuicem cohaerentes. Non est referendum ad duas catenulas: ita quod istae duae catenulae sibi inuicem vniuntur, sed referendum est ad catenulas solum, scilicet quod

quod catenulae inter se cohaerent. Nam accipitur catenula dupliciter, vno modo pro connexo ex pluribus circulis inuicem se tenentibus: aut pro quolibet circulo. Accipiendo primo modo, non vniebantur inter se catenulae superhumeralis, licet catenae rationalis catenulis superhumeralis inuicem vniuerentur. Accipiendo secundo modo, verum est, quod catenulae superhumeralis inuicem vniebantur, quia ad faciendum vnam catenulam coniungebantur, & mutuo se tenebant diuersi circuli, quod est catenulas esse sibi inuicem coherentes. De ratione autem huius vestimenti literalis in fine huius capituli dicitur: vbi agetur de omnibus simul. *Rationale quoque iudicij.*

Quomodo vocetur rationale secundum Graecos, Latinos, & Hebraeos.

QVAESTIO XII.

HIC tractatur de fabricatura, & figura alterius sacerdotalis ornamenti, quod est rationale, & vocatur rationale apud nos, apud Hebraeos autem pectorale nuncupatur: nam Hebraica litera illud nominat a loco, in quo ponitur, quod est proprium nomen eius secundum quod ornamentum est: nam partem pectoris ornat: secundum nos ab effectu id nomen imponitur, per ipsum namque de his, quae inquirebantur ratio reddebatur, vt magis infra dicitur, & litera nostra assumptis, & hoc nomen a Graeco: nam in translatione septuaginta interpretum ponitur logion, quod Graeco rationale est, & inde est lexis, id est ratio, a qua dialecticam derivamus, scilicet duorum rationem aut potius ratiocinationem. Figura huius rationalis satis nota est: sed de colligationis modo ad superhumeralis, & de situ eius difficilius est: figura autem est, quod esset quadratum scilicet habens vnu palmum in longitudine, & reliquum in latitudine, & ponebatur super pectus, in quo erant quatuor versus, siue quatuor lineae lapidum preciosorum diuersarum specierum: ita quod in quolibet versus essent tres lapides, de quibus satis manifestatur in litera. *Rationale quoque iudicij facies.* Ex eadem causa vocatur rationale iudicij, ex qua vocatur rationale: sed hac appositio iudicij est ad magis explicandum, scilicet quia in isto rationali reperitur iudicium rerum, quas inquitimus, vt infra declarabitur. *Opere polymito.* Dicitur opus polymitum opus multorum colorum: sic enim derivatur a polis, quod est pluralitas, & mitos, quod est gutta, quasi plures guttae, scilicet quod diuersi colores, qui diuersa guttas habent, erant in rationali. Sic vocatur vestis Ioseph polimita, vt declaratum fuit Gen. 37. c. Et vocantur aliquando polimitarij ipsi pictores, qui opus suum habent in solis coloribus a ponendo diuersitatem, sicut exigit ratio artis pro qualibet pingenda. Aliquando vocantur polimitarij ipsi tingentes pannos diuersis coloribus. Aliquando illi, qui texunt ex filis diuersorum colorum. Hic autem non potest accipi pro pictoribus, quia diuersitas, quae erat in rationali non erat per picturam, sed per texturam, quia immediate dicitur: iuxta texturam superhumeralis. Item quia cum dixerit, opere polymito, subdidit determinans quid esset istud opus polymitum dicens, ex auro, & hyacintho, & ceteris: accipitur ergo opus polymitum pro opere variato in coloribus, quantum ad texturam. *Iuxta texturam superhumeralis.* Id est sicut erat contextum superhumeralis ex diuersitate filorum, ita erat contextum rationale: nihil enim differebant in materia, & colore, sed in figura, & quantitate, & firmitate, & efficacia: virtus enim reuelandi secreta non demonstrabatur in ephod siue superhumerali, sed in ra-

Quid sit opus polymitum.

Qui polymitarij vocentur.

ionali. *Ex auro.* Id est ex filis auri. Dupliciter erat aurum in rationali, scilicet in massa, sicut ad faciendum catenulas eius, & vincinos, & anulos, & inclusuras lapidum duodecim, & filum auri quantum ad texturam. Hic autem solum loquitur de auro, id est de filis auri, quia ex his fiebat textura. *Et hyacintho, & purpura.* De his omnibus supra 25. ca. dictum est quid sint. *Quadrangulum erit.* Non accipitur quadrangulum proprie hic, sicut consueuerunt distinguere geometre, scilicet quod quadratum est quod a quatuor aequalibus lateribus continetur, quadrangulum est quod habet latera altera parte longiora: sed accipitur hic quadrangulum prout est generale, siue ad quadratum aequalium laterum, siue inaequalium: nam accipiendo proprie, cum hic sit tanta longitudo rationalis praecise, quanta latitudo, deberet vocari quadratum. *Et duplex.* Id est quod erat de panno duplicato, scilicet quod plicaretur pannus, & consuerentur plicaturae, vt sic firmior pannus esset, quam si simplex poneretur. Et hoc erat ex duabus causis: vna vt ille panus facilliter non rumperetur pondere duodecim lapidum: melius enim sustineret futuram lapidum, & pondus, duplex existens quam simplex. Secunda causa erat, vt ait Rabbi Salomon, vt poneretur inter illas duas plicaturas nomen domini tetragrammaton in auro. Rabbi Abraham qui vult circa quaedam multum esse naturalis, aut astrologus, & errat valde applicando ad ea, quibus vult applicare, vt declarauimus supra 25. dicit, quod intra plicaturas panni huius rationalis ponebantur duae laminae, quarum vna argentea alia aurea erat. Et erant factae ad modum astrolabij. Et dicit idem Aben Ezra, quod a figura illarum laminarum postea astrologi astrolabiorum suorum formas assumpserunt, vt per illas veritas iudicaretur, sicut per laminas, quae erant in rationali, veritas sciebatur. Sed in hoc valde erat iste delirus. Primum quia dicit, quod astrologi assumpserunt figuram astrolabiorum suorum ex figura laminarum: nam praesupponit, quod ibi erant laminae de auro, & argento, quod totaliter dubium est, nullo enim modo hoc patere potest ex scriptura, vel aliquo loco autentico. Sed adhuc dato, quod ponerentur ibi laminae, non haberent formam astrolabij: non dico, quod non essent in forma astrolabij, ita quod non essent rotundae, vt laminae astrolabij, quia in hoc modicum differt, sed quod non oportebat ibi esse figuras, quae ponuntur in laminis astrolabij, scilicet quod ponerentur ibi duae tabellae perforatae ad intuentum polos, vel quoddam astrum, & gradus Zodiaci, & numerus graduum, & quadrans factus in latere astrolabij ad inquirendas altitudines, vel planities, & profunditates & considerandas umbras rectas, & veras, & rectae in facie astrolabij, in quo describerentur stellae existentes in diuersis gradibus signorum Zodiaci, & diuersae laminae ad diuersas regionum latitudines secundum declinationem aequinoctialis a Zenit, & sic de alijs, quae sunt in astrolabio: Non est enim dicendum vilo modo, quod talesfigurationes in laminis illis fuerint: nam Deus nunquam agit aliquid superfluum: sed hoc totaliter superfluum erat, quia si laminae essent intra plicaturam rationalis, ille deberent continere aliqua nomina Dei magne sanctitatis, in quibus fierent operationes miraculorum. Astrolabium autem nullius virtutis est. Nec Deus concouit dare potestate efficiendi aliqua opera mirabilia ad talium linearumfigurationes: solum autem est astrolabium quoddam instrumenta factum ad inuestigandum proprietates, vel passiones motuum coelestium, & effectuum mirabilium causarum in diuersis partibus terrae ex diuersitate celestis motus: laminae autem non erant ad hoc: nam tunc quando cum-

Quare erant plicaturae panni in rationali.

Opin. Rab. Abraham confutatur.

que aliquis sacerdos vellet aliquid considerare in laminis, oportebat educere eas de plicatura rationalis, quod non conuenit. Item posito quod extraherentur, solum cognoscerent per eas ea, quae cognoscuntur per astrolabium, scilicet quaedam proprietates motuum coelestium, quod ad nihil vtile erat. Nam in rationali sacerdotis pectori imposito non inquirebantur ea, quae naturaliter cognosci poterant: sed ea, quae supernaturaliter reuelant. Etiam quia habendo istud rationale, & ephod, non fiebat inquisitio in aliqua lamina, sed a Deo inquirebatur veritas, vt patet 1. Reg. 23. c. cum dixit Dauid ad sacerdotem Abiathar. Applicata Ephod, & applicato illo, scilicet rationali cum Ephod quaesitit a Deo dicens, domine Deus tradent me viri Ceile in manus Saulis: & respondit dominus, tradent. Non est ergo dicendum, quod istae laminae essent formatae in modum astrolabij. Etiam errat cum dicit, quod astrologi ab his acceperunt figuram astrolabiorum suorum: nam dato quod istae laminae formatae essent in modum astrolabij, astrologi gentiles inde formam astrolabiorum suorum non assumpserunt, quia istae laminae essent implicatae intra plicaturas rationalis, & insitatae, ita quod non possent patere cuiquam nec ipsis sacerdotibus, & dato quod sacerdotes videre possent, nunquam tamen gentiles videre possent, quia vestes sacrae non efferebantur extra sanctuarium: Gentiles tamen non poterant intrare intra sanctuarium ad videndum: quia talis introitus, & accessus eis valde prohibitus erat, vt colligitur ex eis, quae dicuntur Actu 22. c. nam ibi Iudaei volebant occidere Paulum apponentes, quod gentiles introduxisset in templum: ipse autem negauit hoc. Magis hoc patet Eze. 44. capit. Etiam dato, quod gentiles intrare possent, aut vestes efferri extra sanctuarium, tamen sacerdotes nullo modo auderent ea quae secreta erant gentilibus pandere, cum nec ipsos legis libris eis manifestare velint, nisi cum tandem, quasi in fine totius durationis Hebraeorum non multo tempore ante Christi tempora, magnis precibus Regis Ptolemaei Philopatoris, & magno precio reducendo multa milia captiuorum in terram Israel, summus Pontifex dedit septuaginta viros, qui in Graecum sermonem de Hebraica lingua biblicam transulerunt. Item si per illas laminas astrolabiorum formae inuentae sunt, a multis temporibus antequam inuentum fuit fuisset in vtu, astrolabium namque cum magno studio, & labore Ptolemaeus rex Aegypti super ciuitatem Arin, quae sub linea aequinoctiali dicitur esse, condidit: si tamen astrolabium ex forma laminarum illarum, &figuratione diuersarum linearum formari debuisset, non esset necessarius magnus labor. Item quia tunc primo videre possent sacerdotes Hebraeorum istas laminas, quam Gentiles, ipsi prius astrolabium condidissent: quod falsum, quia nihil de astrologia, & alijs artibus sciebant, nisi quod a Gentibus mendicabant. Errat etiam cum dicit, quod Gentiles astrologi fecerunt illud astrolabium ad figuram laminarum, vt sicut per illas laminas rationalis sciebatur veritas, ita sciretur per astrolabium. Non potest hoc stare: nam per laminas (si essent) inquireretur veritas portando eas super pectus, & eis praesentibus inquireretur a Deo, qui responderet, vt supra probauimus. Et quia infra dicitur, pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quae erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram domino, & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo coram domino semper: astrologi autem non conabantur cognoscere aliquas veritates per astrolabium portando illud super pectus, sed considerando in illo per vim artis passiones motus celestis: falsa ergo sunt valde, quae delirus iste cogit.

Quaedam glo. Hebraica dicit, quod in illis laminis erant scripta nomina duodecim tribuum, & cum quolibet nomine tribus erat scriptum nomen vnus stelle, vel vnus constellationis, aut Angeli, & sic continuabatur memoria illius tribus apud Deum. Et confirmatur hoc auctoritate, vel potius facto Aristo. vt ipsi confingunt; scilicet quod miserit Aristote. quaedam laminam auream Alexandro inscriptam nominibus quibusdam stellarum, vt gestando eam non deficeret virtus regni eius. O infelices Iudaei, qui aestimant per istas rerumfigurationes memoriam nostram apud Deum permanere, ita vt quasi sine illis non maneat: nam Deus nullo signo rememoratio indiget, cum nunquam memoretur, qui obliuisci nihil potest: de quo magis diximus supra. Et si arguas de nominibus Istaetarum, qui ponebantur in duobus onychiis, & de nominibus positus in duodecim alijs lapidibus, & dicebantur poni tanquam memoriale, vt patet in litera. Respondetur quod illa nomina ponebantur in memoriale, non quidem quod aliquo modo Deum in memoriam Istaetarum reducerent, sed vt sciret sacerdos, & alij populares se esse in memoria Dei, id est quod Deus non obliuiscitur benefacere eis. Ista ergo nomina non ponuntur tanquam aliquid efficientia: sed qui ponunt ibi inscripta nomina astrolabiorum, aut constellationum, id est multorum astrorum simul vnitorum reddentium vna figuram, sicut Arturus, & Pleades, & Orion, & Hyades, & sic de ceteris, de quibus dicitur Deuterono. 17. ca. vel nomina Angelorum, volunt quod ista virtutem efficiendi aliquam habeant. Sed hoc omnium stultissimum est, scilicet credere quod aliqua res naturalis habeat vim effectiuam apud Deum reducendo eam in memoriam alicuius rei: imo qui ista faciunt, & credunt, non loquuntur naturaliter, sed incidunt in magicas superstitiones: magi enim talibus figuris vtuntur in operationibus suis simulatis. Et non solum repugnat hoc Deo, sed etiam fundamentis naturae: nam ista si naturaliter aliquid agunt, oportet vt habeant principium naturale suae actionis: in naturalibus autem solum ponuntur quatuor principia operatiua praeter principia motus localis, quae pertinent ad naturalem potentiam, vel impotentiam, & ista sunt quatuor qualitates elementales, & ista sunt actiua actione naturali. Quod dico propter actionem animalem, cuiusmodi pertinet ad species qualitatum de tertia specie, scilicet ad albedinem, & nigredinem: nam species albedinis, & nigredinis, & sic de ceteris coloribus, & obiectis sensuum immutant potentiam angelicam sensitiuam: sed ista actio solum est actio spiritalis, actio autem naturalis, siue realis non est in his: sed solum pertinet ad vim motiuam localiter, quae est naturalis potentia, vel impotentia, & pertinet ad secundam speciem qualitatis, & ad tertiam speciem qualitatis: in quatuor qualitibus, quae dicuntur elementales. Aliae autem non sunt actiuae. Figura autem non est de istis, ideo non est actiua naturaliter. Quod ergo dicatur, quod aliqua figura alicuius stellae, vel constellationis vel Angeli sit actiua naturaliter, est error contra fundamenta naturalia. Quod autem obijciunt de Arist. quod miserit Alexandro aliquam talem laminam, non videtur ex aliquo loco autentico: magis enim videtur confictum ab eis, & dato quod Aristo. misisset talem laminam Alexandro, non inferretur ex hoc, quod illa figuratio laminae haberet aliquam faciendi virtutem, sed Aristo. (sicut, & alij priores) non est mirandum, quod superstitionibus se misuerit. Aliqui Hebraei dicunt; quod aliqua nomina Dei scripta erant in lamina illa, quae erant septuaginta duo litterarum, & alia triginta litterarum, & alia viginti octo, & alia quatuordecim, & hoc est Tetragrammaton.

Quaedam glo. Hebraica. Confutatur.

Responso ad confirmationem.

Opinio quorundam Hebraeorum.

Hec

Hec ait Rabbi Abraham Francus in declaratione...

Ponesque in eo quatuor ordines lapidum: in primo versu erit lapis sardius, & topazius & smaragdus...

16. dist. c. ecclesiasticus. 5. ecc. 66.

rintinabulis, ita ut tintinabulum sit aureum, & malum punicum: rursusque tintinabulum aliud aureum, & malum punicum. Et vestietur ea Aaron in officio ministerij...

Ponesque in eo quatuor ordines lapidum, id est quatuor versus, siue quatuor lineas, ut infra dicitur, & in qualibet linea, aut versus ponuntur tres lapides...

Ecclesiast. 43. cap. sicut. hic Moyse & p. in. Exodo.

Nomina & virtutes lapidum in rationali postorij. Sardius. Ruben. cap. 5.

Topazius. Simeon. Smaragdus. Leui.

Carbunculus Iuda. ut tenebras noctis vincat oculos fulgore reuerberans, vna lactea cinctus, ut ait Plinius, in quo nomen Iuda scri-

Scriptum erat. Et sapphirus. Gemma gemmarum dicitur cerulea, & lucida, & caelo similis: habet in medio stellam resurgentem...

Iaspis. Nephtholim. Ligurius. Gad.

Amethystus. Isachar. Chrysolitus. Zabulon.

Onychinus. Ioseph.

Berillus. Beniamin.

essent nomina duodecim tribuum. Accipitur hic tribus improprie. Nam communiter accipi solet tribus pro congregatione aliquorum descendentium de genere Jacob habentium...

Alph. Tost. super Exodi

Pars Secunda I habebat

habebat anulum, & ex ea parte, qua vniebatur superhumerali habebat vncinum. *In vtroque latere rationalis.* Hic confirmatur assignatio figuracionis, quam ponit Iosephus ipsius superhumeralis, & quam nos sequimur, scilicet quod esset superhumetale pendens ab humeris per dorsum vsque ad zonam, & ab humeris super pectus vsque ad zonam. Nam si esset factum sicut assignabant alij, scilicet quod solum penderet ab humeris ad zonam per dorsum, non diceretur hic, quod isti vncini catenularum cohererent lateribus superhumeralis sed angulis, quia ista cohesio fiebat super humeros, vt patet in litera. Et secundum illam assignationem anguli superhumeralis venirent ad humeros sacerdotis, & tamen litera dicit, quod vncini isti cohererent in duobus lateribus superhumeralis. Ergo est ponendum, vt nos assignauimus. Quia cum superhumetale ab humeris pendeat super pectus, & super dorsum, non erunt anguli eius super humeros, sed in zona in parte anteriori & posteriori. Sed super humeros erunt latera duo huius superhumeralis. *Quod rationale respicit.* Hic est amphihologica litera, sicut dicimus. Aio te Pyrrhum Romanos vincere posse. Nam vterque casus accusatiuus potest esse suppositum infinitiui: ita, & illic vterque casus potest esse suppositum verbi finiti huius, scilicet respicit: sed in hoc non est aliqua turbatio: nam vtrumque verum est, scilicet quod rationale respicit superhumetale, vel superhumetale respicit rationale. Sed hic sensus est, quod latera rationalis in quibus ligabantur, vel cohererant vncini harum catenarum respiciebant rationale, quia pars superhumeralis, qui erat pendens immediate ab humeris respiciebat rationale, quod erat in pectore. *Facies, & duos anulos aureos.* Isti non sunt duo anuli aurei, qui supra ponebantur. Nam illi erant ad ponendum, vel ligandum in eis duas catenas aureas: isti autem erant ad ligandum in eis vittas hyacinthinas. Item quia ab istis anulis rationalis fiebat ligatura ad alios anulos superhumeralis: ab alijs duobus anulis tendebatur catena ad ipsum rationale, & non ad alios anulos. Et ad hoc innuendum dixit hic litera. *Facies & duos anulos.* Et id est etiam, scilicet quod prater anulos superius dictos adhuc fiant alij. *Quos ponet in summitatibus rationalis.* Isti anuli erant circa alios duos anulos supradictos, quia vtrique ponebantur in rationalis summitatibus. Erat tamen in hoc differentia, quia isti anuli, in quibus ponebantur ligature hyacinthine, erant quatuor, quorum duo ponebantur in duabus summitatibus, & alij in duabus partibus inferioribus: anuli tamen, de quibus supra dicebatur, in quibus ponebantur catenula aurea, erant solum duo positi in summitatibus rationalis. *Et in oris, quae e regione sunt superhumeralis.* Pro quo sciendum vt supra dicebatur, quod superhumetale pendeat ab humeris, & infra vsque ad zonam super pectus, & ab humeris super dorsum vsque ad zonam. In parte tamen anteriori superhumeralis super pectus manebat magnum foramen vnus palmi in longitudine, & tantundem in latitudine, & in hoc ponebatur rationale, quod erat huius magnitudinis, & vt se teneret cum superhumerali, ligabatur per quatuor angulos suos, scilicet per duos angulos vel extremitates superiores, & in quilibet istarum extremitatum ponebatur vnus anulus aureus, qui erant quatuor anuli, & in superhumerali ponebantur alij quatuor anuli aurei in partibus correspondentibus, & coniungebantur isti anuli per vittas hyacinthinas, ita vt firmiter se tenerent. Erat etiam & alia ligatura rationalis cum superhumerali per duas catenulas aureas ligatas duobus anulis existentibus in

summitatibus rationalis: hic autem dicitur de ligatura, quae fiebat per vittas hyacinthinas in quatuor anulis rationalis ad quatuor anulos superhumeralis. *Et in oris, quae e regione.* Id est sicut ponuntur duo anuli in partibus superioribus rationalis, scilicet in duabus eius extremitatibus: ita ponuntur alij duo correspondentibus eis in partibus coniunctis, scilicet in extremitatibus superhumeralis. Et vocantur ora extremitates: non quod ponantur aliqui anguli in extremitatibus superhumeralis, quia extremitates eius erant apud zonam, vel sub lateribus ibi non ponebantur aliqui anuli, quia necessarii non erant. Sed vocantur hic ora superhumeralis extremitates, in quibus tangebatur superhumetale ipsum rationale locatum in quadam sua perforatione. *Quae e regione sunt.* Id est ex opposito. Sunt istae duae dictiones, scilicet e regione, & regione. Regio signat aliquam partem terrae, vel rei cuiuslibet mensurabilis e regione signat situm, scilicet contra talem, vel talem partem. *In oris, quae e regione sunt superhumeralis.* Id est sicut ponuntur in duabus extremitatibus superioribus rationalis duo anuli aurei, ita ponuntur alij duo in extremitatibus siue oris superhumeralis, quae e regione sunt, id est quae sunt contra istas extremitates rationalis. *Et posteriora eius respiciunt.* Superhumetale habebat duas partes, scilicet medietatem suam pendentem ab humeris super pectus vsque ad zonam, & aliam medietatem pendentem ab humeris super dorsum vsque ad zonam, & medietas, quae pendet super dorsum vocatur pars posterior superhumeralis, & istae ora siue extremitates superhumeralis dicuntur respicere partem posteriorem eius, quia ista coniunctio fit circa humeros sacerdotis, scilicet super pectus, & istae partes respiciunt ad posteriorem superhumeralis, & in hoc magis confirmatur figura superhumeralis secundum quod eam assignat Iosephus, quod quadam partes sunt, siue extremitates superhumeralis, quibus iungitur rationale, & respiciunt partes posteriores eius, & aliae extremitates sunt superhumeralis, quibus coniungitur rationale, quae vocantur partes inferiores siue respicientes partes anteriores eius. Et hoc notatur cum dicitur infra, quod respicit contra faciem iuncturae inferioris, quod impossibile est recte poni, nisi dicatur rationale locari intra ipsum superhumetale, ita quod aliqua superhumeralis pars sit super rationale, & aliqua infra rationale. *Nec non.* Id est etiam. *Alios duos anulos.* Isti ponuntur in parte inferiori rationalis in duobus inferioribus angulis eius, vt coaptetur superhumeralis ex omni parte. *Qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis decorum.* Erant hic quatuor anuli iuncti, duo in extremitatibus inferioribus rationalis, & alij duo in partibus superhumeralis coniunctis rationali in illa parte, & sunt isti duo anuli in duobus lateribus superhumeralis circa zonam: quia cum rationale sit latitudinis vnus palmi, & ponatur in pectore: extremitates eius duae tam inferiores quam superiores erunt necessariae circa latera sacerdotis, & ibi erant latera superhumeralis: quia (vt supra assignatum fuit) superhumetale contegebatur sacerdotem ex vtraque parte, scilicet dorso, & pectoris, & extremitates laterum suorum erant ad extremitates pectoris, scilicet sub vtroque brachio, & ad extremitates dorsi sub vtroque brachio. *Quod respicit contra faciem iuncturae inferioris.* Istud relatiuum refert vtrumque latus, scilicet quod essent duo anuli in vtroque latere, scilicet in vno latere vnus, & in alio latere alius. *Quod latus superhumeralis respicit contra faciem iuncturae inferioris.* Id est contra iuncturam inferiorem. In duobus locis iungebatur rationale cum superhumerali, & vnus locus vocabatur iunctura

ctura superior, & alius iunctura inferior: nam superhumetale pendeat ab humeris sacerdotis super pectus vsque ad zonam, & ab humeris super dorsum vsque ad zonam: in parte vero anteriori pendente super pectus erat foramen quadratum habens palmum in longitudine, & tantundem in latitudine, & ponebatur in eo rationale eiusdem mensurae, quod, ne caderet, ligabatur cum superhumerali duobus locis, scilicet duobus angulis eius, qui erant contra humeros sacerdotis sub collo eius, & ista vocabatur iunctura superior. Et alius locus iuncturae erat in alijs duobus angulis eius tangentibus partes superhumeralis, quae sunt circa zonam sacerdotis, & ista vocabatur iunctura inferior, & de hac loquitur hic litera. *Vt aptari possit cum superhumerali.* Id est vt rationale conuenienter vniri atque colligari possit superhumerali, ne caderet. Ad conuenientem coaptationem necessarius erat duplex locus iuncturae, qui ponitur hic, scilicet in parte superiori in duobus angulis, & in parte inferiori ad alios duos angulos. Si autem colligatio in aliquo istorum quatuor angulorum deficeret, necesse erat ab illa parte disiungitur rationale a superhumerali, & complicari, vel rugari, & non esset conueniens coaptatio. *Vt stringatur.* Id est firmiter ligetur. *Rationale cum anulis suis.* Scilicet cum quatuor anulis, qui erant in quatuor angulis eius. *Cum anulis superhumeralis.* Isti erant quatuor anuli positi in superhumerali in partibus coniunctis anulis rationalis. *Vitta hyacinthina.* Id est funiculus factus de hyacintho, qui mittebantur per omnes anulos rationalis, & superhumeralis, quantum ad quatuor anulos rationalis, & totidem superhumeralis. Erant tamen prater istos duo alij anuli aurei in rationali in parte superiori, in quibus ponebantur per duas catenulas aureas, & cohererant superhumerali per duos vncinos aureos, de quibus supra dicebatur. *Vt maneat iunctura fabrefacta.* Id est vt iunctura superior, & inferior sit magistraliter facta, ita vt nihil indecens in ea videatur, sed ita superhumetale & rationale vniantur, quasi non duo vnita essent, sed potius quasi vnum, & indiuisum esset. *Et a se inuicem rationale, & superhumetale nequeant separari.* Si quotidie, vel ad quamlibet ministracionem rationale coniungi debet superhumerali, & auferri inde, non oportebat colligationem esse valde firmam, sed ad manendum semper oportebat eam firmissimam esse, ita vt nullo modo separari possent, non quidem quod non possent separari, vel dissolui si oporteret, quia sicut vitta illa hyacinthina ligabatur, ita dissolui poterat a voluntate nostra. Est tamen sensus, quod ista duo ita firmiter cohererant, vt nullo modo separari queant, nisi aliquis ea separauerit. Et propter hoc quandoque aliquis accipiebat ephod, id est superhumetale, accipiebat simul rationale: Et iste modus loquendi habetur aliquando in scriptura, vt patet primo Reg. 23. capitulo, cum dixit Dauid ad sacerdotem Abiathar: Applica ephod, id est superhumetale. Et hoc erat ad consulendum dominum, vt patet in eodem loco. Constat tamen, quod veritas, & doctrina, & iudicium propter quae applicabatur ephod ad consulendum dominum, non erant in superhumerali, sed in rationali, vt patet hic. Nominauit ergo ibi ephod, quia cum rationale esset positum intra ephod siue superhumetale, videbatur esse pars superhumeralis, ideo nominabatur superhumetale, siue ephod tanquam totum, vt eo nominato intelligatur pars. *Portabitque Aaron nomina filiorum Israel.* Quando induitur illis vestibus sacris ad ministrandum. *In rationale iudicij.* Id est in illo ornamento, quod sic vocatur, quia eo applicato, & facta aliqua quaestione inueniebatur veritas quaesiti. *Super pectus suum.* Quia rationale ponebatur intra superhumetale.

Alph. Toft. super Exodi

Ale in quodam foramine facto super pectus sacerdotis. *Quando ingreditur sanctuarium.* Vocatur sanctuarium prima pars tabernaculi, quae vocatur tabernaculum exterius, vel ante sancta sanctorum: nam cum semel in anno in die propitiacionis siue expiacionis sacerdos magnus ingrederetur in sancta sanctorum, non induebatur his vestibus, sed quibusdam vestibus lineis simplicibus, vt probatum fuit supra, & habetur Leu. 16. c. Ingrediebatur sacerdos in tabernaculum istud primum, quod vocatur hic sanctuarium ad tres ministraciones, scilicet ad adolendum thymiam in auro cuiuslibet diei, vt patet infra 30. & Leu. 24. cap. Tertia ministratio erat ponere panes propitiacionis, vt patet Leu. 24. cap. Has tres ministraciones poterant facere sacerdotes minores, vel sacerdos magnus, vt dicitur Deut. 17. cap. & patet 1. Paral. 6. cum dicitur: Aaron vero, & filij sui adolebant super altare holocausti, & super altare thymiamatis, & in omne opus sancti sanctorum, & vt precarentur pro Israel iuxta omnia, quae praecipit Moyses. Ecce in his subintelliguntur omnes ministraciones sacerdotales. Quando autem sacerdos magnus ista faciebat, induebat se istis vestibus preciosis, quae hic ponuntur.

Vtrum sacerdos magnus vteretur vestibus sacerdotibus in ministracione altaris holocaustorum.

QV AESTIO. XIII.

VTRVM in ministracione ad altare holocaustorum, quod erat in parte exteriori atrij extra totum tabernaculum, vteretur sacerdos magnus his vestibus non constat. Et satis videtur quod sic, licet litera hic exprimit solum, quando ingrederetur in sanctuarium, quia tunc magis necessarium erat talibus vestibus vti. Non tamen ex hoc negatur quin fieret ministratio in his vestibus ad altare holocaustorum; maxime quia istae vestes erant ita preciosae ad honorandum ministerium illud, quod fiebat, & in magna reuerentia haberetur. Sed reuerentia ista debebat esse in popularibus, qui rerum dignitatem non ex rebus ipsis, quas minime noscunt, sed ex apposis iudicant. Si autem sacerdos solum vteretur his vestibus intra tabernaculum, nunquam eas populares viderent, cum ipsi nunquam intrarent intra tabernaculum, & sic cessaret finis principalis istarum vestium preciosarum. Si autem sacerdos magnus vteretur eis cum ministraret ad altare holocaustorum, populares videre hoc possent, qui intrabant ad offerenda sacrificia pacifica, & videbant a foris per cortinas reticulatas. Dicendum ergo sacerdotem vsum fuisse his vestibus etiam ad altare holocaustorum. Item quia etiam hoc non obstante, tamen necesse erat sacerdotem aliquo modo apparere in his vestibus in atrio tabernaculi, vbi erat altare holocaustorum, quia cum sacerdos magnus ingrederetur in sanctuarium, erat indutus his vestibus, ergo oportebat eum indui in atrio tabernaculi. *Memoriale coram domino.* Exponatur vt supra fuit expositum. Vel memoriale coram domino, id est vt memoretur sacerdos magnus orare coram domino pro his, cum eos in pectore inscriptos haberit. Vel vt sacerdos habens eos in pectore recorderetur sequi exempla horum Patriarcharum. Ista duae expositiones dantur a quibusdam Iudaeis, sed non cohererent literae, quia ista recordatio, vel memoria

Pars Secunda. I 2 ratio

ratio necessario debet reduci in Deum. Etiam quia si ponerentur isti, ut sacerdotes magni recordarentur sequi exempla horum patriarcharum, non deberent poni isti, sed Abraham, Isaac, & Jacob, qui fuerunt sancti viri. Isti autem duodecim qui inscribebantur supra pectus sacerdotis an aliqua bona egerint nescitur saltem de pluribus eorum, constat tamen aliqua scelera ab eis facta. Cum ergo recordaretur sacerdos istorum, ad sequendum exempla eorum non reperiret in sacra scriptura aliquod probe factum quod emularetur, sed potius scelera magna: inconueniens est autem talia ponere exemplaria. Redeundum est ergo ad expositionem, quam supra dedimus. In aeternum. Ista est determinatio temporis, & ponitur quasi vnum aduerbium temporis, & potest determinare illud verbum, portet, aut istam dictionem, memoriale. Si determinet istam dictionem memoriale est sensus, quod portabit Aaron ista nomina super pectus suum tanquam memoriale. Et hoc erit memoriale aeternum, scilicet quod Deus semper recordabitur Hebraeorum per istos lapides sculptos nominibus filiorum Israel. Si determinet illud verbum, portabit, est sensus, quod Aaron portabit in aeternum, id est semper nomina filiorum Israel super pectus suum in memoriale coram domino. Et ista secunda expositio est, quam intendit litera, ita quod mandatur in ea, ut quocumque intrauerit summus sacerdos in sanctuarium ad ministrandum, gestet ista nomina in pectore: fallit hoc in duobus casibus. Primus est, quando intrabat summus sacerdos in sancta sanctorum, quia necesse erat intrare per tabernaculi exterioris, quod vocatur hic sanctuarium, & tamen non habebat istas vestes (ut supra declaratum est) sed solas vestes lineas. Et quod magis est, quia etiam tunc ministrabat in tabernaculo exteriori, siue sanctuario incendendo thymiamatum, & aspergendo sanguinem super altare thymiamatum, ut patet infra 30. c. & magis Leui. 16. ca. Secundus casus erat, quando intrabat sacerdos ad velandum arcam, & altare thymiamatum: candelabrum, & mensam propositionis cum vasibus suis, & hoc cum castra mouenda essent, & deponendum tabernaculum. Nam tunc intrabat sacerdos magnus, & alij minores cum eo, ut patet Nu. 4. c. Sed tunc in vestibus suis vulgaribus intrabant, quia ista non erat ministratio sacerdotalis. Ponit autem in rationali iudicij doctrinam, & veritatem. In Hebraeo dicitur. *Vrim & tumim*. Id est lucis, & integritates, & hoc idem signat quod litera nostra. I. doctrina & veritas: nam doctrina lux est, cum ita clare, & manifeste procedit, ut lux. Et illa manifestatio dubiorum, que fiebat appposito rationali super pectus sacerdotis, erat clarissima ut lux: nec aliquas inducebat aequiuocationum aut amphiboliarum ambages, sicut otacula deorum Gentilium, inter quos precipuus ille Phebus, qui a Phytone serpente occiso in monte Parnaso Phytius dicitur, & totius diuinationis, ut antiqua Gentilitas putat, caput extitit: quando aliquid respondebat ita occulte loquebat, ut verba sua amphibolice aut aequocoe paterent, ita quod qualitercumque se rei euentus haberet, veritas inconcussa maneret. Vnde quando Pyrrus rex Epirotarum que fuit contra Romanos, pro Tarentinis bellum gerens de euentu futuri belli, respondit Phebo. Aio te Pyrrum Romanos vincere posse. Hac oratio dubia est ambiguitate amphibolice, & potest esse sensus, quod Romani vincerent Pyrrum, aut Pyrrus Romanos. Pyrrus autem putauit, quod ipse victurus esset Romanos, & tamen victus est, ut ait Aug. de ciuit. Dei lib. 3. cap. 19. Et Paulus Orosius lib. 4. de Ormesta mundi. Cresus etiam Lidorum rex potentissimus dum contra Cyrum Persarum regem bellum regeret, raso aequiuoco Phebi deceptus est, dixit enim, Cresus Alintransgressus perdet maximam regna. Poterat autem hoc

interpretari, quod perderet, id est destrueret, & isto modo accepit ipse Cresus putans, quod ipse victurus esset Cyrum regem, & destrueturus regna magna Persarum. De hoc tangit Boetius de consola. li. 2. profa secunda, & apud omnes historicos vulgatissimum est. Romanus etiam quidam nomine Appius, cum de bello incepto inter Iulium Cæsarem & Pompeum euentum inquireret consulit Phebum, qui respondit. Nihil ad te Romane bellum: Cela tenebis, ut ait Lucanus li. 3. de bello plusquam civili Iulij Cæsaris, & Pompei. Erat sensus, quod iste Romanus Appius non erat iturus ad bellum, quod in Thesalia inter Iulium & Pompeum gerendum erat, & subiunxit Cela tenebis. Cela dicitur quaedam pars terræ in Sicilia apud mare, & hæc tenere debebat iste Appius, sed tenere accipitur equiuocoe, scilicet tenere possidere, ita quod iste Appius futurus esset dominus illius terræ, & sic intellexit Appius, cui responsum hoc dabatur. Alio modo accipiebatur tenere, id est iacere. Et hoc modo accipiebatur Phebus, scilicet quod Appius occideretur in illa terra Sicilia ante bellum Iulij Cæsaris, & Pompei, & ibi tumularetur. De hoc Paulus Orosius lib. 6. De Ormesta mundi.

Quare dii gentilium reddebant obscura responsa.

QV AESTIO. XIII.

ECCE enim qualiter in antiquis dijs rita occulta nimis erant. Quod ex duobus fiebat causis, prima ex industria horum demonum, quoniam nimis sagaces sunt, & quibusdam futurorum euentuum veritatem non noverant, ut tamen non pateret eorum insipientia, & a colentibus sperneretur, dubie respondebant, ita ut in quemcumque euentum rei status se verteret, verbum eorum mendacij non argueretur, sicut patet in risione, quam dedit Phebus Pyrrho regi Epirotarum inquirerenti, ut supra positum est. Nam ibi cuilibet manifestum est, quod cum Pyrrhus durissime pugnaret contra Romanos, quod aut Romani vincerent Pyrrum, aut Pyrrus Romanos. Dedit ergo tale responsum, ut sine Romani Pyrrum vincerent, sine Pyrrus Romanos, verbum suum inconcussa veritate constaret. Hanc causam obscuritatis oraculorum Phebi assignat Aug. 3. de ciui Dei cap. 16. & Paulus Orosius quarto. De ormeffa mundi. Secunda causa est, quia licet aliqui illi demones, quos pro dijs delira coluit gentilitas, a quibus futurorum requirebat euentus, veritatem clare cognoscerent, utpote Angelorum bonorum reuelatione, vel aliquibus rationabilibus argumentis, vel quouis alio modo, tamen Deus non sinebat eos declarare illam veritatem manifeste. Simile habetur Mar. cap. 1. de demonijs, qui clamabant ad Christum dicentes. Tu es filius Dei viui, & sequitur in litera. Et non sinebat ea loqui, quia sciebant eum. Sicut ergo illic non sinebat ea loqui, ne eum manifestarent, ita hic non sinebat ea clare loqui, ut non daretur tanta occasio idolatrandi: nam si Deus permisisset demonia dicere veritates clarissime, satis durum erat, quia ex hoc conijci poterat aliquo modo ea Deos esse, & sic non haberent modum diuertendi ab illa superstitione. Cum autem audiebant responsa ambigua, & audientes in vnam partem interpretabantur, & postea videbant defectu in aduersum, estimabant Deum illum fuisse mentitum, & sic modica fides adhibebatur tali Deo. estimato, vel quasi totaliter abolebatur, & sic factum fuit paulo ante tempora Saluatoris, qui vera responsa, ut Deus verus daturus erat. De hoc patet per exemplum de consultatione Appij Romani, quod supra posuimus: nam ibi Phebus veritate euentus futuri cognouit, cum dixit: Nihil ad te Romane bellum hoc attinet: Cela tenebis. Si enim nescisset hoc Phebus,

Appius Romanus deceptus responso Apollinis.

Quicumque summus sacerdos intrabat tabernaculum induebat omnibus sacris vestibus preterquam in duobus casibus.

Demoni qui erant dii Gentilium semper reddebant responsa obscura.

Phebus, non potuisset se determinare ad aliquid, quod erat ita occultum, scilicet quod Appius Celam teneret. Nam non est hoc sicut in risione data Pyrrho. quilibet enim talem risionem dare sciret, quod aut romani vincerent Pyrrum, aut Pyrrus Romanos, quod importabat sua risione, hoc enim nihil differt a ridiculo illo Tyrelicæ vaticinio, qui respondebat inquirerentibus antequam questionem determinaret dicens, quidquid dicam aut erit aut non, ut ait Boetius de consolatione li. 5. profa 3. Non tamen permixtus est Phebus clare hoc dicere, quia appropinquabant tempora Saluatoris, in quibus volebat omnem falsorum deorum auctoritatem, & fidem aboleri. *Tumim*. In Hebraeo positum signat integritates. Est sensus quod veritas ista, que erat in rationali vocabatur integritas, siue integritates: nihil magis est conueniens veritati, quam integritas: nam verum, & bonum constant ex integra causa, malum vero, & falsum ex defectibus particularibus, ut ait beatus Dionysius, ad bonitatem, & veritatem requiritur concursus omnium causarum bonitatis, & veritatis, ad falsitatem & malum sufficit defectus vnius cause, vel circumstantie bonitatis, & veritatis, litera ergo nostra dicit hoc clarius ponens doctrinam & veritatem. Etiam litera Hebraica posuit ista nomina in plurali dicens. *Vrim, & tumim*. Id est lucis, & integritates: ponitur tamen pro singulari plurali, id est lux & integritas: nam litera Hebraica nimis barbarica est, quia quod aliquando ponatur plurale pro singulari, vel e contrario satis congruit, sed litera Hebraica interdum ineptissime ponit: ut cum dicitur Deut. 5. c. in litera nostra. Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, in Hebraeo dicitur. Elohim haim, id est deorum viuentium.

An quaestiones, que ad Deum fiebant de oculis, proponerentur in scripto, vel in voce, & quid erat doctrina, & veritas posita in rationali.

QV AESTIO. XV.

SED queritur quid sit ista doctrina, & veritas posita in rationali. Quidam, qui ponunt laminas fuisse in plicatura rationalis (ut supra dicebamus, ut tenet Rabbi Salomon & Rabbi Abraham Aben Ezra, dicunt quod ista laminæ erant doctrina, & veritas, quia per noia, que in eis erant scripta, sciebatur verè futurus rei euentus, tanquam illa laminæ perfecte hoc demonstrarent, vel docerent. Et dicunt, quod modus inueniendi veritatem erat iste, quod sacerdos ponebat super pectus suum rationale, & scribebat in papyro questionem illam, de qua certitudinem volebat, & ponebat eam in plicatura rationalis inter laminas, & sic veritatem quaestiois facta oratione in scriptam cartæ illi reperiebat. Et quando obijcitur, quia 1. Reg. 23. c. ponitur modus interrogandi applicito ephod. Dicit enim, quod cum rescisisset Dauid quod pararet ei Saul clauis malis, dixit ad Abiathar sacerdotem: applica ephod, & ait Dauid, domine Deus audiuit famam seruis tuis, quod disponat Saul venire ad Ceilam, ut euertat urbem propter me: si tradent me viri Ceile in manus eius, & si descendet Saul, ut audiuit seruis tuis: domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait dominus: Descender. Et rursum Dauid. Si tradent viri Ceile me, & viros, qui mecum sunt in manu Saul? & dixit dominus: Tradent. Sic patet 1. Reg. 30. c. vbi consuluit Dauid dominum applicito ephod dicens. Persequar an non latrunculos hos, & comprehendam eos? & dixit dominus, persequere, absque dubio enim comprehendes eos excuties prædam. Videtur ergo quod non fiebat quaestio, vel risione in scriptis, sed in voce. Respondent illi quod licet ista dicantur in verbis, tamen in scriptis gesta sunt, & hoc quod Alph. Toft. super Exodi

non repugnat multum literæ. Nam cum dicitur, quod Dauid quaesuit a Deo talia, vel talia, & quod Deus ruderit talia, vel talia, non sequitur, quod sic Deus in voce ruderit, aut Dauid loquens ista quaesierit, sed quod in scripto vterque proponeret. Dicendum tamen magis, quod ista quaestio. Docet de terminis in voce fiebat, & conformiter risiones, & tamen non fiebant nisi ille, qui inquirebat haberet ephod cum rationali, ideo ante omnem inquisitionem Dauid dicebat ad Abiathar, applica ephod, id est superhumerali cum rationali, & in hoc erat doctrina, & veritas in rationali. Alij dicit, quod cum sacerdos indutus ephod humiliaret se coram domino pro risione huius dubij audiebat vox domini per Angelum de quaestione ridentis. Iosephus dicebat, quod in sardonice, qui erat in superhumerali in humero dextro tantus radiorum fulgor apparebat, cum sacrificia Deus acceptabat, ut longe assentibus illi notabiliter videretur. De lapidibus autem rationalis dicit, quod cum Iudei exituri erant ad bellum, tanto splendore lapides illi micabant, ut cunctis perspicuum esset Iudeos esse victuros. Dicit tamen, quod iste fulgor cessauit ducentis annis antequam ipse libros antiquitatum scribere inchoasset, quos scripsit quadraginta annis vel paulo post passionem Christi, & sic annis centum sexaginta vel quasi ante Christi natiuitatem, vel paulo antecessauit. Fuit enim hoc inter tempora Machabæorum, & Alexandri, scilicet postquam regnauit Alexander, & antequam dominarentur Machabej. Nam Machabej pauco tempore ante Christum fuerunt, ut patet computando reges intermedios inter Christum & Simonem Machabeum, qui fuit vltimus de tribus Machabeis. Et hoc verum fuisse aliquantulum conuincitur, quia in toto tempore Machabæorum non reperitur, quod Deum consuluerunt, sicut reperitur, quod saepe consulere tpe regum Iuda, & Israel, ut patet discurrendo libros Reg. & Paral. Etiam magis manifestatur hoc ex ipsomet Machabæorum libro. Nam cum gentes conquinassent templum sanctum Ierusalem, & altare, Iudas mundauit altare, dicit quod excogitauit de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quod de eo faceret, & incidit illi consilium bonum, ut destrueret illud, ne forte esset eis in opprobrium, quia contumauerant illud gentes, & demoliti sunt illud, & reposuerunt lapides in monte domus domini in loco apto, quousque veniret propheta, & responderet de eis. Ecce enim quomodo lapides altaris sic in dubio reliquerunt, quousque propheta veniret. Si tamen illo tempore maneret fulgor ille gemmarum rationalis, ut per illud veritas occultorum cognosci posset, quaesitum fuisset de illo dubio, quod satis magnum erat, & rationale erat de illo quaeri. Non ergo erat tunc talis fulgor, nec aliquis modus respondendi applicito ephod. De hoc primo Macha. 4. cap.

An manifestaretur veritas pro applicatione rationalis.

QV AESTIO. XVI.

SED adhuc dices, quod non manifestabatur veritas futurorum per applicationem rationalis, sed per superhumerali, siue ephod, quod est idem: nam quocumque de aliquo dubio veritas inuestigabatur, sacerdos vel aliquis alius applicabat sibi ephod, & sic respondebatur, ut patet saepe in libris Regum in testimonijs allegatis. Responderet quod rationale & superhumerali simul vnita erant, ita ut a se inuicem separari nequirent. Applicando ergo superhumerali, applicabatur rationale. Et quia rationale erat aliquid positum in superhumerali tanquam pars in toto, denominabatur totum ephod, siue superhumerali: virtus tamen secundum quam reue-

Alia opinio. Iosephus dicitur sacrosancte extitisse in superhumerali.

An ephod in quo Dauid ueritate quæbat, fuerit conuictum rationali.

labantur ea, quæ inquirebantur, non erat propter rationale. Sed dicitur adhuc aliquis, quod ista ratio ad dubia, de quibus habetur in primo libro Regum, non fiebat propter rationale conuictum ephod siue superhumerali, quia ephod, de quo ibi dicitur, non est ephod, in quo erat rationale. Nam ephod cui rationale conuictum erat, uelut erat solius summi sacerdotis: ad minores autem sacerdotes solum pertinebant femoralia, & tunica lineæ, & cingulum, & cidaris, cetera autem summi sacerdotis ornamenta erant. Ergo ephod, & rationale ad solum summum sacerdotem pertinebant. Sed sacerdotes minores, & interdum illi, qui non erant sacerdotes gerebant ephod, ergo illud non erat ephod habens rationale, de quo hic dicitur. Antecedens patet, quia Samuel non erat sacerdos, sed solum de genere Leuitarum, & tamen portabat ephod, ut patet 1. Reg. 2. c. cum dicitur: Samuel autem ministrabat ante faciem domini puer uelutis ephod. Et patet quod aliqui sacerdotes, qui non erant sacerdotes magni, portabant ephod, ut patet 1. Reg. 22. c. cum dicitur: Conuersus Boog ruit in sacerdos domini, & trucidauit in die illa octoginta quinque uiros uelutis ephod lineo. Constat tamen quod unus solus erat summus sacerdos, scilicet Achimelech, ut patet 1. Reg. 21. & 22. c. Etiam istud ephod non erat tale, quale ephod summi sacerdotis. Nam ephod summi sacerdotis erat de auro, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, pulchra uarietate contextum, & ponebantur in eo lapides preciosi, ut patet hic: alia superhumeralia siue ephod erant simplicia, scilicet solum facta de lino, ut patet de ephod, quod gerebat Samuel coram domino, de quo dicitur 1. Reg. 2. cap. Samuel autem ministrabat ante faciem domini puer uelutis ephod lineo. De sacerdotibus etiam minoribus, quod portassent ephod non tale ephod summi sacerdotis patet, quia dicitur 1. Reg. 22. c. Conuersus Boog ruit in sacerdos domini, et trucidauit in die illa octoginta quinque uiros uelutis ephod lineo. Et sic non uidetur dicendum, quod ephod, quod sibi applicandum Dauid petebat, quando consulebat deum, esset ephod summi sacerdotis, quia Abiathar, qui ambulabat cum Dauid portabat istud ephod, ut patet 1. Reg. 23. & 30. cap. & tamen ipse erat de sacerdotibus minoribus: nam cum occideretur pater suus Achimelech, qui erat summus sacerdos, & tota domus patris sui uique ad 85. uiros uelutis ephod, ipse de inter fratres suos suos effugiens euasit, unde uidetur, quod ipse sicut ceteri portabat lineum ephod: sed in illo quærebat Dauid a domino, & accipiebat responsum. Ergo non solum responso fiebat applicito ephod, sed etiam applicito tali ephod, quale non erat ephod siue superhumeralis sacerdotis magni, & istud non habebat rationale. Respondetur quod istud ephod, quod applicabat Abiathar sacerdos, erat ephod summi sacerdotis continens intra se rationale, in quo erat doctrina, & ueritas. Et patet aliquantulum ex hoc, quia si Abiathar erat summus sacerdos poterat habere ephod cum rationali ad ministracionem suam: sed satis patet quod Abiathar fuerit sacerdos magnus: nam licet uiuente Achimelech patre eius ipse Abiathar, & ceteri fratres sui portabant ephod lineum tanquam minores sacerdotes, cum tamen ad mandatum Saulis Achimelech summus sacerdos cum tota domo sua interfectus esset, Abiathar, qui solus manebat, successurus erat in summo sacerdotio. Cum ergo ipse fugiens cognouit totam suam cognationem Saule mandante gladio fuisse deletam, sciuit ad se summum sacerdotium legitima successione pertinere, & ueniens per ciuitatem Nobe, in qua erat sanctuarium, & omnia pontificalia ornamenta rapuit saltem ephod cum ra-

Ad quæst. responso.

Ad quæst. responso.

tionali, quia sciebat hoc ornamentum necessarium esse ad consulendum dominum, sicut eis oportebat in talibus afflictionibus laceffitos. Confirmatur etiam hoc, quia Abiathar postea fuit summus sacerdos, ut patet 3. Reg. 1. c. & 1. Paral. 1. c. 24. licet & Sadoch cum eo ex diuina electione, & prophetica pronunciatione assumptus esset. Manet ergo, quod solum rationale erat in quo doctrina, & ueritas posita erat, & per quod ad quæstiones respondebatur. Secundum Iosephum non sunt ponendæ laminæ intra plicaturam rationalis, sed ipsi lapides in rationali existentes erant doctrina, & ueritas, quia per fulgorem eorum debebantur homines de ueritate, quam inquirebant. Cum ergo iubetur poni doctrinam, & ueritatem, iubetur poni lapides illos sic fulgentes: quidquid tamen horum sit non multum refert. *Quæ erant in pectore Aaron, quando ingredietur coram domino.* Doctrina, & ueritas dicuntur esse in pectore Aaron, id est super pectus, quia cum rationale super pectus eius esset, & rationale sit, in quo esse doctrina & ueritas, necesse est in pectore Aaron esse doctrinam & ueritatem. Id autem quod dicit Iosephus, scilicet quod emittetur fulgor de lapidibus illis ad iudicanda dubia, multum consonat literæ Hebraicæ, quæ dicit *Urim, & Thummim*. Id est lucet, & integritates, scilicet quod ab illis lapidibus lucet fundebantur. *Quando ingredietur coram domino.* Id est quando ingredietur ad tabernaculum primum. Nam in sancta sanctorum nunquam intrabat his uelutibus (ut supra probatum est.) intrando tabernaculum primum dicebatur stare coram domino, quia ibi Deus specialiter esse dicitur, ubi specialiter colitur: sed in sanctuario specialiores ministraciones ei fiebant, scilicet adolere thymiama in altari thymiamatum, & ponere panes in mensa propositionis, & parare lucernas in candelabro. *Et gestabit iudicium filiorum Israel.* Id est rationale per quod iudicantur quæstiones dubiæ filiorum Israel. Unde rationale iudicij dicitur, ut patet supra. *In pectore suo.* Id est super pectus suum, ideo Hebraei istud ornamentum pectorale uocant. *In conspectu domini.* Scilicet intra tabernaculum, ubi dicitur esse in conspectu domini, non tamen in omni loco, ubi dicitur esse in conspectu domini, quia intra sancta sanctorum sacerdos stans stabat in conspectu domini, tamen non portabat ibi rationale, & superhumeralia, ut supra declaratum est. *Semper.* Scilicet semper quando intrauerit in tabernaculum primum: Duo calus tamen excipiuntur, ut supra declarauimus. *Facies & tunica.* Istud est aliud ornamentum quod est pure pontificale: nam solum summus sacerdos tali tunica induebatur. Ista tunica non erat confuta ex diuersis pannis, aut diuersis eisdem panni partibus per suturam colligatis, sicut communiter in alijs uelutibus fieri consueuit, quia dicitur quod in medio eius capitium fieret, ex quo uidetur, quod pannus satis amplus in circuitu scindebatur secundum magnitudinem stature uirilæ, & in medio huius panni fiebat foramen quoddam, per quod sacerdos caput mitteret. Non erat etiam ista uelutis facta ex filis diuersorum colorum, scilicet ex auro, & hyacintho, purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta, sed ex solis hyacinthinis filis fiebat, quia dicitur: *Tunicam totam hyacinthinam.* Et in foramine facto ad mittendum caput, fiebat ora textilis in gyro, ne uelutis facilliter rumpetur, sicut in alijs uelutibus fieri consueuit. In extremitate uero uelutis huius, quæ tangit pauimentum ponebantur in gyro septuaginta duo tintinabula de auro, & septuaginta duo malogranata, scilicet unum tintinabulum, deinde unum malogranatum, & sic seriatim.

Tunica hyacinthina non erat confutis sed tota facta ex eadem parte panni.

Opi. Iosephi.

An tunica hyacinthina haberet manicas.

QUESTIO XVI.

DE manicis autem utrum talis tunica eas haberet, non constat. Aliquis dicit, quod non habuit aliquas manicas confutiles, sed in lateribus uelutis fiebant foramina, per quæ sacerdos manus mitteret ad ministrandum sicut est in chlamydis nostris, quibus super uelutis alias induimur. Sed hoc non multum uidetur, quia eodem modo deberent poni ibi oræ textiles in gyro ne uelutis facilliter rumpetur. Hoc autem argumentum non multum militat, quia licet fuerit arguit scriptura: nam qualitercunque sit manica illa habuerint, tacitum est. Aliquis forte dicit, quod huius uelutis manicæ nullæ erant, & hoc aliquantulum uidetur conuictum, quia non fit de eis uilla mentio, sed, quod sacerdos ponebat manus suas sub oras tunicæ, quia ista tunica multum ampla erat, & poterat pars anterior replicari super brachia sacerdotis, sicut fit in casulis præbyterorum nostrorum. Nam in eis manicæ nullæ sunt: sed super brachia sacerdotis pars anterior uelutis replicatur. Sed hoc non multum consonat, imò nec uidetur ullo modo posse stare, quia ista tunica hyacinthina tota in gyro tintinabulis, & malogranatis plena erat, ut patet in litera, si autem sacerdos magnus super brachia sua replicaret uelutem illam maior pars malogranatorum, & tintinabulorum in uoluerentur super brachia eius. Hoc autem triplex inconueniens causat. Primum quia inutiliter ista malogranata, & tintinabula posita erant: nam malogranata erant ad pulchritudinem, tintinabula autem ad sonum. Cum uero super brachia sacerdotis replicaretur uelutis, sicut replicatur casula præbyterorum nostrorum: necesse erat partem mediam tintinabulorum uelutis, & malogranatorum intra uelutis plicaturam laterè, & sic nec malogranata lateria ad pulchritudinem fierent, nec tintinabula sonitum redderent. Secundum inconueniens erat, quia multum noceret sacerdoti, & faceret eum non posse ministrare: nam cum tanta copia tintinabulorum, & malogranatorum super brachia eius aduoluerentur, redderentur brachia eius ita graui, quod nullo modo sacerdos ea tenere possent. Tertium inconueniens erat, quia ista multum nocerent ueluti: nam tintinabula, quæ dura erant ex continuata cõplicatione intra uelutem hyacinthinam rumpere illam. Dicendum ergo, quod non mitteret sacerdos manus sub uelutis huius extremitates anteriores, sicut in casula præbyterorum nostrorum fit. Iosephus autem dicit, quod ista uelutis habuit manicas confutiles (ut supra diximus) sicut dalmaticæ diaconorum nostrorum, & subdiaconorum habent, & in extremitatibus manicarum ponebatur ora textilis de auro, ne facilliter rumperebatur. Hoc etiam aliquantulum uidetur esse non coaptatum, quia istæ manicæ confutiles solum coaptantur uelutibus strictis, & cõtinuis corpori, sicut sunt uelutis nostre interiores, & sunt dalmaticæ, quæ strictæ sunt: casula autem, quæ ampla est, non coaptantur, ideo non apponuntur. Er patet etiam in nostris chlamydis, quæ ualde ample sunt in extremitatibus suis, ideo eis manicæ non coaptantur, nec apponuntur. Quoquo modo tamen res habuerit, non oportet ponere modum istud supra immediate dicitur sed primum, scilicet quod haberet aperturas, per quas sacerdos magnus mitteret brachia aut istum nunc dicitur, scilicet quod haberet manicas confutiles. Videtur tamen Iosepho credendum, quia ista uidet, ut ipse testatur. *Facies tunica superhumeralis.* Id est

Tria inconuenientia sequentia si non ponerentur manicæ in tunica hyacinthina.

Alph. Toft. super Exodi

A tunica, super quam ponebatur superhumeralis immediate, non enim ponebatur super tunicam lineam immediate. *Tota hyacinthina.* Id est: tota erat contexta de filis hyacinthini coloris. Dicitur hoc ad differentiam aliorum ornamentorum pontificalium, qui erant ex uariis coloribus. *In eius medio supra.* Ista uelutis considerabatur dupliciter. Quia autem in plano extenta, aut ut coaptata corpori humano, quod est secundum altitudinem uelutis. Secundum primum modum accipitur in uelute medio, & ora, siue extremitates. Quantum ad secundum modum accipitur in uelute illa sursum & deorsum, & ista duo ponuntur in ista uelute hyacinthina. *In eius medio supra.* Nam ista uelutis, quando extendebatur in plano erat rotunda, sicut unus circulus, & in centro illius circuli, quod est medium fiebat capitium, id est locus, uel foramen ad mittendum caput. Cum autem ista uelutis coaptari debebat corpori sacerdotis, extremitatibus eius tangentibus aequaliter terram, uel quasi tangentibus erat una pars, quæ eleuatur ceteris erat, & illa dicebatur supra in illa uelute. Erat autem hæc idem cum medio illius uelutis, scilicet quod illa pars, quæ erat medium siue centrum cum uelutis extendebatur in plano, erat supra, cum uelutis coaptabatur corpori alicuius uiri. In illa ergo parte, quæ erat simul medium, & supra captium fiebat. *Fuit capitium.* Capitium a capite dicitur, & est locus apertus ad mittendum caput. *Et ora per girum eius textilis.* Ora ut hic scribitur sine. h. signat limbum, siue extremitatem alicuius rei: sic ait Hebrardus.

Aspires horam tibi tempus significabit.

Quod si non aspiret dabit limbum, & regionem.

Erat ista ora quædam parua particula panni siue de filis auri esset, uel de quibuscunque alijs filis, & consuebatur extremitatibus uelutis in capite, ne rumperebatur uelutis per extremitates illas. *Per gyrum eius.* Non per gyrum uelutis totius, scilicet ubi tintinabula, & malogranata erant: sed per gyrum capitis uelutis. *Textilis.* Id est quod ista ora panni sit fortis, & multum texta, quia ibi firmitas uelutis est. *Sicut fieri solet in extremitatibus uelutis.* Ponit exemplum commune, ut Moyses melius intelligeret. Vocantur hic extremitates uelutis non omnes extremitates: nam extremitates tangentes pauimentum non consueuntur oris textilibus, quia per talia loca nunquam uelutis rumpi possunt, cum nulla vis tractus in parte illa sit: sed ponuntur in extremitatibus uelutis, scilicet in capite, & manicis. *Ne facilliter rumpantur.* Ista est redditiõ causæ, quare hoc fiat. *Deorsum uero.* Accipitur deorsum, prout coaptatur ista uelutis corpori humano, quia tunc capitium, quod est circa partem superiorem, scilicet circacaput, uocatur supra in uelute illa: ora autem, quæ sunt circa pedes uocantur deorsum, quia sunt circa partem hominis, quæ dicitur deorsum. *Ad pedes eiusdem tunica.* Vocantur pedes tunicae extremitates tunicae, quæ tangunt pedes hominis. *Per circuitum.* Tota uelutis in gyro plena erat tintinabulis, & malogranatis. *Quasi mala punica facies.* Accipiebatur pannus contextus ex hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & complicabatur in rotundum: sicut sunt condyli uelutis rotundi, & ista erat figura malogranatorum. Ista appendebantur in extremitatibus illius tunicae hyacinthinae confuta filo, sicut condyli uelutis cõsueuntur ipsis uelutibus: nam non potest dici, quod ista malogranata essent de ipsa tunica, quoniam tunica erat tota hyacinthina, ut patet in litera. De istis tamen malogranatis dicitur, quod erant de auro, & hyacintho, purpura & cetera.

Pars Secunda. I 4 Item

Item quia non videbatur modus, per quem ex eodem panno continuato in extremitatibus vestis fierent malogranata ista: *Quasi mala punica*. Non dicitur facies mala punica, sed facies quasi mala punica, quia tintinabula, de quibus hic dicitur vera tintinabula erant. Mala punica tamen non erant vera, sed artificia. Malum punicum est quod nos clariores videntes vocabulo malogranatum appellamus. Dicitur enim malogranatum a proprietate naturae suae. Malum punicum dicitur a terra, in qua primo aut potissimum tales arbores, & fructus inuenti sunt. Nux ut consuetudo omnium latinorum est, vocatur quilibet fructus, qui corticem valde durum habet, ut sunt nuxes, amygdala, auellana, & similes fructus. Mala vocantur alii fructus, quia tamen multae species sunt distinguimus eas interdum per adiunctionem factam ad istud nomen malum dicentes, malum punicum, malum persicum, malogranatum, malum citrinum, & sic in ceteris. Ille tamen fructus, quem nos nominare volumus, vocatur malogranatum, id est malum habens in se grana. Recte quidem hoc nomen assumpsit, quia nullus fructus est, qui plura contineat, quam iste: vel qui totus sic consistat in granis, sicut iste. Vocatur malum punicum, id est malum aphyricanum, quae enim aphyrica sunt punica nominantur, ut ait Cato.

Si Romana cupis, & punica noscere bella.

Id est aphyrica, nominatur sic quia in terra illa primo iste arbores inuentae sunt. *Ex hyacintho, & purpura, & cocco bistincto*. Filia istorum colorum trium erant ad compositionem hominum malorum punicorum. De quibus filis supra dictum est. *Mixtis in medio tintinabulis*. Inter duo mala punica vnum tintinabulum, & erant ista tintinabula ex auro, & vocantur tintinabula sive nomen onomatopoei, id est a sono suo formata: sic enim tintinabulum sonat, cum percussit. *Ita ut tintinabulum sit aurum, & malum punicum*. Ita litera videtur innuere, quod vnum tintinabulum fieri debebat de auro, & vnum malum punicum de auro, & rursus aliud tintinabulum aureum, & malum punicum aureum. Sed non potest sic intelligi, quia supra dicebatur, quod mala punica essent de hyacintho, & purpura, & cocco bistincto. Dicitur autem quod hic est principium erroris propter equiuocationem huius verbi sum. Nam interdum, & ex proprio signato stat pro esse, ut cum dicamus, quod homo est animal, vel quod homo est albus, quia solum signat ibi essentialem, siue substantialiter, siue actualiter. Aliquando autem ex usurpatione nostra trahitur ad signandum vbicatio nē, vel situationē, sicut dicimus, homo erat in domo, ibi erat, non signat essentialem aliquam, siue actum essendi, sed vbicationem. Aliquā ita pro situatione siue positione, ut cum dicimus, ista vestis est extenta, vel curuata, quod aliquo modo potest pertinere ad situm, aliquo modo ad habitum, sive quod vestis poterit diuersimode considerari. Sic autem hic cum dicitur, & tintinabulum sit aureum, si teneatur, sit, ut dicit esse primo modo, est sensus, quod tintinabulum fiat ex auro, vel sit factum ex auro, & tunc destrueretur intellectus literae, quia esset sensus. *Ita ut tintinabulum sit aurum, & malum punicum*. Id est quod tintinabulum fiet ex auro, & malum punicum, scilicet etiam fiet ex auro: nam necesse est in utroque eodem modo accipi istud verbum sit. Accipiendo secundo modo est sensus. *Quod tintinabulum sit aurum*. Id est quod tintinabulum, quod aureum est, sit, i. situetur, vel ponatur. *Et malum punicum*. Id est sit malum punicum, i. ponatur, scilicet post tintinabulum. Et patet per ea, quae subdunt, quod solum importetur hic ordo, & non esse, quia dicitur. *Rursusque tintinabulum aliud aurum, & malum punicum*. Id est post tintinabulum & malum punicum, quod primo posita sunt, immediate ponatur aliud tintinabulum au-

Malum punicum videtur dicitur.

De equiuocatione verbi sum.

reum, & ponatur malum punicum. *Et vestietur ea Aaron*. Et omnes sui successores, qui essent sacerdotes magni, quia hoc non erat personale, sed ad dignitatem ipsam cuiuslibet summi sacerdotis pertinebat. *In officio ministerij*. Id est quando ministrare debet, & hoc non ad omnem ministrationem, quia ad ministrationem, quae fiebat extra sanctuarium, non induebatur summus sacerdos ista veste, nec alijs pontificalibus, ut supra dictum est. Nullo modo poterat aliquis sacerdos magnus uti ista veste ad aliquos vsus profanos: nec indui ea extra sanctuarium, accipiendo sanctuarium pro toto tabernaculo cum atrio eius.

An verum sit quod summus sacerdos exierit obuiam Alexandro extra Ierusalem vestitus omnibus vestibus sacris, & antequam sacerdos fecit contra istud praeceptum.

QV AESTIO. XVII.

ET si obijcias de eo, quod dicitur Alexandreis primo libro, scilicet quod cum Alexander veniret contra urbem Ierusalem, exiit summus sacerdos ei obuiam cum ceteris sacerdotibus vestitus omnibus vestibus suis, & laminam auream gerens in fronte. Ad hoc respondere posset quispiam negando tale quid factum fuisse, cum non constet ex sacra scriptura. Sed ista responsio insulsa est, & ab eo, qui modica nouit, cuius intra viscera coangustatur cor, ita vt aliter respondere nequeat, nisi fidem scripturarum aboleat. Dicendum ergo, quod sacerdos magnus, sicut dicitur, exiit obuiam Alexandro magno, & sic effugerunt iram eius. Nec oportet destruere fidem tantarum historiarum, quae non sunt vulgares fabulae, sed veritates solidissime a viris approbatae eruditissimis. Et conijcitur hoc verum fuisse etiam adempta historica auctoritate. Constat enim, quod Alexander Macedo destruxit ciuitatem Tyrum, & Sidonem ciuitates opulentissimas Phenicis, & terram propinquam, in qua habitauerant Philisthim, vt communi confessione conceditur. Et ipse Zacharias propheta de hoc praedixit, & ipsi Iudei sic exponunt Zachariam. Dicant obsecro, quomodo ciuitas Ierusalem euaserit gladium Alexandri, cum ceterae finitimae ciuitates potentissime eius impetu corruerint: nunquid in gladio, & arcu aestimo, quod nullus quantumcunque inspiens taliter responderet, constat tamen urbem Ierusalem illasam mansisse tempore Alexandri, nec etiam eius dominio subdita est, cum esset confederata Dario regi Persarum. Dicendum ergo, quod in primo Alexandri libro circa finem ponitur, scilicet quod cum Alexander mortuo patre suo Philippo ambiguus esset vtrum regnum paternum teneret, an in hostiles tenderet regiones regnum suum amplificaturus, sicut pater eius fecerat: cumque quadam nocte incertum an vigilans esset, vit ei reuerendi vultus apparuit auream laminam in fronte gestans ceterisque pontificalibus vestibus adornatus, qui Alexandrum sic allocutus est. Egrederere o Macedo omnium fortissime regum apatrijs oris, oem tibi pessandabo gentem, & post haec praecpta complens dixit, quando sic me videris miserere meorum. Alexander hac visione nimium confortatus bella facere inchoauit, vt patet in principi 2. lib. Alexandreis, deinde interiectis quibusdam bellis Alexander contra Darium, & alios duces eius veniens in terram Phenicis Tyrum nobilissimam, atque opulentissimam ciuitatem bello domitam incendio, & euersione deleuit: cumque ad urbem Ierusalem, quae terra illi

Ris. aliquorum. Confut.

Doct. de termi.

Quomodo verum sit Alexandrum venisse Ierusalem.

Repugnat huiusmodi dicitur in hominibus autem hoc ad bonorum institutiones obseruandum est: quia alias multo offenderemus, & offenderemur. Ad Deum tamen necessarium non erat: quia Deus vel angelus, qui in aliqua effigie intra sanctuarium apparet: bene nouerunt, quando sacerdos ingreditur, & egreditur: superfluum ergo est doctum erudire, & sufficienter communitum admonere. Item dato quod Deus, & angelus ibi apparentes non scirent quando sacerdos ingrediebatur, & egrediebatur: tamen non possent hoc cognoscere per tintinabula sacerdotalis vestis, quia Deus & angeli oculis, vel auribus ceterisque organiceis potentijs, & instrumentis nihil perpendunt, cum talia non habeant, quia ista sunt virtutes corporum: Deus autem incorporeus simpliciter est: sonitus autem obiectum solius potentiae audiuae est: impossibile ergo est Deum videre, aut audire, & angelos conformiter: non ergo sunt istae admonitiones eodem modo necessariae ad Deum, & angelos, qui apparitiones aliquas intra tabernaculum faceret, sicut ad homines commoneudos, qui ista percipiunt cum sunt, & antequam fiant non intelligunt: Deus autem, & angeli cum sunt ea non percipiunt organice, vt perceptibilia sunt, & antequam fiant sciunt quoniam futura sunt. Ponebantur ergo ista tintinabula ad concitandum reuerentiam humanam, scilicet quod sicut nomina filiorum Israel sculpebantur in lapidibus rationalis, & superhumeralis ad memoriale, siue recordationem: non quod Deus per illos lapides recordaretur, sed quod homo sciret, quomodo memoria nostri, vel potius consideratio semper est in Deo: ita ista tintinabula ponebantur ad incitandum ipsum sacerdotem, vt reuerenter intraret, cum tintinabula gestaret, quae quasi ad ostium tabernaculi clamarent ad Deum vtrum daret licentiam introeundi, & audito sonitu tintinabulorum, sacerdos erat licentiatu intrare in tabernaculum: si autem non portaret secum tintinabula, non haberet licentiam introeundi non vocato hospite, ideo si introiret, moriebatur, quasi iniuriam ageret domino domus. Et sic dicitur in litera, quando ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu domini, ne moriatur dicitur. Quando ingreditur. Quia tunc sacerdos mouetur, & tintinabula sonant. Et quando egreditur. Quia etiam tunc mouetur, & sonant. Cum autem sacerdos manet intra tabernaculum ministrando, vel orando, quia non mouetur, non sonant tintinabula. Et est sensus secundum similitudinem quasi si loqueretur ad hominem, quod ne sacerdos videat visiones Dei, vel angelorum, cum ingreditur, quod pulset tintinabula ad ostium tabernaculi: & quia exeunte sacerdote Deus redire debet, vel angelus ad mansionem, commoneatur, quod redeat per sonitum tintinabulorum, quae sunt signum, quod sacerdos egreditur. Et non moriatur. Quasi dicat: si secus ageret moreretur: ideo hanc regulam tenere debet. Facies & laminam de auro purissimo. Hic ponitur aliud ornamentum, quod erat pure Pontificale, scilicet lamina aurea. Figura huius erat, quasi semicirculus cooperiens ab aure ad aurem perueniens per frontem. Spissitudo autem huius satis modica erat, quia alias ponderosa esset. Latitudo huius erat quasi duorum digitorum, ita quod totam frontem cooperiret, & labium coronae huius, scilicet pars superior tegebat extremitatem mitrae hyacinthinae: erat autem in hac lamina descriptum litera Hebraica: Codes la Adonai, id est sanctus ad domi-

Non fuit contra istud praeceptum, quod summus sacerdos exierit obuiam Alexandro in Ierusalem.

illi valde propinqua est (quod patet cum Christus in confinio Tyri, & Sidonis praedicauerit, vt habetur Matth. vigesimo quinto cap.) misisset legatos, vt se ei incurrerent subijcerent, aut bello se pararent: Ierosolymitanē ne infirgerent fœdera cum Dario rege Persarum conuenta Alexandro se subijcere noluerunt, cumque Alexander irascerens, vt ira impatiens erat, curia veloci tenderet in Ierusalem, vt eam sanditus enertendo solo adaequaret, iaceretores, & tota plebs ante Alexandri aduentum scientes vltimum terribilis mortis instare discrimen, precibus, & ieiunijs coram domino supplices iacuerunt: quibus ad vltimum responsum est, vt sacerdos magnus omnibus suis vestibus adornatus cum ceteris sacerdotibus, & in vniuersa frequentia plebis Alexandro obuiam exirent in pace. Cumque ad urbem Alexander furor incensus accederet, viso summo sacerdote in eisdem vestibus, & sub eadem imagine, sub qua olim in Graecia apparuerat, protinus equo disiliens genibus eius suppliciter aduolutus est, quasi eum vt Deum, & directorem in omnibus suis operibus habuisset, & sic intrauit pacifice in Ierusalem multa ciuibus libertate donata, & permissis in fœdere, quod cum Dario olim pepigerat. De his Galterus Alexandreis libro 3. Quod autem hoc non fuerit contra aliquod praeceptum datum de vestibus Pontificalibus patet, nam licet praeceptum esset, quod sacerdos non vteretur vestibus istis extra sanctuarium, nec ad alios vsus: si tamen Deus mandaret in aliquo casu aliter fieri, non infringebatur prior lex cum ipse eam condidisset: & interpretaretur legem illam in tali casu non tenere vim obligationis: sic enim licet datum esset mandatum, quod nunquam fieret sacrificium, nisi super altare holocaustorum intra atrium sanctuarii, vt patet Leuit. 17. & Deut. 12. c. Tamen David immolauit in arca Aream Iebusaei, vt patet 3. Reg. 18. c. & sic de alijs. Quia tamen isti mandato, vel inspiratione Dei mouebantur tanquam bonum reputatum est, & sacra scriptura illud commendat. Ita ergo hic dicendum est, quod reuelatione Dei admonitus summus sacerdos, sic indutus Alexandro Macedoni obuiam exiit. *Vt audiatur sonitus, quando ingreditur, & egreditur*. Ista est praecipua causa tintinabulorum aureorum, scilicet vt quando ipse moueretur, sonarent tintinabula. *Quando ingreditur, & egreditur sanctuarium*. Aliqui dicunt, quando ingrediebatur in Sancta Sanctorum. Sed hoc falsum est, quia, vt supra probatum fuit, quando intrabat in Sancta Sanctorum, non induebat vestes Pontificales, sed solas vestes sacerdotis minoris, s. vestes lineas. Si autem posset stare, quod intraret summus sacerdos in Sancta Sanctorum indutus his vestibus valde conueniebat: & adhuc magis ex hac parte quam quando intraret in sanctuarium exterius (scilicet, quia vt aiunt Hebraei, & ista videretur intentio ex litera) Deus mandabat poni ista tintinabula, vt audiretur sonitus sacerdotis intrantis, & exeuntis. Et hoc erat, quia in sanctuario fiebant apparitiones Dei, in quibusdam formis gloriosis, vel apparitiones angelorum, vt diximus supra 25. c. Deus autem volebat, quod sacerdos videret illa, quae apparebant, vt patet Leuit. 16. c. cum dicitur, assumpto quoque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, hauriens manu compositum thymiana incensum ultra velum intrabit in Sancta, & positus super ignem aromatum nebula eorum operiet oraculum, quod est supra testimonium, & non moriatur. Sed ista apparitio magis fiebat intra Sancta Sanctorum, vbi Deus specialiter erat, quam in sanctuario exteriori, vt declarauimus supra 25. cap. ergo ibi magis hoc attinebat: scriptura tamen non consentit, cuius ratio

nem supra assignauimus. Et ista similitudo est sicut cum quis ad ianuam alicuius domus accedit, non debet intrare priusquam quid clamauerit, vt qui intra sunt caueant sibi, si aliqua secreta agunt, quae ab alijs videri nolent: in hominibus autem hoc ad bonorum morum institutiones obseruandum est: quia alias multo offenderemus, & offenderemur. Ad Deum tamen necessarium non erat: quia Deus vel angelus, qui in aliqua effigie intra sanctuarium apparet: bene nouerunt, quando sacerdos ingreditur, & egreditur: superfluum ergo est doctum erudire, & sufficienter communitum admonere. Item dato quod Deus, & angelus ibi apparentes non scirent quando sacerdos ingrediebatur, & egrediebatur: tamen non possent hoc cognoscere per tintinabula sacerdotalis vestis, quia Deus & angeli oculis, vel auribus ceterisque organiceis potentijs, & instrumentis nihil perpendunt, cum talia non habeant, quia ista sunt virtutes corporum: Deus autem incorporeus simpliciter est: sonitus autem obiectum solius potentiae audiuae est: impossibile ergo est Deum videre, aut audire, & angelos conformiter: non ergo sunt istae admonitiones eodem modo necessariae ad Deum, & angelos, qui apparitiones aliquas intra tabernaculum faceret, sicut ad homines commoneudos, qui ista percipiunt cum sunt, & antequam fiant non intelligunt: Deus autem, & angeli cum sunt ea non percipiunt organice, vt perceptibilia sunt, & antequam fiant sciunt quoniam futura sunt. Ponebantur ergo ista tintinabula ad concitandum reuerentiam humanam, scilicet quod sicut nomina filiorum Israel sculpebantur in lapidibus rationalis, & superhumeralis ad memoriale, siue recordationem: non quod Deus per illos lapides recordaretur, sed quod homo sciret, quomodo memoria nostri, vel potius consideratio semper est in Deo: ita ista tintinabula ponebantur ad incitandum ipsum sacerdotem, vt reuerenter intraret, cum tintinabula gestaret, quae quasi ad ostium tabernaculi clamarent ad Deum vtrum daret licentiam introeundi, & audito sonitu tintinabulorum, sacerdos erat licentiatu intrare in tabernaculum: si autem non portaret secum tintinabula, non haberet licentiam introeundi non vocato hospite, ideo si introiret, moriebatur, quasi iniuriam ageret domino domus. Et sic dicitur in litera, quando ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu domini, ne moriatur dicitur. Quando ingreditur. Quia tunc sacerdos mouetur, & tintinabula sonant. Et quando egreditur. Quia etiam tunc mouetur, & sonant. Cum autem sacerdos manet intra tabernaculum ministrando, vel orando, quia non mouetur, non sonant tintinabula. Et est sensus secundum similitudinem quasi si loqueretur ad hominem, quod ne sacerdos videat visiones Dei, vel angelorum, cum ingreditur, quod pulset tintinabula ad ostium tabernaculi: & quia exeunte sacerdote Deus redire debet, vel angelus ad mansionem, commoneatur, quod redeat per sonitum tintinabulorum, quae sunt signum, quod sacerdos egreditur. Et non moriatur. Quasi dicat: si secus ageret moreretur: ideo hanc regulam tenere debet. *Facies & laminam de auro purissimo*. Hic ponitur aliud ornamentum, quod erat pure Pontificale, scilicet lamina aurea. Figura huius erat, quasi semicirculus cooperiens ab aure ad aurem perueniens per frontem. Spissitudo autem huius satis modica erat, quia alias ponderosa esset. Latitudo huius erat quasi duorum digitorum, ita quod totam frontem cooperiret, & labium coronae huius, scilicet pars superior tegebat extremitatem mitrae hyacinthinae: erat autem in hac lamina descriptum litera Hebraica: Codes la Adonai, id est sanctus ad domi-

Repugnat huiusmodi dicitur in hominibus autem hoc ad bonorum institutiones obseruandum est: quia alias multo offenderemus, & offenderemur. Ad Deum tamen necessarium non erat: quia Deus vel angelus, qui in aliqua effigie intra sanctuarium apparet: bene nouerunt, quando sacerdos ingreditur, & egreditur: superfluum ergo est doctum erudire, & sufficienter communitum admonere. Item dato quod Deus, & angelus ibi apparentes non scirent quando sacerdos ingrediebatur, & egrediebatur: tamen non possent hoc cognoscere per tintinabula sacerdotalis vestis, quia Deus & angeli oculis, vel auribus ceterisque organiceis potentijs, & instrumentis nihil perpendunt, cum talia non habeant, quia ista sunt virtutes corporum: Deus autem incorporeus simpliciter est: sonitus autem obiectum solius potentiae audiuae est: impossibile ergo est Deum videre, aut audire, & angelos conformiter: non ergo sunt istae admonitiones eodem modo necessariae ad Deum, & angelos, qui apparitiones aliquas intra tabernaculum faceret, sicut ad homines commoneudos, qui ista percipiunt cum sunt, & antequam fiant non intelligunt: Deus autem, & angeli cum sunt ea non percipiunt organice, vt perceptibilia sunt, & antequam fiant sciunt quoniam futura sunt. Ponebantur ergo ista tintinabula ad concitandum reuerentiam humanam, scilicet quod sicut nomina filiorum Israel sculpebantur in lapidibus rationalis, & superhumeralis ad memoriale, siue recordationem: non quod Deus per illos lapides recordaretur, sed quod homo sciret, quomodo memoria nostri, vel potius consideratio semper est in Deo: ita ista tintinabula ponebantur ad incitandum ipsum sacerdotem, vt reuerenter intraret, cum tintinabula gestaret, quae quasi ad ostium tabernaculi clamarent ad Deum vtrum daret licentiam introeundi, & audito sonitu tintinabulorum, sacerdos erat licentiatu intrare in tabernaculum: si autem non portaret secum tintinabula, non haberet licentiam introeundi non vocato hospite, ideo si introiret, moriebatur, quasi iniuriam ageret domino domus. Et sic dicitur in litera, quando ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu domini, ne moriatur dicitur. Quando ingreditur. Quia tunc sacerdos mouetur, & tintinabula sonant. Et quando egreditur. Quia etiam tunc mouetur, & sonant. Cum autem sacerdos manet intra tabernaculum ministrando, vel orando, quia non mouetur, non sonant tintinabula. Et est sensus secundum similitudinem quasi si loqueretur ad hominem, quod ne sacerdos videat visiones Dei, vel angelorum, cum ingreditur, quod pulset tintinabula ad ostium tabernaculi: & quia exeunte sacerdote Deus redire debet, vel angelus ad mansionem, commoneatur, quod redeat per sonitum tintinabulorum, quae sunt signum, quod sacerdos egreditur. Et non moriatur. Quasi dicat: si secus ageret moreretur: ideo hanc regulam tenere debet. *Facies & laminam de auro purissimo*. Hic ponitur aliud ornamentum, quod erat pure Pontificale, scilicet lamina aurea. Figura huius erat, quasi semicirculus cooperiens ab aure ad aurem perueniens per frontem. Spissitudo autem huius satis modica erat, quia alias ponderosa esset. Latitudo huius erat quasi duorum digitorum, ita quod totam frontem cooperiret, & labium coronae huius, scilicet pars superior tegebat extremitatem mitrae hyacinthinae: erat autem in hac lamina descriptum litera Hebraica: Codes la Adonai, id est sanctus ad domi-

Doct. expositio.

Quae tintinabula ponebantur in veste hyacinthina summi sacerdotis.

dominum. *Facies laminam.* Vocatur lamina, quia erat aurum extentum opere malleatorio in tenuem quantitatem. Et d. fingitur lamina contra massam, quia massa est aurum in magna quantitate, & rotundum nulla artificiali forma dispositum, sed adhuc rude: lamina autem per malleationem extensa est. *In qua sculpsit opere cęlatoris.* Duo sunt in lamina, scilicet sculpsit, & cęlaris: nam sculpsit est cauare, vel radere: cęlaris est superlinire, vel pingere, & yrunque fiebat in lamina aurea, quia primò fiebant quedam cauiturae profundae, quę erant figurę literarum: quia tamen si sic manerent non distinguerentur figurę literarum in colore ab auri colore: secundum factum fuit, scilicet superlinire, id est intra cauituras illas ponere aliquem colorem rubrum, vel atrium, aut alterius modi, ut clarę literę illę possent. Si autem diceretur: in qua sculpsit opere sculpsitoris: esset sensus quod solum debet lamina illa cauari ad reddendos literarum characteres: quia opus sculpsitoris nihil aliud est, nisi sculpsit, id est cauare: & tunc non posset literę videri distinctę a colore auri. Si autem diceretur, in qua cęlaris opere cęlatoris: esset sensus quod solum debent literę pingi in superficie plana auri, & non fierent cauiturae: & tunc non manerent ita firmę literę, nec ita pulchrę. *Sancitum domino.* Hoc erat, quod erat in ea scriptum: & dicitur Hebraicę, Codes la Adonai. *Ligabitque eam vitta hyacinthina.* Quia ista lamina erat quasi semicirculus pertingens ab aure vsq; ad aurem, non poterat se tenere, nisi ab alio teneretur, scilicet ab aliquo ligamine. Erant autem in duabus extremitatibus eius apud duas aures sacerdotis duo foramina, & per hæc mittebatur vitta hyacinthina: & continebat stringens laminam, ne caderet. Erat autem ista vitta, id est quidam funiculus factus de filis, quorum color erat cęlestis, qui vocatur hyacinthinus. *Et erit super thiaram.* Sacerdos magnus habebat duo capitis rotalia tegumenta, scilicet cidarim, quę erant mitra facta de lino, & rotunda: deinde in altum acuebatur ad conam: alia erat, quę vocabatur thiara, & ista erat tota hyacinthina: ponebaturque super cidarim: deinde super extremitatem thiare, quę veniebat super fronte ponebatur lamina ista, & cooperiebat extremitatem eius. *Inminens fronti Pontificis.* Id est posita, vel manens super frontem summi sacerdotis, quia totam frontem cooperiebat vsque ad oculos, ita tamen, ut nihil ante oculos de ea penderet. *Portabitque Aaron.* Hic facit litera quandam interpositionem: nam cum dicat de vestibus Pontificalibus, nondum completo sermone interferit de actione sacerdotis, & rursus ad vestes, quę supererant, redit. Et ista interpositio satis rationabilis est. Nam hic dicebatur de vestibus Aaron: & iste vestes erant, ut Aaron indutus, in eis ministraret coram domino, ut dicitur supra: ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi. Et quia per ministracionem sacerdotis tollebantur peccata eorum pro quibus rogabat, ideo dicto de vestibus, dicitur de ministracione peccatorum, quę fiebat in ministracione, scilicet. *Portabit Aaron.* Vel quilibet alius sacerdos magnus, vel sacerdos minor quando ministraverit sacrificando: nam & minores sacerdotes sacrificabant, & ministrabant coram domino alijs ministracionibus, ut patet Leuit. 8. cap. & declarabitur Deuter. 17. capitu. agitur tamen de Aaron, qui principalis sacerdos erat: & sub eo intelliguntur omnes alij, qui sequebantur eum in ministracione. *Iniquitates eorum, quę obtulerunt.* Id est Aaron suscipiet super se pondus omnium iniquitatum, pro quibus Israel munera, & dona dant: & ista portatio erat, quia accipiebat Aaron onus orandi pro iniquitatibus, per

quibus Israelita dona sua dabant, ut dimitterentur eis: & sic dicitur Osee 4. cap. de sacerdotibus: Peccata populi comedent, id est sacerdotes comedent omnia sacrificia, & munera atque oblata pro peccatis populi Israel. *Iniquitates eorum, quę obtulerunt.* Si hic diceretur iniquitates eorum, qui obtulerunt: esset sensus, quod Aaron portaret super se peccata omnia facta ab illis, qui aliquid obtulerunt, & tunc pro quacunque oblatione quantumcunque parua portare debebat. Aaron super se peccata cuiuslibet offerentis, ita quod teneretur rogare pro peccatis omnibus cuiuslibet offerentis: tamen litera non stat sic: sed ponitur, quę in neutra terminatione pluralis, scilicet. *Iniquitates eorum, quę obtulerunt.* Ita quod istę iniquitates referantur ad ista, quę oblata sunt: nec tamen est intelligendum, quod Aaron portaret iniquitates rerum, oblatarum tanquam res oblatae aliqua crimina haberent: sed dicuntur iniquitates rerum oblatarum, id est iniquitates, pro quibus res datae oblatae sunt, *Eorum quę obtulerunt, & sanctificauerunt filij Israel.* Ita duo idem sunt: nam qui offert sanctificat, & qui sanctificat offert, quia in vtroque est traditio rei, siue ad sacerdotem, vel ad Deum: sed differunt in ratione, quia offerre solum dicit spontaneam largitionem rei sacerdoti factam. Sanctificare est res sanctas facere, id est ad Dei cultum applicare. Per hoc enim, quod res oblata sacerdoti traditur, offerri dicitur. Per hoc autem, quod res illa a seruitio tradentis abdicatur, & diuino cultui applicatur, sanctificare dicitur. Potest tamen aliquando sanctificare signare plura quam offerre: quia offerre notat actualem rei spontaneę factam traditionem, sanctificatio est etiam cū aliquis non dat actualiter, dum tamen voueat dare, scilicet per hoc ipsum abdicat a se rem ipsam. *In cunctis muneribus, & donarijs suis.* Ita duo quasi idem sunt: aliquo modo tamen non idem sunt donarium, & munus; quia munus est id, quod aliquis dat sub coactione, quia a lege sic constitutum est. Donum dicitur id, quod mere gratuite donatur. Et ista differentia multoties inuenitur secundum modum communem loquendi legum humanarum, quę dicunt aliquos absolutos esse a muneribus, id est quod non tenentur dare munera, nullus tamen a muneribus liber esse diceretur, nisi aliqua coertio imposita esset ad munera persoluenda, quod autem dona mera liberalitate tribuantur, ipsa nominis monstrat origo. Hęc autem differentia reperitur in eis, quę recipiebant sacerdotes a popularibus. Nam interdum populares offerebant ea, ad quę tenebantur, ut potest sacrificia pro peccato; quia peccans, siue sacerdos esset magnus, siue princeps populi, siue totus populus, aut quilibet de populo, erat certa oblatio instituta, ad quam tenebatur secundum ea, quę habentur Leuit. 4. & 5. capit. & Numer. 15. Aliquando gratuito donabant, sicut in holocaustis, aut in victimis pacificis, aut in votis, & alijs donis. Vocabantur etiam munera ipsę decimę, & primitię, quę dabantur Leuitis, & sacerdotibus a popularibus, ut patet Numer. 18. capitulo: nam ad has dandas sub coertione tenebantur: nunc enim sacerdotes nostri eas tanquam debitum petere possunt, & retinentes eas in ius vocare: & super hoc iure disceptare, ut patet extra de decimis, capitulo Parochianos. Pro quolibet autem horum siue munus esset, siue donum tenebatur sacerdos magnus orare, portans super se iniquitatem offerentis.

Dña inter scificare et offerre.

Dña inter munus, & donum.

Maꝝ peccati est recipere stipendia mortuorum & in orare p ipsi q viuoru, & no orare p ipsi.

An clerici teneantur dicere horas defunctorum de necessitate, & quid, & quantum tenentur recitare.

QVÆSTIO XVIII.

EX hoc necessariò concluditur, qd clerici beneficiati tenentur orare pro mortuis: nam isti sacerdotes recipiebant munera, & dona popularium, & tenebantur pro eis orare in tantum, qd dicebantur super se recipere omnia peccata popularium, pro quibus ipsi hæc omnia obtulerunt, quod signat hoc nomen portare iniquitates, & sacerdotis nostri præbendati habent omnes redditus suos de bonis popularium, & mortuorum, & viuorum: ergo necessariò tenentur orare pro eis. Et ista obligatio ex duplici iure insurgit, scilicet ex iure naturali, & ex iure diuino. Ex iure naturali patet, quia quilibet donatarius tenetur donatori ad antidota, id est ad contrapassum, siue ad reddendum similia: maximè quia licet ista donatio libera est, id est quia sine aliqua causa urgente etate cogente, tamen non est sine aliqua causa impellente: quia ideo iste dat, ut oretur pro eo: imò in dando hoc exprimit, quod oretur ad Deum pro eo: & semper magis tenetur sacerdos recipiens hæc in quantum ista donatio transit in modum cuiusdam contractus innominati, s. do vt des: facio vt facias, & est de præscriptis verbis: sicut ergo ille, qui agit contra ius naturale, peccat mortaliter, & æternaliter punitur, ut declarat Apostolus ad Rom. 2. c. de Gentibus, quę sine lege peccant, & sine lege damnabuntur: ita cum orare pro mortuis quantum ad sacerdotem, qui de bonis mortuorum stipendia recipiunt, quod generaliter in omnibus beneficiatis est, tam sacerdotibus, quam non sacerdotibus, tam ordinatis, quam non ordinatis, sit de iure naturali: illi qui pro mortuis non orant recipientes stipendia beneficiorum, mortaliter peccant, & æternaliter damnabuntur. Et adhuc maius peccatum est, cum quis recipiens stipendia de bonis mortuorum non orat pro eis, quam si reciperet stipendia de bonis viuorum non oraret pro eis: sicut cum quis nocet alicui misero non potest se defendere, & tollit ei decem, quam cum quis nocet alicui diuiti potenti se defendere tollendo ei decem. Mortui namque solis viuorum operationibus adiuuantur: a se ipsis autem inuari nihil possunt, cum iam sint extra terminum merendi: sed solum vt puniantur quantum deliquerunt. Viuentes autem sunt in via termini merendi, & demerendi, ideo licet alijs præcantibus non iuuentur, per suam tamen operationem iuuantur: maius ergo scelus est mortuorum stipendia deuorando pro eis non orare, quam de viuorum possessionibus, aut muneribus sustentari, & ipsis non precari. Secundò ista obligatio ad orandum pro mortuis insurgit ex iure diuino, ut patet hic, & in alijs plerisque locis, tam noui quam veteris testamenti: nam dicitur hic, qd sacerdos debet portare super se peccata, vel onus illarum rerum, quę offeruntur: & Osee 4. cap. Peccata populi mei comedent. Quia ergo contingit pro peccatis mortuorum offerri hostiã: ergo tenebuntur sacerdotes orare pro peccatis mortuorum. Sed dices, quod ista obligatio ad orandum in sacerdotibus solum erat pro viuentibus, nam obligatio erat pro muneribus, & donarijs, quę recipiebant, sed a solis viuentibus ista offerebantur: ergo solis eis obligabantur, ut pro eis orarent. Patet hoc, nam mortui decimas, & primitias non soluebant, nec quicquam nomine eorum cum nihil possiderent, de quo

decimę, & primitię solui possint: non poterant etiam quidquam vouere: non poterant dare holocausta, quia qui holocaustum offert, debet imponere manum super caput animalis, quod immolandum tradit, ut patet Leuit. 1. capitu. Non potest etiam offerri pro eo hostia pacifica, quia hostia pacifica est vt plurimum gratiarum actio pro pace, quam Deus nobiscum habet, quod reconciliatus sit nobis, & tradiderit quod petebamus. In mortuis autem non est hoc, quia non superest, qui beneficia receperit, vt pro illis gratias reddat. Item quia in sacrificijs pacificis offerendus debet habere partem carniū immolatarum, ut patet Leuit. 7. & 19. cap. sed mortuus hoc facere non potest, nec poterit offerre hostias pacificas, nec quicquam pro eo de sacrificijs pro peccato. Patet quod non fierent pro mortuis: quia siue totus populus peccaret, siue sacerdos magnus, siue princeps populi, siue aliquis homo priuatus, debebat ipsemet offerre victimam, scilicet ducendo animal vnum coram sacerdote, & ponebat manus suas super caput eius, quasi imprecans ei omnia mala, quę egisset, ut patet Leuit. 4. & 5. cap. sed hoc non poterat facere mortuus, ut de se patet: ergo nec poterat pro eo fieri sacrificia, propter quę sacerdotes tenerentur ad orandum pro eo. Respondetur, quod sacerdotes veteris testamenti tenebantur orare pro mortuis ex institutione iuris diuini in veteri testamento: nam licet istorum sacrificiorum formę in eis obseruari non possent, tamen fiebant alię oblationes pro eis, pro quibus tenebantur sacerdotes orare pro illis, vt si aliquis moriens relinqueret aliquã partem facultatum suarum Ecclesię sacerdotibus, vt pro eo orarent (vt nunc fit) vel quod daretur aliqua pecuniarum summa conuertenda in sacrificia, & sacerdotum utilitates. Sic patet 2. Machab. 12. cap. vbi Iudas collectione facta misit offerri duodecim milia dracmarum in Ierusalem pro peccatis mortuorum. Conclufum ergo necessariò manet clericos beneficia ros teneri de iure naturali, & iure diuino ad orandum pro mortuis: & tanto mortalius peccare, quanto plures obligationes infringunt non orando pro eis. Quid autem, aut quantum teneatur beneficiatus pro mortuis orare, non est ex iure naturali, vel diuino: quia ista vniuersalia sunt monstrantia obligationem, non tamen quantitatem, aut modum obligationis: in hoc autem tenenda est dispositio iuris humani, & consuetudo ecclesiarum singularum. Etiam vtrum quotidie teneatur quilibet beneficiatus recitare pro mortuis, vel facere cõmemorationem de eis saltem: relinquitur dispositioni iuris humani, & consuetudini Ecclesiarum: in his tamen, quando aliquis obligatur ad recitandum pro mortuis tantum, & tantum, & tali die, aut tali, si non recitauerit peccat mortaliter, nisi legitima excusatio interuenierit, quę excuset a recitatione. Quod patet, quia sicut quilibet beneficiatus potens recitare tenetur ad horas canonicas, & peccat mortaliter, quando eas non recitat: ita quilibet obligatus ad certam orationem pro mortuis faciendam, & in certo tempore, ut potest quolibet die, aut ter in hebdomada, & sic de alijs modis: si non recitet mortaliter peccat: nam istę obligationes æquales sunt: sicut enim orare pro mortuis est de iure naturali in beneficiatis, & quod tantum, aut tantum recitent est de iure positum: ita quod aliquis teneatur ad recitandum aliquid, qui est ordinatus, aut beneficiatus, est de iure diuino: determinatio tamen quantitatis, & modi est de iure humano. *Erit autem lamina.* Hic redit ad id, quod omiserat, scilicet de lamina aurea quam summus sacerdos gestat in fronte. *Semper in fronte eius.* scilicet quando ministrat in tabernaculo exteriori in altari thymiamatum, aut apparatu lucernatum, & propositione

Quid ex qũ teneatur beneficiatus recitare p mortuis et an quotidie nõ est a iure diuino determinatum, sed a iure positivo.

tionem panum, & cum ministrat in altari holocaustorum, quod est extra tabernaculum in atrio ad ostium tabernaculi. Non tamen est intelligendum, quod semper esse debeat lamina in fronte sacerdotis, quia tunc oporteret eam habere, cum comederet, & dormiret, quod ridiculum est. Etiam quia sequeretur aliud inconueniens. Nam lamina nunquam poni debeat sub thiarâ hyacinthina, cum dicatur supra, quod erit super thiarâ imminens fronti Pontificis: ergo oportebat etiam semper habere thiarâ: & sic videtur esse de alijs Pontificalibus ornamentis, quod inconueniens est, & prorsus absurdum. Item non potest stare istud, quia supra dicitur, quod iste vestes fiebant, ut Aaron sanctificatus in eis sacerdotio fungeretur: ergo ad solam sacerdotalem ministracionem indui debebat vestibus his: & hoc est, quod dicitur. *Erât lamina in fronte eius semper.* Id est temporibus, quibus ministrare debet: nec tñ adhuc omnibus temporibus, quibus ministraturus erat, debebat istâ laminâ in fronte habere. Nam cum intraret in Sancta Sanctorum, nihil de Pontificalibus ornamentis habebat: sed sola linea ornamenta, quæ pertinebant ad minorem sacerdotem, ut supra declaratum est. *Ut placatus sit ei dominus.* Non est sensus, quod illa thiarâ aliquid in se contineret, quod naturaliter, vel ex suo actu propriè inclinaret Deum ad hoc, quod Deus placaretur, quia Deo à nulla re mouetur ad misericordiam, vel ad iram, vel ad aliquid alterum: sed quando vult miseretur, quando vult agit secundum iram. Proficiebat autem ista lamina secundum se ad ornatum, & reuerentiam sacerdotis ministrantis, sicut cætera ornamenta. Nam hoc est, quod Deus intendebat, scilicet ut sacerdos in magna reuerentia haberetur, ab hominibus saltem propter apparatus: ita precioso, & honorato sacerdote ministerium quoque quod gerebat honoraretur, & sic redundabat hoc ad magnum honorem, & reuerentiam Dei.

Quare dicebatur Deus placari existente lamina aurea in fronte sacerdotis.

QV AESTIO. XIX.

SED quantum ad hoc quod hic dicitur, scilicet quod esset lamina in fronte sacerdotis, & sic placaretur ei, duplex ratio est. Prima, quia ista magis proficiunt ex voluntate facientis, quam ex seipsis: manifestum est enim quod cremare coram domino adipes bouum, & arietum pinguium, & carnes eorum, non erat aliquod secundum se bonum, nec delectabile: sed potius fetidum, & graue, quia ex carnibus sic combustis, & adipibus grauis odor exhalat, & infectiuus: Deus tamen dicit hunc odorem sibi esse gratissimum, ut patet sequenti capitulo. & Leuit. 1. & quasi per totum. Sola ergo obedientia in istis erat, quæ domino placebat, & reddebat actum valde grati Deo: nam melior est obedientia, quam victima, ut patet 1. Regum 15. capit. licet ibi Saul multas victimas, & pingues domino obtulisset, quia tamen sine obedientia factum est, non solum non placuit Deo, sed valde displicuit in tantum, quod ob hoc abiicit eum, & totam suam posteritatem, ne regnaret super Israel. Patet ergo non victimam per se, sed obedientiam per se placere. Victimæ autem ex adiunctione ad obedientiam placent: cum verò sine obedientia sunt, abominabiles sunt: nam ista sacrificia sunt actus latriæ: qualitercunque ergo se habeant, nihil magis proficiunt sic quam aliter fieri, dum tamen de mandato Dei fiant. Latria autem maxima virtus est, aut maximè virtutis

A pars: ideo actus eius valde meritorij sunt. Manifestatur hoc abundantius in Abraham, qui voluit immolare filium suum Isaac ad mandatum Dei. De quo manifestum est, quod immolare filium secundum se erat actus detestabilissimus Deo, & hominibus: quia homo animal immolaticium non est, & si ad quemlibet hominem hoc peccatum magnum est: quanto magis ad filium, qui est pars patris, & caro de carne eius, ut ait Arist. 5. & 8. Ethic. & ipse Deus vocat hanc abominationem magnam, ut patet Leuit. 20. capitulo. ubi maximè præcipit, ne quis det de semine suo Idolo Moloch, scilicet ut paruuli filij, qui vocantur semen patris, quia de eius semine nati sunt, non darentur ad immolandum idolo Moloch, & non solum facere scelus est, sed etiam cogitare, aut proponere nefas est. Abraham autem licet non effecerit, quia Deus illud fieri prohibuit, tamen totaliter deliberauerat occidere filium, & sic iam opere complere inchoabat colligans eum, & extendens manum ad percucientium eum: Deus tamen istud factum maximè approbavit, nec fuit aliquod alterum factum Abraham, in quo magis à Deo acceptaretur. Patet hoc Gen. 22. capitulo. quia hoc factum dixit angelus ad Abraham: Per memetipsum iuravi, dicit dominus, quia fecisti rem hanc, & non peperisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Conformiter ergo de lamina aurea dicendum est, quod licet ipsa in fronte gestata secundum se nihil efficeret, tamen quia sacerdos eam de mandato Dei gerbat, placabatur Deus ex merito obedientiæ, quoniam ipse latriæ actus erat. Secunda ratio, quare Deus placaretur lamina posita in fronte sacerdotis, est quia ipsa ponebatur, ut testimonium laudis Dei: sicut enim cum quis Deum ore laudat intendendo eum laudare, meretur in hoc actu: ita in positione laminæ illius in fronte: nam in lamina illa erat scriptum sanctum domino, sive ut habetur in litera Hebraica (Codes la Adonai,) id est sanctitas ad Deum, vel sanctitas sit Deo: in quo protestamur Deum esse sanctum, & ibi soli conuenire purissimam, & excellentissimam sanctitatem. Hoc autem protestari meritorium est, & Deum nobis placatum reddimus: sed gestando hanc laminam in fronte coram domino est publicè confiteri eum esse sanctum: ergo per gestationem laminæ Deus placabatur sacerdoti. *Stringesque tunicam bysso.* Aliqui volunt intelligere de tunica tota hyacinthina, quod ista cingeretur bysso, id est aliquo strophio, vel zona facta de bysso: nam cum tunica hyacinthina ampla foret, nisi stringeretur sacerdotis corpori per aliquam zonam, sicut si vestis nostra excingitur, lapsa fluere, & non coaptaretur corpori. Dicant ergo quod hic mandatur stringi, id est cingi strictim ad corpus sacerdotis: & zona illa qua stringebatur erat byssus, id est de bysso facta. Sed hoc non potest stare, quia immediatè dicitur de baltheo: Facies baltheum opere plumarij. Baltheus ad nihil aliud erat, nisi ad cingendum tunicam hyacinthinam. Ergo non erat ista strictio, quæ hic dicitur cingi tunicam bysso. Et si dicas, quod ista duo idem sunt, scilicet quod tunica stringeretur bysso, & quod fieret baltheus: ita quod baltheus sit bysso, ex qua fieret tentorium sacerdotis super tunicam hyacinthinam. Respondetur, quod non potest stare, quia istud quod hic dicitur stringi, scilicet tunica, fiebat cum folijs filijs byssinis, cum dicitur: Stringesque tunicam bysso. Baltheus autem non fiebat de sola bysso, sed de multis coloribus, scilicet de filijs auri, & hyacinthi,

& purpure, coccique bis tincti, & byssi retortæ: cum dicitur quod baltheus fieret opere plumario, quod nunquam est, nisi in varietate colorum. Alij dicunt, quod strictio ista in tunica interiori, quæ est tunica linea, & stricta: & quod hæc cingatur byssina zona: deinde ponatur super eam tunica hyacinthina, & ista stringatur baltheo, quod factum est ex filijs variorum colorum. Sed nec hoc valde stare potest. Primum quia cum super tunicam byssinam, siue lineam ponatur tunica hyacinthina, & ista stringatur baltheo: stringetur etiam quæcunque vestis sub illa fuerit: nec oportebit inquiri aliam zonam, sicut est in zonis nostris, quia vnica zona multas vestes coartamus. Secundo quia non bene coaptaretur, quod poneretur vna zona super tunicam lineam, & alia super tunicam hyacinthinam, quia tunc eleuaretur locus zonæ cum spissior esset quælibet zona, quam vestis, super quam ponebatur. Tertio quia mandatur hic stringi tunicam: tunica tamen linea rarissimè vocatur tunica simpliciter, sed cum adiectione, scilicet tunica linea, ut patet infra, & vbicunque de hoc agitur: tunica autem hyacinthina vocatur absolutè tunica. Hic autem dicitur tunica sine aliqua determinatione: ergo intelligitur de tunica hyacinthina, & non de linea. Intelligendo de tunica hyacinthina est sensus. *Stringes tunicam bysso.* Id est facies qualdam oras in extremitatibus inferioribus tunicæ hyacinthinæ, & istæ sint de bysso: & hoc clarius ponit litera Hebraica. *Listabis tunicam bysso.* Id est pones oras siue listas, (ut vulgariter sonat) tunicæ hyacinthinæ: & istæ erunt de bysso. *Et thiarâ byssinam facies.* Ista thiarâ est ornamentum commune summo sacerdoti, & minoribus sacerdotibus: & vocatur alio nomine cidaris. Hæc de bysso fiebat: quæ (ut quidam dicunt) erat facta in modum sudarij: & ponebatur sub mitra summi sacerdotis. Alij dicunt, quod in figura assimilatur mitræ Pontificali, tamen differabat in colore, & filis, quia cidaris siue thiarâ ista, de qua hic dicitur, erat byssina, thiarâ summi sacerdotis erat hyacinthina. Et hoc secundum verius est, quia licet quantum ad summum sacerdotem bene stare, quod ista mitra esset in modum sudarij, tamen quantum ad alios sacerdotes minores, qui nihil super thiarâ illam ponebant, non multum consonat. *Facies & baltheum opere plumarij.* Baltheus dicitur quoddam cingulum factum ex filijs diuersorum colorum, scilicet ex quinque coloribus, auro, hyacintho, purpura, coccique bis tincto, & bysso retorta. Erat autem huius cinguli latitudo digitorum quatuor (ut ait Iosephus): & religabatur in parte anteriori sacerdotis pendens ante faciem eius. *Opere plumarij.* Plumarius dicitur, qui pluma, id est acu aliquem pannum, vel aliquod simile facit: sicut cum aliqua textio sit opere acis ad ponendum diuersorum colorum fila, & non vocatur plumarius, qui acu sinit. *Porro filijs Aaron.* Hic ponit vestes sacerdotum minorum: quia omnes filij Aaron facti sunt sacerdotes, scilicet Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar: & duo de his perierunt in diebus consecrationis sue, cum obtulissent ignem alienum coram domino, ut patet Leuit. 10. deinde alij duo, & omnes de generatione eorum ministrauerunt coram domino, ut patet Paralip. 24. capit. & de his vnus erat summus sacerdos: ceteri autem erant minores sacerdotes: & isti minores habebant vestes istas, quæ sequuntur. *Tunicas lineas.* Iste erant tunicæ lineæ strictæ, quas inducebantur super vestes suas vulgares. *Et baltheos.* Iste erant ad cingendum tunicam lineam cuiuslibet sacerdotis minoris: nam dato quod tunicæ illæ strictæ essent, tamen non totaliter corpori coaptarentur, nisi cingentur. *Et thiaras in gloriam, & decorem.* Thiaræ dicuntur mit-

træ tam summi sacerdotis, quam minorum, cuius figura supra posita est: & has imponebant capitibus suis sacerdotes minores: erant autem istæ byssinæ. *In gloriam & decorem.* Id est ut pulchri sint, & honorentur: gloria enim est laus manifesta, vel honor: & hunc consequiebantur sacerdotes minores induiti his vestibus, cum vulgares homines non attendant ea, quæ secundum veritatem sunt: sed ea, quæ videntur: & sic apud eos homines pro vestibus honorantur: & sic dicitur aliquis gloriosus in stola sua, id est quod quando est indutus stola sua est honoratus. Dicitur ad decorem, quia per vestes efficitur homo formosus: nam forma naturalis ex appofitis adiunatur. Sic dicit Ouidius Metam. lib. 13.

Et finxit vultum, meruitque formosa vocari:

Vbi loquitur de nympha quædam. *Vestisque his omnibus Aaron.* Id est quod omnes istæ vestes tam illæ, quæ supra nominatæ sunt pertinentes ad sacerdotes minores pertinebant ad summum sacerdotem, & debebat indui omnibus eis. *Aaron fratrem tuum.* Qui futurus erat summus Pontifex, & Moyses debebat eum induere omnia ista ornamenta, quia etiam ipse consecrabat eum, & dabat omnia, quæ ad ordinem eius seu dignitatem, & aliorum pertinebant, ut patet sequenti capitulo, & magis Leuit. 6. & 8. & 9. atque 10. capitulis. Sciendum tamen, quod ista copulatiua (&) non totaliter copulat hic dicebatur enim supra, quod Moyses vestiret Aaron omnibus his: & filios eius: si autem totaliter copularet, necesse esset, quod tot essent ornamenta sacerdotum minorum, quot ornamenta sacerdotis magni: tamen falsum est, quia supra dictum fuit, quod filij Aaron recipere debebant istas vestes, quæ hic ponebantur, scilicet tunicam lineam, & baltheum, & thiarâ, & femoralia lineæ, de quibus infra dicitur. Non ergo debebant indui alijs vestibus, quibus Aaron vestiebatur. *Et eorum manus consecrabis manus.* In Hebræo dicitur. *Cunctorum manus complebis.* Id est in manus cuiuslibet complebis ceremonias, quæ requiruntur ad consecrationem eius. Ritus autem consecrationis erat primò de Aaron, quia tam ipse, quam filij sui lauebantur, & Aaron induebatur omnibus vestibus suis Pontificalibus, & adiungebatur ad ostium tabernaculi, & ibi fudebatur oleum vnctionis super caput eius, & iste erat ritus consecrationis eius: filij sui sic consecrabantur, scilicet quod primò induerentur omnibus vestibus, quibus ministraturi essent, & fiebant quædam sacrificia: & deinde accipiebatur vnus aries super cuius caput Aaron, & filij eius manus ponebant: Moyses autem fumebat arietem illum, & immolans hauriebat de sanguine eius, & intingebat extremum auriculæ dextræ Aaron, & filiorum eius, & pollices vtriusque manus, & pedis dextri. Et hoc completo fudebatur oleum vnctionis per modum asperisionis super Aaron, & vestes eius, & filios suos, & vestimenta eorum: & sic complebatur consecratio. Postea autem fiebant quædam aliæ solennitates, sed non erant de ipsa consecratione: de quibus omnibus patet sequenti capitulo. *Sanctificabisque illos.* Sanctificatio, & consecratio non differunt quantum ad rem, ita quod aliæ ceremoniæ fierent in sanctificando quam in consecrando, sed secundum rationem, quia sanctificatio est sanctos efficere, id est ad Dei cultum applicare: consecrare est qualdam ceremonias facere ad hoc, quod aliqui ad ministrandum coram domino idonei sint: sed vtrunque simul est: nam dum aliquis consecratur per tales ceremonias applicatur ad cultum Dei, ita quod iam non debeat vacare alijs humanis occupationibus, sed diuino cultui inferuire. *Ut sacerdotio*

Ritus con-
secrandi
summum
sacerdotem.

Quo disse-
rat sancti-
ficatio, &
consecra-
tio.

dotio fungantur mihi. Idest vt ministrant eorum me tanquam sacerdotes, scilicet veri sacerdotes effecti. *Facies & feminalia linea.* Istud est aliud indumentum commune tam summi sacerdotis, quam minorum. Quae species lini esset ista nescitur: Iosephus autem dicit, quod fiebant de bysso retorta. Dicuntur feminalia non vt quidam putant a foeminis, quia ibi conferuentur vasa genitalia, secundum quae fit accessus ad foeminam: sed dicuntur a foemine: foemeninis est pars cruris coniuncta vase genitali, siue in masculo, siue in foemina, & vocatur alio nomine femur, & inde femoralia sapissimè appellatur. *Ut operiant carnem turpitudinis sua.* Caro turpitudinis dicitur membrum genitale tam in viro, quam in foemina, quia licet secundum se bona sint, & honesta sicut manus, & pedes, ceteraque corporum partes, vt potè a Deo bono creata, de quo scriptura testimonium reddit, quia vidit cuncta, quae fecit, & erant valde bona, vt patet Gen. 1. capitulo. Quia tamen de his membris valde verecundamur, quae est conditio rerum turpium, vocantur membra ista turpia, siue caro turpitudinis. Erubescit autem ratio est, quia in his fortissimus passionis motus est, quem ratio quasi continere non potest, vel cum maxima difficultate continet: quia subiiciuntur rationi principatu politico, & non despotico, vt patet 1. Politic. capitulo 4. & isto modo est modus vsitatus loquendi Leuit. 18. capitulo: scilicet turpitudinem patris tui non discoperies, & turpitudinem matris tuae, & turpitudinem sororis, & sic de ceteris, idest non accedes ad membra turpitudinis siue contingendo ea carnaliter. De turpitudine autem horum membrorum magis dictum est supra vigesimo capitulo.

An praecipuum de femoralibus faciendis repugnet praecipuo superiori de non ascendendo ad altare per gradus.

QV AESTIO. XX.

SED dicetur, quod hoc praecipuum de femoralibus faciendis repugnat ei, quod habetur supra 20. capitulo, scilicet non ascendens per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudinis tua: cum autem caro turpitudinis sit in membris genitalibus, & ista operiantur feminalibus pertingentibus vsque ad renes, non poterat reuelari turpitudinis tua: si per gradus ad altare ascenderent: ergo illa ratio ibi assignata, quantum ad illam ceremoniam obseruationem, nulla est. Nisi forte dicas, quod quando Deus dedit illud praecipuum de non ascendendo per gradus ad altare intendere, quod sacerdotes deberent ministrare sine feminalibus, & oportebat non ascendere per gradus, vt non reuelaretur turpitudinis tua: & quando dixit ista, quod intendebat vt ministrarent habentes femoralia. Respondetur, quod hoc nullo modo stare potest: nam Dei praecipua non mutantur: sed ibi cum magna efficacia venit ascendendi ad altare per gradus: ergo intendebat semper illud debere obseruari. Et si forte dicas, quod Deus aliquando mutat leges, & pleraque de his, quae in veteri testamento permittebantur, venit in nouo, vt patet Matth. capitulo 5. & 19. & extra de consanguinitate, & affinitate capit. non debet. Respondetur, quod hoc non potest stare: nam quod Deus mutat statuta non est secundum quod in legislatoribus humanis, qui aliquando legem aliquam ponunt, quam postea iniustam esse inuenientes

Qm membra genitalia scilicet vocentur caro turpitudinis.

Rf. aliquorum conuenitur.

abrogant. Deus autem qui errare non potest, quia ipse est via, & veritas, vt patet Ioan. 14. capit. ponit semper leges iustas illi politicae cui eas dat: & si eas postea mutet, vel aliquas earum, non mutat tanquam aliquam iniquitatem contingerent, sed quia ipsa rerum agibilibus natura mutata est. Mutato autem mensurabili oportet mutari mensuram, sunt enim leges principia siue regulae directivae actuum humanorum, & mensurae quibus actus humani commensurari debent: ista autem mutatio agibilibus humanorum, quantum ad conditionem suam non fit subito, vel in paruo tempore: sed in valde magno, ideo leges, quae in valde breui tempore mutatae sunt, iniuste potè erant: & sic patet in illo capitulo. Non debet de consanguinitate, & affinitate in contrarium allegato, scilicet non debet reprehensibile iudicari si secundum varietatem temporum statuta quoque varientur humana: ergo a contrario sensu, quando non variatio tempore leges variantur humane, reprehensibile valde est: & si hoc est in legibus humanis, quanto magis erit in legibus diuinis, quae magis immutabiles esse debent, secundum quod a principio magis permanenti procedunt: sed inter tempus quo data est illa lex, & tempus, quo data fuit ista, non intercederunt decem dies: vel si multum dicere vellemus non intercederunt quadraginta, quod patet, quia illa lex, non ascendens per gradus ad altare meum, quae habetur Exod. 20. cap. data fuit in die, quo data fuerunt decem praecipua de caliginem Iudaeis, scilicet die tertio mensis tertij, vt patet supra 19. capitulo. & 20. nam finito clangore tubae, in qua audita sunt decem praecipua, accessit Moyses ad caliginem, in qua erat Deus, & incepit loqui ei ea, quae sequuntur Exod. 20. capitulo: de quibus in eodem capitulo, & Deuter. 5. cap. De his autem plenius dictum est supra 24. cap. in eadem autem die descendit ad populum, & retulit ei verba, quae audierat a domino, inter quae ponitur: Non ascendes ad altare meum per gradus, & sequenti die in aurora factio sacrificio confirmata fuit lex, & eadem die Moyses ascendit in montem Sinai, vt acciperet tabulas, vt patet supra 24. capitulo, & cum manifestet sex diebus extra caliginem vocauit eum Deus die septimo de medio caliginis, & intravit Moyses ad caliginem, in qua erat Deus, & ibi dixit omnia, quae ponuntur a principio vigesimo quinti ca. vsque ad trigessimum secundum, ergo decimo die vel nono, postquam data fuit lex de non ascendendo per gradus, fuit data ista lex de habendo femoralia in ministracione: in tam paruo ergo tempore non posset fieri mutatio legis, nisi illa lex valde iniuste posita foret. Item quantumcumque aliqua lex iniuste posita sit, non videtur iniustitia, vel iniustitia, donec aliquo tempore fuerit in vsu: deinde damna, quae sequuntur in custoditione legis demonstrant legem fuisse iuste positam, vel iniuste. Ad hoc ergo, quod ista lex posita de non ascendendo per gradus ad altare fuerit retractata, oportebat, vt aliquo tempore foret in vsu, vt viderentur inconuenientia, quae sequebantur ex ea, & tunc aboleretur. Sed ista lex nunquam fuit in vsu antequam daretur alia de habendo femoralia in ministracione, ergo non potuit rationabiliter reuocari antequam daretur haec. Patet hoc, quia, vt probatum fuit supra, vna lex istarum fuit data post aliam post decem dies, vel quasi: vel si plus vulerimus dicere, dicemus, quod data fuit quadraginta dies, si velimus, quod in fine horum quadraginta dierum, quibus Moyses stetit cum domino in monte lex haec statuta fuerit: in hoc autem tempore lex illa prima de non faciendo altare habens gradus, per quos ascenderetur nunquam fuit in vsu, quia illa nunquam potuit esse in vsu donec haberet aliquem actum, quem regularet, scilicet quod fieret aliquod

Deus aliquam legem mutat sed non quia iniusta sit: sed quia tempora mutata sunt, & rerum natura varia

Rf. doct. ad qonè.

Semiramis feminalium inuentrix.

Semiramis regina fuit ante natiuitatem Abraham.

Femoralibus vestibus sacerdotum ministrando non erant illa, quibus vestibus turp. die.

aliquod altare. Nunquam tamen fuit factum aliquod altare, quia nondum fuerant facti sacerdotes, donec Moytes de monte descendit ferens tabulas: & factum est tabernaculum, & omnia utensilia eius: maxime quia omnia ista mandata, quae data fuerunt in deserto spectabant ad terram Chanaan, vt patet Deuter. 12. capit. & Numer. 15. cum dicatur communiter in omnibus: Cum ingressi fueritis in terram, quam dominus Deus daturus est vobis: non ergo potuit ista lex aboleri, quia nondum erat in vsu. Item dato quod omnia ista non agerent quidquam: tamen semper stat argum primum, quia illa lex de non ascendendo ad altare per gradus semper stat, cum nunquam toto tempore veteris testamenti fuerit abolita, & semper Iudaei crederent se obligatos ad illud praecipuum de non ascendendo ad altare per gradus: & sic semper obseruauerunt: semper ergo stat, quod causa assignata in illa lege de non discooperiendo turpitudinem, non stet. Respondetur, quod vtraque lex semper stetit in veteri testamento, nec vna repugnat quouis modo alteri. Nam turpitudinis accipitur dupliciter. Vno modo pro ipsius membris genitalibus: alio modo pro partibus coniunctis genitalibus membris: nam sicut turpitudinis est in aliquo homine, quod videantur genitalia eius, ita in hominibus, qui valde honestatem seruare debent, valde turpe est, quod videantur crura vsque ad partes coniunctas membris genitalibus: ab vtraque ergo turpitudinis reuelatione lex abstinere mandauit: a prima reuelatione turpitudinis, quae est reuelare membra genitalia, vetat ista ordinatio ceremonialis, scilicet quod sacerdotes habeant cum ministraverint feminalia, ne reuelentur turpitudinis eorum, idest membra genitalia. a secunda turpitudine mandata abstinere lex illa, quae habetur supra vigesimo capitulo, scilicet, non ascendens per gradus ad altare meum: nam cum aliquis ad altare iret per gradus, licet non reuelaretur turpitudinis, quae est membrorum genitalium, reuelarentur tamen partes propinqua genitalibus. Non ergo derogat villo modo vna lex alteri legi. *A renibus vsque ad femora.* Femoralis dicitur pars extrema crurum apud vasa genitalia, quae pars vocatur femur: & erant ista feminalia satis magna, quia a renibus vsque ad femora pertingebant. *Et ventur eis Aaron, & filij eius quando ingrediuntur.* Licet Aaron & filij sui, & ceteri homines vterentur tunc feminalibus, quia a multis ante temporibus inuenta fuerant, cum & ipsa Semiramis regina Babylonis vxor Nini regis ea primo inuenerit, vt apud auctores approbatissimos inuenitur. Fuit autem ista Semiramis ante natiuitatem Abraham: quia anno nono vite eius mortuus fuit Ninus rex vir eius, qui quinquaginta duo annis regnavit, vt patet per Paulum Orosium primo de Ornesta mundi. Tamen mandabat hic Deus Aaron, & filijs eius specialiter vt feminalibus, quando fungerentur sacerdotio ministrantes, quia alijs temporibus poterat Aaron, & ceteri sacerdotes feminalibus pro libito vti, vel non vti: cum autem ad ministrandum accedebant cogebantur illis vti. Etiam feminalia illa, quibus vtebantur, quando ministrabant, non erant feminalia, quibus ipsi vtebantur alijs temporibus: nam illa, quibus alijs temporibus vtebantur, erant vulgaria, & non computabantur inter vestes sacras: femoralia autem, quibus vtebantur in ministrando, pertinebant ad vestes sacras: ideo dicitur in littera, quod Moyses faceret ista femoralia sicut faciebat ceteras vestes sacerdotales, & erat modus ministrandi iste, quia quando sacerdotes ad ministrandum accedere debebant, exuebat femoralia vulgaria, quae ipsi continue gerebant: nam non erat rationale in

illis femoralibus ministrare, cum forte illa femoralia polluta essent semine nocturno, vel alia spurcicia: & si ipse sacerdos pollutus esset semine, vel accessisset ad vxorem suam, lauabat carnem suam aqua, & sic mundabatur: aliter autem accedere non debebat ad ministrandum. De his Leuit. 15. cap. quo facto calcabat sacerdos feminalia illa, quae erant in sanctuario tanquam vestes sacrae: & lotis manibus, & pedibus ante omnem ministracionem, vt patet supra 30. induebatur reliquis vestibus, & sic ministrabat. Expleta vero ministracione exuebat se omnibus vestibus sacris, etiam ipsis femoralibus, quae calcauerat, & resuuebat sua. *Quando ingrediuntur, & egrediuntur tabernaculum.* Iste sunt ministraciones sacerdotum tam summi sacerdotis, quam minorum sacerdotum. Et in his sub coertione vti debebant semper femoralibus.

In Ecclesia nullus ministrare debet sine femoralibus.

QV AESTIO. XXI.

EX quo inoleuit in ecclesia quaedam consuetudo antiquissima, & valde laudabilis, quod nullus ministraret sine femoralibus, dato quod alijs temporibus femoralia portare non debeat. Cuius ratio potissima est, licet hic ponatur alia, scilicet quod in ministracione ad altare debet minister quilibet, maxime sacerdos, totus Deo esse deditus, a Deo autem passionibus nos maxime distrahunt: inter passionibus autem nulla violentior est, quam passio venerea, quae hominem totaliter absorbet, vt ait Aristo. 7. Ethicor. capitulo, de delectatione. haec ergo maxime cauenda tunc est. Est autem passio venerea desiderium quoddam experiendi delectationem quandam tactus in effusione feminis: ista enim passio, vel desiderium concitatur per tactum, vel motum partium genitalium tam in foemina, quam in viro: & non immerito cum per motum ipsarum partium causatur necessarium feminis effusio. Si ergo sacerdos cum ministraret non haberet feminalia, membra virilia pendencia motu suo tangerent femora, vbi etiam quaedam effigies delectationis venerea est ex propinquitate, & incitaretur appetitus venereus foris totaliter disturbans sacerdotem ad vacationem, quae est in Deum: cum autem sacerdos feminalia habet, genitalia sunt decenter coaptata, nec potest motus vllus fieri, nec incitari libido. Forte aliquis dicet talia proferre turpitudinis esse, quem satis insanire constat: nam nihil turpe est, quod cum charitate dicitur, aut geritur: legat enim Aug. 14. de Ciuit. Dei qui quaedam alia, quae his turpiora videntur dicit. Si quis autem tam pudicus ore esse vult, vt talia proferre detestetur, intelligit saltem licet non proferat: quoniam scriptura magis, & directius intellectui quam prolationi deseruit. *Quando ingrediuntur tabernaculum testimonij.* In omnibus locis, in quibus sacerdotes Deo ministrabant, feminalibus vti debebant. Ponit autem hic omnia loca ministracionis, scilicet sanctuarium, quod est tabernaculum, & atrium tabernaculi: ex quo videtur, quod supra dicebatur, scilicet quod sacerdotes minores poterant ministrare in altari thymiamatum, & in candelabro, & in mensa propositionis, sicut summus sacerdos: nam cum sacerdos quilibet minor intrare deberet intra tabernaculum, vt dicitur hic, & hoc non esset frustra, quia Deus nihil frustra fieri mandat, necessarium erat, quod intraret ad aliquam ministracionem. Fiebat autem intra tabernaculum primum ministratio triplex: pri-

Quid sit passio venerea.

Ca potiss. ma quare ministracione altaris sacerdos vti debet semper femoralibus.

Triplex ministratio fiebat intra tabernaculum primum

ma erat ministratio in altari thymiama tum adolendo incensum quolibet mane: secunda erat accensio, vel apparatus candelarum: tertia erat appositio, & remotio panum propositionis. Ha tres communes erant summo sacerdoti, & minoribus sacerdotibus, vt declarabitur Deuteron. 17. capit. *Tabernaculum testimonij.* Vocatur tabernaculum testimonij, quia intra illud erat arca, in qua erant aliqua posita in testimonium contra filios Israel, scilicet manna, & tabula legis, & virga Aaron, & Deuteronomiū legis, sic enim dicitur supra 25. capitu. respiciant se mutuo versus vultibus in propitiatorum quo operienda est arca, in qua ponet testimonium, quod dabo tibi. Vbi de hoc magis dictum est. Vocatur istud tabernaculum aliquando tabernaculum federis ex eadem ratione: quia fedus dicitur pactio facta inter aliquos: pactum autem quod inter Deum & Israelitas factum est, erat de obseruatione decem praeceptorum, vt colligitur supra decimo nono, & vigesimo capitulis, & ista praecepta continebantur in tabulis duabus: ideo vocabantur tabulae federis domini: & tabernaculum intra quod erant vocabatur tabernaculum federis, vt patet infra trigesimo primo capitulo, cum dicitur: tabernaculum federis, & arcam testimonij. *Vel quando appropinquant ad altare vt ministrent.* Istud est altare holocaustorum, quod erat in atrio tabernaculi ante ostium tabernaculi, & ibi offerebantur omnia sacrificia. Sacerdotes autem minores etiam in hoc altari ministrabant immolantes pecora, & offerentes sanguinem, & adolentes adipe, & carnes. De hoc patet Leuit. 8. capitulo: nam summus sacerdos non potest facere omnia sacrificia quotidie, cum in magnis solennitatibus multae hostiae mactarentur: sicut Salomon obulit mille hostias in die, qua introduxit arcam, & altare in tabernaculum, vel potius templum, quod construxerat, vt 2. Paralip. 1. capitulo. *In sanctuario.* Dicitur sanctuarium locus sanctus: & aliquando accipitur specialiter pro tabernaculo solum, vt distinguitur contra atrium: & sic accipitur supra, cum dicitur: Et vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonitus, quando ingreditur, & egreditur sanctuarium in conspectu domini. Ibi necessario accipitur sanctuarium pro tabernaculo: nam ad hoc quod intraret in atrium tabernaculi, non requirebatur aliqua apparatus tintinabulorum, cum & vulgares omnes quoquoque vellent intrare in atrium ad sacrificandum. Etiam quia hoc dato sequeretur, quod extra atrium tabernaculi deberet Aaron indui vestibus sacris, vt intraret indutus illis. Sed hoc falsum est, vt patet infra trigesimo, scilicet quod antequam sacerdos magnus, vel quilibet alius minor deberet ministrare, accedebat primo ad labrum pneum, quod est ante altare holocaustorum, & ostium tabernaculi, & lauabat manus, & pedes, & deinde accipiebat vestes sacras necessarias ad ministracionem suam. Aliquando accipitur sanctuarium pro ipso atrio tabernaculi, vt accipitur hic, in quo erat altare holocaustorum. Aliquando accipitur sanctuarium pro toto aggregato ex tabernaculo, & atrio, vt patet Numer. capitulo tertio, cum dicitur: Moyses & Aaron cum filiis suis habentes curam sanctuarij in medio filiorum Israel: & vocat sanctuarium totum illud, quod custodiebant sacerdotes, & Leuitae dormientes atque manentes in circuitu eius: & hoc erat totum aggregatum ex tabernaculo, & atrio. Sic etiam habetur Numer. decimo octauo capitu. scilicet, Tu, & filij tui portabitis iniquitatem sanctuarij, idest tu, & filij tui puniemini pro iniquitatibus, quas commiserint aliqui accedendo ad sanctuarium, si ex negligentia vestra

Sanctuarium quot modis accipitur.

aliquis accesserit. *Ne iniquitatis rei moriantur.* Idest calcabantur feminalia, quando ministraverint, quia aliam committerent magnam iniquitatem, & morentur: cum enim aliquis in caeremonijs istis assignatis a Deo in ministracione erraret non obseruando ritum, quia non curaret de illo, Deus occidebat eum: sicut patet de Nadab, & Abiu filijs Aaron, qui mortui sunt, quia acceperunt de alieno igne ad ministrandum, vt patet Leuit. 10. capitulo. *Legitimum sempiternum erit Aaron.* Legitimum proprie dicitur caeremoniale: & est sensus, quod hoc quod est indutum feminalia ministrare est caeremonia, quam in aeternum, idest semper debet obseruare Aaron, & filij sui post eum: Aeternum accipitur hic sicut in alijs locis veteris testamenti accipi solet, cum fit sermo de his obseruationibus, scilicet quod deberet durare ista obseruatio in aeternum, scilicet toto tempore, quo durarent sacrificia: sed sacrificia adueniente Christo cessauerunt, non solum, quia iam nihil proficiunt, sed potius efficiunt: sed etiam quia non est locus, vbi ista fiant: quoniam non poterant sacrificium facere extra terram Chanaan, vt innumer. Numer. 15. & Deuter. 12. capitulo, & in terra Chanaan non poterant facere hoc in qualibet ciuitate, sed solum in loco sanctuarij, vt patet Leuit. 17. capitulo, & Deuter. 12. capitulo: nunc autem non habent possessionem terra Chanaan, nec habent sanctuarium, ideo sacrificare non possunt: imò si alicui Iudaeo mandaretur, quod hic sacrificia faceret, etiam si esset de Leuitis, nullo modo faceret, potius pateretur mortem, aut alia pericula: & non solum non sacrificarent, sed etiam non facerent alias caeremonias, quae essent proprie sacerdotales: sic patet Psal. 137. cum Babyloni quaerent a Iudaeis, vt cantarent coram eis, sicut cantare solebant in templo cum dicitur: quoniam illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum: & qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Et tunc sequitur responsio Iudaeorum: *Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? quasi dicat, valde illicitum est, quod nos cantemus ista carmina, quae sunt solum pertinentia ad locum sanctuarij, & terram promissionis in terra aliena, scilicet in terra hostili.*

Iudei non poterant sacrificia facere extra terram Chanaan.

Quare facta erant vestes sacerdotales, & an essent omnes necessariae, & an de qualibet veste sacerdotali ratio particularis reddi possit.

QUESTIO. XXII.

DE ratione autem omnium superiorum breuiter dicendum est: & hoc secundum sensum literalem, quem prosequi institui. Et sciendum quod vestes sacerdotales omnes principaliter ad decorem inuenta sunt: nam cum summum, quod homines habere debent, & quod Deus a nobis petit, sit cultus eius, & huius cultus pars praecipua est reuerentia in Deum, tot series caeremonialium praeceptorum, & moralium intendit praecipue nos ad Dei reuerentiam ducere. Et quia honor magnus alicuius domini est, quando tota domus sua ordinata valde est, & ministri eius exornati valde: ita honor magnus Dei est, quod sacerdotes, qui sunt praecipui ministri eius, sint ornati nimis ornatu honesto. Et quia licet isti ministri sint Dei, tamen non semper coram eo ministrant, sed certis temporibus, statuit in illis temporibus eos praeciosis vestibus adornari. Etiam

inter cetera opera Dei potissimum est sacrificare.

Quare populares, & sacerdotes non videntur eiusdem vestibus.

Quare inter magni sacerdotis & sacerdotis minoris est differentia in vestibus.

Etiam inter cetera opera laetiae, quae homines ad Deum habent, potissimum est sacrificare, quod magis attestatur deitatem, cum talis cultus soli deitati debeatur, & consequenter alia genera ministracionum, quae fiebant in sanctuario: vt ergo istae ministraciones in magna reuerentia haberentur, voluit Deus ministros earum valde distingui ab alijs in apparatus excellentia: nam si in vestibus communibus, & sine aliquo alio apparatu ministraciones istae fierent, vilipenderentur, cum autem sacerdotes vestibus praeciosis fulgent, saltem ipse ministrorum ornatus ministerium eorum reuerendum esse facit. Et propter hoc Deus voluit esse distinctionem inter sacerdotes, & alios populares, quantum ad quadam: vetans populares eiusdem rebus vti, quibus sacerdotes vterentur, vt patet de vnguento facto ad vnguentum omnia vasa tabernaculi, & vestes Aaron, & filiorum eius, & ipsum Aaron cum filiis. Et subditur de hoc infra trigesimo capitulo: hoc oleum vactionis sanctum erit mihi in generationes vestras: caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est: homo quicumque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, peribit de populo suo. Eodem modo mandabatur fieri quoddam thymiama ex varijs speciebus, vt adoleretur in altari thymiama tum, de quo verabatur omnes accipere, & quod nullus ad odorem suum talem faceret compositionem, vt dicitur eodem capitulo, scilicet. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama: talem compositionem non facietis in vltis vestros, quia sanctum est domino: homo quicumque fecerit simile, vt odore eius perfruat, peribit de populis suis. Quod etiam inter sacerdotem magnam, & sacerdotis minores esset differentia in vestibus ratio haec erat, quia sacerdos magnus assumebatur ad maiorem, & solenniorem ministracionem: minores autem sacerdotes ad minores ministraciones: ideo debebat maiorem sacerdotem praeciosioribus vestibus adornari. Quod etiam istae vestes sic aptarentur: scilicet quod ille, quae minus praeciosae erant, infra ponerentur, quae autem pulchriores erant coetis superiacerent, causa erat, quae supra assignata erat: scilicet ornatus ministrorum: non enim esset decens ornatus praeciosiores vestes latere, & si appliciores super poni. Quod autem ornatus ministrorum sit causa radicalis multiplicitas vestium: patet supra, cum dicitur: Faciesque fratri tuo vestem sanctam in gloriam, & decorem. Et de vestibus minorum sacerdotum eadem ratio redditur, cum dicitur supra: Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis, & Baltheos, atque Thiaras in gloriam, & decorem. De qualibet veste specialis ratio esse poterat, secundum quod speciale ornatum, & necessitatem habet: De femoralibus causa patet, in quibus ornatus nullus est: cum non pateant, sed sola necessitas, de qua supra dictum est. De tunica linea ratio satis patet: tam in sacerdotibus minoribus, quam in summo sacerdote: ratio est, quia tunica hyacinthina, quae erat valde praeciosa non debebat immediate poni super vestes vulgares sacerdotis, & istum modum tenet Ecclesia: quia sacerdos non immediate induit casulam, vel Diaconus, & Subdiaconus Dalmaticas: sed primo ponunt albas, quae sunt quadam camisiae lineae. Et haec causa honestatis est, & satis rationalis. In sacerdotibus autem minoribus adhuc maior causa est, quae est causa necessitatis, scilicet quod sacerdotes minores non inducunt tunicas hyacinthinas, vt patet in litera. Si ergo non induerentur tunica linea, nihil esset, quod vestes eorum communes cooperiret, ita vt distincta videretur a popularibus.

Alph. Toft. super Exodi

Quando enim aliquis sacerdos ministrat, ita se debet habere in vestibus, quod nihil de vestibus vulgaribus pateat, vt sicut totus ad ministracionem ibi vacat, & non alicui alteri rei, ita totus sacerdos appareat, quod est cum totus sacerdotibus vestibus adoperatus sit. De cydari, siue mitra byssina ratio haec est, quia sacerdos in omnibus partibus corporis debet vestimentis solennibus adornari, nisi in illis, quae ad ministrandum sunt, scilicet in manibus, quae sunt organum organorum, vt ait Aristoteles secundo de Anima: cydaris autem capitis ornamentum est: ideo sacerdotibus necessarium fuit: sed diuerfamodè, quia aliter est hoc in sacerdote magno, aliter in sacerdotibus minoribus: nam in sacerdote magno erat cydaris ad honestatem: in minoribus autem quodammodo erat ad necessitatem. Et patet, quia sacerdos magnus praeter cydarim adhuc habebat mitram hyacinthinam: sed quia illa multum praeciosa erat, non debebat locari immediate super capillos, sed super aliquid alterum, quod non esset ita praeciosum, & hoc erat cydaris. In sacerdotibus minoribus erat cydaris necessaria quodammodo, quia supposito, quod sacerdotes deberent ornari in omnibus membris, si eut inuuit litera, quae supra dicebat ad gloriam, & decorem: si tamen non imponerent capiti cydarim, nihil habebant, quid imponerent. Erant etiam haec duo ornamenta superiora quodammodo etiam necessaria, quantum ad sacerdotem magnum saltem pro aliquo tempore, scilicet pro die expiationis, in qua non vtebatur sacerdos magnus vestibus pontificalibus, sed vestibus sacerdotis minoris, vt patet Leuitici decimo sexto capitulo. De quarto ornamento quod erat Baltheus causa satis patet: & ista erat causa necessitatis, & pulchritudinis. Nam si non poneretur Baltheus stringens tunicam tam byssinam, siue lineam, quam hyacinthinam, siue in sacerdote summo, siue in alijs sacerdotibus minoribus, vestis laxa fluere, & quadam indecentia, & inhonestas esset, & impediret sacrificantes, siue in alijs officijs ministrantes. Erat etiam quidam ornatus in Baltheo, cum fieret ex dixerorum contextione, filorum operis Polimitario, vt patet supra. De quinto ornamento, quod est mitra hyacinthina, ratio est, quia sacerdos magnus distingui debebat a sacerdotibus minoribus quantum ad omnia in dignitate, & ornatu: & cum caput sit principalis pars, oportebat aliud esse capitis tegumentum, quod in summo sacerdote appareret, quam in quodam minoribus sacerdotibus, sed sacerdotes minores habebant cydarim, siue mitram byssinam: ergo summus sacerdos debet habere aliam mitram, scilicet totam hyacinthinam. De sexto ornamento, quod erat lamina aurea, ratio erat ornatus, vt nihil in sacerdote maneret quod ornatum non esset. Frons autem quadam pars est in homine multum patens, ideo decens erat hanc ornari. Erat etiam ista lamina principaliter posita ad notandam, atque contestandam diuinam sanctitatem, atque magnitudinem: nam in lamina illa scriptum erat Hebraice codes la Adonai, idest sanctitas ad dominum. Qui ergo istam laminam in fronte gerebat, publice testabatur Deum esse sanctum, scilicet sanctum sanctorum. Et rectissime quidem ista lamina potius in fronte, quam in aliqua corporis parte locata est, quia signatur, quod non debent homines erubescere publice confiteri nomen Domini, & bonitatem, atque ceteras perfectiones eius. In lamina illa confessio Dei erat, scilicet quod confitemur eum esse sanctum, vt dictum est. In fronte autem verecundia fit: nam cum homines verecundantur, quidam rubor manifestatur in fronte.

De partibus animalium lib. 4. c. 10.

Baltheus.

Mitra hyacinthina.

Lamina aurea.

Pars Secunda.

K

Et

Et ob hoc efrontes illos vocare conuenimus, qui in uerecundi sunt, quasi fronte carcant, qui uerecundiam nullam habent. In fronte ergo lamina ponitur, ut confiteri nomen domini, & perfectiones eius nemo uerecundetur, & maxime ille, qui summus sacerdos erat, & ceteros erudire debebat. Et sic dixit Christus Lu. 9. cap. Qui me erubuerit confiteri coram hominibus, erubescam & ego confiteri eum coram patre meo. De septimo ornamento, quod erat tunica rota hyacinthina, ratio hec est, quia oportebat sacerdotem magnum in apparatu cultus sui fulgidiorem esse sacerdotibus minoribus, cum status eius maior sit, & sue ministraciones maiores: sed sacerdotes minores utebantur tunicis lineis, ergo oportebat sacerdotem magnum habere alia ornamenta, & istud erat tunica tota hyacinthina pertingens usque ad talos. De magno granatis autem, quae ponebantur in extremitatibus huius vestis per totam sola ratio est pulchritudo. De tintinabulis uero ratio supra in litera posita est, scilicet ut audiatur sonitus eius, quando ingreditur, & egreditur sanctuarium, & per modum assignatum apparebat summus sacerdos totaliter distinctus a sacerdotibus minoribus in vestibus: nam in capite mitra hyacinthina erat, in toto autem corpore usque ad pedes tunica hyacinthina. Sacerdotes autem minores in capite mitram lineam albam habebant in toto corpore tunicam lineam: ita ut sacerdos magnus totus hyacinthinus uideretur: sacerdotes autem minores totaliter candidi. Et in hoc conuenientissima ratio est, quia candor uelut signat puritatem morum, quia nullus color ita purus, ac sincerus est, & in eo macula non est. Ille ergo totus candidus est, qui in tota uita compositus est, ita ut ex nulla parte macula uitiuorum subappareat: tales oportet esse sacerdotes iuxta illud Esai. 2. cap. Mundamini qui fertis uasa domini. Et iste candor in capite est, & in toto corpore, quia ex capite cogitationes sunt: Debent autem cogitationes nostrae castae esse, & totum corpus nostrum lucidum iuxta sententiam Saluatoris, & licet iste candor notet puritatem ab omni uicio, praecipue tamen a macula uitij carnis, quod proprius commaculat: nam cum in ceteris secundum animam peccetur, in hoc autem etiam secundum corpus peccatur, quia, ut ait Apostolus ad Corin. 6. cap. Qui fornicatur, in corpus suum peccat: unde sacerdotes in ueteri testamento, quando ministrare debebant, non solum arcebantur ab illicito coitu adulterino, uel alterius modi, a quo omni tempore cauendum erat, sed etiam a coitu licito, qui erat cum uxore, & ob hoc tempore, quo ministrare debebant, manebant in templo non euntes ad domos suas, ut non haberent occasionem accedendi ad uxores. Expleto autem tempore ministraciones redibant in domos suas, & poterat licite commisceri uxoribus suis. Etiam panem propositionis sacerdotes comedere non debebant eo tempore, quo uxoribus miscerentur, ut colligitur ex eo, quod habetur primo Regum vigesimo primo capitulo. Hanc autem munditiam sacerdotes in capite, & toto corpore habere debebant, quia tam in cogitatione, quam in operatione mundi esse debebant. Sacerdos magnus totus hyacinthinus erat tam in capite, quam reliquo corpore, quia hyacinthus est color caelestis. Sacerdos autem magnus totus caelestis esse debebat. In capite autem, quia omnes cogitationes suae de rebus caelestibus esse debent, ita ut totum desiderium sit in bona aeterna. In corpore autem, quia in omnibus operationibus, totaque uita habitudine apparere debebat, quod solum vitam aeternam desiderabat, & inter ceteros quasi quoddam exemplar caelestis uitae, atque futurae Beatitudinis sit: ita ut illud Apostoli dicere possit.

De tunica hyacinthina.

De magno granatis & tintinabulis.

Candor uelut signat puritatem morum.

Vitia carnis anima & corpus commaculant.

De uita.

Sacerdotes non debebant comedere panem propositionis eo tempore quo cum uxoribus miscerentur.

Cupio dissolui, & esse cum Christo, ad Colo. 2. capit. Et licet sacerdos magnus totus hyacinthinus sit, non tamen tollitur quoniam candidus quoque sit: est enim candidus eodem candore, quo & sacerdotes minores: nam lineam tunicam, & byssinam mitram habet: non enim bene tunica hyacinthina, nisi super tunicam lineam ponitur, nec mitra hyacinthina, nisi super cydarim lineam non aptatur, quia uita caelestis, quae hyacinthina est, & desiderium aeternorum nunquam alicui inerunt, nisi super puritatem uita fundentur: oportet enim primo omnia inquinamenta uitiorum deuitare, quod est candidum esse, deinde vitam caelestem, quae hyacinthina est, totis actionibus, & inquirere, & iudicare. Sacerdotes autem minores solis candidis uelut uiti, nihil aliud est, quam eos, qui minores in ministracione diuinorum sunt, ad hoc solum obligari, ut puritatem in omnibus suis actionibus inseruent: maior autem sacerdos ex conditione officij sui ad maiorem obligatur perfectionem. Non enim solum mundus esse debebat, sed etiam caelestibus contemplationibus inseruire, merito totus candidus, & totus hyacinthinus est. De octauo ornamento quod est superhumeralale. Ratio prima est decorus. Nam tunica hyacinthina, licet pulchra foret, tota tamen hyacinthina erat. Nec poterat esse ita pulchra, sicut opus uarietate pulchra contextum. Erant autem rationale, & superhumeralale ex quinque filiorum coloribus, scilicet aureis, hyacinthinis, purpureis, coccineis, atque byssinis, ut supra patet. In hoc ponebantur duo onychini habentes duo decim nomina filiorum Israel, scilicet sex in uno, & sex in altero: huius autem ratio supra expressa est in litera, scilicet ut sint memoriale coram domino. Sed quare nomina filiorum Israel sculptentur in duobus onychinis superhumeralibus cum sculptentur in duodecim lapidibus rationalis, non uideatur esse uel necessitatis causa, sed decoris: in utroque tamen dicit scriptura, quod fieret causa recordationis coram domino, ut patet in litera supra: satis tamen sufficere uidebatur ad hoc, quod semel nomina illa sculpta forent, siue in onychinis, siue in alijs lapidibus rationalis. Nisi forte dicatur, quod duplicatio illa erat ad maiorem confirmationem, sicut dicitur Gen. 41. e. de somnijs duobus Pharaonis, quae dixit Ioseph unum signare, sed duplicata esse, ut maior certitudo notaretur, scilicet quod Deus certissime uellet illud euenire, quod per somnium signabatur. Non tamen est intelligendum, quod duplex nominum sculptura faceret magis reduci Deum in memoriam, quam unice: imo nulla, aut quotquot essent, non poterant Deum reducere ad memoriam magis, quam una, & nec una poterat eum reducere in memoriam, cum nullius rei obliuiscatur. Sed est sensus, quod duae sculpturae eorundem nominum faciunt nobis maiorem certitudinem, quod Deus recordatur nostri, id est habet nos in sua aeterna consideratione ad faciendum nobis bonum, quam una sculptura.

Quare sacerdotes minores solis candidis uelut uiti utebantur.

G

H

I

K

De ratione. Causa aequaliter allegorice, & aequaliter literales quare summus sacerdos, & minores haberent vestes. Et cause omnium aliorum, quae erant in templo.

QV AESTIO. XXIII.

ALIAE causa horum assignari possunt, quae sunt aliquo modo literales, & aliquo modo mysticae: & attenduntur penes id quod signabant ista ornamenta. scilicet ad quid signandum fuerit mitra hyacinthina, uel rationale, & sic de ceteris. Nec tamen propter hoc dicendum est, quod istae rationes sint pure allegorice cum ponatur secundum significationes ornamentorum, & non secundum effectus, & necessitates eorum, quoniam aequalis effectus, uel necessitas istorum ornamentorum uideatur esse significatio, cum ipsa sacra scriptura ponat significationem istarum uelut uiti, & tamen sacra scriptura sequitur sensum literalem, & nunquam facit argumentationem, uel probationem in metaphoris. In uelut uiti autem summi sacerdotis, quae habebat oves vestes tam suas, & vestes minorum sacerdotum: tunica linea signabat terram, de qua linum originem trahit. Tunica hyacinthina aere signat propter coloris conformitatem. Tintinabula autem sonitum emittentia in hac tunica apponuntur, quia in regione aerea tonitrua generantur. Baltheus cingens tunicam hyacinthinam signat elementum ignis circundans aere. Ut autem Baltheus in minoribus sacerdotibus tunica alba cingit signat oceanum circundantem terras: nam per lineam tunicam terre signabatur. Superhumeralale cum rationali sibi iuncto, quod quasi unum ornamentum facit, & ex coloribus diuersis texta sunt: signat caelum stellarum diuersis stellarum fulgoribus picturatum. Duo magni onychini positi in superhumerali signant duo luminaria magna, scilicet solem, & lunam. Duodecim lapides in rationali positi diuersarum specierum 12. signa caeli diuersarum uirtutum nominant. Et sic uocabatur istud ornamentum rationale, quia in eo reddebant rationes. i. rationes ad quaesita: ita zodiacus circulus quoddam rationale est, quia per eum cuncta generabilia, & corruptibilia regulantur, & in eo rationes omnium istorum effectuum naturalium continentur. De hoc Arist. 2. de generatione, & corruptione, quod per accessum, & recessum solis in circulo obliquo, id est zodiaco sunt generationes, & corruptiones in terra, & Iob. 38. capit. ad hoc agit. scilicet. Nunquid nosti ordinem caeli, & pones rationem eius in terra? Per mitram in capite positam signatur coelum empyreum, quod super omnia corpora est. Per laminam auream signatur ipse Deus, qui omnibus praesidet. Unde in ipsa lamina nomen domini scriptum erat. Quod autem nomina 12. filiorum Israel erant sculpta in rationali sacerdotis, signabat, quod sacerdotis ingenio memoria esse debebat de 12. tribubus, quibus praerant ut Pontifex. Quod uero in superhumerali iterum sculpta erant. scilicet in duobus onychinis signabat, quod curam totius populi super se sacerdos gerebat, sicut dicitur in litera: Portabit Aaron iniquitates eorum, quae oblata sunt in muneribus, & donarijs a filijs Israel. Quod autem istae vestes sacerdotales aliquid signarent, patet Sap. 18. c. cum dicitur: In veste poderis, quam habebat Aarō, totus erat orbis terrarum, & parietum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & in diademate capitis illius magnificentia tua domine scripta erat, id est nomen Dei Tetragrammaton. Vel potius magnificentia, id est quod in lamina illa protestatio fiebat de magnalibus Dei, scilicet de perfectionibus eius, cum scriptum esset coedes la Adonai, id est sanctitas domino. Iste rationes aliquales conuenientes sunt: sed conuenientiores illae, quae supra assignatae sunt, cum essent proprie literales: istae autem magis habent de mystico, ut apparet in quibusdam, quam de literalibus.

De ratione.

Causa

Causa aequaliter allegorice, & aequaliter literales quare summus sacerdos, & minores haberent vestes. Et cause omnium aliorum, quae erant in templo.

QV AESTIO. XXIII.

ALIAE causa horum assignari possunt, quae sunt aliquo modo literales, & aliquo modo mysticae: & attenduntur penes id quod signabant ista ornamenta. scilicet ad quid signandum fuerit mitra hyacinthina, uel rationale, & sic de ceteris. Nec tamen propter hoc dicendum est, quod istae rationes sint pure allegorice cum ponatur secundum significationes ornamentorum, & non secundum effectus, & necessitates eorum, quoniam aequalis effectus, uel necessitas istorum ornamentorum uideatur esse significatio, cum ipsa sacra scriptura ponat significationem istarum uelut uiti, & tamen sacra scriptura sequitur sensum literalem, & nunquam facit argumentationem, uel probationem in metaphoris. In uelut uiti autem summi sacerdotis, quae habebat oves vestes tam suas, & vestes minorum sacerdotum: tunica linea signabat terram, de qua linum originem trahit. Tunica hyacinthina aere signat propter coloris conformitatem. Tintinabula autem sonitum emittentia in hac tunica apponuntur, quia in regione aerea tonitrua generantur. Baltheus cingens tunicam hyacinthinam signat elementum ignis circundans aere. Ut autem Baltheus in minoribus sacerdotibus tunica alba cingit signat oceanum circundantem terras: nam per lineam tunicam terre signabatur. Superhumeralale cum rationali sibi iuncto, quod quasi unum ornamentum facit, & ex coloribus diuersis texta sunt: signat caelum stellarum diuersis stellarum fulgoribus picturatum. Duo magni onychini positi in superhumerali signant duo luminaria magna, scilicet solem, & lunam. Duodecim lapides in rationali positi diuersarum specierum 12. signa caeli diuersarum uirtutum nominant. Et sic uocabatur istud ornamentum rationale, quia in eo reddebant rationes. i. rationes ad quaesita: ita zodiacus circulus quoddam rationale est, quia per eum cuncta generabilia, & corruptibilia regulantur, & in eo rationes omnium istorum effectuum naturalium continentur. De hoc Arist. 2. de generatione, & corruptione, quod per accessum, & recessum solis in circulo obliquo, id est zodiaco sunt generationes, & corruptiones in terra, & Iob. 38. capit. ad hoc agit. scilicet. Nunquid nosti ordinem caeli, & pones rationem eius in terra? Per mitram in capite positam signatur coelum empyreum, quod super omnia corpora est. Per laminam auream signatur ipse Deus, qui omnibus praesidet. Unde in ipsa lamina nomen domini scriptum erat. Quod autem nomina 12. filiorum Israel erant sculpta in rationali sacerdotis, signabat, quod sacerdotis ingenio memoria esse debebat de 12. tribubus, quibus praerant ut Pontifex. Quod uero in superhumerali iterum sculpta erant. scilicet in duobus onychinis signabat, quod curam totius populi super se sacerdos gerebat, sicut dicitur in litera: Portabit Aaron iniquitates eorum, quae oblata sunt in muneribus, & donarijs a filijs Israel. Quod autem istae vestes sacerdotales aliquid signarent, patet Sap. 18. c. cum dicitur: In veste poderis, quam habebat Aarō, totus erat orbis terrarum, & parietum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & in diademate capitis illius magnificentia tua domine scripta erat, id est nomen Dei Tetragrammaton. Vel potius magnificentia, id est quod in lamina illa protestatio fiebat de magnalibus Dei, scilicet de perfectionibus eius, cum scriptum esset coedes la Adonai, id est sanctitas domino. Iste rationes aliquales conuenientes sunt: sed conuenientiores illae, quae supra assignatae sunt, cum essent proprie literales: istae autem magis habent de mystico, ut apparet in quibusdam, quam de literalibus.

Alph. T. ost. super Exodi



ED & hoc facies, ut mihi in sacerdotio consecrentur. Tolle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, panisque azymos, & crustulam absque fermento, quae conspersa sit oleo, lagana quoque azyma olcolita: de simila triticea cuncta facies, & posita in canistro offeres. Vitulum autem & duos arietes, & Aaron, & filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumque laueris patrem cum filijs suis aqua, indues Aaron uelut uiti suis, id est linea, & tunica, & superhumerali, & rationali, quod constringes Baltheo, & pones Thiarum in capite eius, & laminam sanctam super Thiarum, & oleum unctiois fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingisque Baltheo, Aaron scilicet, & liberos eius, & impones eis mitras: eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Postquam inueneris manus eorum, applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonij. Imponentque Aaron, & filij eius manus super caput illius, & mactabis eum in conspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonij. Sumptumque de sanguine uituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius. Sumes & adipem totum, qui operit intestina, & reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem, qui super eos est, & offeres in censum super altare: carnes uero uituli, & corium, & fimum combures foris extra castra, eo quod pro peccato sit. Unum quoque arietem sumes, super cuius caput ponent Aaron, & filij eius manus. Quem cum mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare. Ipsum autem arietem secabis in frustra: lotaque intestina eius, & pedes pones super concisas carnes, & super caput illius. Et offeres totum arietem in censum super altare: oblatio est domino odor suauissimus uictimae Domini.

Consecratio Aaron & filiorum eius.

Leui. 1.

Leui. 3.

De consecratione. dist. 2. cap. non oportet.

Sed & hoc. In superioribus descripto de vestibus pontificalibus, quæ erant quadam instrumenta, vel sine quibus non fiebant sacerdotales ministrations: hic ponuntur Aaron, & filiorum suorum consecrationes, quæ erant quadam dispositiones magis immediate ad tales sacerdotales officij executiones. Et dividitur in duas partes, quia primò ponuntur necessaria ad consecrationem. Secundò agitur de ipsa consecratione ibidem. *Chm lueris patrem.* Circa primum sciendum est, quòd ad consecrationem sacerdotum erant necessaria quadam animalia immolanda, & panes diuersorum generum ad offerendum, de quibus hic dicitur. *Sed & hoc facies, vt sacerdotio fungantur mihi.* Idest ad hoc, quòd Aaron, & filij eius ministrarent coram domino, debebant habere vestes sacerdotales, vt pater præcedenti capitulo, cum dicitur: Vt faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministraret mihi: sed non solum sunt necessaria vestes illæ, sed etiam quadam potestas attributa per consecrationem, vt ministrarent, ideo dicitur. *Sed & hoc facies.* Idest præter vestes, quas fecisti eis, adhuc facies hoc, quod sequitur, scilicet istas cœremoniales obseruationes ad consecrationem eorum. *Vt sacerdotio fungantur mihi.* Idest coram me ministrarent tanquam sacerdotes, vel vt habet alia litera, quæ communior est. *Vt in sacerdotium consecrentur mihi.* Idest ad hoc, quòd isti ministrarent oportet, vt consecrentur in sacerdotium, idest vt consecrentur tanquam sacerdotes. Ad consecrationem autem requiruntur cœremonia, quæ hic ponuntur. *Tolle vitulum de armento.* Ista animalia ducuntur ad explendam consecrationem Aaron, & filiorum eius, & quia ipsi hic non habebant locum sacerdotum, cum necdum sacerdotis essent, offeruntur ista animalia de gregibus eorum, & non de gregibus populi: in alijs enim cœremonijs sacrificiorum quandoquocumque Deus mandat tolli aliqua animalia, erant illa de sumptibus popularium, quia tales immolationes pro toto populo fiunt: hic autem cum sacerdotis consecrantur, non fit immolatio pro populo, sed ad solennitatem consecrationum sacerdotum: ipsi ergo sacerdotes de bonis suis sumptus istos faciebant. *Vitulum de armento.* Idest accipies vitulum, qui est inter armentum. Armenta quippè congregatio magnorum pecorum dicitur, vt vaccarum, & bubalorum, atque Chamelorum, & equorum, similitumque: & distinguitur contra gregem, qui est congregatio minorum animalium, vt ouium, caprarum, & porcorum.

Quæ erat causa equare in consecratione sacerdotum vitulum immolabatur.

QÆSTIO PRIMA.

CAUSAM quare in sacerdotum consecratione immoletur vitulus, quidam esse dicunt in memoriam vituli, quem fabricauit Aaron, & adorauit eum populus: in quo Deus contra Aaron vehementer iratus eum contere voluit, vt patet Deuteronomij nono capitulo. Sed hoc non multum conuenit: nam etiam si populus peccaret, offerretur pro eo vitulus, vt patet Leuitici quarto capitulo. Sed non est dicendum, quòd quandoquocumque peccaret populus, fieret in sacrificio suo commemoratio peccati commissi adorato vitulum, quia tunc eodem modo cum aliquis peccaret deberet pro eo offerri vitulus, sed falsum est, quia si peccaret princeps terræ, vel aliqua persona singularis debebat offerre capram, vt patet Leuitici 4. cap. Videtur ergo dicendum, quòd pro peccato sacerdotum offerretur vitulus, quia sacrificia imponuntur

maiora pro peccato secundum quòd peccata sunt maiora: peccata autem sacerdotum ceteris maiora sunt, ideo sacrificia maiora offerenda erant. Et in hoc patet ratio diuersitatis sacrificij pro peccato inter peccatum populi, & sacerdotis, & peccatum principis terræ, & personarum priuararum: erant namque peccata populi, & sacerdotis maxima: ideo offerretur sacrificium maximum, scilicet vitulus. Peccatum principis terræ, & personarum priuararum erat minus: ideo minus sacrificium fiebat, scilicet immolatio capræ. Est namque peccatum populi maximum extensiuè, quia tota multitudo errat. Est autem peccatum sacerdotis summi maximum intensiuè, quia ipse tenebatur magis cognoscere quid esset peccatum, & quid non: & diligentissimè cauere super ceteros populares: si ignorauit maximè culpabilis fuit. Est etiam peccatum summi sacerdotis maximum extensiuè per accidens, quia in totum populum extenditur: eo namque per ignorantiam peccante ceteri id sequuntur. Et hoc monium exprimitur Leuit. 4. cap. cum dicitur: Si sacerdos, qui vnctus est peccauerit, delinquere facies populum, &c. Ista ergo fuit ratio immolationis vituli pro peccato sacerdotum. Hic peccatum principis terræ per ignorantiam non est tantum, sicut peccatum populi, aut peccatum summi sacerdotis intensiuè, nec extensiuè. Intensiuè quidem patet, quia non tanta tenetur scire princeps terræ, qui est rex, sicut sacerdos magnus, ideo peccatum eius remissibilis erat, quia interdum contingeret peccare regem ex ignorantia eius, quod non tenebatur scire: summum autem sacerdotem nunquam continebat peccare ex ignorantia eius, quod non cogebatur scire, sed quandoquocumque peccaret per ignorantiam eius, ad quòd obligabatur sciendum. Patet ista diuersitas, quia rex solum præcipiebatur scire Deuteronomium legis, vt patet Deuteronomo. 17. capit. vbi dicitur, quòd quando rex sederet in folio regni sui, faceret sibi scribi Deuteronomium legis, & legeret in eo omni tempore. Sacerdotes autem obligabantur scire totam legem, & questiones legis. Sic patet Malachia secundo capitulo, cum dicitur: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem exquirent de ore eius, quia angelus domini exercituum est. Et ibidem secundo capitulo dicitur: Interroga sacerdotes legem, idest quòd sacerdotes tenentur scire legem. Erat etiam peccatum sacerdotis summi maius extensiuè, quàm peccatum regis: nam totus populus sequebatur sacerdotem summum tanquàm doctorem, & eo per ignorantiam errante ceteri quoque delinquebant: errante autem rege non sequebantur eum ceteri, cum rex non esset doctor populi, sed princeps. Et sic Leuit. 4. cap. vbi ponitur ista differentia sacrificiorum dicitur, quòd sacerdos, qui vnctus est peccans facit delinquere populum, & nõ dicitur, quòd princeps terræ cum peccat, quòd faciat delinquere populum. Et si dicas contra, quia omnes de populo obediunt principi terræ illius, ideo eo peccante ad eius mandatum omnes, aut multi peccarent. Respondetur, quòd hoc tenet de peccatis, quæ committerent populares, quasi per violentiam ad mandatum principis, quia sequuntur eius imperiũ, & tunc verum est, quòd rege delinquente multi delinquerent: sed nõ tenet de peccatis, quæ faceret populus per ignorantiam, quia in hoc casu ad ignorantiam principis populus non delinquit, cum non sequatur eum tanquam doctorem, sequitur tamen sacerdotem summum tanquam doctorem. Et si dicas, quòd rationes supra posita non tenent, quia vitulus hic non offerretur pro peccato, sed in holocaustum. Dicendum quòd falsum est, quia vitulus pro peccato immolabatur, vt patet infra, cum dicitur: Carnes verò vituli, & corium, & fimum combures foris extra castra: eo quòd pro peccato fit.

Quid obligant scilicet re- ges. Sacerdotes totam legem scire obligabatur. Et quæstiones legis.

Immolationes nõ fiebant de sumptibus populi, sed Aaron, & filiorum suorum.

Et arietes duos. Offerretur duo arietes, vt ait Nicolaus, vnus ad memoriam arietis, quem immolauit Abraham pro filio suo Isaac, quia ibi obediens valde fuit, cuius imitatores debent esse sacerdotes, & alium ad memoriam agni immolati in exitu de Aegypto. Sed hoc non multum coaptatur: maximè, quia non videtur posse stare: nam quandoquocumque fit aliqua commemoratio, fit per talia signa, quæ congruant rei signata: sed non conuenienter assignatur, quòd ponatur aries ad memoriam agni immolati in exitu de Aegypto, sed si hoc intenderet Deus mandaret, vt offerretur vnus aries, & vnus agnus. Dicendum ergo quòd mandauit hic Deus offerri duo arietes, quia solennitas consecrationis sacerdotum erat valde magna: ideo in ea debebant omnia sacrificiorum genera immolari. Est autem triplex genus sacrificiorum, scilicet holocaustorum, & hostia pro peccato, & hostia pacifica, vt patet Leuitici primo, & tertio, & quarto capitulo. de his omnibus hic oblatum est: nam vitulus pro peccato oblatum est, vt patet infra, & supra diximus: Vnus aries, scilicet primus erat in holocaustum, vt patet infra, cum dicitur: Ipsum autem arietem concides in frusta: lotaque intestina eius, & pedes pones super concidas carnes, & caput illius, & offeres totum arietem incensum super altare, secundus aries erat in hostiam pacificam, & patet, quia infra mandabat, vt coquerentur partes carniū eius, & comederent eas Aaron, & filij eius in loco sancto, & sunt partes, quas accipiebant de sacrificijs pacificis, vt patet Leuit. octauo capitulo. *Immaculatos.* Dicuntur immaculati, qui nec pedem fractum, aut amputatas nares, aut caudam præcisam, vel ademptas aures, vel aliquod membrum mutilatum, aut deformatum habeant, vt si testiculis careant, vel eos contritos habeant. De quibus habetur Leuitici vigesimo secundo capitulo, & Deuteronomo decimo secundo: si autem aliquis aries, vel alterum quòdlibet pecus in vellere varium, atque discolor fuerit maculatum non dicitur, dum tamen cetera bene se habeant: & licet istud adiectiuum immaculatos immediatè coniungatur huic substantiuo arietes, ad vitulum etiam coniungendum est, quia nec vitulus, nec arietes maculati esse debebant: nullum namque animal Deo offerendum est, in quo macula sit, vt patet Leuitici vigesimo secundo capitulo. *Panesque azymos.* Positis sacrificijs, quæ fiebant de rebus animatis: hic ponuntur sacrificia de rebus inanimatis, & hoc est ad complendum totaliter solennitatem consecrationis, vt de omni genere sacrificiorum offerretur. Et quia Leuitici capitulo secundo, ponuntur de similitudine genera sacrificiorum, scilicet de Clibano, & de Sartagine, & de craticula: de omnibus hic offerri mandauit. Panes azymi dicuntur panes facti sine fermento, & tales in sacrificio domini offerri debebant, quia vt dicitur Leuitici secundo capitulo, nunquam in sacrificio domini fermentum ponendum erat. *Et crustulam absque fermento.* Crustula est quoddam genus panis tenuissimi, ita vt totum crusta esse videatur: in Hebræo dicitur, similia quæ conspersa sit oleo. Quod idem est: nam ista crustula de similia fiebat, non tamen fundebatur oleum super ipsam farinam, idque sic offerretur, sed quòd pinsēbatur de similia illa, & sicut conspergi debebat aqua, conspergebatur oleo, vel fortè vtroque conspergebatur, & fiebat panis delicatus coctus in Clibano. Erat autem hoc totum sine fermento, quia fermentum maliciam conscientia: notat, quæ a sacerdotibus procul abesse debebat, sicut declarat Apostolus primæ Corin. 5. ca. scilicet: Non in fermento malicia, & nequitia, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Etiam quia sacerdotes idolorum panem pollutum, & fermentatum offerrebant. *Quæ conspersa sit oleo.*

Alph. Toit. super Exodi

A Aliqui putant, quòd crustula coquebatur, & deinde super eam oleum fundebatur. Sed non est sic, immò accipiebatur farina delicata, quæ similia nuncupatur, & sicut commiscemus nos farinam aqua, ita illi ad formandam crustulam commiscebant farinam oleo: sic enim & nos quosdam panes oleo commiscemus, vt sapidiores sint. Et putant quidam crustulam ad Sartagine pertinere. Sed falsum est: ad Clibanum namque pertinet, quia sic, vt ceteri panes communes coquitur. *Lagana quoque azyma.* Ista sacrificia panis pertinere possunt ad Sartagine, vel ad craticulam, quia idem modus quasi tenebatur in vtraque, vt pater Leuitici secundo capitulo. Vocantur lagana, vt vulgareter accipitur, pasta facta de farina, & commixta aqua, & in oleo fixa. Et hoc modo accipi possunt lagana. Alio modo lagana dicuntur quidam panes cocti in aqua in Sartagine, & postea oleum super funditur eis. Et dicit Rabbi Salomò, quòd fundebatur in modum cuiusdam figuræ literæ Græcæ, vt vult Nicolaus. Sed hoc non multum constat, cum non habeatur in litera, nec ipse poterit videre tales cœremonias, aut alij doctores Hebræorum, qui post Christum fuerunt, in quo tempore cœremonia sacrificiorum abolita erant. Quòd autem lagana ista facta essent in aqua, & postea superfunderetur oleum, satis declarat litera nostra, cū dicitur. *Lagana azyma oleo lita.* Linie enim est desuper inducere: si autem aliter fieri debuissent ista lagana diceretur, quòd essent in oleo confusa, sicut dicebatur de crustula. Vel quòd essent in oleo fixa: sed solum dicitur, quòd sint in oleo lita. *De similitudine cuncta facies.* Idest de farina electissima, scilicet quòd farina tritici depuraretur, & illa pars, quæ ceteris depuratur manebit vocabatur similia, & aliquando vocatur ista similia adeps, vt cum dicitur: Ex adipe frumenti faciat te, vt habetur Psal. 148. Non poterat aliquid horum de hordeo fieri, aut sigala cœremonia feminibus, quia triticum inter cœtera excellentius est, & ea, quæ nobiliora sunt, Deo dari debent, sicut ipse nobis opera sua perfecta dat. Dei enim perfecta sunt opera, vt patet Deuteronomo. trigesimo secundo capitulo. *Et posita in canistro offeres.* Ista omnia, scilicet tam panes azymi, quàm crustula, & lagana oleo lita ponebantur in vno canistro, & offerrebantur. Ista oblationem faciebat Moyles, vt patet hic, cum referatur ista locutio ad ipsum, & ratio est, quia facere sacrificia, & oblationes pertinet ad sacerdotes. Aaron autem, & filij eius tunc non erant sacerdotes, cum tunc consecrarentur, vt essent sacerdotes, & ista oblatio pro eis fiebat. Moyles ergo, qui eos ordinabat, & consecrabat, omnes has cœremonias explere debebat: Moyles tamen sacerdos non erat cum nullus eum consecrasset, aut ordinasset: Deus tamen eum vnctus oleo inuisibili, scilicet dans potestatem hæc omnia faciendi, vt patet in his verbis cum mandat hæc fieri, fiebat autem oblatio panum istorum hoc modo, vt Moyles acciperet canistrum, & poneret coram domino, scilicet coram altari holocaustorum, & acciperet de panibus illis, & laganis, atque crustulis, & poneret super manus Aaron, & filiorum eius, & sanctificaret illos, & rursus acciperet omnia hæc de manibus eorum, & ponens super altare holocaustorum incenderet ea ibidem. *Vitulum autem, & duos arietes.* Supra dicebat ea, quæ accipienda erant: hic ponit ordinem eorum, scilicet quòd cum Moyles vellet consecrare Aaron, & filios eius, primò debebat existens extra tabernaculum, & atrium tabernaculi accipere omnia hæc, tam animalia, quàm panes, & portare ea ad atrium tabernaculi, & ipsum Aaron, & filios eius simul, constituereque omnia hæc intra atrium tabernaculi, circa ostium tabernaculi.

Lagana quid.

Quid sit frumentum adeps.

De Moyse vnctus oleo inuisibili tribus ei potestatis eò fecerandi.

Fermentum maliciam conscientia: notat in sacra scriptura.

Pars Secunda. K 3 vitulum

Vitulum autem, & duos arietes. Qui immolari debebant in hac solemnitate consecrationis secundum formam supra traditam, quæ infra magis in litera explicatur. *Et Aaron, & filios eius.* Omnes filij Aaron fuerunt consecrati in sacerdotibus: erant autem quatuor, scilicet Nadab, Abiu, Eleazar, & Ithamar, vt patet Numeri tertio capitulo: sed duo eorum, scilicet Nadab, & Abiu combusti sunt in diebus consecrationis suæ, cum offerrent ignem alienum coram domino, vt patet Leui decimo capit. *Applicabis ad ostium tabernaculi vestimonij.* Applicabantur sacerdotibus ad ostium tabernaculi duplici ratione. Prima quia iustum erat, vt apud locum istum consecrarentur, in quo post consecrationem ministrare debebant: sacerdotes autem in tabernaculo ministrabant in positione, & oblatione panum pro positionis, & apparatione lucernarum, & incensione Thymiamatum: non tamen introducebantur sacerdotes, vt consecrarentur intra tabernaculum, quia intrare in tabernaculum ad solos sacerdotes pertinebat: si quis autem de alijs illuc intraret, moriebatur, vt patet Num. 4. capit. Secunda ratio erat, quia altare holocaustorum erat apud ostium tabernaculi, vt patet circa finem huius capituli: applicando ergo eos ad ostium tabernaculi applicabant ad altare holocaustorum.

Quare sacerdotes consecratione ad ostium tabernaculi applicabant.

Ad hoc autem applicari debebant, quia in altari holocaustorum potissima sacerdotum ministratio erat, quia quotidiana, & multum frequentata, & circa quæ magis occupabantur: quotidie enim bis ministrabant ibi ad minus, scilicet in sacrificio matutino, & sacrificio vesperino, vt patet in litera, & Num. 28. capit. hoc enim vocatur iuge sacrificium: preter alia, quæ fiebant in festis diebus, de quibus Num. 28. & 29. cap. & preter sacrificia, quæ sacerdotes ad deuotionem populi offerentibus popularibus animalia faciebant, adhuc ipsi pro seipfis sacrificabant. Quod autem vitulus, & duo arietes ad ostium tabernaculi applicarentur, ratio erat, vt ad altare holocaustorum applicarentur, in quo immolandi, & incendendi erant. Alia etiam potissima ratio, quare sacerdotes applicabantur ad ostium tabernaculi erat, quia apud ostium tabernaculi sunt altare holocaustorum, & labium æneum, in quo sacerdotes lauabantur, antequam induerentur vestibus sacris, & ministrarent, & cum tunc Moyse lauare deberet Aaron, & filios eius ad induendum eum vestibus sacris, & consecrandum, debebant ad labium æneum accedere, vt ibi lauarentur: sed hoc erat apud altare holocaustorum: ergo apud altare holocaustorum, & ostium tabernaculi accedere debebant sacerdotes consecrandi. Et patet quod ista sit ratio potissima, scilicet vt lauarentur, quia cum dictum fuerit, quod accedere debebant ad ostium tabernaculi, subiungitur: Cumque laueris patrem cum filijs aqua. quasi dicat, quod ista accessio ad lauandum eos erat, & sic verum est, quia licet aliæ causæ satis subsistant: hæc tamen est potissima, & quæ ad hoc magis mouit. *Cumque laueris.* Hic ponitur secundum principale, scilicet de sacerdotum consecratione, & diuiditur in duas partes, quia primò agitur de ipsorum exornatione. Secundò de animalium immolatione ibi. *Postquam iniuaueris.* Circa primum dicitur. *Cumque laueris patrem.* Nam vt dictum fuit accedebat Aaron cum filijs suis ad labrum æneum, quod erat circa ostium tabernaculi, & ibi lauabantur, & post hoc fiebat ea, quæ sequuntur. Et sciendum quod Deus in dicendo ista non tenuit ordinem naturalis narrationis, vt quæ primò sunt primò enarrantur, sed fecit, quandam anticipationem: nam ista lotio sacerdotum consecrandorum fiebat in labro æneo, quod erat ante ostium tabernaculi. Et ad hoc necessarium erat, vt primò poneretur labrum æneum, quàm lauarentur sacerdotes: hic tamen contrariè fecit, quia primò

mandauit sacerdotes lauari, deinde iussit fieri labrum æneum, & collocari ad ostium tabernaculi, vt patet sequenti capitulo: sed hoc non est nouum, cum etiam secundum doctrinam Rhetoricorum, non semper tenendus sit ordo naturalis in narrando, sed plerumque artificialis, qui & pulchrior est. *Cumque laueris patrem.*

An Aaron fuerit lotus in toto corpore in consecratione sua, vel in pedibus, & manibus solum.

QV AESTIO. II.

ALIIQVI dubitabant qualis fuit ista lotio Aaron. Dixerunt quidam quod Aaron, & filij sui lauerit manus, & pedes, secundum quod mandatur sequenti capitulo. Sed dicendum, quod in ista lotione isti sacerdotes loti sunt in toto corpore: nam id quod sequenti capitulo dicitur: Intelligitur de ablutione illa, quam quotidie facere debebant cum intrarent ad ministrandum, & non de ablutione, quam habere deberent cum induerentur ad consecrationem suscipiendam: debebant enim ista rationabiliter differre, quia maior solemnitas requirebatur in lotione secundum quam incipiebant esse sacerdotes, quàm in illa secundum quam continuabant officium sacerdotum.

Item quia hic dicitur, quod Moyse deberet lauare patrem cum filijs: lauare autem manus, & pedes eorum non est lauare patrem cum filijs: ergo oportet magis dici, quod lauabantur totaliter, scilicet in toto corpore, vt non videretur vlla vetustatis macula derelicta: vt sicut nouam vitam inchoabant, scilicet sacerdotalem: nouitatem corporis, & mentis haberent totaliter abolita vetustate. *Indues Aaron vestimentis suis.* Istud erat, quod fiebat in coemone huius consecrationis, scilicet vt indueretur Aaron vestibus suis, & filij sui. Et conueniens ordo erat, vt primò lauaretur, & deinde indueretur, siue quantum ad honestatem, siue quantum ad significationem. Ad honestatem quidem, quia cum vestes tantæ puritatis, & sanctificationis Aaron, & filij sui indui deberent, decebat vt prius totius corporis maculas abolerent. Propter significationem autem, quia ablutio corporalis interiori designat ablutionem, qui autem vestes sacerdotales ministrations induitur, ab omnibus inquinamentis mundus esse debet, vt procedenti capitulo declaratum est. *Vestimentis suis.* Vocantur vestimenta Aaron non solum ea, quæ ad eum specialiter pertinebant, cuiusmodi erant tunica hyacinthina, & rationale, & superhumeralis, & thiara, & lamina, sed etiam omnia alia, quibus ipse induebatur: licet ad alios pertinerent minores: quod declaratur immediatè, vbi linea tunica, & Baltheus vocantur vestes Aaron, cum tamen pertineant etiam ad minores sacerdotes. *Idest linea.* Hic declarat, quæ sunt istæ vestes quibus Aaron induitur. Et aliqui dicunt lineam tunicam esse hic vnâ vestem Aaron. Sed falsum est, quia ponitur coniunctio copulatiua inter ea, scilicet linea, & tunica, & ista coniunctio semper facit diuersitatem. Sed dicendum est, quod sunt duæ vestes, & istum modum sequitur litera in principio capituli precedentis, cum dicitur: Hæc autem erunt vestimenta, quæ facient rationale, & superhumeralis, & tunicam, & lineam. Vocatur linea vestis prima, quia induitur summus sacerdos, & sacerdotes minores super vestes suas communes, & vocatur linea, quia erat de lino facta non habens aliquam colorum varietatem, & vocatur linea stricta, vt patet precedenti capitulo.

quia

Quid erat illud quod vestibus sacerdotis Baltheo stringebatur.

quia erat angusta: in quo differebat à tunica hyacinthina, quæ satis ampla erat. *Et tunica.* Scilicet hyacinthina, de cuius figura, & materia capitulo precedenti dictum est: & ista rectè vocatur tunica secundum proprietatem huius nominis tunica, quia tunica dicitur, quasi tonica à tonos, quod est sonus, quia sonabat, cum in eius extremitate pederet in circuitu tintinabula aurea multa, & mala punica. *Superhumerali.* Quid sit superhumeralis, & de figura eius, & varietate materia, atque necessitate eius precedenti capitulo dictum est. *Et rationale.* Quod vocatur in Hebræo pectorale, quia ponebatur in pectore, de cuius figura, & efficacia, & colligatione, quàm habebat cum superhumerali precedenti capitulo diximus satis latè. *Quod stringes Baltheo.* Baltheus erat cingulum factum ex multis filis diuersorum colorum opere Polymito, vt patet precedenti capitulo, & ligabat superhumeralis super zonam sacerdotis: nam vt superiori capitulo dictum est, superhumeralis erat ornamentum quadrangulum positum super humeros sacerdotis magni pendens à parte anteriori super pectus vsque ad zonam, & à parte posteriori super dorsum vsque ad zonam: ponebat ergo sacerdos summus Baltheum in loco zonæ, & colligabat duas extremitates superhumeralis, scilicet vnâ in parte anteriori sacerdotis, & aliam in parte posteriori. Aliqui volunt quod istud relatiuum, quod, referatur ad rationale, quia immediatè ponebatur, scilicet quod Baltheus stringeret rationale, & videtur habere aliquem colorem secundum positionem illorum, qui dicebant superhumeralis pendere ab humeris sacerdotis super dorsum in parte posteriori, & rationale poni in parte anteriori, si pectore, & attingere vsque ad zonam, & ibi Baltheum stringere extremitates eius. Sed hoc non potest stare, quia precedenti capitulo declaratum est, quod non conuenit literæ talis assignatio. Item quia dato quod illa assignatio staret, tamen non posset rationale taliter disponi, vt Baltheus illum stringeret super zonam, quia magnitudo rationalis erat quadrata, scilicet vnus palmi in latitudine, & alterius in longitudine: cum ergo poneretur super pectus, vt colligaretur superhumerali pendenti super humeros, non videtur, quomodo posset descendere vsque ad zonam, & infra, vt colligaret eum Baltheus. Necessariò ergo dicendum est, quod referatur ad superhumeralis, quia rationale erat intra superhumeralis in foramine superhumeralis coaptato super pectus: & non poterat Baltheus tangere rationale aliquo modo, sed solum superhumeralis. Et dato quod referatur ad vtrumque, ponitur tamen relatiuum in singulari, quia vtrumque idem erat. Rationale namque, & superhumeralis vnum ornamentum efficiebant, cum vnus poneretur intra alterum. Et hoc etiam est contra illam positionem, quia si rationale solum esset in parte anteriori pectoris pertingens vsque ad zonam, & stringeret illud Baltheus: non solum stringeret ipsum, sed etiam superhumeralis, quod pederet in parte posteriori super dorsum: cum ergo hic simul de vtroque dicatur, non deberet dicere, quod Baltheus stringeret rationale, sed quod stringeret superhumeralis cum rationali. Redeundum ergo necessariò ad primam positionem Iosephi, quam secuti sumus. *Et ponet Thiaram in capite eius.* Thiara est quædam mitra hyacinthina posita super caput sacerdotis magni, vt patet capitulo precedenti. Et non fit hic mentio de cydari, quæ erat mitra byssina, & conueniebat tam minoribus, quàm maioribus sacerdotibus, & aliquando vocatur mitra, vt patet precedenti capitulo: hæc enim in sacerdotibus maioribus ponebatur immediatè super caput sacerdotis, & deinde ponebatur Thiara, quæ erat tota hyacinthina, & velabat cydari. *Et laminam sanctam.* Vocatur lamina sancta illa lamina, quæ ponitur super caput sacerdotis.

Alph. Toit. super Exodi

nebatur in fronte sacerdotis magni, & pertingebat ab aure vsque ad aurem. Dicitur sancta, quia in ea erat scripta sanctitas. Dicebatur enim ibi in litera literis Hebræis codes la Adonai: id est sanctitas ad dominum, vt habetur precedenti capitulo. *Super Thiaram.* Dicebatur esse lamina super Thiara, quia Thiara ponebatur in capite, & extremitas eius pertingebat super frontem, & lamina ponebatur super frontem, & labium eius superius sedebat super labium Thiare, sic dicitur precedenti capitulo. Ligabitque eam vitta hyacinthina, & erit super Thiaram imminens fronti pontificis. *Et oleum vntionis fundes super caput eius.* Istud non vocatur oleum simpliciter, quasi liceret quocumque oleo consecrare istos sacerdotes: sed oleum vntionis appellatur, quod erat quasi quoddam vnguentum factum ex diuersis rebus, scilicet ex aromatibus myrrha, & cinnamomi, & casie, & calami certis ponderibus, & ista miscebantur cum oleo oliuarum, & fiebat quoddam vnguentum, quod erat ad vngendum sacerdotes, & vestes, & cum ista suppellectilia tabernaculi, vt patet sequenti capitulo. *Super caput eius.*

Ponit de consecratione Aaron, scilicet quod vngentur in capite: vtrum autem consecraretur in manibus non habetur. Consecratio ista fiebat in capite, quia caput potestatem notat: summus namque sacerdos est, à quo in cæteros minores potestas ministrandi deniuatur. De sacerdotibus minoribus non dicitur quomodo vngentur isto oleo: vtrum vngentur in capite, an in manibus, nec Leuitici octauo capitulo, vbi hæc ponuntur, qualiter factum fuerit exprimitur. Fortè posset dici, quod consecratio istorum fiebat, sicut fit nunc consecratio Episcoporum nostrorum, & sacerdotum. Episcopi enim in capite, & manibus vnguntur: minores autem sacerdotes in manibus solum, cuius ratio est, quia per caput potestas, & auctoritas designatur, per manus verò executio. Episcopi enim potestatem habent, & executionem, sacerdotes autem minores solum habent ministerium, auctoritate verò carent. De his extra de sacra vntione in capitulo vnico. De modo autem vntionis huius non habetur expressum: litera autem dicit, quod deberet fundi super caput Aaron, sicut funditur aqua, ita quod flueret per capillos, & faciem. Alieni autem hoc videbitur valde immundum, & coinquinatum vestium atque totius corporis. Vnde Rabbi Salomon dicit, quod ista vntio fiebat sic, vt Moyse tingeret digitum suum in vnguento illo, & faceret quandam lineam in fronte Aaron descendens à parte superiori versus palpebras. Vel vt quidam alius vult: faciebat Moyse quandam figuram rotundam, & transuerberabat eam per medium quadam virgula iacente in modum literæ Græcæ, quæ tita nuncupatur. & hoc modo nihil inquinaretur sacerdos sic consecratus. Sed magis videtur verum quod primò dicebatur, scilicet quod funderet oleum vntionis super caput Aaron, & flueret per capillos, atque aliqua gutta distillarent super vestes sacras eius. Et hoc patet Psal. centesimo trigesimo tertio, cum dicitur: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius, sicut ros Hermon. *Atque hoc ritu consecrabitur.* Idest obseruando istas superiores coemones fiet consecratio Aaron. Hæc autem, quæ postea sequuntur ad consecrationem pertinent, sed ista vnguenti effusio præcipua est in tota consecratione Aaron. *Filios quoque eius applicabis.* Primò applicatur pater, & obseruabantur in eo istæ coemones consecrationis: deinde filij eius quatuor applicati sunt, & applicabantur ad ostium tabernaculi, scilicet quia erat ibi labium æneum, vt ibi lauarentur, & fierent in eis coemones necessariae ad eorum consecrationem.

Pars Secunda.

K 4 Et

Et indues tunicis lineis. Hic non ponitur coniunctio copulatiua, sicut supra ponebatur inter tunicam, & lineam, ideo signant hic eandem rem, scilicet tunicam quandam factam de lino, quæ communis erat sacerdotibus minoribus, & summo sacerdoti, & vocat alio nomine subucula, vt patet Leui. 8. cap. cum dicitur: Cumque lauisset eos vestiuit pontificem subucula linea. *Cingefque Baltheo.* Baltheus ponebatur in summo sacerdote super tunicam hyacinthinam: in sacerdotibus minoribus ponebatur super tunicam lineam, quia nullam aliam tunicam sacerdotalem habebant. *Aaron scilicet, & liberos eius.* Hic notatur quod Baltheus sit ornamentum commune sacerdoti magno, & minoribus sacerdotibus. Liberi vocantur filij respectu patris sui liberi, nec se habet ad eos, sicut liberi ad seruum: quoniam principatus paternus est principatus regalis, & non Tyrannicus, vt ait Aristot. Ethic. principatus autem Perficus, in quo pater ad filium se habet, sicut ad seruum, inconueniens est, & peccat, vt patet ibidem. *Et impones eis mitras.* Vocatur hic mitra cidaris, & vocabantur precedenti capitulo Thiaræ, cum dicitur: Porro filijs Aaron tunicas lineas parabis, & Baltheos, atque Thiaras in gloriam, & decorem: hic autem non vocantur Thiaræ, nè videantur coincidere Thiaræ summi sacerdotis, & minorum sacerdotum, cum Thiaræ sacerdotis magni sit hiacinthina, & Thiaræ sacerdotum minorum sint byssinæ. *Eruntque sacerdotes mei.* Idest sic indui vestibus sacris, & ipsi consecrati erunt sacerdotes apti ad ministrandum coram me. *Religione perpetua.* Idest ritu perpetuo, quasi dicat: sicut nunc Aaron, & filij consecrantur, vt sint sacerdotes mei: ita post eos omnes eorum successores consecrabitur, ita vt nunquam deficiant sacerdotes de progeie ipsorum.

Religio propriè quid sit.

QV AESTIO. III.

DICITVR propriè religio aliqua obseruatio ceremonialis, ad quam aliquis se astringit voluntariè. Aliquando accipitur religio pro quacunque obseruatione in modo viuendi, & sic dicitur religio Christiana, professio Christianorum, & quidam alij speciales modi viuendi sub ipsa vita Christianorum dicuntur religiones, vt modi viuendi monachorum, & fratrum: hic autem propriè vocatur religio cœremonialis obseruatio, quæ non habet aliquam rationem temporalem, sed solum legislatoris voluntatem, & huiusmodi est in his consecrationibus. *Postquam initiaueris.* Hic ponitur secundum, scilicet de ipsa immolatione. Et diuiditur in quatuor partes. Primò ponitur sacrificij pro peccato immolatio. Secundò sacrificij in holocaustum oblatio ibi. *Unum quoque arietem.* Terriò sacrificij pacifici celebratio ibi. *Alterum quoque.* Quarto huiusmodi ritus consecrationis per dies septem replicatio ibi. *Omnia, qua præcepi tibi.* Circa primum. *Postquam, initiaueris.* Idest consecraueris. *Manus eorum.* Ex hoc aequaliter videtur, quod manus Aaron, & filiorum suorum tingebantur oleo vñctionis ad consecrationem, sicut dicebatur supra, vt designaretur ministratio, quæ expectat ad manus. In Hebræo dicitur. *Postquam impleueris manus eorum.* Et dicitur impletio manus completio aliquarum cœremoniarum deseruentium ad consecrationem, quæ terminabantur in manibus. In tinctione manuum in oleo sancto. Vel dicitur impletio manuum applicatio eorum ad sacerdotale sacrificium, per quam applicationem manus complebatur, idest erant aequaliter dispositæ ad ministracionem sacerdotalem, & iste est modus loquendi Hebraicus, quæ ubi nos dicimus consecrationem, dicunt ipsi cœpletionem.

Applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonij. Supra dixerat, quod Aaron, & filij eius, & vitulus, atque arietes duo applicarentur coram ostio tabernaculi antequam Aaron, & filij eius lauarentur, & induerentur, hic autem iterum mandat applicari. Pro quo sciendum, quod vitulus, & arietes duo ducebantur ad immolandum, & immolatio, atque concrematio sacrificiorum fiebat in altari holocaustorum, quod erat circa ostium tabernaculi, vt patet infra in litera: applicabantur ergo ista animalia ad ostium tabernaculi, quia applicabantur ad altare holocaustorum, & primò antequam lauarentur Aaron, & filij eius applicabantur hæc animalia ad altare holocaustorum, sed facta illa consecratione eorum: vitulus, qui primò immolandus erat, magis applicabatur ad altare, vt ibi immolaretur. Et de ista secunda applicatione loquitur hic litera. *Coram tabernaculo testimonij.* Idest coram ostio tabernaculi, circa quod erat altare holocaustorum. Et vocatur tabernaculum testimonij, quia in isto tabernaculo erat arca, in qua erat testimonium, idest tabulæ duæ continentes præcepta decalogi, quæ in testimonium erant contra Iudæos, & hoc modo dicitur supra vigesimo quinto capitulo: pones in arca testimonium, siue testificationem, quam dabo tibi, & loquitur de tabulis. *Imponentque Aaron, & filij eius manus super caput illius.* Idest postquam applicaretur vitulus ad altare holocaustorum; Aaron imponebat vtramque manum super caput eius, & quilibet de filijs Aaron: & sic immolabatur.

Quare Aaron, & filij eius imponebant manus super capita animalium, quæ offerebant.

QV AESTIO. IIII.

ALIQUI volunt, quod ista impositio manuum erat ad suscipiendam potestatem, scilicet quod imponendo manus super caput illius vituli immolandi pro peccato, suscipiebant potestatem immolandi hostias pro peccato. Sed non potest hoc stare, quia non solum fiebat hoc in sacerdotibus, sed etiam in omnibus alijs vulgaribus, quando offerebant holocausta, vt patet Leuitici primo capitulo, cum dicitur. Si holocaustum fuerit eius oblatio de armento masculinum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi: ponetque manus super caput hostiæ, vt patet Leuitici quarto, & quinto capitulis, & si offerret vellet hostiam pacificorum ponebat manum super caput hostiæ, vt patet Leuitici tertio capitulis: sed manifestum est, quod vulgares homines per talem impositionem manuum non accipiebant potestatem immolandi aliquod genus sacrificij, nec fiebat talis impositio, vt susciperent aliquam potestatem. Dicendum ergo quod ista impositio fiebat propter duo. Primò propter abrenunciationem proprietatis, quando enim aliquis offerebat aliquod animal ad immolandum: illud animal adhuc erat ipsius offerentis, vt ergo abrenunciaret proprietati, & transferret illud ad vsum cultus diuini, imponebat manus ei, quasi eum de manibus emitteret, nè ultra esset in sua potestate: sicut cum dominus libertatem seruo suo donat, eum à manibus suis eruit, vnde liberati à seruitute manumissi dicuntur, cum autem iste vitulus, & arietes essent de pecoribus Aaron, & filiorum suorum, vt diximus in principio cap. ad hoc, quod nunc transferrentur in cultum Dei liberati ab eorum potestate, manus capitibus eorum imponebant. Secunda ratio est, & conuenientior, quod ista impositio manuum erat quasi quædam imprecatio, & precipue in ista immolatione, quæ erat pro peccato.

Offere.

Offerebant enim sacerdotes ista animalia pro peccato suo, vt remitteretur. Imponendo ergo manus videbantur ista imprecari, scilicet quod Deus transferret penam debitam peccatis illorum in caput illius animalis immolandi, & mors quam ipsi pro peccato suo meruerant, veniret super caput illius pecoris. Et isto modo Deus placabatur, & remittebat peccatū offerentium: & non solum fiebat hoc in sacrificijs pro peccato, sed etiam in holocaustis, quæ licet directe offerrentur ad laudem Dei, tamen proficiebant ad remissionem peccatorum: ideo manus capitibus hostiarum imponebant, & placabatur Deus: quod satis innuitur Leuiti. primo cap. cum dicitur: Ponetque manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationem proficiēs eius, idest per istam manus impositionem illa hostia erit ad remissionem peccatorum eius, qui offerebat: & iste secundus modus erat quem intendebant hic sacerdotes. *Et mactabis eum.* Moyses mactare debebat hostiam in consecratione sacerdotum: nam licet immolare, & cremare sacrificia in altari, & similia essent pertinentia ad sacerdotes, quibus omnibus ministratio sanctuarij competebar: quia tamen nunc non erant sacerdotes, non poterant facere hanc ministracionem, sed Moyses, qui eos consecrabat efficiebatque sacerdotes, & istas cœremonias complebat. postquam vero isti sacerdotes consecrati sunt, & potuerunt ministrare, Moyses, qui sacerdos non erat, nunquam ministravit. *In conspectu domini.* Deus vbique est, & vbicumque aliquid fiat, debet fieri in conspectu domini, quia vt habetur Prouer. 15. cap. in omni loco oculi domini cœtemplantur bonos, & malos: dicuntur tamen aliqua in conspectu Dei esse, quæ sunt in aliquo loco, in quo Deus specialiter est, sicut declarauimus precedenti cap. & quia in altari holocaustorum specialiter Deus est, cum ibi specialis cultus ei tribuatur, ea, quæ sunt coram altari holocaustorum, dicuntur fieri coram Domino, vel in conspectu Domini. *Iuxta ostium tabernaculi.* Quia altare holocaustorum, in quo omnia sacrificia immolabantur, erat circa ostium tabernaculi. *Sumptumque de sanguine vituli ponet super cornua altaris.* Idest sumens de sanguine vituli ponet super cornua altaris. iste est modus abrenunciandi: quia participium habet locum vni⁹ orationis, cum includat in se significatum verbi, & si explicaretur signatum verbi, essent duæ orationes, & poneretur coniunctio copulatiua media. Pulchrior autem modus, & breuior est ponendo participium: licet interdum est difficilius, & ambiguus: & est sensus quod Moyses mactabat vitulum super aliqua vasa magna receptiua sanguinis, ne per terram effunderetur, & hoc fiebat apud altare: & tunc sumebat in digito de sanguine illo, & tingebat cornua altaris. *Sumptumque de sanguine vituli.* Potest poni iste accusatiuus sumptum in masculina terminatione, & intelligitur ibi substantiuum sanguinem. Et est sensus, sacerdos, siue Moyses, qui habebat hic locum sacerdotis, ponet super cornua altaris sanguinem sumptum de sanguine vituli: idest aliquam partem sanguinis sumptam de toto sanguine vituli, idest Moyses ponet super cornua altaris aliquod modicum sumptum de sanguine vituli. *Super cornua altaris.* Dicuntur cornua altaris extremitates eius, sicut nos dicimus in altari nostro cornu dextrum & sinistrum, idest extremitatem dextram, & extremitatem sinistram. In altari autem holocaustorum, quia erat quadratum, reperiuntur quatuor cornua, idest quatuor anguli extremitatum. Erant autem ista cornua quædam eleuationes factæ in angulis altaris: & iste erat de ipsomet altaris ligno, & vestiebatur laminis arcis, & fiebant cornua hæc ad apponendum aliquid in eis. Sic dicitur supra 27. capit. cornua autem per quatuor

Que erant cornua altaris holocaustorum.

angulos ex ipso erunt. In his quatuor cornibus altaris tingebat sacerdos, quando fiebat immolationes, & Moyses nunc quando sacerdos non erant. Rabbi Salomon dicit quod iste sanguis ponebatur solum in duobus cornibus altaris contradictoriè se habentibus, scilicet non in eis, quæ in eodem latere sunt, sed in eis, quæ appositò modo se respiciunt, & maxime a se distant in quadrato, & tenditur inter ea diametrum quadrati.

Quare altaris cornua sanguine tinguntur, cum fit immolatio alicuius hostiæ apud Hebræos.

QV AESTIO. V.

QUARE autem cornua altaris tinguntur sanguine cum fit immolatio alicuius hostiæ oblatæ a populo aliquis quaeret. Ad quod aliquis respondebit, quod hoc fiat ad cœmationem fœderis inter Deum & ipsum offerentem. Et patet hoc aequaliter per ea, quæ habentur supra 24. cap. nam lectis verbis legis coram omni populo, accepit Moyses sanguinem victimarum in crateris, & partem eius fudit super altare, & librum legis, & partem eius super populum: vt sic in sanguine confirmaretur fœdus inter Deum & Israel: & quia Deus incorporeus erat, loco eius tingebatur altare, & liber legis. De quo Iulius Apostolus ad Hebræos nono capi. Cum autem hic cornua altaris sanguine tingantur, & altare loco Dei est: dicendum est quod aliquod fœdus inter Deum & offerentem confirmetur. Sed hoc non potest stare: quia quando aliquod fœdus confirmari debet, oportet vt prius statuatur: nam quod non est ens confirmari non potest: quæ magis patet, quia supra 24. cap. quando pactum Dei cum Israel confirmari debuit: prius coram toto populo verba fœderis dicta sunt, vt videretur vtrum populus consentiret: cum autem omnes consentirent, scripsit Moyses omnia verba illa in libro, & sequenti die coram toto populo rursus legit: & iterum cœsistentibus eis confirmatum fuit fœdus per sanguinis asperisionem super populum, & altare: sic enim ait Apostolus ad Hebræos nono ca. Lecto enim mandato legis a Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea, ipsum quoque labrum, & omnem populum aspersit, dicens: hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Sed in ista immolatione, & in alijs non procedunt aliqua verba fœderis: ergo non confirmatur aliquod fœdus per tinctionem cornuum altaris in sanguine. Item quando fœdus confirmatur in sanguine, vterque eorum, inter quos fœdus confirmatur, sanguine aspergitur, vt vtrique eadem obligatio obseruationis imposita esse videatur: sic patet cum fuit confirmatum fœdus legis inter Deum & Israelitas, quia altare loco Dei sanguine aspersum est, & totus populus, vt patet supra 24. ca. & ad Hebræos nono cap. in immolationibus solum tingebantur cornua altaris, & non ipsi offerentes hostias: ergo non fiebat aliqua confirmatio fœderis inter Deum & ipsum offerentem per tinctionem cornuum altaris. Dicendum ergo est, quod cornua altaris tinguntur ad mundandum altare ab inquinamento filiorum Israel, quia filij Israel peccabant: & quodcumque peccatum esset quoddam inquinamentum, & est contra Deum, & meretur homo mortem per quodlibet peccatum, cum sit quodlibet peccatum quodammodo iniuria infinita saltem ex eo, quia quæ delinquitur. Et sicut quando contra aliquem valde grauius actum est, & ipse est iratus: si sanguis iniuriantis eum fundatur coram eo placatur, & cessat ira: ita, Deus quando sanguis noster qui peccauimus fundetur.

Docto. re. spon. ad questum.

fundetur, placaretur ab ira, sed quia misericors est, non vult sanguinem nostrum effundi, suscipiens satisfactioem si loco sanguinis nostri fundatur sanguis pecorum, & mortem nobis debitam in pecus immolandum transfert. Et quia Deus in altari specialiter esse dicitur, sanguine altaris cornua tinguntur, ut sanguine illo, tanquam sanguine nostro placeatur. Hæc autem locum habuerunt antequam verus mediator Dei & hominum Christus Iesus adveniret, per cuius sanguinis effusionem Deus sufficeret, imò & magisquam sufficienter de omnibus delictis hominum placaretur: ita ut non oporteat iam quotidie ad remissionem peccatorum, & placationem Dei effundere sanguinem taurorum hircorum atque arietum: cum sanguis Christi semel effusus pro omnibus delictis, quæ facta erant, & quæ postea fierent, sufficeret, ut ait Apostolus ad Hebræ. septimo cap. talis enim decebat, ut esset nobis pontifex sanctus, innocens, & impollutus, segregatus a peccatoribus, excelsior cælis factus, qui non habet quotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo: hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Et in eadem Epistola capit. nono dicitur: Per proprium sanguinem introiit semel in sancta æterna redemptione inuenta: si autem aliquis nunc ad placandum Deum pro peccatis suis vellet sanguinem hircorum, aut taurorum effundere, sicut in veteri testamento solitum erat, diceret sanguinem Christi semel effusum non sufficere ad emundationem omnium delictorum, quod abominabile est. Velle ergo sacrificia talia nunc facere detestabile est, & repugnans toti statui novi testamenti. Sed loco illorum sacrificiorum imperfectorum subiit perfectissimum Eucharistiæ sacrificium, ut quemadmodum Christus semel mortuus est pro peccatis nostris, & iam non moritur, & per illam unicam sanguinis effusionem peccata omnia remissa sunt: ita Eucharistiæ sacramentum frequentantes illius effusionis sanguinis, per quam saluati sumus, memoriam agamus: quia iuxta Apostolum primæ Corinth. vñ decimo ca. quotienscunque hoc facimus, mortem domini annunciamus, donec veniat. Et iste est convenientissimus modus orandi pro peccatis: quoniam Ecclesia Spiritu Sancto illustrata excogitavit: ut sicut semel per sanguinem agni immaculati sufficienter redempti sumus: ita per continuam frequentationem huius sacrificij tanto beneficio redemptionis gratias exhibentes fructum illius effusionis sanguinis in remissionem delictorum participare mereamur. Inexcogitabilis enim est effectus huius sacrificij ad remissionem peccatorum, pro quibus istam Dominicæ passionis memoriam agimus: si tamen digne celebremus. De sanguine autem hostiarum veteris testamenti, quo tingebantur cornua altaris quod ad expiationem peccatorum proficiat, patet in eo quod habetur Leui. 16. ca. de die propitiationis, in quo intrabat sacerdos in sancta sanctorum: & expiabat sancta sanctorum aspergens sanguinem ab inquinamentis filiorum Israel. Et eodem modo de altari thymiamatum cum dicitur: Cunque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, ut aspergat illud de regione oraculi: & expiet sanctuarium ab immundiciis filiorum Israel, cunctisque peccatis: & post hoc cum exierit ad altare, quod coram Domino est oret pro se: & sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum aspergens digito septies, expiet illud, & sanctificet ab immunditiis filiorum Israel. De hoc etiam Apostolus ad Hebræ. nono. cap. dicit. Et omnia peccata in sanguine mundantur secundum legem: & sine sanguinis effusione non fit remissio. Aliquis autem

Loco sacrificiorum imperfectorum veter. test. subiit sacrificij Eucharistiæ perfectissimum.

F dicit, quod licet sanguis, qui effundebatur, siue aspergebatur intra sancta sanctorum contra oraculum, & sanguis quo aspergebantur cornua altaris thymiamatum semel per annum, erat ad emundationem: sed iste sanguis, quo quotidie tingebantur cornua altaris holocaustorum, non erat ad expiandum: quia de alio sanguine exprimitur, quod fit ad expiandum, & de hoc non. Respondetur quod etiam iste sanguis, quo altaris cornua tinguntur, ad expiandum est: & patet Leui. 17. cap. cum ibi daret Deus regulam de loco oblationis sacrificiorum, & mandaret quod non comederetur sanguis, dedit legem dicens: Homo si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam illum de populo suo: quia anima carnis in sanguine est: & ego dedi vobis illum, ut super altare meo expietis pro animabus vestris: & sanguis pro animæ piaculo sit: nec potest hoc intelligi de altari thymiamatum, quia supra illud nunquam fiebat immolatio, ut patet sequenti cap. cum dicitur: Non offeretis super eo oblationem, nec victimam libabit: & loquitur de altari thymiamatum. Concluditur ergo quod ista tinctio sanguinis, quæ fiebat per cornua altaris, erat ad expiandum peccata eorum, pro quibus victima offerebatur.

An in sacrificio holocausti, & victimæ pacificæ sanguis, qui effundebatur, esset ad remissionem peccatorum.

Q V A E S T I O. VI.

S E D dices quod licet hæc conuenienter ponantur quantum ad hoc, quod offeruntur sacrificia pro peccato: tamen quando offeruntur holocausta, & victimæ pacificæ non videtur eadem ratio: nam distincta sunt ista sacrificia inter se. Cum ergo sit vnum genus sacrificiorum, quod dicitur pro peccato: alia genera sacrificiorum non sunt pro peccato, sed in holocausto ponitur sanguis victimæ per cornua altaris, ut patet Leui. cap. primo, & in victimis pacificis funditur per circuitum altaris ad basim eius, ut patet Leui. tertio ca. ergo non fit semper tinctio sanguinis in cornibus altaris ad expiandum. Respondetur, quod quandoque altare tingitur sanguine, fit ad emundationem peccatorum, siue sit sacrificium pro peccato, siue quodcunque alterum, & innuitur ex eo quod habetur Leui. 17. cap. & positum fuit supra, quia ibi dicitur, quod sanguis datus est ad expiandum in eo super altare: & sic videtur quod quoadocunque super altare funditur, vel aspergitur, expiet. Quando autem arguis de holocausto, & victima pacifica, quæ non sunt pro peccato: responderi posset quantum ad vnam partem, scilicet ad victimam pacificam, quod sanguine eius non tinguntur cornua altaris, sed solum funditur sanguis ad basim, ut patet Leui. 3. cap. Ideo in hoc non statat gumentum: sed quantum ad holocaustum aliquantulum militat: de quo oportet aliter respondere, scilicet quod hostia pro peccato directè datur pro peccato quod aliquis commisit, ut remittatur ei: & non intenditur aliquid alterum in illa immolatione. Holocaustum autem directè ad laudem, & honorem Dei: tamen aliquo modo est ad remissionem peccatorum. Quod patet Leui. primo capi. cum dicitur: si holocaustum fuerit eius oblatio de armento, masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi ad placandum sibi Dominum: ponetque manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit atque in expiationem eius proficiens. De hostia pacifica eodem modo dici potest, quod licet directè sit ad gratiarum actiones pro Deo nobis placato, vel ad rogandum, ut nobis placeat: tamen aliquo modo est ad expiationem peccatorum: ideo sanguis

Sanguis qui effundebatur de animalibus immolatis super altare deficebat: & nihil redigebatur.

Quare adipes animalium immolatorum non offeruntur.

guis pacificarum victimarum: licet non fundatur super cornua altaris, aliquo modo tamen pertinebat ad emundationem peccatorum. *Digito tuo.* Sunt verba Dei ad Moysen, scilicet quod Moyses intingeret digitum suum in sanguine vituli immolati, & liniret cornua altaris. *Reliquum autem sanguinis fundes ad basim eius.* Totus sanguis animalis immolati suscipiebatur in crateris magnis, vel caldarijs aut alijs receptaculis: & fumebatur inde modicus sanguis in digito ad tingendum cornua altaris: manebat autem multus alius sanguis, & iste erat fundendus circa basim altaris: non debebat hunc sanguinem reservari ad comedendum, quia quicumque sanguinem comederet, morte moriebatur, ut patet Leui. 17. cap. sed erat fundendus super terram, & cooperiendus, ut patet in eodem cap. De isto sanguine reliquo quo tingebantur cornua altaris sic faciendum erat: quia tamen facer sanguis erat, non debebat fundi in loco immundo: oportebat ergo eum intra atrium tabernaculi fundi. Et hoc erat, ut dicitur hic, circa basim altaris erat quidam canalus, qui intrabat sub altari, & in illo canali mittebatur sanguis, & per foramina eius decurrebat in aliquem puteum, qui staret forte infra altare. Sed magis dicendum est, quod in circuitu altaris erant aliquæ cauæ parua, in quas mittebatur sanguis hostiarum immolatarum. Vel si ponatur canalus ibi, & aliquis puteus sub altari, non debet poni vnus canalus, sed multi canales in circuitu altaris, quia dicitur Leui. tertio cap. quod sanguis pacificarum victimarum fundebatur per circuitum altaris: ergo non in vno loco vel canali, sed per totum circuitum quadraturæ altaris. Quidquid autem illud fuerit: siue iste sanguis fundetur in plano circa altaris basim: siue in aliquibus foueis in circuitu altaris, siue esset puteus in altari, necesse est dicere, quod immmediate iste sanguis miraculose desiccabatur, & redigebatur in nihilum, vel quasi in nihilum, aut saltem in aerem. Nam si iste sanguis miraculose non desiccaretur, sequeretur multa inconuenientia. Primò sequeretur immunditia, quia iste sanguis verteteretur in saniem, & fetorem emitteret, quod non decebat esse in domo domini. Item quia iste sanguis, cum esset fluidus, vniuersa tactu suo inquinaret. Et dato quod esset facta fouea, cito repleteret sanguine, & superflueret atque rediret inconueniens, quod ante erat: præcipue cum multæ hostiæ a toto Israele immolarentur quotidie, sicut cum Salomon vna die immolauit mille hostias, ut patet secundo Paralipo. primo cap. vbi ergo tantarum hostiarum sanguis caperetur? Et dato quod iste sanguis subito desiccaretur, si tamen per desiccationem rediret in tantam quantitatem quantam nunc sanguis naturaliter desiccatus habet, cito repleteretur omnes putei, & foueæ: quotquot essent circa basim altaris. Dicendum ergo, quod Deus supernaturaliter sanguinem hunc conuertebat in alterum elementum subito, ut in aerem, vel ad nihilabat: sic enim oportet poni multa alia miracula circa oblationes, & ea, quæ fiebant in altari, de quibus magis videbitur infra, & in Leuitico. *Sumes & adipem totum.* Adeps dicitur esse pinguedo intranea, quæ non est pars carnis, sed adheret vitalibus, & in omnibus sacrificijs debebat iste adeps dari domino: si enim animalia erant immolantia, dabantur adeps domino, & non comedebant de eo filij Israel: si autem erat animal non immolabile, ut ceruus, capra, & similia, adeps seruabatur ad vsus varios, ad cibum tamen non: ita quod nullo modo comedebant adipem alicuius animalis. De his habetur Leui. tertio, & septimo capi. vbi magis dicitur de hoc. Causa quare adipes domino incendebatur erat, ut obuiaretur ritui idolatrarum, qui comedebant adipes in sacrificijs Deorum suorum, ut patet Deutero. capit. 32. de

quorum victimis comedebant adipem, & bibebant vinum libaminum. *Qui operit intestina.* Vocantur intestina omnia, quæ intra corpus sunt, quia hoc nomen intestinum deriuatur de intra. Hic tamen vocantur intestina omnia: quia super omnes, & inter eos quædam pinguedo adhærens est, & hæc cremabatur in incensum Domino. *Et reticulum iecoris.* Dicitur iecur hic totum epas, quod nos vulgariter loquentes assaturam vocamus: in circuitu huius epatis, siue iecoris est quædam pinguedo circumdans, & distinguens ab alijs partibus intestinorum: & ista pinguedo vocatur reticulum, & vulgariter dicitur, redanon: & deriuatur reticulum a reti: quia ad modum retis picatorie factum est, scilicet in quibusdam locis est foraminatum, & in quibusdam grossius est quasi contextum fit. *Et duos renes.* Ren duo signat. Vno modo idem est, quod renunculus: & sunt due partes carnis rotundæ in modum spararum adherentes lumbis a parte interiori corporis, & inter eos atque super eos est pinguedo multa. Et isti non computantur inter partes carnis animalis, sed inter partes pinguedinis. Alio modo ren dicitur lumbus, & vocantur renes pluraliter, id est lumbi: & isto modo sunt partes carnis, & de his dicimus orantes ad Deum: Vre igne Sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum, id est lumbos nostros. Magis signat ren lumbos, quam signet renunculos. hic tamen pro renunculis assumitur. Quod patet, quia dicitur, quod duo renes, & pinguedo, quæ super eos est, offerretur domino, & carnes vituli, & corium, & simus comburerentur extra castra, & sic fit ibi differentia inter carnes, & renes: quasi renes non sint partes lumborum: si tamen accipiuntur renes pro lumbis, carnes sunt: imò magna pars carni totius corporis. Item in hoc vitulo immolato obseruabatur regula, quæ in alijs sacrificijs pro peccato, sed in alijs carnes comburebantur extra castra quando vitulus, siue bos offerebatur: ita in hoc totæ carnes extra castra debebant incendi, & reduci in cineres sola pinguedine cremata in sanctuario super altare: ergo in hoc vitulo sic fieri debebat, ita ut partes nullæ comburerentur, & consequenter nec lumbi, qui renes sunt. Patet antecedens, quia hic redditur causa, cum dicitur quod carnes vituli, & corium atque simus comburebantur extra castra, eo quod pro peccato sit: nec sic videtur, quod teneatur hic regula generalis, quæ in alijs sacrificijs pro peccato, cum reddatur causa vniuersaliter, scilicet eo quod pro peccato sit. Item istud sacrificium erat pro peccato sacerdotum, scilicet pro peccato Aaron, & filiorum suorum, ut patet hic: ergo debebat esse totaliter simile illi sacrificio, quod offerebatur pro peccato eorum, quando iam erant effecti sacerdotes. Sed Leui. 4. dicitur de sacrificio pro peccato sacerdotis, quod deberet offerri vitulus, & adeps vituli, qui operit vitalia: & qui operit omnia, quæ intrinsecus sunt, cremari debebat: & duo renunculi, & reticulum, quod super eos, & adeps iecoris: pellis verò, & omnes carnes eius debebant comburi extra castra. Ecce qualiter illa ceremonialis observatio in sacrificio pro peccato totaliter consonat isti immolationi & combustioni: & ibi dicitur quod deberent comburi renunculi, & non renes, id est lumbi: ergo non accipiuntur hic renes pro lumbis, sed pro renunculis. Item quia dicitur ibi, quod omnes carnes cremabantur extra castra, ergo nulla pars carni comburebatur in altari, sed lumbi, qui sunt renes sunt carnes: ergo non accipiuntur hic renes pro lumbis, sed pro renunculis. Ista duo sepe inueniuntur distincta, ut patet Leui. tertio cap. vbi agitur de hostia pacifica, & mandatur quod offeratur tota pinguedo interior, & duo renunculi, & duo renes: vbi renunculi accipiuntur pro illis spherulis carnis repertis intra aruinam, quæ est intra corpus, & re-

nes sunt lumbi. Et vocantur duo renes, quia lumbi duo sunt, cum distinguantur per spinam mediā, quæ necitur ex pluribus spondilibus. *Et adipem, qui est super eos.* Magnus adeps, & grossus est super renunculos: & vocatur sepum vocabulo communi, & iste adeps cum eis comburebatur, quia adeps Deo multum placebat. *Et offeres incensum super altare.* Aliquis putaret quod esset sensus, quod deberet accipere Moyses omnia supradicta, & postea accipere incensum, & offerre super altare, sed non est iste sensus: imò quod Moyses acciperet omnia ista, scilicet renes, & pinguedinē, & in altari offerret atque incenderet. *Et offeres incensum.* Ecce quod supra dicebamus, scilicet quod interdū ponuntur participia ad faciendum orationem breuiorem, & pulchriorem, & tamen sequuntur ambiguitates: est autem sensus grammaticaliter exponendo, *Et offeres incensum.* Id est offeres hoc totum quod dictū est incensum, id est incendendo illud in altari: vel facies illud esse incensum. *Super altare.* Scilicet super altare holocaustorum. Duo namque solum erant altaria in sanctuario, scilicet altare thymiamatum, quod erat intra tabernaculum, & in hoc nulla oblatio, aut victimā offerrebat, vel incendebatur, nec ponebatur sanguis, nisi solum semel in anno in die propitiationis, quando sacerdos intrabat ad expiandū sancta sanctorum in sanguine: & expiabat altare thymianatum, ut patet infra 30. cap. & Leuitic. decimo sexto, solum ergo altare holocaustorum erat, in quo victimę possent cremari. *Carnes vero vituli.* Id est totę carnes: quia ea, quę supra posita sunt, quę auferri debebant, & cremari in altari holocaustorum non erant carnes, nec partes carniū, ut nos vulgariter accipimus: sed partes pinguedinis. *Et licet non dicatur hic expressē, quod totę carnes vituli extra castra cremarentur, satis tamen notum est, quod cremari deberēt totę, cum solum abstrahantur partes quędam, quę non sunt carnes.* Item quia Leuit. quarto capit. vbi de tali sacrificio pro peccato agitur: dicitur quod totę carnes comburi debebant, pellem verò, & omnes carnes cum capite, & pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore efferret extra castra. *Et corium, & fimum.* Id est pellem, & sterus. In aliis sacrificiis non fiebat sic: nam in holocaustis pellis pertinebat ad sacerdotem, qui offerrebat, ut patet Leuitic. sexto capit. cum dicitur: Sacerdos, qui offert victimam holocausti, habebit pellem eius: & sic videbatur esse in aliis sacrificiis pacificis, ut aliqui volunt. Magis tamen dicendū est quod pertineret pellex ad eum, qui dabat illud animal immolandum. Et ratio diversitatis est, quia quādo dabatur aliquod animal offerendum in holocaustum, totaliter dabatur Deo, nec inde aliquid habere debebat dans illud animal, & quia pellex comburi non debebat in altari, dabatur sacerdoti in primum laboris, vel ad aliqualem sustentationem. Hostiæ autem pacificę non dabantur totaliter Deo, sed certa res pertinebat ad Deum, scilicet pinguedo rota interior cū renunculis, & duo renes, id est lumbi, ut patet Leuit. tertio cap. sacerdoti etiam certum quid dabatur de iure pacificarum hostiarum, scilicet armus dexter, & pectusculum, ut patet Leuit. octavo, & Nume. 18. capit. ceterę autem carnes pertinebant ad offerentes, ut patet Leuit. septimo: ergo pellex etiam, & cetera, quę in animali essent, pertinebant ad offerentes: cum Deus certum quid habere deberet de pacificis hostiis, & sacerdos certum quid, & eum inter hæc non compute tur pellex, necessitati pertinebat ad alterum, scilicet ad offerentem cuius iura determinata non erant, sed recipiebat omnia, quę supererant detracta pelle de victimā holocausti, quę cedebat in ius sacerdotum, extrahabantur intestina, & lauebantur, & cum totis car-

nibus, & capite atque pedibus incendebantur, ut patet Leuit. primo capi. Et hæc omnia in altari holocaustorum, nihilque efferebatur extra castra. In hostiis pacificis detrahebat tota pinguedo interior, quæ non est pars carnis, sed adheret carnibus, & vocatur adeps siue sepum, & renunculi, & duo renes, id est lumbi cum cauda in quibusdam, & cremabantur in altari holocaustorum coram Domino: ceterę autem carnes coquebantur in loco sancto, & coctis illis veniebat sacerdos, & mittebat fuscinulam, & trahebat armum dextrum, & pectusculum, quę erant lūi iuris: cetera autem manebant pro offerentibus. De quo Leuit. 3. & primo Reg. secundo capit. Intestina ergo ad offerentem pertinebant: & faceret de eis quod vellent: aut comederet, aut non: quia tamen erant intestina animalis immolati Domino, nō videtur quod possit dare ea canibus, aut aliis bestiis: sed aut lota ea comederet in loco sacro, quod magis videtur, vel comburet: & sic in his duobus generibus sacrificiorum non mandabatur aliquid comburi extra castra. In sacrificio autem pro peccato, ut patet hic & Leuit. quarto cap. comburebantur carnes vituli, & fimus, & coriū extra castra. *Combuēs foris extra castra.* Ipse Moyses faciebat primò ligari vitulum, & occidebat eum, atq; fundebat sanguinem, ut supra dictum est: & deinde aperto ventre detrahebat rotā pinguedinis supradicta cum duobus renunculis: deinde cadaver non decoriatum, & cum intestinis, & cornibus, ceterisq; partibus suis mandato Moysi ducebatur extra castra in locum mundum: & ibi comburebatur ipse carnes, & fimum, & omnia. *Foris extra castra.* Iste modus loquendi conueniebat pro illo tempore quò ista mandabantur, quia erat totus Israel in deserto, & vitulus iste ducebatur ad comburendum extra castra. Cum autem fiebant talia sacrificia pro peccato in terra promissionis ducebantur ista ad comburendum extra ciuitatem.

Quare carnes vituli immolati pro peccato cum pelle, & fimo comburebantur extra castra.

Q V A E S T I O. VII.

CAVSA quare carnes istius vituli, & fimus & oīa comburi debebāt extra castra, ut ait Nicolaus, est ut signetur quod peccata, & circumstantię peccatorum debent longe esse a sacerdotibus, qui pro peccatis suis, & totius populi orant, ut patet ad Hebræos quinto, & septimo cap. Per carnes vituli ipsum peccatum intelligi vult: per fimum, & pellem & cetera, peccatorum circumstantias innuit. Sed non est ista causa, quia non solum fit hoc in sacrificio oblato pro peccatis sacerdotum: sed etiam in sacrificio oblato pro peccato populi totius: nam cum totus populus peccaret, immolabatur pro peccato eius vitulus, & carnes ei⁹ cum fimo, & pelle comburebantur extra castra, ut patet Leuit. septimo ca. Et si forte aliter dicās, scilicet quod non solum debent peccata, & peccatorum circumstantiæ longe esse a sacerdotibus, sed etiam a popularibus: ideo in sacrificio vtrorumque pro peccato debebant carnes vituli efferri extra castra. Etiam non stat, quia non efferrebat in quolibet sacrificio pro peccato carnes extra castra: nā in sacrificio pro peccato sacerdotis, & pro peccato populi comburebantur carnes extra castra: in sacrificio autem pro peccato principis terrę, vel alicuius personę priuata non efferrebantur carnes extra, ut patet Leuit. 4. & 5. sed efferrebantur adipēs earum sicut in sacrificiis pacificis, & carnes comedeantur per sacerdotes, ut patet Leuit. sexto cap. Causa ergo, quare carnes vituli immolati pro peccato sacerdoti extra castra cum pelle, & fimo comburebantur, erat

Opin. Nicolai recollitur.

in detestationem peccati sacerdotum, quod erat magnum intensiue per se, & extensiue per accidens: & peccatum populi erat magnum extēsiue, ut supra declaratum est: ideo in his duobus ad detestationē magnam comburebantur sacrificia extra castra. Peccata autem principis terrę, & personarum priuatarum nō sunt ita magna intensiue, nec extēsiue, ut eodē modo supra declaratum est: ideo sacrificia oblata pro peccato eorum non cremabantur extra castra, sed comedeantur a sacerdotibus. *Eo quod pro peccato sit.* Hic redditur causa superiorum, scilicet quare comburentur carnes istę extra castra, quia erant pro peccato quasi dicat, quod in aliis sacrificiis non erat hoc ut efferretur, & comburentur carnes extra. Sciendum tamen quod ista causa non redditur bene vniuersaliter, scilicet, quod ideo comburebantur carnes vituli extra castra, quia pro peccato est. Nam tunc oportebat, ut omnia sacrificia pro peccato comburentur extra castra. Sed falsum est, quia quando sacrificium pro peccato principis terrę, vel personarum priuatarum fiebat, non comburebantur carnes extra castra. Dicendum ergo, quod debet ista litera sic intelligi ad hoc quod bene reddatur causa, scilicet quod carnes istius vituli debent comburi extra castra, eo quod sunt carnes vituli immolati pro peccato: & sic redditur causa bene, & vniuersaliter: nam licet non sit hoc verū vniuersaliter, quod carnes, quę pro peccato immolantur, debeant extra castra comburi: tamen vniuersaliter verum est, quod carnes omnium vitulorum immolatorum pro peccato debent comburi extra castra: nam vitulus solum immolatur pro peccato sacerdotis, qui vnctus est, & pro peccato totius populi. Pro peccatis autem principum, aut priuatarum personarum immolantur caprę, & in peccatis sacerdotum, & totius populi mandantur efferri carnes extra castra, & ibi comburi, ut patet Leuit. quarto capi. Redditur ergo ista causa in carnibus vituli pro peccato immolati, & nō in carnibus simpliciter pro peccato immolatis. Et est sensus: istę carnes vituli cum fimo, & corio debent comburi extra castra, quia pro peccato est iste vitulus immolatus, quasi dicat, si iste vitulus immolatus esset pro holocausto, aut pacificis victimis, non cremarentur carnes eius extra castra, sed quia pro peccato sunt, extra castra comburi debent. *Vnum quoq; arietem.* Hic ponitur secundum, scilicet sacrificij holocausti oblatio, & sicut pro peccato Aaron, & filiorum eius fuerat vitulus immolatus: ira pro pacificis hostiis debebat vn⁹ aries immolari, & alius in holocaustum. Hic autem agit de ariete immolando in holocaustū: & holocaustum fit ad laudem Dei principaliter, ut supra dictum est: licet aliquo modo faciat ad peccatorum remissionem. *Vnum quoque arietem.* Id est non solum immolabis vnum vitulum pro peccato secundum ceteras supra positas, sed etiam offeres vnū arietem: & iste non erit pro peccato. *Super cuius caput ponent Aaron, & filij eius manum.* Sicut ponebant manus super vitulum antequam offerretur ad immolandum: ita ponebant manus super caput arietis, & eodem modo dicendum est de ista manu am positione, sicut de illa quātum ad causam, scilicet quod imponebant manus, quasi norantes quod transferebant proprietatem illius arietis in Deum, vt esset amplius tota alter ad vltim cultus eius, sicut antea ad necessitates hominum fuerat, & in hoc emittebant eum a potestate sua. Vel ponebant manus super caput eius imprecantes capiti eius peccata sua, ut Deus transferreret peccata deb. tam illis pro peccato in caput arietis. Et licet hoc magis conueniret in vitulo, qui erat pro peccato, quā in ariete, qui immolabatur in holocaustum: tamen aliquo modo conueniebat in ariete, in-

quantum holocaustum proficit ad expiationem peccatorum, ut patet Leuitic. primo cap. & supra magis declarauimus. *Quem cum mactaueris.* Moyses immolabat istum arietem, sicut immolauerat vitulum: quia ipse erat hic consecrator sacerdotum, & nondum erat aliquis sacerdos, qui ista efficere possit. *Tolles de sanguine eius.* Quia ut dictum fuit supra de vitulo, scilicet quod acciperetur sanguis eius in crateris cum occidebatur: ita & de ariete isto, & oībus aliis hostiis dicitur, ita ut cū ista pecora, immolaretur nihil de eorū sanguine deperiret: & ex illis crateris affluebat Moyses ad tingendum cornua altaris, & ad fundendum in circuitu altaris, & cum sacerdotes ista sacrificia post hoc faciebant, eundem modum tenebant. *Tolles de sanguine eius.* Sciendum quod iste non est proprius modus loquendi, quantum ad ea, quę intendit litera ista. Nam tollere de sanguine est tollere aliquam partē sanguinis, & non totum sanguinem: cum autem totus sanguis tollitur, nō recte dicitur tolli de sanguine. Sed hic est sensus, quod Moyses deberet tollere totū sanguinem arietis huius, & fundere circa basim altaris, scilicet per circuitum altaris. Quod autem totus sanguis hic fundere per circuitum altaris patet, quia in sacrificiis pro peccato, ut supra innuebatur de vitulo, tollebat Moyses modicum de sanguine in digito suo, & tingebar cornua altaris, reliquum autem sanguinem fundebat ad basim siue per circuitum altaris: sed hic non accipiebatur aliquid de sanguine ad tingēdū cornua altaris: ergo totus sanguis fundendus erat per circuitum altaris: aliās daretur, quod fundere per circuitum altaris, & alia pars saliquo alio loco, quod non conuenit, quia totus sanguis hostiarū ad altare pertinebat, ut patet in omnibus aliis sacrificiis inspiciendo diligenter librum Leuitici. Patet etiā quod totus iste sanguis fundebatur in circuitu altaris: quia sicut in sacrificio vituli, qui erat pro peccato, de quo supra dictum est, obseruabantur caeremoniæ sacrificiorum aliorū pro peccato, ut supra declaratum est, ita in isto sacrificio holocausti debebant obseruari caeremoniæ, quę obseruabantur vniuersaliter in aliis holocaustis, sed in aliis holocaustis tot⁹ sanguis fundebatur in circuitu altaris: ergo & in isto holocausto totus sanguis arietis huius fundebatur circa basim. Antecedens patet Leuit. primo cap. vbi traditur ritus holocaustorum dicitur: immolabitque vitulum coram Domino, & offerent filij Aaron sacerdotis sanguinē eius fundentes per altaris circuitum. Ecce qualiter ibi dixit, quod offerrent sanguinem, & fundere eum in circuitu altaris: & nō dixit quod offerrent de sanguine, id est aliquid de sanguine, sed totum ipsum sanguinem. Et infra in eodem cap. dicitur: Sanguinem vero illius fundent super altare: i deo obseruatur in sanguine hostiarum pacificarum, quia non tinguntur cornua altaris digito sacerdotis sanguine illo: sed tot⁹ sanguis in circuitu altaris funditur, ut patet Leuit. 3. cap. Ad hoc ergo, quod esset hic proprius modus loquendi secundum ea, quę litera significare intendit, deberet dici: fumes sanguinem eius, & fundes circa altare. Sed interdum non curat scriptura tantam obseruare loquendi proprietatem: vnde oritur magna difficultas legentibus. *Et fundes circa altare.* Alibi dicitur fundes per circuitum altaris, vel per gyrum altaris: & est litera consonantior, quā ista quantum ad sensum, quem intendit facere litera: nam, ut supra dictum est, iste sanguis, qui fundebatur in circuitu altaris, cadebat in foueas quāsdā circa altaris basim, vel in puteum aliquem aut in canales. Non est tamē intelligendum, quod sic fundere iste sanguis, vt immediate fundere, aut poneretur in foueas illas, vel canales, sed fundebatur sanguis iste per parietes altaris

Cur. sanguis totus arietis in consecratione Aaron, & filiorū eius fundi debebat in circuitu altaris.

ris in circuitu, & decurrebat ad fundum ad basim alta-
 ris in foueas, aut puteos, vel canales: & sic aliquo mo-
 do sanguis iste fundebatur circa altare, siue ad basim,
 & aliquo modo super altare fundebatur: non quidem
 super parietes altaris, sed ipse postea effusus decurre-
 bat ad basim altaris: erat enim sic factum altare, vt qua-
 tuor latera eius essent de tabulis ferim erectis, & circū
 datis laminis aeneis, & erat intra cauum, & inane, vt
 patet supra vigesimo septimo capi. & intra illam con-
 cauitatem ponebatur terra replens vsque ad summū:
 cum autem sanguis holocaustorum, & pacificorum
 hostiarum effundi debebat, effundebatur super pa-
 rietes altaris: scilicet super spissitudinem extremitatis
 tabularum: & quia non poterat ibi sanguis detineri,
 fluebat sanguis per parietes altaris per partem exte-
 riorē, decurrebatque ad basim altaris, siue puteus, siue
 foues, aut canales, aut aliquid alterum ibi essent. Rab-
 bi Salomon, dicit quod non fiebat hic sicut in sacrifici-
 o pro peccato de vitulo immolato, de quo supra dice-
 batur: quia in illo accipiebat Moyses in digito suo
 de sanguine eius, & tingebat per cornua altaris: & re-
 liquum fundebat ad basim. Hic autem non tingebant
 cornua altaris digito in sancto, sed cum bacino funde-
 batur sanguis: & dicit quod non fundebatur in parte
 superiori altaris, sicut supra, sed magis circa basim.
 Et hoc idem tenet Nicolaus. Sed hoc falsum est, quo-
 niam necesse est, vt supra diximus, dici quod sanguis
 iste funderetur super parietes altaris: & deinde flueret
 ad basim altaris. Et patet quia in isto holocausto ob-
 seruabatur lex aliorum holocaustorum. Sed in aliis
 holocaustis fundebatur sanguis super altare, vt patet
 Leui. primo cap. ergo etiam in isto: patet, cum dicitur:
 Et offerent filij Aaron sacerdotis sanguinem eius fun-
 dentes per altaris circuitum. Quod autem hoc intel-
 ligatur de sanguinis destuxu p parietes altaris a parte
 superiori patet, quia cū in eo. cap. iterum de sanguine
 holocaustorum repeteret, dixit: Sanguinem rhyō il-
 lius fundēt super altare filij Aaron per circuitum. Ec-
 ce qualiter vtrunque quod supra diximus exprimit, &
 quod sanguis iste fundebatur super parietes altaris, &
 quod decurrebat per circuitum eius. Et si forte obji-
 cias, quod non est solida probatio, quoniam in qui-
 busdam holocaustis mandatur quod sanguis super al-
 tare fundatur, & in quibusdam mandatur quod fun-
 datur circa basim altaris: ideo non concluditur suffi-
 cienter, quod in isto holocausto factō pro sacerdoti-
 bus sanguis funderetur super altare, sed magis circa al-
 tare, vt littera innuit, quia argumentum istud est a di-
 uinis ad coniuncta, & non valet consequentia. Respon-
 detur, quod nullum est holocaustum, in quo nō fun-
 datur sanguis super parietes altaris, vt infra magis di-
 cetur. Sed dato quod non funderetur in omnibus san-
 guis super altare: tamen in isto holocausto arietis in
 consecratione sacerdotum necesse erat fundi super al-
 tare. Quia Leuit. primo cap. distinguuntur tria gene-
 ra holocaustorum, quia quedam sunt de bobus: & in
 istis dictum fuit, quod funderetur sanguis circa alta-
 re, licet in hoc intelligatur, vt dictum est, quod effun-
 datur per circuitum altaris, scilicet quod supra parie-
 tes fundes, & postea fluat per circuitum altaris, scili-
 cet super tabulas altaris in circuitu, id est gyrando totū
 altare. Aliud erat holocaustum de ouibus, arietibus,
 vel capris, & tunc mandatur in littera ibidem quod funde-
 retur sanguis super altare: sed hic est holocaustum fa-
 ctum de arietibus: ergo debebat sanguis necessariō
 fundi super altare. Adhuc patet magis id, quod dice-
 batur, scilicet quod sanguis holocaustorum funderetur
 super altare, quia etiam decurret per parietes alta-
 ris vsque ad basim, quia dicitur Leuit. primo cap. cum
 agitur de holocausto turturis, & columbe, quod

Opi. Rab-
 bi Salo. &
 Nicol. de
 Lyra con-
 futatur.

retorto capite turturis, vel filiorū columbe sacerdos
 deberet facere decurrere sanguinem super altaris cre-
 pidinem. Vocatur autem crepido summitas tabula-
 rum, scilicet spissitudo earum per quadrum altaris:
 & fundebatur sanguis super illas tabulas, & deinde de-
 currebat ad basim. Et sicut in hoc declaratur, ita ne-
 cesse erat in aliis, quod quodcumque sanguis hostie
 super altare funderetur, quod decurreret ad basim, cū
 non posset se supra detinere: ideo quando dicitur hic
 & fundes circa altare: est sensus non quod funderetur
 sanguis in plano, vel in aliqua fouea circa altare, vt vo-
 lunt Rabbi Salomon, & Nicolaus, sed quod fun-
 deretur circa altare, id est in circuitu altaris. Et dicitur:
 in circuitu, id est non solum super vnam tabulam
 altaris, sed super omnes quatuor tabulas altaris in cir-
 cuitu totius altaris: sic enim necesse est exponi, licet
 alicui forte videbitur fieri distorsio litterę: tamen non
 est, cum cogamur dicere, quod sanguis istius holo-
 causti funderetur super altare.

Quare non tingeantur cornua altaris in sacrificio arietum
 in intincto digito sacerdotis in sanguine, sicut
 in sacrificio factō de vitulo.

Q V A E S T I O. VIII.

Q V A E R E T aliquis quare nō tingeantur cor-
 nua altaris digito sacerdotis tincto in sanguine, sicut
 in sacrificio factō de vitulo, vt supra patet. Quidā
 volunt ideo hoc fieri, quia sanguis tingeat altaris cor-
 nua ad expiationem: expiatio autem fit de peccato. in
 sacrificijs ergo p peccatis debebat fieri tinctio altaris.
 Antecedens patet, quia dicitur sequenti cap. & depre-
 cabitur Aaron super altare semel per annum in san-
 guine quod oblatum est pro peccato: & placabit sup
 eo in generationibus vestris. Ista autem placatio in
 sanguine fiebat tingendo cornua altaris rhyamiama-
 tum, vt patet Leuit. 16. cap. sacrificia autem ista arie-
 tum non erant pro peccato, sed in holocaustum, &
 pacificę hostiæ: ergo non oportebat tingi altare, sed
 fundi sanguinem circa basim eius. Ecce isti multipli-
 citer errant. Primō quia responsio istorum fundatur
 super hoc, quod in sacrificijs holocaustorū nō tingeretur
 altare sanguine. Sed falsum est, quia supra clare proba-
 tum est, quod in holocaustis fundebatur sanguis in
 per altare, & eodem modo probabit de victimis paci-
 ficis Leui. tertio cap. Si autem isti concedant in quoli-
 bet sacrificio altare tingi sanguine, aut in cornibus, &
 parietibus, aut in parietibus solum, responsio sua non
 tenet, quia tunc dabunt, quod in quolibet sacrificio
 fiat expiatio: & sic non poterunt facere differentiam
 aliquam secundum modum sue responsionis. Item
 errant isti, quia dicunt solum fieri expiationem in sa-
 crificio oblato pro peccato. Sed falsum est, quia in
 omni sacrificio fit expiatio peccatorum, vt supra dice-
 bamus, licet in sacrificijs pro peccato fiat expiatio di-
 recta, scilicet quod iste est finis, ad quem ista sacrificia
 fiunt, vt peccata remittantur: alia autem sacrificia di-
 recte fiunt ad laudem, & honorem Dei, vt holocaustum,
 & ad gratiarum actiones, vt hostia pacifica: ta-
 men aliquo modo ista faciunt expiationem, vt patet
 de holocausto Leuit. primo cap. cum dicitur: Ponet-
 que man⁹ suas super caput hostiæ: & acceptabilis erit,
 atque in expiationem eius proficiens. De hostia paci-
 ficorum idem videtur, quia ista dicebatur prodesse of-
 ferenti, sed non videtur, in quo prodesse, nisi remitte-
 retur peccatum, vel fieret aliqua expiatio: ergo oportet
 ibi fieri expiationem. Quod prodesse hostia
 pacificorum, patet Leuit. septimo cap. vbi dicitur, quod
 si aliquis ageret contra legem Dei comedendo de car-
 nibus

nib⁹ hostia pacificę tertio die postquam oblata foret,
 nō proficeret ei oblatio, quin potius fieret ei talis ob-
 latio in peccatum. Et magis patet hoc Leuit. 19. cap.
 vbi dicitur, quod hostia pacificorum fit, vt sit nobis
 placabilis Deus: sed Deus nunquam est nobis iratus,
 nisi per peccata, iuxta illud Isai. capit. 59. Peccata vestra
 diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Et per hostiā
 pacificam nobis placatus redditur: ergo per hostiam
 pacificam fit expiatio peccatorum. De holocausto au-
 tem, & pacificis, & pro peccato simul, quod in eis fiat
 expiatio patet, quia quodcumque sanguis in altari
 funditur fit expiatio, vt patet Leuit. 17. cap. cum dicitur:
 Anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum
 vobis, vt super altare meo expietis, & sit sanguis pro
 aīa piaculo. sed in sacrificijs p peccato, & in holocausto
 atque pacificis fundebatur sanguis super altare, vt
 supra patuit: ergo in istis fiebat expiatio peccatorum.
 Item potest argui adhuc fortius ex eadē auctoritate,
 quia sanguis datus est ad expiationem, vt patet Leuit.
 17. cap. in predicta auctoritate. Cum enim ponitur
 ratio, quare comedi non debet, dicitur: Quia datus
 est ad expiandum pro animabus, vt sanguis pro anime
 piaculo sit: sed in omnibus sacrificijs erat sanguis effu-
 sus ab hostia immolata: ergo in omni sacrificio fiebat
 expiatio peccatorum. Intelligendo tamen vt supra
 dictum est, scilicet quod in quibusdam fieret expiatio
 directe, & principaliter, in quibusdam autem indire-
 ctē, & secundario. Ad quæsitum ergo respondendū
 est, scilicet quare non fiat tinctio cornuum altaris de
 sanguine hostiæ holocaustorum, & pacificorum, sicut
 de sanguine hostiæ pro peccato: & dicendum quod
 sanguis hostiarū est ad expiandum peccata, vt patet Le-
 uit. 17. cap. Et quia in omnibus sacrificijs fit aliqua ex-
 piatio, in omnibus fit tinctio altaris in sanguine: & quia
 in sacrificio pro peccato fit specialis expiatio, ideo spe-
 cialis tinctio fit in altari. Predicta patent primō, quod
 in omnibus sacrificijs fiat expiatio aliqualis peccato-
 rum. De sacrificijs pro peccato per se notum est, cum
 ipsum nomen importet: & in littera satis patet hic, &
 Leuit. quarto, & quinto, & sexto capi. De holocausto,
 & victima pacifica, quod in eis fiat aliquis expiatio,
 supra satis declaratum est: ista tamen expiatio, quæ fit
 in sacrificio holocaustorum, & hostiarum pacificarū,
 non est aliquod speciale, nec fit directe: ideo tinctio
 non fit specialis in eis. Quod patet, quia in holocausto,
 & hostijs pacificis funditur sanguis super parietes
 altaris, & per gyrum eius totum. In sacrificio pro
 peccato fit specialis expiatio peccatorum, cum ipsum
 nomen hoc importet: & finis huius sacrificij præci-
 puus, & directus ad hoc sit: ideo in eo specialis tinctio
 altaris fit: nam in aliis duobus generibus sacrificiorum
 parietes altaris sanguine perfunduntur decurrente vs-
 que ad pavementum, & in hoc eodem modo fit, & sit
 per hoc fit quedam tinctio specialis, scilicet quod tingi-
 tur cornua altaris digito sacerdotis tincto in sangui-
 ne, vt patet supra de immolatione vituli pro peccato,
 in quo mandabatur, vt Moyses intingeret digitum in
 sanguine, & aspergeret, siue liniret cornua altaris: &
 deinde dicitur: Reliquum autem sanguinem fundes
 iuxta basim altaris, scilicet vt per parietes fluat iuxta
 basim altaris.

Quare prius offertur in consecratione sacerdotum veter. testa-
 menti sacrificium, quam arietum.

Q V A E S T I O. IX.

S E D adhuc queret aliquis, quare primō offertur sa-
 crificium vituli, quod est pro peccato: quā sacrificium
 arietum, quorum vnus est in holocaustū, alius

A' autem in victimis pacificis. Respondetur quod ra-
 tio huius est, quia licet omnia sacrificia sint ad expia-
 tionem peccatorum aliquo modo: tamen quedam
 sunt indirecte: quedam autem directe. Sacrificium
 enim quod dicitur pro peccato, est directe ad remis-
 sionem peccatorum. Sacrificium holocausti est ad
 laudem, & honorem Dei. Sacrificium pacificum est
 ad gratiarum actiones. Etiam vt habetur Eccl. capit.
 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Vt Deo
 accepta sint posteriora sacrificia, oportet, vt illud pri-
 mum premittatur tāquam quedam dispositio ad alia:
 sicut in sacramentis noui testamenti quedam sunt di-
 spositiua ad alia: vt sacramentum penitentia ad sacra-
 mentum Eucharistiæ: & sic patet Leui. 16. cap. quod
 in die propitiationis, quando sacerdos magnus orabat
 pro peccatis totius populi, prius orabat, p peccatis suis,
 & vt sacrificium quod faciebat pro peccato populi ac-
 ceptabile esset, prius orabat peccatum suum remit-
 ti offerens pro illo hostias. De hoc etiam Apo-
 stolus ad Hebræos septimo ca. Sed adhuc arguet aliquis
 contra hoc, quod non stet sacrificium pro peccato of-
 ferri prius quā sacrificia holocaustorum, & pacifica-
 rum hostiarum: quia sicut holocausta facta in peccato
 gratia non sunt, ita & sacrificia facta in peccato pro
 peccato non erunt accepta, quia eodem modo non
 exaudit Deus peccatorem sic orantem, quoniam ora-
 tiones peccatorum nō exaudit Dominus, vt patet Io.
 9. cap. Ergo non erit maior ratio, quare sacrificiū pro
 peccato sit ante sacrificium holocausti, quā ē cōtra-
 rio. Respondetur, quod quando fiunt sacrificia paci-
 fica, & pro peccato, & holocausta pro aliquo, aut idē
 facit ista pro seipso aut facit pro altero. Si autem ali-
 quis pro altero faciat, oportet quod siue facit sacrificiū
 pro peccato, siue holocaustum, vel quocumque, quod
 sit a peccato mundus, alioquin sacrificium eius immū-
 dum est, & nihil valet pro eo, pro quo fit, & non re-
 fert vtrum sit pro peccato, an pro pacificis, vel holo-
 caustis. Et ideo sacerdos magnus, quando oraturus
 erat pro peccatis populi, & facturus sacrificium p eis,
 vt sacrificiū suum, & preces acceptabiles essent: prius
 faciebat pro se sacrificium, vt remitterentur peccata
 sua, & sic tandem remitterentur peccata aliorum ora-
 tionibus suis. Si autem aliquis pro seipso oret, & fa-
 ciat sacrificia differentia est: quia aut facit sacrificia ho-
 locaustorum, & pacificorum hostiarum, aut sacrificia
 pro peccato. Si autem faciat holocausta, & victimas
 pacificas non totaliter emundatus ab inquinamentis
 suis, sacrificia sua irrita sunt, & in peccato fiunt, nec
 quemquam finem operatum assequuntur. Si autem
 faciat pro seipso sacrificiū pro peccato suo, ē si nō sit
 emundatus totaliter ab inquinamentis suis, sacrificiū
 illud consequitur finem suum, scilicet quia remittun-
 tur peccata. Confirmatur hoc per exempla: nam si
 aliquis sit in peccato, & oret quod peccata alterius remit-
 tantur, non exaudit Deus talem orationem: si tamen
 aliquis sit in peccato, & oret vt dimittant sibi peccata
 confestim remittentur: ecce enim qualiter ad orandū
 pro alio indiget dispositione, & ad orandū pro seip-
 so nulla præuia dispositione indiget, sed siue sit in pec-
 cato, siue non, exauditur. Item patet secundō ex
 habitudine sacramentorum: nam sicut se habent in
 eodem suscipiente sacramenta noui testamenti: ita
 se habent sacrificia veteris legis: sed sacramenta noui
 testamenti sic se habent, quod quedam requirunt di-
 spositionem in suscipiente: quedam autem non: ideo
 ita se habebunt sacrificia legis veteris, quod in eodem
 faciente quedam requirunt dispositionem, quedam
 verō non. Antecedens patet quia sacramentum bap-
 tismi non requirit aliquam dispositionem, sed siue
 sit in peccato, siue non, proficit. Item sacramentum peni-

Responsi-
 doctor. ad
 quæsitum.

In sacrifi-
 cio p pec-
 cato fiebat
 specialis
 expiatio
 peccatorū

penitentia non requirit dispositionem, sed utroque modo bonum est: imò ista sacramenta magis sunt pro illis, qui sunt in peccatis, quam pro illis, qui liberi sunt ab omnibus inquinamentis. Sunt autem quadam alia sacramenta, quae requirunt dispositionem. Et si suscipiens indispositus sit peccat, & caret utilitate sacramenti: sicut est eucharistia: quia ut ait Apostolus primè Corint. 11. cap. Probet primò seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui māducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit non diiudicans corpus domini. Sic enim est in sacrificiis veteris testamenti, quia sacrificium pro peccato est directè pro illo, qui est in peccato: sacrificia autem holocaustorum, & pacificorum, cum sint laudes, & gratiarum actiones, quandam dispositionem requirunt: & cum ab aliquo fiunt nondum absoluto ab iniquitatibus, in malum fiunt, nec quidquam valent. Cum autem arguitur hic de hoc sacrificio pro peccato. Respondetur, quòd hoc sacrificium pro peccato factum fuit pro Aaron, & filiis eius: ideo licet Aaron esset in peccato, siue non esset, proficiebat ei, quia non faciebat ipse, sed Moyses qui omnes istas ceremonias consecrationis explebat. Ad argumentum quando probas, quòd ille, qui est in peccato, nullo modo exaudiatur, siue faciat orationem, & sacrificium pro se, siue sit pro alio: quia orationes peccatorum non exaudit Dominus. Respondetur dupliciter: vno modo, quòd orationes peccatorum non exaudiuntur, quando rogant pro aliis, cum tñ pro se rogant exaudiuntur: & sicut distinximus de illo, qui faciebat sacrificium pro peccato; quia aut faciebat illud pro se, aut pro alio: si pro alio, illicitè & infructuose fiebat: si pro se, licitè fit, & acceptatur. Sic enim iura humana faciunt, quia nulla persona est, quam ad se defendendum non recipiant quantumcunque pessima, & infamis sit: aliq̄ tamen persona sunt, quae non recipiuntur defendendo alias, vel prestando eis qualecunque patrocinium. Confirmatur magis, quia si ille, qui est in peccato pro seipso orans non exaudiretur in quantum rogat peccata sibi dimitti: daretur quòd postquam aliquis esset in peccato, nunquam posset ab eo recedere, cum non remitteretur quantumcunque rogaret: quòd absurdissimum est. Alio modo rogando, scilicet pro aliorum remissione peccatorum, non est inconueniens, quòd non audiat: quia dato, quòd aliquis existens in peccato mortali roget pro aliis, & non exaudiatur, non sequitur inconueniens, quia poterit ipsemet, qui est in peccato pro se orare, & remitteretur ei. Alio modo respondetur, quòd orationes peccatorum nō exaudit Dominus, scilicet cum orant aliqua bona sibi fieri, vt conferri aliquas gratias datas: vel liberari ab aliquibus aduersitatibus, vel cum orant, vt ad preces suas Deus aliis aliqua bona impendat: tunc enim cum in orante requiratur dispositio quadam, vt alij eius precibus adiuuentur, & haec in peccatore non reperitur: non audientur preces eius. Et licet uterque modus respondendi solidissima veritate constet: tamen iste secundus est, quem magis intendit litera illa: nam illud est dictum cuiusdam ceci nati, cui? Christus oculos aperuit, & cum a Phariseis inquietaretur, vt aliquid malum contra Christum diceret: & ipsi dicerent Christum peccatorem esse: respondit, qui cecus fuerat: scimus quia peccatores Deus non audit, sed si quis cultor Dei est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit: in quo arguebat cecus natus contra Phariseos, quòd Christus non esset peccator, quia Deus non audit peccatores. Si ergo Christus peccator fuisset, ad preces eius non aperuisset Deus oculos ceci nati: bene ergo stat, quòd licet Deus non exaudiat peccatores orantes, vt sibi peccata remittantur. *Ipsam au-*

tem arietem. Idest cadauer arietis post immolationem, & decorationem secabis in frustra. Hoc enim erat magis in holocausto, quam in sacrificio pro peccato, quòd supra ponebatur: nam ibi non decoriatur vitulus, sed carnes cum fimo & pelle omnibusque aliis comburebantur extra castra: sic etiam patet Leuit. quarto cap. ita tamen quòd prius pinguedo interior, & duo renunculi tollerentur ad incendendum super altare: in omnibus autè holocaustis, & pacificis victimis tollentur prius pelles a sacerdote immolante: in pacificis autè pertinebat ad eum, qui dabat animal immolandum, vt supra probatum fuit. *Secabis in frustra.* Quoniam non ponebatur totum cadauer holocausti, vel pacifici sacrificij simul, sed minuatim: & hoc quia melius coaptantur partes diuise, vt cremarentur, quam si corpus animalis integrum poneretur. Vel forte vt hoc fieret per successione, scilicet vt quaedam partes primò comburentur, deinde aliq̄. *Loaque intestina eius.* Intestina sunt omnia, quae intra animalis concauitatem sunt: & dicuntur de intra. Lauabantur ista, quia in eis immunditia tota animalis continetur, quam non decebat domino offerri, & cremari in altari holocaustorum.

Quare in sacrificio pro peccato offerbantur, & cremabantur immunditia cum non liceat domino immunditias offerre.

QV AESTIO. X.

SED tunc arguet aliquis, cum non liceat domino immunditias immolare, & omnia sacrificia siue holocausta siue pro peccato siue pacifica Domino offerantur, quare in sacrificio pro peccato cremantur immunditiae, scilicet fimo totus, & corium, vt patet hic, & Leuitic. quarto cap. Respondetur, quòd sacrificia pro peccato sunt duplicia: quadam sunt sacrificia facta de bobus: quadam vero de minoribus animalibus, vt de capris, & arietibus, & auibus. Ista distinctio habetur Leuit. quarto, & quinto cap. Sacrificiū pro peccato, in quo vitulus offerebatur, erat pro maximis peccatis, scilicet pro peccatis sacerdotis, qui vnctus est: & pro peccatis populi. Sacrificia alia, quae fiebant de capris, aut arietibus, vel auibus fiebant pro minoribus peccatis, scilicet pro peccatis principis populi, & personarum priuatarum. In sacrificiis pro peccato, quae erant de minoribus animalibus: tenebatur modus penè, qui tenebatur in hostiis pacificis, scilicet quòd decoriatur animal, & fundebatur sanguis eius in cratras, in quo sacerdos suum digitum tingens cornua altaris liniebat illo sanguine, & reliquum fundebat per circuitum altaris: & deinde adeps totus, & cauda cremabantur in altari holocaustorum, reliquae autè carnes, & pellis ad sacerdotes pertinebant, & comedebant eas in loco sancto. De hoc Leuit. 4. & 6. & 7. cap. & de hoc nihil extra castra comburebatur: Si autem in sacrificio pro peccato immolaretur vitulus, adeps solus cremabatur in altari cum duobus renunculis: carnes autem cum pelle, & fimo cremabantur extra castra. Ratio horum est, quia quòd carnes sacrificij comburantur extra locum sacrificij est ad monstrandam detestationem peccatorum magnorum, pro quibus offerebatur, & ob hoc cum tota immunditia sua cremabantur. Et sic erat de vitula rufa, quae comburebatur ad expiandas omnes immunditias populi, ideo cremabatur extra castra cum pelle, & fimo, vt patet Nume. 19. cap. Sacrificium autè pro peccato cum immolabatur capra, vel aries, aut auis, quia fiebat pro minoribus peccatis, scilicet pro peccato principis, vel personarum priuatarum, quae erat in

notam quam peccata totius populi, vel sacerdotis, qui vnctus est, vt supra declarauimus, totaliter fiebat in fructuarium, quia non erat ibi detestatio peccatorum tanta, quae requireret comburi extra castra carnes sacrificiorum cum immunditijs suis. Ad formam argumenti respondetur quòd dicitur, quòd in sacrificiis Dei non debent offerri, vel cremari immunditiae: sed sacrificia pro peccato sunt sacrificia Dei: ergo non debent, in eis immunditiae offerri. Respondetur, quòd in sacrificiis minorum animalium, vt caprarum, vel ouium aut auium, non offerebantur, vel cremabantur immunditiae. Et sic de hoc non procedit argumentum. In sacrificiis autem, quae fiebant de bobus dicendum, quòd aliquid erat, quòd erat sacrificium Dei, & aliquid quod non proprie vocabatur sacrificium Dei. Nam de vitulo sic immolato sanguis liniebatur in cornibus altaris, & ad basim: & hic non est aliqua immunditia. Totas etiam adeps vituli cum duobus renunculis eius incendebatur in altari holocaustorum: & quantum ad hoc erat proprie sacrificium Dei istud sacrificium pro peccato, & fiebat in loco sacrificiorum ceterorum Dei: & non erat in eo aliqua immunditia. Quantum vero ad carnes, pellem, & fimum, quae extra castra cremabantur, licet esset quaedam pars sacrificij Dei, non tamen proprie dicitur sacrificium Dei, quia non obseruatur alia, quae in sacrificio Dei obsecuantur: Et sic verum est generaliter, quòd in nullo sacrificio Dei offerbantur, aut cremabantur immunditiae. Et si arguas de vitula rufa, dices, quòd nō potest responderi idem de vitula rufa, quòd respondetur de vitulo immolato pro peccato sacerdotum, aut totius populi, quia de vitulo isto fiebat sacrificium Deo mundum, scilicet sanguis, quo tingebantur cornua altaris, & adeps totus cum renunculis. De vitula rufa quae comburebatur ad faciendum cineres lustrationis nihil mundum offerebatur Domino, nec sanguis, nec adeps, sed totum cremabatur extra castra, vt patet Num. 19. cap. Nec valet si dicas, quòd sanguis eius aspergebatur, & aspergebat sacerdos septies contra sancta sanctorum, scilicet contra velum eius, quia hoc non erat quòd sacerdos venisset ad tabernaculum, & intraret intra velum sancti sanctorum, & aspergebat septies sanguinem. Respondetur, quòd de vitula rufa nihil mundum nec immundum Deo offerebatur, sed nec erat sacrificium Domini, nec sacrificium idololatriae. Nisi forte dicatur sacrificium Dei, quia Deus illam ritum teneri mandauit: Sed iste largissimus modus loquendi est: imò nec potest vocari talis immolatio sacrificium, quia sacrificium sufficit, vt distinguitur per holocaustum, aut pacificis hostias, aut pro peccato, quòd patet ex assignatione libri Leuitici: ubi cum sufficienter distinguantur omnia sacrificia, & ritus eorum: solunt ista tria genera sacrificiorum ponuntur: sed illa immolatio vitulae rufae nō est aliquid horum: non est holocaustum, quia non obseruatur in ea ceremonia, quae obseruatur in victimis pacificis, de quibus Leuitici tertio, & secundo, atque octauo capitul. non est etiam pro peccato, quia omne sacrificium pro peccato aut offerretur pro peccato sacerdotis magni, aut pro peccato totius populi, aut peccato principis terrae, vel personarum priuatarum, vt patet Leuitici quarto capitul. sed istud sacrificium, si vocaremus sic illud abusu, non est pro peccato regis aut personarum priuatarum, aut sacerdotis magni, vel populi: ergo non est sacrificium. Item in sacrificio pro peccato debent obseruari ceremoniae, quae habentur Leuiti. 4. & 6. atque septimo cap. sed in immolatione pro peccato, nō est talis ceremoniarum obseruatio, vt patet Num. 19. de immo. cap. ergo non oportebat hanc immo-

Crematio vitale rufae extra castra nulla erat sacrificium.

Alph. Toft. super Exodi

lationem sacrificium nuncupare: & sic licet in hac immolatione crementur sordes, tamen non est inconueniens, quia non est sacrificium Domini. Si tñ loquendo large vellemus ista immolationem sacrificij nuncupare, oportebat eā reduci ad sacrificium pro peccato, quia licet nō immoletur illa vitula pro peccato: tñ fiebat hoc vt cineres huius combustionis mixti aqua ab omni inquinamento purgarent: illa tñ inquinamenta non sunt peccata, sed quadam macula, vel irregularitates, quae habent quadam similitudinē peccatorum, vt patet Num. 19. cap. & ad Hebr. Atque pedes. Nominat hic pedes pro se, quia nō intelliguntur pedes denominatione carniū animalis: ideo si non perentur expressè, putaretur quod non deberent incendi in holocausto, quòd tñ fieri debet. Vel quia pedes immundi sunt ponuntur eum intestinis, vt sicut in intestina lauatur, ita & pedes lauentur. *Pones super carnes concisas.* Vt supra dictum est, aries decoriatur diuidebatur in frustra, vt melius coaptarentur carnes super ignem, & ille carnes vocantur concise. *Et super caput illius.* Nam primò ponebantur carnes super ignem, & super carnes ponebatur caput decoratum, & apparatus sicut appareret ad cibos, & super haec omnia ponebantur intestina cum pedibus. *Et offeres totum arietem in incensum super altare.* Idest totum offeres super altare, vel ponos in incensum, id est ad hoc quòd incendatur: & in hoc quod dicitur totum arietem: differt istud sacrificij ab alijs sacrificijs, quoniam in sacrificio pro peccato non offerebatur totum animal in altari: vt incenderetur: sed adeps, & renunculi, si erat vitulus, vt patet Leuitici quarto capitul. Si autem erat aries, vel hircus, offerebatur adeps cum renunculis, & cauda, vt patet Leuitici septimo capitu. in sacrificio pro pacificis offerebatur adeps, & renunculi: & duo renes, id est limbi, vt patet Leuitici tertio capitu. non ergo offerebatur in aliquo altorum totum animal: & in hoc totum offerebatur: ergo istud rectè holocaustum dicitur: est; ab holocausto quòd est totum, & cauda quòd est incendiam: quasi totum incensum, quidquid in animali erat de carnibus eius. *Oblatio est Domini.* Scilicet istae aries sic totus positus in altari, vt cremet, est oblatio Domini, quia Deo offertur. Et licet omnes aliae oblationes Dei sint, ista tamen proprie vocatur oblatio, quia alia sunt ad alias causas principaliter, quae respiciunt nos: istud autem sacrificium, quòd holocaustum dicitur, fiebat principaliter, & directè propter Deum: nā sacrificium pro peccato, secundum quòd ipsum nomen demonstrat principaliter est pro peccato, licet alium quendam finem habeat. Sacrificium pacificum principale est ad placandam nobis Deum: quòd bonum quoddam nostrum est. Sacrificium holocausti, de quo hic dicimus, principaliter ad laudem Dei est. Hoc ergo magis proprie vocatur oblatio Dei. *Odor suauissimus.* Dicitur ista oblatio odor suauissimus, quasi Deus valde delectetur, quando comburantur istae carnes ex odore inde exhalato. Sed hoc non est sic intelligendum: impossibile est enim Deū delectari in odore, quoniam odor cum sit obiectum immutationum potentiae odoratiuae, in solis illis esse potest, qui habent potentiam odoratiuam: Deus autem & substantiae pure intellectuales odoratum non habent, cum iste sit sensus pertinens ad animalia sola: ideo siue fetidus odor, siue suauissimus sit, nihil magis ad Deū, vel angelos attinet sic, quā sic, cum neuntū percipiant. Dato autem quòd Deus perciperet odore sicut nos percipimus: tamen odor holocaustorum, & aliarum oblationum non esset ei suauis, sed valde grauis: quia cuiuslibet odorati bene complexionato in debita armonia est grauis odor, & importabilis, quae carnis sic combustis emittitur: maximè ex sepo combusto.

Quamuis vitula rufa nulla est proprie sacrificium.

Holocaustum vnctum vnctum dicitur.

Impossibile est deū odore aliquo delectari.

Pars Secunda. L. Voca-

Quomo- do sacri- ficiu (cu graui- simu effect) Do- us.

Vocatur tamen odor iste suavis Domino, quia Deus in sola nostra voluntate delectatur, cum prompte, & deuote ei, quidquam offerimus: ideo respexit Deus ad Abel, & munera eius: ad Cain autem, & munera eius non respexit, ut patet Gen. 4. cap. nam fide, & spe atq; charitate, quæ pertinent ad interiora nostra, colitur Deus, ut ait August. in Enchiridion. Exteriora autem ex interioribus qualitatem accipiunt, ideo si sine interiori dispositione exteriora fiant, nihil omnino profunt: imò abominabilia sunt. Sicut patet de oblatione Saulis facta contra voluntatem Samuelis, ut patet primo Reg. 13. ca. & de cõseruatione pecorum pinguium Amalec ad immolandum, ut patet primo Reg. 15. ca. Si tamen ista de se accepta essent, sicut interiora bona de se accepta sunt, sequeretur quòd sicut actus charitatis fidei, & spei, & obedientiæ quoadcunq; fit, bonus est: ita & oblatio, vel immolatio quoadcunq; fieret, acceptaretur: sed falsum est.

Vnde dicitur victima, & hostia.

Victima, quæ ferro cecidit, victime vocatur. Hostibus admittit hostia nomen habet.

Potest autem quodlibet animal Deo immolatum vocari victima, quia ferro cadit, id est a ferro vincitur. Et dicitur victima Dei (ut supra dicebamus) specialiter: licet alia sacrificia victimæ sint ex causa supra assignata: vel quia ista magis ad Deum pertinet: cum tota ad honorem eius cremetur: in aliis autem non crematur tota hostia, cum cedat pars sacerdotibus vel offerentibus.

Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. Quem cum immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron, & filiorum eius, & super pollices manus eorum ac pedis dextri, fundesque sanguinem super altare per circuitum. Cumque tuleris de sanguine qui est super altare, & de oleo unctionis: asperges Aaron & vestes eius, filios & vestimenta eorum. Consecratisque ipsis, & vestibus, tolles adipem de ariete, & caudam & aruinam, quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris: & duos renes, atque adipem, qui super eos est, armumque dextrum, eo quòd sit aries consecrationis: tortamque panis vnius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini: ponesque omnia super manus Aaron, & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans coram Domino. Suscipesque vniuersa de manibus eorum, & incendes super altare in holocaustum, odorem suauissimum in conspectu Domini, quia oblatio eius est. Sumes quoque pe-

24. dist. 9. j. in priar. 96. dist. ca. Imperator.

ctusculum de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabisque illud eleuatum coram Domino, & cederet in partem tuam. Sanctificabisque & pectusculum consecratum, & armum, quem de ariete separasti, quo initiatus est Aaron, & filij eius cedentque in partem Aaron, & filiorum eius iure perpetuo a filiis Israel: quia primitiua sunt, & initia de victimis eorum pacificis, quæ offerunt Domino. Vestem autem sanctam, qua vteretur Aaron, habebunt filij eius post eum, ut vngatur in ea, & consecrentur manus eorum. Septem diebus vteretur illa, qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonij, ut ministret in sanctuario. Arietem autem consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto: quibus vescetur Aaron, & filij eius. Panes quoque, qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonij comedent, ut sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis, quia sancti sunt. Quod si remanserit de carnibus consecratis, siue de panibus vsque mane: combures reliquias igni: non comedentur, quia sanctificata sunt.

Tolles quoque arietem alterum. Hic ponitur tertium, scilicet sacrificij pacifici immolatio: sit autem ista oblatio ad gratiarum actiones pro Deo nobis pacificato, vel ut eum nobis pacificemus: quando enim aliquid petere volumus, vna Deo illud impetremus, quod non contingit, nisi sit nobis placatus, hostia pacificam quasi pro pace habenda offerimus. Aliquando hostia pacifica est gratiarum actio: ut si aliqua beneficia suscepimus de manu Domini, & pro illis gratias referre volumus, hostias pacificas agimus, quasi pro Deo placato, vel pace nobis ad Deum habita gratias referentes: Aaron autem, & filij sui vtroque modo victimas pacificas agere debebant. Primum ad placandum sibi Deum, sicut Deus propitiaretur eis, & faceret sacerdotium, quod assumebat ad prosperitatem eorum secundum vtrumque hominem proficere: nam cum aliis mutat statum, vel aliquem magnum statum assumit, sub ambiguo est quid sperare debeat: cum ipsis magnis magna soleant infortunia euenire: & quia Deus placatus potest omnem aduersitatem depellere: opportunum est, ut nobis aliquas magnas, & res nouas inchoantibus sacrificia pacifica apud Deum suffragentur. Conueniebant etiam secundo modo ista sacrificia pacifica Aaron, & filiis eius, ut sunt gratiarum actiones: nam Aaron erat, antea parue conditionis. Quòd autem fuerit datum summum sacerdotium, ut efficeretur princeps, & maior in toto populo, magna gratia fuit: erat ergo multum insistendum gratiarum actioni ad Deum, qui talia contulerat. Tolles quoque arietem alterum. Duos arietes, & vitulum mandauerat Deus accipi. Vitulus iam pro pecca-

peccato oblatus fuerat, & vnus aries pro holocausto: supererat ergo alius aries, qui erat in victimas pacificas, & hunc mandat hic accipi, & immolari secundum caeremonias infra positas. Super cuius caput Aaron & filij eius ponent manus suas. Ratio huius supra fuit posita, quando agebatur de positione manus super arietem holocausti, & super vitulum pro peccato: Nicolaus dicit, quòd imponebant manus super ista hostiam pacificam, ut acciperent potestatem offerendi hostias pacificas. Sed hoc supra improbatum extitit. Quem cum immolaueris. Id est iugulaueris. Aliqui putant immolationem esse totam celebrationem sacrificiorum, ut iugulationem, & combustionem, & coetera. Sed falsum est: quia solum signat iugulationem alicuius animalis pro sacrificio Dei. Sumes de sanguine eius. Quoniam iugulabatur: iste aries ad latus aquilonare altaris super crateras, in quas decurrebat sanguis, ne per pavementum efflueret, & omnia inquinaret: & de illis crateris poterat Moyses, vel sacerdos, qui postea tales caeremonias faceret, accipere de sanguine quantum vellet ad quoscunq; vnus vellet. Et pones super extremum auriculæ dextræ Aaron. Iste tinctio sanguinis facta in certa parte membrorum signabant conditiones sacerdotum, ut ministrarent conuenienter coram Domino. Vel signabantur mundificationes istarum partium, scilicet quòd Deus purificabat eas, ut sacerdos esset conuenienter se habens: sicut patet de Isaiâ, qui cum mitteretur ad prædicandum per visionem sibi factam in templo, licet clare non ponatur, & ipse cõquereretur, quòd haberet labia polluta, volauit ad eum quidam de seraphim, & tulit carbonem ignitum de altari, & purgauit labia eius, ut patet Isaiâ sexto capitulo: & nunc ipse mundificatus perit: quòd ad prædicandum mitteretur: sic ergo isti sacerdotes, qui aures pollutas habebant, & manus, & pedes, per istam tinctionem factam in sanguine purificabantur. Vel refertur ad significationem, scilicet, quòd per tinctionem auris signatur, quòd sacerdotes habeant promptas aures ad audiendum præcepta Dei, quæ legunt, & ad obediendum eis, & figurabatur de sanguine in extremo auriculæ dextræ, quia: extremitas illa mollis est: sic enim est vnus obediens, qui præcepto non resistit, sed aures tenet: reddit subiectas, nulli libet insurgit, super dextram auriculam linebatur sanguine: quia dextra bonum signat, scilicet quòd sit homo obediens bono, ad malum autem nemo obediens sit. Et filiorum eius. Eadem caeremoniam quantum ad hoc fiebant in filiis Aaron, quæ in ipso Aaron: quia eadem requirebantur in vtriusque signata per istas sanguinis tinctiones: ita enim sacerdotes minores se obediens exhibere debebant mandatis Dei, sicut & sacerdos magnus, ideo & in auricula eorum linebatur de sanguine sicut in auricula summi sacerdotis. Et super pollices manus eorum. Putaret aliquis, quòd mandabatur linebatur, cuiuslibet sacerdoti super pollices manuum: quòd quilibet duo pollices tingerentur sanguine. Sed non est verum: nam licet ponatur pollices in plurali: non est intelligendum quòd duo pollices manuum, cuiuslibet lineantur: sed intelligitur de pollicibus plurium sacerdotum, scilicet Aaron, & filiorum suorum. Nam licet quilibet sacerdoti vniuersis in manu pollex linebatur: quia non multi sacerdotes erant, linebatur multos pollices oportebat. Vel dicitur quòd quilibet sacerdoti multi pollices linebantur, scilicet vnus pollex in manu, & alius in pede: & patet quòd sit vnus pollex, qui linebatur in manibus, quia dicitur in litera: & super pollices manus eorum. Si autem voluisset intelligi

Quid significant tinctiones sanguinis in sacerdotibus veteris vesta.

multos pollices debere linebatur, dixisset super pollices manuum eorum, & fiebat in manu dextra sicut dicitur, quod fieret in auricula dextra, & in pede dextro: quia dextrum rectitudinem signat, & bonum, sinistrum quod notat diuersitatem: in dextro pollice linebatur, ut ad exequendum, quæ dextra lineat, & bona apte esse viderentur. Ac pedis dextri. Etiam fiebat tinctio sanguinis in pollice pedis dextri cuiuslibet illorum sacerdotum, ut ad recte moueretur. Rabbi Salomon dicit quòd signabatur, quòd sacerdos deberet esse promptus ad exultationem sacrificiorum cundo ad ea, & faciendo illa. Vel signantur in his tribus reuerentia sacerdotum specialis in audiendo, scilicet obediendo, & faciendo, & incedendo. Fundesque sanguinem super altare. Ecce quòd supra dicebamus, scilicet quòd in sacrificiis holocaustorum, & victimarum pacificarum sanguis positus in crateris fundebatur per parietes altaris, in circuitu altaris, id est per totum girum quadraturæ altaris.

Opin. Nicolai de Lyra, & Rabbi salomon, de effusione sanguinis super altare, resellitur.

Q V A E S T I O . X I .

NICOLAUS dicit, & Rabbi Salomon, quòd non fiebat hoc, nisi in duobus cornibus altaris oppositis, sicut dicebant supra de tinctione cornuum altaris. Sed falsum est, quia magna differentia est inter tingere aliquid sanguine, & fundere sanguinem: nam tinctio fiebat immisso digito in sanguine, & figurabatur vel linebatur in cornibus altaris aliqua linea illo digito intincto: fusio sanguinis erat curru totus sanguis aspergebatur. Item quia non dicitur, licet tingi debere cornua altaris, sed fundi sanguinem super altare, ergo differunt. Item quia tingerere cornua altaris maxime, ut vult Rabbi salomon, scilicet quòd tingantur duo cornua opposita, contradictorie, inter quæ cadit diametrum quadrati, non est fundere sanguinem in circuitu: sed hic dicitur, quòd fundatur sanguis per circuitum altaris: ergo non intelligitur de illa tinctione. Item si dicitur sacrificium factum pro peccato, scilicet vitulus tenebat caeremonias aliorum sacrificiorum pro peccato, & sacrificium hic factum in holocaustum tenebat formam aliorum holocaustorum, ut supra declarauimus: ita sacrificium istud pacificum tenebat formam aliorum sacrificiorum pacificorum: sed in aliis sacrificiis pacificis, & holocaustis nunquam reperietur, quòd tingerentur cornua altaris: ut patet si attendatur diligenter liber Leuitici, vbi de his plenissime agit: ergo non est dicendum, quòd tingerentur cornua altaris: nam ista specialis caeremonia est pro sacrificio pro peccato, in quo signatur specialis peccatorum expiatio. Dicendum ergo, ut ante dicebatur, quòd sanguis vnus arietis fundebatur per parietes altaris in circuitu quadraturæ altaris: non tamen effundebatur totus sanguis, quia aliqua pars sanguinis manebat ad aspergendum super Aaron, & filios eius, & vestes eorum, ut immediate patet. Per circuitum. Non intelligas per circuitum, id est circa altare super pavementum, sed per parietes altaris: cum litera dicat quòd super altare sanguis ille fundebatur: & sic intelligitur, quando dicitur, quòd fundebatur sanguis circa altare, id est in circuitu altaris: per parietes eius, ut hic necesse est intelligi. Cumque tuleris ex sanguine qui est super altare. Vt ante dicebatur sanguis iste arietis accipiebatur in crura.

terat, & pars eius fundebatur per parietes altaris in gyro, & pars manebat in cratera: ista autem cratera, de qua pars sanguinis effusa fuerat manebat in aliqua parte altaris, & cum Moyses acciperet de sanguine, qui erat in cratera illa, dicebatur accipere de sanguine, qui erat in altari. *Et de oleo unctionis.* Quid sit istud oleum unctionis dicendum est, quod non est oleum simplex: sed fiebat ex multis per quandam mixtionem, de qua diximus supra, & habetur sequenti ca. quomodo conficiendum erat. Istud oleum unctionis miscebatur illi sanguini manenti in crateris super altare: & aspergebatur super vestes sacerdotum, & super ipsos sacerdotes, ut quidam volunt: vel quod aspergeretur sanguis per se, & oleum unctionis per se. Primum tamen melius est: Sed diceret aliquis, quod vestes isto modo macularentur, cum esset ibi oleum, & sanguis. Nec valet, si aliquis dicat, quod lauabantur: quia falsum est cum hoc esset, per quod consecrabantur, qui autem vellet tollere illud vellet tollere consecrationem: ergo non lauarentur, & dato quod lauarentur, non abstergeretur macula olei. Etiam quia vestes ille precioso damnificarentur si lauarentur: ergo non lauabantur. Respondere possit aliquis, quod licet fieret macula, esset satis parua: quia Moyses forte digito suo vestimenta sacerdotum aspergeret, vel liniret: & sic in certa parte liniret. Respondetur quod licet tolerari posset, quod sacerdotum vestes aspergerentur sanguine digito Moyse: tamen non potest dici, quod linirentur sanguine digito eius: cum multum distet liniri & aspergi: quia in litura oportet fieri contactum digiti linientis ad rem litam: in aspergione autem non potest fieri contactus. Aliqui volunt, quod Deus faciebat, quod ista unctio licet secundum de maculatiua esset, tamen quod non macularet: & hoc erat supernaturale. Hoc planum est, quod posset esse: tamen cauedum semper est ne demus miraculum ubi res sine miraculo fieri possunt, quia non est danda pluralitas sine necessitate, cum sit peccati per plura facere quod potest fieri per pauciora: ut patet in octauo topicorum. sed dare miraculum est dare plura, quia est dare virtutem supra actionem naturam, cum sufficeret actio naturae: ergo superfluum est, & inconueniens. Dicendum ergo videtur, sicut antea dicebatur, quod aspergebantur vestes sacerdotum, & ipsi sacerdotes oleo unctionis mixto cum sanguine, siue illa aspergio fieret digito Moyse, siue aliquo alio aspersorio, non refert. Et vestes aliquo modo maculabantur illa aspergione, sed macula erat valde parua, & non erat quantitas notabilis, nec referebat, cum illa macula consecrationis potius esset ad honorem, quam ad horrorem. Dicunt quidam, quod ista unctio fiebat ad memoriam quorundam preteritorum: unctio namque olei fiebat ad memoriam unctionis, quam fecit Iacob in Bethel super lapidem; cum ibat in Mesopotamiam, ut patet Gen. 28. & unctio in sanguine fiebat ad memoriam sanguinis agni, quem immolauerunt in exitu de Aegypto, per quem liberati sunt ab exterminatore, ut patet supra duodecimo cap. Sciendum, quod istae non sunt cause ad hoc motiua villo modo: sed sunt quaedam coaptationes, vel concordantiae. Causa autem magis videtur esse, quia in istis consecrationibus vestes, & sacerdotes disponuntur ad ministracionem, ita quod istae vestes sacerdotales sunt conuenientes ad illam ministracionem coram Deo, & non sunt conuenientes vulgares vestes: & quia istae vestes sunt administraciones, in quibus fit expiatio peccatorum: conuenit ut ipse saliter se habeant, quod sunt proportionabiles ad emundationem peccatorum: emundatio autem fit per sanguinem: quia ut dicit Apostolus ad Hebraeos nono cap. omnia sunt in sanguine mundantur. Et sic vestes propter hoc sanguine aspergun-

tur, ut mundae sint, & ad emundationem proficiant peccatorum. Haec autem non secundum rem, sed secundum figuram. *Et vestimenta eorum.* Non comunia, quia de hoc nihil attinet ad sacerdotium, sed vestimenta eorum, quae sunt ad ministracionem sacerdotalem: unde quando aliqua vestimenta sacerdotum nouiter fierent, etiam si sacerdotes nulli tunc consecrarentur: debebant sic per unctioem sanguinis, & olei tingi, alias non ministrarentur in eis, sicut nunc non fit ministratio in vestibus sacerdotilibus, nisi prius ab Episcopo benedicantur. *Consecratisque ipsis, & vestibus.* In hoc ultimo, scilicet in aspergione sanguinis, & olei super vestes terminatur consecratio sacerdotum, & vestium: licet post hoc sequuntur quaedam aliae ceremoniae, quae sunt de solennitate consecrationis, & non de substantia: *Tolle adipem arietis.* Adeps est reticulum iecoris, siue epatis, aut carbonella: (ut vulgarius loquamur) & iste pertinebat ad incensum Domini in altari holocaustorum. Distinguitur hic adeps, & aruina, quia licet vtrumque significet pinguedinem, alia tamen pinguedo est, quae signatur per adipem, alia quae per aruinam. Aliquando tamen adeps accipitur generaliter pro omni pinguedine interiori, siue sit adeps, siue aruina, ut patet Leui. tertio cap. cum dicitur. omnis adeps domini erit iure perpetuo: non solum accipitur adeps pro reticulo epatis: sed pro tota pinguedine interiori, ut patet Leui. tertio, & 7. cap. Dicendum tamen melius est hic, quod adeps accipitur generaliter pro omni pinguedine arietis, cum immediate ponatur specialiter omnes pinguedines. Nisi forte dicatur, quod accipitur hic adeps pro pinguedine, quae est inter intestina, siue omasos, quia alie ponuntur explicitè: melius tamen est, quod dicebatur, scilicet quod accipitur adeps generaliter. Nam pro reticulo, ut quidam dicebant, accipi non potest: cum immediate ponatur in litera de reticulo iecoris. *Et caudam.* Pertinebat etiam cauda ad sacrificium istud pacificum, quia pinguis est: Deus autem volebat in his sacrificiis ea, quae pinguis sunt sibi dari. *Et aruinam; quae operit vitalia.* Ista dicitur esse quaedam pinguedo, quae est cooperiens omasos, quae patet aperto ventre animalis: & vocantur vitalia intestina siue omasi, quia consistit vita in omnibus intestinis: nam membra illa valde delicata sunt, & consentientia in magna armonia. Ideo si modicum ledantur perit vita animalis: vitalia ergo a vita; quae consistit in eis dicta sunt: membra autem exteriora, quae tegunt vitalia sunt duriora, & non consentientia in tanta armonia, ideo etiam si magis ledantur non immediate perit vita animalis. *Et reticulum iecoris.* Vocatur reticulum pinguedo facta ad modum retis, & est superextenta iecori. Vocat hic iecur ipsum epas siue totam carbonellam, ut nos appellamus. *Et duos renes.* Non vocantur hic renes, id est lumbi, sed renes, id est renunculi. Quod patet, quia dicitur: Et adipem, qui super ipsos est, quia super renunculos dicitur esse adeps: super renes, id est lumbos non proprie dicitur esse adeps, quia lumbi non operiuntur adipe, renunculi tamen adipe operiuntur. *Et adipem, qui super eos est.* Id est etiam adeps, qui est super renunculos debet offerri, ut ascendatur coram domino: & est ille adeps crassior, quam alie partes adipis. *Et armum dexterae.* Mandat etiam hic armum dextrum comburi cum ceteris, quae dicta sunt: & hoc est speciale hic, quia armus dexter nunquam legitur comburi, sed semper cedebat iniuris sacerdotum: sic patet Leui. 8. cap. ubi de hostia pacificorum datur duae partes sacerdotibus, scilicet pedusculum elevationis dabatur Aaron, & filius eius, id est pertinebat ad sacerdotem magnum, & omnes alios minores sacerdotes, & armus dexter pertinebat specialiter ad illum solum

solum sacerdotem, qui offerebat sanguinem, & adipem. Sic etiam habetur Num. 18. cap. ubi est catalogus sacerdotum iurium. Hic autem crematur armus dexter. Et ratio est, quia armus dexter pertinebat ad sacerdotem, qui offerebat sanguinem, & adipem, ut patet Leui. 8. cap. sed tunc sacerdos nullus erat, quia Aaron, & filij sui, tunc non erant sacerdotes, sed consecrabantur, & nondum ministrabant tanquam sacerdotes: ideo nihil eis dari debebat. Moyses autem ministrabat in omnibus his, tanquam sacerdos: sed ipse iura sacerdotij nulla habebat, quia illa solum pro Aarone, & successoribus suis filijque constituta fuerant, ut patet in Leuitico. *Et quid sit aries consecrationis.* Hic subditur causa diuerstatis in hoc arietem pacificorum, & in aliis: quia in aliis dabatur armus sacerdoti: hic autem cremabatur. Et dicitur quod hoc fiebat, quia erat armus consecrationis, id est quia tunc consecrabantur sacerdotes, & non ministrabant: ita ut possent recipere armum pro ministracione, qui solum dabatur sacerdoti offerenti sanguinem, & adipem de victima pacificorum. *Tortam panis azymorum.* Iste est panis, qui dicitur azymus, de quo supra dicebatur, Tolle vitulos, & duos arietes immaculatos, & crustulam absque fermento. Torta, licet vulgare nomen sit, tamen secundum proprietatem latini idiomatis a torquendo dicitur: & sunt quidam panes, qui consplicantur digitis in extremitatibus, & fiunt flores, vel aliae formae picturarum, sicut in quibusdam terris solitum est. *Et crustulam conspersam oleo.* Crustula, ut supra dictum est, erat panis, quidam tenuissimus, quasi totus crusta sit, & nullam medullam habeat. Iste conspersus erat oleo, quia cum pinsebatur, commixtum fuerat oleum farinae, sicut aqua sollet commiseri. *Et laganium de canistro azymorum.* Laganium erat quaedam pars pastae in aqua commixtae, & postea in oleo fixae: hoc laganium tollebat de canistro, quia omnia ista ponebantur in canistro tam panes, quam crustula azyma, quam lagana. Dicitur de canistro azymorum, quia omnia, quae erant in illo canistro tam panes, quam crustulam, & lagana azyma erant: sic patet supra cum dicitur: Et panes azymos, & crustulam absque fermento, quae conspersa sit oleo: lagana quoque azyma oleo lita, de similia cuncta facies: & in canistro posita offeres coram domino. *Quod posuitur est in conspectu Domini.* Hoc ad canistrum refertur. Hoc enim erat posuitum in conspectu Domini, id est coram altari holocaustorum, in quo erat specialiter Deus, ideo omnia, quae coram illo altari erant, coram Domino esse dicebantur: & hoc erat, quia a principio, quando Moyses adduxerat Aarone, & filios suos ad consecrandum, duxerat cum eis vitulum, & duos arietes, & panes azymos, & crustulam absque fermento, & lagana, & haec in canistro: & hoc canistrum posuit cum his panibus coram Domino, ut patet supra, cum dicitur. De similia cuncta facies, & in canistro offeres posita coram Domino. Dum autem Moyses immolabat vitulum pro peccato, & aliam arietem pro holocausto, aliam autem pro pacificis hostiis, stabat canistrum coram Domino, scilicet coram altari: ideo nunc quando sublaturus erat Moyses tortam, & crustulam, & laganium, accipere debebat de canistro, quod erat coram Domino. *Poneque omnia super manus Aarone.* Scilicet tortam, & crustulam, & laganium. *Super manus Aaron, & filiorum eius.* Ista impositio super manus eorum fiebat, quia erat quaedam ceremonia pertinet ad solennitatem consecrationis eorum, & quia non solum consecrabatur hic Aaron, sed etiam filij eius, ideo non solum ponebatur hoc super manus Aaron, sed etiam super manus filiorum suorum. *Quomodo autem ista ponerentur super manus istorum, non patet, scilicet vtrum omnia ista ponerentur primo super*

A manus Aaron, & deinde super manus filij maioris, & consequenter de aliis. Vel vtrum omnes applicarent manus, & super manus omnium simul ponerentur haec, non multum refert qualitercunque fuerint ista. *Sanctificabis eos eleuans coram Domino.* Id est sanctificabis eos, & eleuabis coram Domino.

Quid esset sanctificatio quam Moyses faciebat super Aaron, & filios eius.

QVAESTIO. XII.

QVI D autem erat ista sanctificatio? Respondetur, quod nihil aliud erat nisi quaedam specialis ceremonia, per quam speciali modo applicabantur ad cultum Dei in offerendo sacrificia. Sanctificatio proprie dicitur applicatio ad cultum diuinum, sicut dicitur supra de primo tertio cap. Sanctifica mihi omne masculinum, quod aperit vuluam tam in hominibus, quam in iumentis: sacerdotes autem cum applicabantur ad cultum Dei sanctificabantur, & quia ista applicatio fiebat per consecrationem, consecratio sanctificatio dici potest: & quia ad istam consecrationem fiebat multa ceremonia, ut patet in litera, & per quamlibet istarum ceremoniarum aliquo modo applicaretur ad cultum Dei ipse, qui consecrabatur, quaelibet vocabatur sanctificatio, & sacerdotes in quibuslibet eorum dicebantur sanctificari: & quia ista eleuatio panum coram Domino erat quaedam specialis ceremonia, qua signabatur quod sacerdotes possent postea offerre coram Domino: vel potius, quod ista offererent Domino ad solennitatem suae consecrationis: ideo ista eleuatio sanctificatio erat, & ipsi sanctificari dicebantur per eleuationem istam. Ad signandum autem, quod ista sanctificatio nihil aliud erat, quam eleuatio illa, in Hebræo non habetur sanctificabis eleuans coram Domino, sed solum habetur. *Eleuabis coram Domino.* Ista eleuatio sic fiebat, ut vult Rabbi Salomon, scilicet quod Moyses ponebat istos panes supradictos in manibus Aaron, & filiorum eius, licet non determinet vtrum ponerentur simul in manu osum, vel figillatim, & supponebat manus suas manibus istorum, & eleuabat eas sursum, & deprimebat deorsum. Deinde ad orientem extendebat retraherebatque ad occidentem, & in meridiem, atque Septentrionem flectebat: ita quod moueret eas versus omnem differentiam positionis: designans, quod ista offereretur in honore Dei, quod omni loco positionis presidebat. Et fiebat in hac eleuatione signum crucis, licet tacebat aliquid, licet pressio, & eleuatio secundum duas differentias positionis. *Suscipiesque vniuersa de manibus eorum.* Quia licet Moyses supponeret manus suas manibus sacerdotum ad eleuandum, vel deprimendum, vel flectendum: tamen panes non erant immediate super manus Moyse, sed super manus sacerdotum: ideo ipsi offererent haec: Moyses autem, qui habebat locum sacerdotis, suscipiebat ista de manibus eorum, ad incendendum coram Domino, sicut accipit sacerdos de manibus vulgarium: ista vniuersa, quae accipiebat Moyses de manu Aaron, & filiorum suorum secundum literam precedentem videtur esse panis azymus, & crustula, & laganium, sed non solum erant ista, quia Aaron, & filij sui accipiebant in manibus suis adipem arietis cum renunculis, & cauda, & super haec ponebant hos panes, & deinde eleuabant coram Domino, ut dictum est, & accipiebat haec Moyses simulque ponebat in igne. *Et incendes super altare.* Comburebantur haec, quia erant ad solennitatem consecrationis sacerdotum.

Quomodo oleum unctionis fundebatur super sacerdotem

Doct. de termina.

Opi. quorundam dicentium unctioem factam sacerdotis fieri ad memoriam unctioem lapidis in Bethel, & unctioem agni patriarchalis in Aegypto.

Qualiter Moyses eleuabat ea quae offererentur coram domino.

An in veteri lege sacerdotes magni consecrarent alios sacerdos magnos post eos: vel consecrarentur a sacerdotibus minoribus, sicut nunc Papa consecratur a Cardinali Hostiensi.

QV AESTIO. XIII.

SED est dubium de istis sacerdotibus, quis consecraret eos, utrum consecrarent eum alij sacerdotes, vel quomodo se haberent. Ad quod respondendum est, quod de consecratione, que facta fuit nunc, satis patet, quia tam sacerdos magnus, scilicet Aaron, quam sacerdotes minores consecrati sunt per Moysen, qui non erat sacerdos magnus, nec minor, sed simplex leuita: imò tunc nec habebat officium simplicis leuitae, quia non erat facta distinctio leuitarum, & sacerdotum, quae facta fuit postea, ut patet Num. 3. & 4. & 8. capit. De consecrationibus autem, quae postea factae sunt, dubium est, an essent à sacerdotibus. Ad quod respondetur, quod de consecratione minorum sacerdotum satis patet, quod fiebat per sacerdotes magnos, quia semper erant sacerdotes magni, qui consecrarent minores sacerdotes. De sacerdotibus autem magnis erat maior difficultas, quia non esset alius sacerdos magnus, qui eos ordinaret, vel potius consecraret: ideo dicit aliquis, quod ita esset consecratio sacerdotum in veteri testamento, sicut est in nouo: sit autem in nouo testamento ordinatio minorum sacerdotum per Episcopos, & alios maiores: consecratio autem Episcoporum sit ab aliis maioribus, s. de auctoritate Papae: consecratio autem Papae, qui omnibus maior est, non potest fieri per alium maiorem, sed fit per minorem, s. per Cardinalem Hostiensem, qui Episcopus est. Et hoc rationabiliter dictum est, quod non potest fieri alio modo, quia cum vnus sacerdos magnus consecratur post mortem alterius, & solum sit vnus summus sacerdos, necesse est illum consecrari a minoribus sacerdotibus, aut leuitis, aut laicis: sed non est dicendum, quod consecratur a laicis: ergo consecrari debet a minoribus sacerdotibus. Sed dicit aliquis, quod bene possit vnus summus sacerdos consecrari ab alio summo sacerdote: nam viuente vno consecrari potest alius: ergo potest predecessor consecrari successorem suum. Patet antecedens, quia Eleazarus filius Aaron consecratus fuit viuente patre suo Aaron, ut patet Num. 20. sic ergo poterat de omnibus aliis fieri. Respondetur quod non poterat: quia nunquam debebant esse simul duo sacerdotes magni: sed si predecessor consecraret successorem, essent simul duo magni sacerdotes, ergo non potest sic fieri. Quod autem obiicitur de Aaron, non est simile, quia mors Aaron erat certa, quia dixerat ei Deus: ascendet Aaron, & pergat ad populos suos: non enim intrabit in terram, quae daturus sum filiis Israel, & nudabis eum veste sua, induesque filium eius Eleazarum, & sic morietur ibi: non ergo erat aliquod inconueniens, quod viuente Aaron consecraretur, vel institueretur successor eius: quia non superuixit Aaron filio suo, ita quod simul essent duo summi sacerdotes: sed induto Eleazaro confestim mortuus est Aaron, in aliis autem sacerdotibus magnis non poterat hoc fieri, quia ignorabatur mortem suam: & sic essent simul duo magni sacerdotes: quod inconueniens erat. Etiam argumentum sumptum de Aaron non est efficax, quia etiam si viuente eo filius eius Eleazarus factus fuerit summus sacerdos: tamen non consecrauit eum Aaron: sed Moyses exiit Aaron veste sua, & induit eam Eleazarum, ut patet Nume. 20. capit. ergo non deberet vnus sacerdos magnus ex hoc consecrare alium successorem. Dicendum est ergo circa consecrationem summi sacerdotis, quod summus sacer-

Consecratio Papae fit per Cardinalem Hostiensem.

An possit sacerdos magnus consecrari a suo predecessore.

dos secundus, qui fuit filius Aaron, non fuit consecratus per sacerdotem summum, aut per sacerdotes minores, sed per leuitam simplicem, scilicet per Moysen, ut patet Numer. vigesimo capitulo. De sacerdotibus autem summis, qui postea fuerunt, quos non potuit consecrare Moyses, dicendum est, quod consecrati sunt ab aliis minoribus sacerdotibus: fratribus suis, quia ad consecrationem summi sacerdotis solum requirebatur immolatio istorum sacrificiorum trium, quae posita sunt supra: & tinctio vestis sacerdotalis, & manus, ac pedis, & auriculae. De sacrificijs autem notum est, quod quilibet sacerdos minor facere poterat illa, ut habitum fuit precedenti capitulo. & magis declarabitur Deutero. decimo septimo capitulo. De tinctio autem pollicis manus, & pedis summi sacerdotis, & auriculae dexterae non ita videbatur: sed quia nullus alius, nisi sacerdos minor est, qui talia facere possit, lex facit eum idoneum ministrum consecrationis huius. Vestes autem sacerdotales summi sacerdotis non debebat consecrare sacerdos minor, quia sacerdos magnus, quando consecratur in veste sacerdotis magni predecessoris, consecratur ut dicitur hic: solum ergo ipsum Pontificem consecratur sacerdos minor: Pontifex autem consecratus poterat postea consecrare vestes quorquos vellet. Vestem factam, qua vitur Aaron. Ponitur singulare pro plurali, id est vestes factas, quia non solum vnam vestem de vestibus Aaron habebant successores sui ad ministrandum, sed omnes: nam in vna sola pontificali veste non poterat fieri consecratio pontificalis, aut ministratio. Et patet iste modus loquendi in precedenti capitulo. vbi dicitur: Facies vestem sanctam fratri tuo in gloriam, & decorem: & post haec subditur: Et loqueris cunctis sapientibus corde, ut faciant vestes Aaron, quasi intelligere vellet, quod illa vestis sancta, de qua dicebatur non erat vnica: sic etiam dicitur Nume. 20. capitulo. tolle Aaron, & filium eius, & duces eos in montem Hor: cunq̄ nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius. Et sic innuebat, quod erat vna vestis, qua induebatur Aaron, & qua indui debebat Eleazarus, ut esset sacerdos magnus: non poterat tamen aliquis sacerdos magnus consecrari, nisi indutus esset omnibus nouem vestibus, ut patet supra cum dicitur: cunq̄ laueris patrem cum filiis indues Aaron vestimentis suis, id est linea, & tunica, & superhumerali, & rationali, quod stringes balteo, & pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram. Ergo per vestem, quae hic dicitur, & Nume. vigesimo capitulo. intelliguntur plures vestes sacerdotales, scilicet omnia ornamenta eius. Quae vitur Aaron. Quia quando Aaron ministrabat ingrediens in sanctuarium, vel in altari holocaustorum, utebatur vestibus suis pontificalibus, ut declaratum fuit capitulo precedenti. Habebunt filij eius post eum. Non loquitur de filiis eius omnibus: sed de filiis eius, qui erunt post eum, id est qui succedent ei in summo sacerdotio. Ut vngantur in ea. Id est ut vngantur cum ea, scilicet habentes eam, ita quod non possint consecrari summi sacerdotes, nisi in veste sancta, id est in illis vestibus sanctis. Et non solum erant istae vestes ad consecrandum in eis summos sacerdotes, sed etiam, & potissimum ad ministrandum. Consecratio erat tamen, quae antecederat: ideo praepōnitur. Et consecratur manus eorum. Fiebat in sacerdote vnctio, & consecratio. Vnctio dicitur effusio olei vnctionis super caput sacerdotis, & aspersio vestium: consecratio manuum erat tinctio pollicis manus dextrae in sanguine, & oleo vnctionis. Et si aliquis dicat quod praeter tinctioem auriculae dextrae, & pollicis manus dextrae, & pedis dextri, erat aliqua alia consecra-

secratio manuum, ita ut aspergerentur manus sacerdotis summi sanguine, & oleo vnctionis non ab vno: quod si non detur tinctio, quod in pollice manus dextrae vnctus sit, quoniam ob hoc denominantur manus eius consecratae. Septem diebus vitur illa. Hic ponitur ritum consecrationis tam pro ipso Aaron, quam pro filiis eius, scilicet ut septem diebus continuis dum expletur consecrationis ritus, vitur ista vestis sancta, quae sunt plures vestes, & non dicitur, quod septem diebus vitur illa, quasi postea non esset ea vsurus, sed quia postea non cogebatur continuè vitur ea: sed solum quando vellet ministrare: nunc aut sub coactione erat quod septem diebus vitur illis vestibus continuis. Qui Pontifex pro eo fuerit constitutus. Id est ille, qui fuerit successor eius postea loco eius, accipiebat istam vestem, & septem diebus consecrationis suae vitur ea.

An lex ista de ritu consecrationis sacerdotum intelligatur solum de successore immediato Aaron, vel de alijs sequentibus.

QV AESTIO. XV.

VIDETUR ex cortice literae, quod ista lex solum loquatur de successore immediato Aaron, scilicet de Eleazaro, quia dicitur: Qui Pontifex fuerit pro eo constitutus, id est qui fuerit positus loco Aaron: ergo qui ponerentur in futurum post mortem successoris Aaron, non ponerentur loco Aaron, sed loco successoris Aaron. Sed dicendum, quod non solum intelligitur de illo primo successore Aaron, scilicet de Eleazaro filio suo, qui immediate ei successit: sed etiam de Phynees, qui fuit summus sacerdos tertius, & consequenter de omnibus alijs. Sed ponitur de successore Aaron, ut ibi inciperet obseruari, & sic in posteris maneret. Imò in secundo sacerdote summo, scilicet in Eleazaro filio Aaron successore eius, non videtur seruata ista solennitas, quia mortuus fuit Aaron in monte Hor apud Terram Chanaan regis Arad, qui Hebraeos bellis afflixit, ut patet Numer. 21. cap. & 33. vrgente ergo necessitate temporis, quia tunc incipiebant moueri vellociter contra terram Chanaan, & importunitate terrae Hostilis: non potuerit vacare per septem dies huic solennitati consecrationis. Etiam quia ad consecrationem summi sacerdotis, secundum quod hic dicitur, erant necessaria multa, scilicet arietes, & vituli, & panes, & oleum, quae non videbantur posse haberi in illa solitudine, nec poterant haberi haec à conuicinis regionibus, quia tota erat eis terra Hostilis, in monte Sinai, vbi fuit facta consecratio Aaron, de qua dicitur hic, poterant haberi ista, quia terra non Hostilis erat eis vicina, scilicet terra Madiam, ut patet declaratum supra 3. & 19. cap. Et Iethro, qui venit ad Moysen, & erat locer eius, & sacerdos Madiam, ut patet supra 2. & 3. capit. mandaret omnia necessaria adduci de terra sua, quae est propinqua, quia ipse venit ad videndum Moysen ante consecrationem Aaron, & filiorum eius, ut declarauimus supra 18. cap. Ita ratio aequaliter est efficacior, quam superior, quam aliqui ponebant: nam satis habuerunt de tempore Israelitae in monte Hor, ut consecraretur Eleazarus, quia ut dicitur Numer. 20. cap. mortuus est Aaron in monte Hor, & fleuit eum omnis multitudo filiorum Israel. triginta diebus per familias suas, in triginta ergo diebus satis poterat consecrari Eleazarus, cum soli dies septem ad hoc requirerentur, ut patet hic: sed ista ratio superior conuenientior est, scilicet quod non essent ibi necessaria ad consecrationem eius. Item quia Numer. 20. cap. vbi hoc factum describitur, solum dicitur, quod ascenderunt Moyses, & Aaron, & Eleazarus in montem Hor, & Moyses

Eleazarus non fuit consecratus ob seruato ritu consecrationis, qui mandatur hic.

A exiit Aaron veste sua, & induit ea Eleazarum filium eius, si autem facta fuisset aliqua alia solennitas, enarraretur ibi. Aliquis tamen arguet dicens, non esse istam rationem efficacem, quia multa facta sunt, quae in facta scriptura non scribuntur: ideo licet facta fuerit consecrationis solennitas, non scribitur precipue, cum iussit ad sciendum illam factam fuisse, quod hic mandatum sit fieri eam: non est autem putandum, quod Moyses aliquid de diuinis mandatis omiserit. Item ad hoc, quod aliquis efficeretur sacerdos, erat necessaria consecratio, ut hic innuitur in princ. capit. cum dicitur: Sed & hoc facies, ut mihi in sacerdotio consecrentur: quasi dicat, non sufficit, quod Aaron, & filij eius induantur vestibus sacris ad hoc, quod fungantur mihi, sed adhuc facies ea, quae sequuntur, ut consecrentur, & sic ministrent: sed Eleazarus fuit factus sacerdos, ergo fuit consecratus. Respondetur, quod vtrum Eleazarus fuerit consecratus à Moysse post mortem Aaron aliquanto tempore, ut potest, cum intrasset in terram duorum regum Amorreorum, & expugnasset eam, vel vtrum post transitum Iordanis, & possessionem terrae Chanaan, & quietem datam consecratus fuerit à fratribus suis, & filijs, non constat, quia tamen immediate post mortem Aaron, quando ipse factus fuit summus sacerdos consecratus fuerit, satis negari potest, & verisimile, quod non factum fuerit ex rationibus assignatis. Ad argumentum primum, quando dicitur, quod licet non exprimat, quod fuerit consecratus Eleazarus: tamen ponit esse consecratus. Respondetur, quod non potest stare, & ista ratio firmior est omnibus precedentibus, scilicet, quia si Eleazarus consecratus esset mortuo patre suo Aaron, necesse erat, ut fieret consecratio secundum ritum, qui hic ponitur: sed iste ritus non fuit ibi seruatus: ergo non fuit consecratus. Patet vtraque pars antecedens, scilicet quod iste ritus erat necessarius in consecratione, quia dicitur supra in litera: Et erunt sacerdotes mei religione perpetua, id est iste ritus, vel religio erit perpetua in sacerdotibus meis, scilicet quod semper sic consecrentur. Secunda pars, scilicet quod non obseruatus fuerit iste ritus in Eleazaro, quia ad consecrationem requirebatur, quod acciperetur ipse, qui consecrari debebat, & duceretur ad tabernaculum domini, ita ut esset in atrio tabernaculi, ut patet hic, cum dicitur: Et Aaron, & filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij: sed hic non fuit applicitus Eleazarus ad ostium tabernaculi testimonij, quia tabernaculum erat in medio filiorum Israel cum castrametabantur: nam disponebantur castra filiorum Israel per quadrum, ita ut essent diuisa duodecim tribus in quatuor partes per quatuor vexilla, & sub quolibet vexillo essent tres tribus, scilicet vexillum filiorum Iuda ad Orientem, & vexillum filiorum Ephraim ad Occidentalem plagam, vexillum filiorum Rubem ad meridianam plagam, & vexillum filiorum Dan ad Septentrionem, ut patet Numer. 2. cap. Inter istas quatuor diuisiones erat sanctuarium, & circumdabatur à Leuitis, ut sic tutissimum esset, ut patet in eodem capitulo. Hoc autem supposito constat, quod Eleazarus quando debuit consecrari, non applicitus fuit ad ostium tabernaculi, quia mons Hor erat extra castra, quia Numer. 20. cap. dicitur: Quod mandauit Deus Moysi, ut duceret Aaron, & Eleazarum in montem Hor. Si autem esset mons Hor intra castra, vbi esset tabernaculum non diceret Deus, quod duceret eos in montem Hor: sed ipsi starent in illo, cum sacerdotes, & leuitae castrametarentur in circuitu tabernaculi, ne aliquis de alienigenis accederet, ut patet Numeri secundo capitulo, & precipue Aaron & Moyses, & filij Aaron sacerdotes castrametabantur apud ostium atrij tabernaculi, ut patet Numeri tercio capitulo. Item

Ratio prima potius quod Eleazarus non fuit consecratus summi sacerdos immediate post mortem Aaron.

Item dato quod tabernaculum esset in monte Hor, (quod falsissimum est, vt patet ex dictis) tamen adhuc non posset stare, q̄ ductus fuerit Eleazarus ad ostium tabernaculi, quia vbi mortuus fuit Aaron ibi indutus fuit Eleazarus: sed constat quod Aaron non fuit mortuus in atrio tabernaculi apud ostiū eius: ergo non erat Eleazarus cum induit eū Moyses in atrio tabernaculi. Patet antecedens pro vtraque parte: primò quod vbi mortuus fuit Aaron, ibi indutus fuit Eleazarus, quia dicitur Num. 20. capit. fecit Moyses quod præceperat dominus, & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine: cumq; Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius: ergo simul stabant, quia omnes tres in montem Hor ascenderunt, & immediatè vt Moyses exiit Aaron, induit Eleazarum, quod non contingeret, nisi simul essent. Quod autem Aaron in tabernaculo, aut apud ostium tabernaculi mortuus non fuerit, patet, quia domus, in qua aliquis moriebatur contaminata esset, vt patet Num. 19. cap. & omnia, quæ in domo illa erant, & si aliquis adesset, contaminatus erat. Quomodo ergo mandauit Deus, vt moreretur Aaron in tabernaculo, quia contaminaret illud? non est vilo modo opinabile: maximè, quia non solum pollueretur tabernaculum, si aliquis moreretur in eo, sicut polluebatur domus, in qua moriebatur aliquis: sed etiam si aliquis, qui introisset in domum, vbi quispiam mortuus esset, aut tangeret illam domum, vel aliquid quod esset in illa domo, aut quod fuisset in illa tempore mortis defuncti, contaminabatur, & polluebat sanctuarium si accederet ad illud, nisi prius aqua lustrationis expiaretur, vt patet Nu. 19. cap. Item non potest stare, q̄ tabernaculum esset in monte Hor, & quod Aaron fuerit mortuus intra atrium tabernaculi, quia dicitur Num. 20. ca. quod omnis multitudo filiorum Israel vidit ascendentes Moysen, & Aaron, & Eleazarum, & quod vidit indui Eleazarum, atq; morientem Aaron, sed si mortuus fuisset intra atrium tabernaculi, nullus de Israelitis potuisset videre quomodo induebatur Eleazarus, aut quomodo mortuus fuisset Aaron: ergo non mortuus fuit intra atrium tabernaculi. Antecedens patet: prima pars, scilicet, quod viderit ista multitudo Israel: nam dicitur in capitulo allegato: fecit Moyses quod præceperat dominus, & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine, cumque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum: illo mortuo in monte supercilio descendit Moyses cum Eleazaro: omnis autè multitudo videns occubuisse Aaron, &c. Quod non posset videre Israelita aliquis ista, quæ fiebant, si mortuus fuisset Aaron in atrio tabernaculi in monte Hor, patet, quia mons Hor erat altus, & multitudo Israelitarum erat ad radicem montis, vt colligitur Num. 20. atrium, autem erat circumdatum cortinis, & columnis altitudinis cubitorum quinq; vt patet 27. ca. ergo cum intra essent Aarō & Moyses, & Eleazarus, nihil videret multitudo, quæ extra erat de his, quæ fiebant ab eis: Nec valet si arguas, quod cortinæ illæ reticulatæ erant, quia cum populus adesset in circuitu atrij per foramina reticularum cortinarum videre poterat ea, quæ intra gerebantur, cum tamen abesset, sicut erat ipsis existentibus ad radices montis, & atrio tabernaculi in monte Hor. Item non potest stare, quod consecraretur Eleazarus coram Aaron moriente, quia quando aliquis stabat coram aliquo moriente polluebatur: vnde Nazarei si occurrerent alicui homini, qui subito moreretur coram eis, polluebantur, & radenda erat cæcæries eorum, reintegrandumque votum, vt patet Num. 6. cap. & in quolibet alio homine cum staret coram aliquo moriente, siue iret ad exequias eius, polluebatur, vt patet Num. 19. & Leui. 21. cap. ab ista pollutione man-

dabat Deus abstinere sacerdotes minores, nisi in quatuor generibus personarum, scilicet in patre, & matre, & in filio, & filia, & fratre, vel sorore virgine. Sacerdos magnus nullo modo contaminari debebat super aliquem mortuum, quado oleum vnctionis super caput eius fufum esset: etiam si pater esset. Sed Eleazarus stetit ad mortem Aaron patris sui: ergo non consecratus fuit coram eo. Antecedens patet Leui. 21. c. cum dicitur: Pontifex, idest sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput vnctionis oleum fufum est, & cuius manus in sacerdotium cōsecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non disceperiet, vestimenta sua non scinder, ad omnem mortuum non accedet omnino, super patre suo, & matre non cōtaminabitur, nec egredietur de sanctis, nec polluet sanctuarium domini, quia oleum sanctæ vnctionis super eum est. Item quando aliquis consecrari debebat, primò ducebatur ante ostium tabernaculi, & lauabatur totus: & deinde induebatur sacris vestibus, vt patet supra in litera, cum dicitur: Cumque laueris patrem cum filijs indues Aaron vestimentis suis: sed Eleazarus nō fuit ductus ante ostium tabernaculi, vt declaratum est, ad hoc, quod lauaretur ibi, ergo non fuit consecratus ibi. Contra quodcumque de articulis superioribus aliquis instabit informans, quod non sit inconueniens, q̄ moreretur Aaron in sanctuario, quia filij eius Nadab, & Abiu in sanctuario mortui sunt: patet Leui. 10. cap. tamen non factum fuit ex hoc aliquid speciale, aut alia mutatio, vt patet ibi. Respondetur, quod non obstat, quia nō est simile de morte duorum filiorum, & de morte Aaron, quia duo filij Aaron mortui sunt per manum domini: ignis enim egressus à domino vorauit eos, vt patet in eodē capitulo, & sic non erat aliqua pollutio sanctuarij, cum Deus miraculose fecisset mortem illam ad punitionem peccati eorum, & terrorem aliorum, quia obrulerant ignem alienum. Mortis autem Aaron non erat sic, quia non peccauerat Aaron in sanctuario, sicut peccauerat filij sui: ideo vt maior terror eēt, & manifestior indignatio domini, immediatè, & in eodem modo puniri debuerit in quo deliquerunt. Hæc ergo excusabant pollutionem: sed de Aaron erat aliqua ratio, quare moreretur in sanctuario, ideo non est verisimile, quod Deus mandauisset eum ire ad sanctuarium, vt ibidē moreretur. Concludendum ergo est, quod non fuit Eleazarus vnctus coram patre suo Aaron. Sed dicit aliquis, quod licet non fuerit vnctus Eleazarus in mōte Hor coram patre suo, tamen quod vnctus fuit post mortem illius, & descensum de monte cum venerunt ad castra, quia in castris erat sanctuarium in medio castrorum. Et si obijciatur quod supra dicebatur, scilicet quod antequam indueretur, qui consecrandus erat vestes sacerdotales, lauari debebat, & ista lotio fiebat intra atrium ad ostiū tabernaculi, & non fuit factum sic in Eleazaro: ergo illa non fuit consecratio. Responderi posset, q̄ Eleazarus fuit consecratus in castris, & completè fuerunt in eo omnes cœremoniæ consecrationis, sicut hic iubentur: tamen illa susceptio vestium coram patre suo Aaron, non fuit pars istius consecrationis, sed solum fuit factum, vt lætaretur Aaron videns, quod filium suum successorem relinqueret, & post descensum ad castra exiit se Eleazarus vestes sacerdotales, & inchoatè sunt cœremoniæ consecrationis ab exordio. Quiddquid tamen hoc sit melius dicendum est, quod non receperit aliquam aliam consecrationem Eleazarus, sed per solam vestium pontificalium susceptionem effectus est Pontifex. Et ratio huius videtur: si non fuisset factus Pontifex Eleazarus per solam vestium susceptionem, nullum gaudium esset ipsi Aaron, quia tantum gaudium esset indui Eleazarum veste Pontificali ante mor-

Non poterat Eleazarus consecrari coram patre suo Aarō moriente, quia tunc pollutus esset.

Obiectio contra ea quæ dicta sunt, tollitur.

Alia opinio rejicitur.

tem Aaron, sicut si diceretur, quod post mortem Aaron Eleazarus esset summus sacerdos. Sed hoc nihil est, quia hoc idem sciebat Aaron antequam moreretur: quod filius suus Eleazarus futurus esset summus sacerdos, quia primogenitus sacerdotis magni successurus erat in Pontificatu, cū primogeniti succederent patribus in omnibus honoribus: superfluū ergo foret indui Eleazarum vestibus istis coram patre suo Aarō. Sed hoc non est dicendum, quod Deus mandaret aliquid frustra fieri, quia agere aliquid frustra nō conuenit ad agens regulatissimum. Dicendum ergo, quod Eleazarus in monte Hor accepit summum sacerdotiū coram patre suo Aaron viuente eo per solam vestium susceptionem. Aliquis forte volens hoc confirmare dicit, quod non erat necessaria aliqua alia solēnitas ad consecrandum sacerdotem magnum, nisi quod indueretur vestibus pontificalibus, cum autem Eleazarus pontificales vestes super montem Hor accepit: ibi oēs cœremoniæ sacerdotis magni consumatæ sunt. Et declaratur hoc, quia ille, qui esse debebat summus sacerdos, prius erat sacerdos minor. Et patet, quia semper assumebantur sacerdotes magni de filijs Aaron, vt patet hic in litera: isti autem sacerdotes erant: sed hic in consecratione Aaron, & filiorum eius eadem cœremoniæ factæ sunt, vt patet in litera, & in istis, qui consecrabantur erat vnus Eleazarus: ergo non erat necesse, vt postea consecraretur iterum: sed vt id quod deerat suppleretur, scilicet vt indueretur pontificalibus vestibus, quæ antea solis minoribus vestibus adornatus erat, vt patet supra in litera. Conformiter enim est in sacerdotibus nostris, & Episcopis, quia omnis Episcopus sacerdos est. Cum tamen aliquis simplex sacerdos promouetur ad Episcopatum, non iterantur in eo ea, quæ fiebant in simplici sacerdote, scilicet vt iterum ordinetur. Respondetur, quod hoc falsum est, quia non fiebant eadem totaliter cœremoniæ in sacerdotibus minoribus, quæ fiebant ad consecrationem summi sacerdotis: nam ad consecrationem summi sacerdotis requirebatur in capite vnctio olei sancti, vt patet in litera: sacerdotes autē minores non vngebantur in capite. Etiam in manibus sacerdotis magni videtur facta quedam alia specialis vnctio præter vnctionem digiti pollicis dextræ manus, quæ vnctio pollicis, licet fieret in sacerdotibus minoribus, tamē vnctio manuum in oleo sancto non fiebat in eis: & ista duo videtur velle litera specialia esse in sacerdote magno, vt patet Leui. 21. ca. cum dicitur: Pontifex, idest sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput vnctionis oleum fufum est, & cuius manus in sacerdotium consecratæ sunt, vestitusque est vestibus sanctis. Ista ergo tria habebat summus sacerdos specialiter ultra minores sacerdotes, scilicet capitis vnctionem, & manuum specialem consecrationem, & susceptionem vestium pōtificalium. Licet ergo Eleazarus in monte Hor accepit vnum eorum, scilicet vestes sacras, tamen vnctionem capitis, & consecrationem manuum ibi non accepit. Item adhuc falsum est, quod non requirerentur aliqua alia solēnitates in consecratione sacerdotis magni, quam quæ fuerant in sacerdotibus minoribus, quia dicitur hic infra, quod sacerdos, qui succedere deberet Aaron de filiis eius, & sic de omnibus, alijs debebat indui septem diebus vestem sanctam Aaron: ergo necessaria erat ad solēnitate[m] consecrationis sacerdotis magni adhuc cœremonialis obseruatio septem dierum præter solēnitatem, quæ fuerat in consecrando eum in sacerdotem minorem. Ista[m] solēnitatem septem dierum non potuit accipere Eleazarus in monte Hor, cum immediatè descenderit cum Moysè, vt patet Num. 20. capit. non ergo potest vllatenus dici, quod ritus consecrationis fuerit expletus, aut inceptus ipsi Eleazaro in mōte

Alia cœremoniæ obseruabantur in consecratione summi sacerdotis, & filijs eius, & sic de omnibus, alijs debebat indui septem diebus vestem sanctam Aaron: ergo necessaria erat ad solēnitatem consecrationis sacerdotis magni adhuc cœremonialis obseruatio septem dierum præter solēnitatem, quæ fuerat in consecrando eum in sacerdotem minorem.

A Hor: sed quod fuit factus summus sacerdos quodam speciali modo, quam alij summi sacerdotes ex necessitate temporis, & voluntate Dei. Redentes ergo ad propositum vnde digressi sumus dicimus, quod ista lex de ritu consecrationis, licet videatur magis, aut specialiter dari de eo, qui immediatè succederet ipsi Aaron, tamen magis datur de alijs posteris, quia in ipso successore immediato Aaron non obseruatum est. Etiam ista lex, licet videatur intelligenda solum de futuris, tamen de presentibus etiam intelligenda erat, vt consecratio Aaron, & filiorum eius, quæ tunc facienda erat, secundum hunc ritum fieret, quia eodem modo consecratio Aaron durauit per septem dies, vt patet in litera. De filijs eius. In lege veteri, quia pontifices, & sacerdotes omnes habebat uxores, ideo sicut in secularibus dignitatibus, vt in principatibus regnatiuis filij patribus succedebant: ita in principatu sacerdotij filij sequebantur iura patrum, & honores: ideo de filijs Aaron, necesse erat accipi summum sacerdotem secundum successionem lineæ primogenitorū, & hoc erat generale, nisi Deus mutaret ex aliquo peccato, sicut transtulit sacerdotium de domo Eli ad Sadoch, vt colligitur 1. Reg. 2. cap. & 1. Paral. cap. 24. semper tamen mansit in domo Aaron, quia siue Eli, siue Sadoch erant de progenie Aaron. In nouo testamento sacerdotes non habent uxores: ideo filij non succedunt, quia filios non habent: & si aliquando filios habent, illegitimi sunt, qui nō solum in ecclesiasticis dignitatibus, & honoribus, sed etiam in secularibus principatibus successione priuantur. Imò isti filij presbyterorum secundum iura Ecclesiastica sunt serui ecclesiarum, vt habetur in Decret. 15. quæst. 8. cap. cum multa: de hoc etiam 17. quæst. 7. cap. inuentum: vnde non debent ad sacros ordines promoueri, nisi ex dispensatione, vt patet extra de filijs presbyterorum ordinum vel nō ordi. cap. 1. nisi efficiantur monachi, vel canonici regulares: prælationem autem nullatenus habere debent. Et dato quod aliquando cum eis dispenseretur, vt ordines suscipiant, & vt beneficia obtineant: tamen non dispensantur, vt in eadem ecclesia ministrent, in qua patres eorum proxime ministrauerant, vt patet extra de filijs presbyterorum ordinum vel non, in capitulo, presentium, & dato quod presbyteri in nouo testamento, & episcopi filios haberent legitimos ex vxoribus suis, vt in ecclesia primitiua: tamen non succedebant filij parentibus in dignitatibus tanquam iure hereditario: sed qui melior erat ad episcopatum assumebatur. Et qui ingredietur tabernaculum testimonij. Istud relatiuum refert filium Aaron, qui assumebatur in summum sacerdotem, quia non erant duo, qui assumebatur in summum sacerdotem, & qui intraret ad ministrandum in sanctuarium: sed ponitur, (& qui) ad notandum diuersitatem officiorum, quæ conueniebant isti filio Aaron, qui assumebatur in sacerdotem, scilicet quod assumebatur in sacerdotem, & quod introiret in sanctuarium ad ministrandum.

Doc. resp ad quæst.

Filij presbyterorum in iura ecclesiastica sunt serui ecclesiarum.

De quadruplici ministratio[n]e summi sacerdotis in sanctuario.

QVÆSTIO. XVI.

MINISTRATIO autem quam faciebat summus Pontifex in sanctuario, scilicet intra tabernaculum erat quadruplex, scilicet in mensa propositionis ponendo panes, & tollendo per singula sabbatha, vt patet Leui. 24. capitulo. Secunda ministratio erat in candelabro parando lucernas in mane, & vespere, vt patet supra 27. cap. & Leui. vigesimo quarto. Tertia

Tertia ministratio erat in altari Thymiamatū ponendo incensum, ut patet sequenti capitulo. Quarta ministratio erat cum intrabat in die propitiatis semel per annum ad sancta sanctorum ad aspergendum sanguinem coram propitiatorio, & tingendum sanguine cornua altaris thymiamatum, ut patet infra sequenti capitulo, & Leui. 16. de istis ministracionibus tres prime erant communes sacerdotibus minoribus, & summo sacerdoti, ut declarauimus precedenti cap. Quarta, scilicet intrare in sancta sanctorum erat pertinens ad solum summum sacerdotem: imò quando summus sacerdos intrabat in sancta sanctorum, nullus alius sacerdos debebat esse in tabernaculo, ut patet Leui. 16. cap. & ad Hebr. 9. ca. Sed considerandum quòd sacerdos magnus, qui vestibus pontificalibus utebatur, non poterat uti illis vestibus in omnibus his ministracionibus, sed solum in tribus primis. In quarta autem quòd intrabat in sancta sanctorum, nō utebatur sacerdotis summi vestibus, sed vestibus sacerdotis minoris, ut patet Leui. 16. cap. & declaratum fuit precedenti cap. In alijs tribus ministracionibus, & in ministracione, quæ erat in altari holocaustorum extra tabernaculum induebatur sacerdos magnus pontificalibus vestibus. *Tabernaculum testimonij.* Quia in eo continebatur arca, in qua erant tabulae decalogi, quæ vocantur testimonium, siue testificatio, ut patet supra 25. cap. *Ut ministraret in sanctuario.* Aliquando accipitur sanctuarii pro solo tabernaculo. Aliquando pro solo atrio tabernaculi. Aliquando pro utroque simul, cuius probationem posuimus supra precedenti capitulo. Hic accipitur sanctuarii pro tabernaculo, quia ad atrium non dicebatur intrare sacerdos, cum in ipso induerentur, & lauarentur: sed dicebatur intrare ad tabernaculum testimonij. *Arietem quoque consecrationis.* Hic redit ad ponendum cœremonias, quæ fiebant circa arietem, qui immolabatur in victimas pacificas, quia supra inceperat ponere cœremonias eius, & vocatur iste aries consecrationis, quia cum sanguine arietis huius fiebat ritus consecrationis, scilicet quòd miscebatur sanguis oleo tritarum sacerdotis magni, & aliorum sacerdotum: & pollices manuum dextrarum, & pedum dextrorum. Et de isto sanguine aspergebantur ipsi sacerdotes, & vestes eorum, in quo complebatur ritus consecrationis, ut patet supra in litera. *Et coques carnes eius.* Iste carnes coquebantur, ut comederent eas Aarō, & filij sui, ut patet infra, & non dicitur: coques carnes eius, quasi omnes carnes eius coqui mandaret, cum non manerent omnes, quia pars earum consumpta fuerat: sed dicebantur coqui carnes eius, scilicet carnes manentes: nā de isto ariete hostiæ pacificæ totus adeps cum renunculis, & cauda in altari cōbustus fuerat, ut patet supra, armus etiam dexter eodem modo coram domino incensus est: pectusculum autem eleuationis accepit. Moyses in partem suam pro ministerio hoc, quod gerebat, ut supra patet, ceteræ autem carnes, quæ nunc supererant coquebantur, in loco sancto. Non poterant coqui iste carnes extra atrium tabernaculi, quia ibi nō erat locus sanctus, & non solum carnes istius arietis pacifici coquebatur in loco sancto, sed etiam carnes omnium pacificarum hostiarum, quas offerebant populares, ut infra 7. & 8. capit. Fiebat ignis magnus intra atrium tabernaculi, & ibi coquebantur omnes pacificarum carnes, & carnes sacrificiorū pro peccato, quæ ad sacerdotes pertinebant. *Quibus vestentur Aaron, & filij eius.* Quia pro solis ipsis sacrificium hoc fiebat, ipsi soli carnes istas comedere debebant. *Panesque qui sunt in canistro.* Hic accipiuntur Aaron, & filij eius tanquam homines seculares: nam cum offerebant laici hostias pacificas, comederant omnes carnes earum præter

Sacer. mag. non poterat exercere ministraciones suas in vestibus laicis.

adipes, & renunculos, & caudam cum renibus, & armum dextrum, & pectusculum eleuationis, ut patet Leui. 3. cap. hæc omnia adempta sunt de ariete pacificæ hostiæ oblato pro Aaron, & filijs eius, & ceteras carnes ipsi comederant. Et quia non solum obtulerunt carnes, sed etiam panes, ut partes pacificæ, acceperunt ipsi portionem. De hostia pacifica panum dictum fuerat in principio, quòd portarent in canistro panes azymos, & crustulam oleo confersam, & lagana. Et postea dicitur, quòd tulit Moyses tortam panis, & crustulam, & lagana, & posuit super manus Aaron, & filiorum eius, & rursus accipiēs de manibus eorum posuit super altare in incensum domino: manebant ergo adhuc alij panes, siue tortæ in canistro, & lagana: crustula autem nulla manebat, quia vnica erat, & hæc in altari concremata est. Comederunt ergo sacerdotes panes azymos, & lagana, & carnes arietis pacificæ hostiæ. *Qui sunt in canistro.* Id est qui manebant in canistro oblata torta azyma, & crustula, & lagana ad incendendum in altari. *In vestibulo tabernaculi.* Vocatur vestibulum tabernaculi locus quidam ante introitum tabernaculi, & circa altare holocaustorum, & vocatur locus ille vestibulum à vestiendo, quia ibi sacerdotes vestiebantur, quando ministrare deberent, & sic dicitur: Intra vestibulum, & altare plorabāt sacerdotes: quia altare holocaustorum, & labrum æneum, & vestibulum erant circa introitum tabernaculi. Obrinuit tamen vltus latiorum, ut communiter vestibulum dicitur aliquis locus apud portā cuiuslibet domus, siue locus ille cooperus sit siue non, & sic quælibet domus vestibulum habere dicitur, id est locum illum apud portam. In Hebræo autem dicitur. *In ostio tabernaculi.* Sed translatio magis secuta fuit sensum, quàm verba, & disertissime quidem, nec sine magno ingenio. Considerauit enim Hieronymus, quod nihil istorū fiebat in ipso ostio, vel introitu tabernaculi, quod velatum erat: præcipue cum dicitur supra, quòd istud canistrum positum erat in cōspectu domini, id est coram altari holocaustorum, quòd aliquo modo separatim erat ab ostio tabernaculi: ideo vidēs, quòd litera Hebraica loquatur inappropriate dicens: In ostio tabernaculi, id est circa ostium tabernaculi: dixit proprius, scilicet in vestibulo altaris tabernaculi. *Comederunt.* Id est quòd coquerent istas carnes in loco sancto, scilicet in aliquo loco atrij separato à tabernaculo, nē ignis, aut fumus nocerent cooperimentis tabernaculi. Cum autem comedere debebāt, accedebant ad locum magis sanctum, scilicet apud ostium tabernaculi, quòd dicitur vestibulum tabernaculi. *Ut sit placabile sacrificium.* Id est ideo comedetis carnes istius hostiæ pacificæ in vestibulo tabernaculi, ut sacrificium sit placabile, scilicet quòd Deus vobis offerentibus placatus sit. Placabatur Deus sic facientibus, quia iste operationes cœremoniales sacrificiorū de se non erant bonæ, nec malæ, nec placebant, aut displicebant Deo: sed erant bonæ, & placebant ex obedientia facientium, qui in mente deuota, & obedienti egisset, acceptabatur à Deo. Et hoc maximè in his, quæ nullam rationem de se importāt, qualia ista sunt: nam cum aliquis obedit in his, quæ ratio naturalis dicit agenda, non est valde magni meriti obedientia, quæ etiam aliàs facturus esset, scilicet dato, quòd non mandaretur, & ille esset actus alterius virtutis. Quando autem aliquis obedit in eis, quæ nō habent in se aliquam rationem determinatam magis ad hoc, quàm ad oppositum (ita tamen quòd ea, quæ mandantur non sint manifeste contra rationem) est obedientia magni meriti, quia tunc est pure obedire, quia non est alterum quòd nos ad agendum moueat, nisi voluntas obediēdi, & auctoritas imperantis: sic autem est in his, scilicet quòd sacerdotes tales, aut tales partes carniū immolent,

Quomodo Deus placabat facientibus operationes cœremoniales sacrificiorum.

Que obedientia fit magni meriti apud Deum.

molent, & tales, aut tales comedant, & quòd eas in loco sancto coquant, & quod comedant in vestibulo tabernaculi, non est aliqua ratio ad hoc mouens, sed solum voluntas obediēdi legislatori. Si ergo obederint circa ista, magni meriti reputabitur obediētia, & sacrificium istorum erat placabile, id est acceptum apud Deum: & sic conuenienter dicitur. *Ut sit placabile sacrificium.* Id est facias ista, quæ dicta sunt, scilicet comedatis hostias pacificas in loco vestibuli, & coquatis eas in loco sancto, ut vobis obedientibus circa hæc, placabile, id est acceptabile sit sacrificium vestrum. *Et sanctificentur offerentium manus.* Id est & manus vestræ, qui obrulistis sacrificium sanctificabuntur. Fiebat ista sanctificatio per contactum, scilicet quòd carnes hostiarum pacificarum erant sanctæ, sacerdotes autem comedendo de eis, sanctificabuntur: & dicebatur eorum manus sanctæ per contactum illarum. *Alienigena non vescetur ex eis.* Vocatur hic alienigena non solum, qui Gentiles erant, aut de Gentilitate conuersi, sed omnes Israelitæ, qui non erant de tribu Leuitarum. Et etiam omnes Leuitæ erant alienigenæ, qui non erant de stirpe Aaron, quia solus Aaron, & filij sui consecrabantur hic, & quicumque esset genitus ex alio semine, quàm ex semine Aaron erat alienigena, id est ab alijs genitus. *Quia sancta sunt.* Id est istæ carnes sanctificatæ erant domino per oblationem, ideo non debent ab omnibus indifferenter comedi, sed ab illis, qui sanctificantur, scilicet à sacerdotibus illis, qui tunc sacrificant. *Quod si remanserit de carnis consecratis.* Ponitur hoc, quia istæ carnes arietis pacifici erant multæ, & solum erant comedentes quinque Aaron, & quatuor filij eius, & sic forte non possent comedere eas una die. Et quia vellet eas conseruare in alterum diem, vel dare canibus, aut alijs hominibus, determinatum fuit, quòd de illis carnis nemo comederet, nisi sacerdotes, quia erant sanctificatæ, & quòd non possent conseruari, vsque in diem alterum ad cibum. *Carnibus consecratis.* Accipitur consecratum large, id est sanctificatum, quia circa carnes hæc pacificæ hostiæ, quas comedebant sacerdotes, non habent aliqua specialis cœremonia, per quas dicerentur consecratæ: sed erant sanctificatæ, quia iste aries, cuius istæ carnes erant, Deo oblatas erat, & partes quædam eius domino cesserant, & combustæ fuerant super altare, per quarum concomitantiam ceteræ partes arietis sanctificatæ esse dicebantur. Consecratio autem quasdam specialis cœremonias addit vltimæ sanctificationem, & sic sacerdotes, & vestes eorū consecrati esse dicebantur. *Sicut de panibus.* Scilicet de panibus azymis, quæ erant in canistro, & de lagana, quia omnia comprehenduntur hic nomine panis. Et est eadem regula de carnis, & panibus, quia vtrumque sanctificatum erat per oblationem coram domino. *vsque mane.* Id est vsque ad diem sequentem: ex quo sequitur, quòd in eodē die, in quo ista oblata sunt, poterant comedere de istis carnis, & panibus bis, aut ter, si opus esset: in die autem sequenti nullo modo. *Comburetis reliqua igni.* Scilicet omnia illa, quæ manserint de sacrificio, & non fuerint primo die comesta, in quo facta est oblatio. Et in hoc differt sacrificium pacificum sacerdotum à sacrificio popularium, quia est alicuius maioris obseruantiæ, & alicuius maioris sacrificium pacificum popularium poterat comedi in die, quo offerebatur, & in secundo die: siquid autem in tertia die maneret, comedi non debebat, sed comburebatur igni, & si quis comederet de illo in die tertio, magnum peccatum committerebat, ut patet Leui. 7. & 19. cap. cum dicitur: Si immolaueritis hostiam pacificam domino, ut sit placabilis: eodem die, quo fuerit immolata comederis eam, & die altera: quicquid autem residuum fuerit, in diem alterum igne combure-

tis: si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit, atque iniquitatis reus. In sacrificio autem pacifico sacerdotum si quis in secundo die comederet de victima pacifica iniquitatis reus esset. *Et non comedetis, quia sanctificata sunt.* Ista non est causa simpliciter, sed cum determinatione, non est enim sensus, quòd carnes hostiæ pacificæ comedi non debēt, quia sanctificatæ sunt, quia tunc nullus de eis comedere deberet, sed est sensus, quòd nullus sacerdos comedere debebat die secundo de carnis istis, quia sanctificatæ sunt.

An recte sit assignata causa quare carnes sacrificiorum non erant comedende die secunda.

QV AESTIO XVII.

SI autem quæras quomodo ista causalitas sit bene assignata, quòd non debeant comedi carnes sanctificatæ in secundo die, quia sanctificatæ sunt. Respondetur, quòd non sequitur hoc ex natura rei, sed ex voluntate legislatoris regulatæ ratione: nam quantum est ex se, nihil magis referebat comedere sanctificatas carnes die primo, quàm secundo, & quocumque altero die, sed legislator statuit non comedi eas in secundo die, & hoc, quia voluit fieri distinctionem inter carnes consecratas, & non consecratas, siue sanctificatas: ista enim cœremonialia de se non habent aliquam dignitatem: si autem legislator condens ea non daret aliquem modum, per quem in reuerentia tenerentur, negligenter cultus Dei, quod inconueniens magnū esset. Ad reuerentiam ergo statuit fieri differentiam inter has carnes sanctificatas, & inter carnes non sanctificatas: carnis enim non sanctificatis licebat vesci, siue eadem die, qua occisæ sunt, siue quandounque: in his autem solum licebat eadem die vesci, ut sic inter cibum, & cibum adiudicemus, & cibo sanctificato honorem impendamus. Peccaret autem, qui cibis sanctis vescens, non diiudicaret à non consecratis cibis, sicut dicit Apostolus 1. Corin. 10. Qui autem manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus domini.

Omnis, quæ præcepti tibi, facies super Aaron, & filijs eius: septem diebus consecrabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum: mundabitque altare cum immolaueris expiationis hostiam, & unges illud in sanctificationem. Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis, & erit sanctum sanctorum. Omnis qui tetigerit illud sanctificabitur. Hoc est quod facies in altari. Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter, vnum agnum mane, & alterum vespere: decimam partem simile consperga oleo, quòd habeat mensuram quartam partem Hin: & vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno. Alterum vero agnum offeres ad vespertinam iuxta ritum matutinae oblationis iuxta ea, quæ diximus, in odorem suauitatis. Sacrificium est Domi-

Altaris cōsecratio.

no Deo oblatione perpetua in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, vbi constituam, vt loquar ad te: ibique præcipiam filijs Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo & tabernaculum testimonij cum altari, & Aaron cum filijs suis, vt sacerdotio fungantur mihi: & habitabo in medio filiorum Israel, eroque eis Deus: & scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Aegypti, vt manerem inter illos: ego Dominus Deus ipsorum.

Omnia, quæ præcepti. Hic ponitur quantum, scilicet consecrationis sacerdotalis continuatio. *Omnia, quæ præcepti facies.* Ponit hic diligentiam circa ista, quia forte Moyses videns quædam istorum modicum de ratione habere: & indifferentia esse ad sic faciendum, vel opposito modo: non multum curaret de quibusdam eorum: Deus autem vt cultus suus cum magna attentione, & deuotione fiat (quod maxime ipse curat) reddit hic Moysen attentum ad faciendum ista diligentissime, ne contemnendum putet aliquid horum.

An sit verum dictum Rabbi Salomon, quod ille mandauit Deus obseruari diligenter omnia, quæ fiebant in consecratione sacerdotis, quia omnia erant de necessitate consecrationis.

QVÆSTIO XVIII.

RABBI Salomon dicit, quod ideo Deus hæc mandauit obseruari, quia omnia erant de necessitate consecrationis sacerdotalis: ita quod si aliquid horum omittetur, consecratio esset nulla: si sacerdotes non erant consecrati. Sed hoc non videtur verum, quia illa dicuntur de essentia, vel necessitate rei, sine quibus res esse non potest: vnde manus, vel aures non sunt de necessitate hominis, vel de essentia eius, quia licet sint partes naturæ humanae, tamen sine his homo videtur esse potest, etiam postquam scindi superstitio homine, & sine illis potest gigni. Alia autem partes sunt de necessitate, vel substantia, quia sine his esse non potest. Pro isto sciendum quod in his sanctificationibus, aut consecrationibus, aut imprimitur character, aut non: si imprimatur character, illa consecratio est nulla, cum agendo aliquid, & omittendo aliquid non imprimatur character: sed si aliquid agatur, & imprimatur character, & aliquid omittatur, licet peccatum sit, quia omittitur quod omitti non deberet, tamen consecratio, aut actus aliquis est, sicut est in naturali generatione. Ad hoc enim, quod fiat generatio, naturaliter præcedunt quadam generationes, & feminis emissiones. Si autem sequatur introductio formæ in materiam, qualitercumque illa se habeat generatio, vel actus fuit aliquis, etiam si aliqua imperfectiones fuerint in re genita. Si autem facta feminis emissione, & quibusdam alterationibus ad formam introducantur, si non sequatur forma in materia, actus nullus fuit, & hoc, quia forma in naturali generatione habet se, sicut character in consecratione, aut ordinatione. Sicut ergo generatio factis menstruosi generatio est, licet fetus imperfectus est, quia ibi est forma hominis, ita in ordinationibus, & consecrationibus, & in omnibus alijs, in quibus im-

primatur character. Si per aliquam actionem imprimatur character, & maneat aliquid quod non factum est: actus ille fuit aliquis, quia introductus, vel impressus fuit character. Sic enim est in sacramento Eucharistia, quia esse consecratum, vel transubstantiatum est sicut esse characterem impressum in quibusdam alijs sacramentis. Et ad consecrationem corporis Christi multæ solennitates sunt, scilicet totum officium Missæ. Et si aliquis dicens formam consecrationis, & substituens aliquid de alijs, quæ dicuntur in Missa, vel omnia alia, consecraret, actus iste esset aliquis, nec oporteret iterum proferri verba consecrationis: iste tamen peccaret, quia omitteret aliquid de statuto Ecclesiæ ex contemptu. Si autem aliquis faciens totum officium Missæ, vel maiorem partem eius erraret in forma consecrationis, quia nesciret proferre verba, aut quia non proferret omnia, actus iste nullus esset, quia non fuit facta consecratio: ideo reiteranda essent omnia verba consecrationis, licet omnia præter vnum expressa fuissent prius. Idem de Sacramento Baptismi, si erraret in forma, vel si non erraret in forma, & cetera omittantur. Idem de Sacramento Ordinis, in quo character imprimitur in forma determinata verborum, vel in traditione alicuius instrumenti ad ministrandum: Si autem sit aliqua consecratio, vel aliquid cum magis actus, in quibus non imprimitur character, illa dicuntur de essentia actus, quibus existentibus lex non mandat actum iterari: illa autem sunt de bene esse, que licet fieri mandentur, si non fiat non mandat lex actum iterari, sed supplet, vel relinqui non suppletum. Sic est in consecrationibus Episcoporum, vel summi Pontificis, in quibus non imprimitur character, cum non sint ordines, sed dignitates, vel gradus Ecclesiasticae præerogatiua. Et istæ consecrationes debent fieri semper cum Missæ celebratione secundum statum Ecclesiæ, vt patet supra de electione, & electi potestate, capitulo, quod sic, & ibi tenet Bernardinus in Glossa, quod licet Missa semper dici debeat in his consecrationibus, & sit de substantia, siue de necessitate quantum ad obseruationem Ecclesiasticam, non est tamen de necessitate quantum ad ipsam consecrationem, ita quod sine illa fieri non possit. Nam si Episcopus consecraretur sine Missa, licet peccatum esset, tamen non iteraretur consecratio. Si tamen Missa esset de substantia illius consecrationis, iteraretur consecratio facta non dicendo Missam. Sic autem est quantum ad consecrationem Aaron, & filiorum eius, quia siue imprimatur character, siue non, de quo non implam iussit, tamen ea, quæ videntur facta post consecrationem non videntur de substantia consecrationis, sed de solennitate. Consistebat autem proprie consecratio Aaron in vnctione capitis, & manuum oleo sancto, & in asperione facta super ipsum, & super vestes suas, & in unctione auriculae dextre eius, & pollicis dextre manus, & pedis, & hæc omnia ipso induto vestibus Pontificalibus: alioquin nihil fieret. Consecratio autem minorum sacerdotum consistebat in asperione olei sancti cum sanguine arietis mixti super eos, & vestes suas, & in unctione auricularum dextrarum, & pollicum manuum dextrarum, & pedum, & hoc indutus ipsis vestibus sacerdotibus pertinentibus ad ipsos. Factis ergo his cum iam completa esset consecratio, vbi aliquis dicitur in sacrificio pacifico, vt potest, quia non comederent carnes eius in eadem die, vel aliquid alterum erraret: nunquid esset nulla consecratio, pullo modo dici potest, quia si consecraretur character in hac consecratione, cum ipse imprimatur, quando proferitur forma sacramenti, vel ea, in quibus consistit sacramentum, cetera, quæ sequuntur de solennitate necessaria sunt, & non de sub-

In sacramento eucharistia quædam pertinent ad solennitatem actus, & non ad necessitatem

In consecratione Episcoporum, & summi Pontificis in lege noua non imprimitur character.

stantia, vel necessitate. Si autem non conferatur character, solum illa dicuntur de substantia, quæ facta faciunt, vt non iteretur actus, dato quod aliquid deficiat: & quando ipsa non sunt, necesse est actum iterari, dato quod cetera facta fuerint. Sed ista, quæ dicuntur hic, dato quod omittentur, aut saltem aliqua eorum post vnctionem Aaron, & filiorum eius, non iteraretur consecratio. Et si forte velis contendere, quod non solum ea, in quibus principaliter videtur consistere consecratio, sunt de substantia consecrationis, sed etiam omnia, quæ præcedunt ea, & quæ sequuntur: non poterit stare, quia tunc quocumque horum omisso necessarium erat iterari consecrationem. Sed falsum est, quia per septem dies durabat ista solennitas, & in qualibet die fiebat sacrificia determinata, de quibus hic, & explicatus Leui. 3. & 9. & 10. Si ergo illa essent de consecrationis necessitate, omisso aliquo eorum, vel aliqua cœremonia circa illud reiteraretur: sed vt habetur Leui. 10. ca. cum Nadab, & Abiu combusti sunt coram domino offerentes ignem alienum, Aaron turbatus non attendit, & sacrificium pro peccato quod ipse cum filijs suis comedere debebat reliquit in altari, & exustum est, quod cum inquireretur Moyses, & inuenisset exustum, valde obiurgatus est contra Aaron, & filios eius, quate non comedisent sacrificium istud, quod erat pro peccato, quod comedere tenebantur, & respondit Aaron (vbi habetur,) quod non potuit facere mente turbatus. Ibi tamen non fuit iteratum aliquid de vnctione, aut suppletum. Respondet aliquis, quod illud erat extra cœremonias requisitas ad consecrationem, siue quæ mandantur fieri ad consecrationem: ideo licet ommissum fuerit, non iteratur consecratio. Sed falsum est, quia hic mandatur quod septem diebus cœlebraretur solennitas consecrationis: illud autem de sacrificio combusto, de quo habetur Leui. 10. cap. intra istos septem dies fuit. Et patet, quia si esset ultra septem dies potuissent egredi sacerdos minores filij Aaron ad plantandum fratres suos: nam licet sacerdos magnus non deberet pollui in morte alicuius (etiam si pater eius esset) tamen sacerdotes minores poterant exire ad plantandum patrem, vel matrem: filium, vel filiam: sororem virginem, aut fratrem, vt patet Leui. 21. capit. sed hic mortui fuerant Nadab, & Abiu fratres Eleazar, & Ithamar: ergo poterant isti duo egredi ad plantandum, nisi esset solennitas consecrationis. Respondetur, quod illud argumentum satis procedit, licet supponat quoddam falsum, scilicet combustio Nadab, & Abiu, & sacrificij pro peccato fuit intra septem dies consecrationis sacerdotum: quoniam fuit in octauo die, vt patet Leui. 9. capit. vbi ponitur, quod in octaua die conuenit populus ad Moysen & Aaron, & facta fuit magna solennitas, & tunc continuata historia sequitur in principio capituli decimi, quod Nadab, & Abiu arreptis thuribus obtulerunt coram domino ignem alienum, & mortui sunt, & eadem die hircus pro peccato, quem sacerdotes comedere debebant, combustus est: hoc tamen non obstat ratio preposita valet, quia dato quod esset in octauo die, erat ibi cœremonialis solennitas consecrationis, quia tunc fiebat solennitas, licet præcipua facta foret in diebus septem prioribus, quod notatur, quia in illo octauo die tanquam in completionem solennitatis conuenit totus populus ad Moysen, & Aaron. Et hoc etiam patet, quia quod ipsi manerent intra sanctuarium non egredientes erat ad solennitatem consecrationis, quia alijs temporibus egrediebantur, & ingrediebantur. Quod autem propter consecrationis solennitatem esset, patet Leui. 10. capit. capita vestra nolite nudare, & vestimenta vestra nolite scindere, ne forte moriamini:

& super omnem coetum oriatur indignatio: vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe vnctionis sanctæ licet super vos. Sed adhuc aliquis respondebit, quod licet de necessitate consecrationis illud esset, & si fuisset ommissum culpa Aaron, & filiorum eius, scilicet ex contemptu, debuisset iterari consecratio, quia tamen fuit ex turbatione sacerdotum propter magnum, & insperatum malum eueniens, non fuit iteratum. Respondetur, quod hoc nihil est: nam quando cunque in consecratione Eucharistia, vel in sacramento, in quibus character imprimatur aliquid ommissum est de forma consecrationis, aut sacramenti, ad quam character imprimatur, siue ex culpa contemptus, aut negligentia ministri factum est, siue ex impossibilitate faciendi, vt potest, quia subito intellectus ministri mutatus est, aut debilitatus est corporaliter, siue mutus effectus est, aut quouis alio modo forma consecrationis, vel sacramenti alicuius, in quo character imprimatur, perfecte expressa non fuerit, nihil factum est, & oportet actum totum iterari. Si ergo de necessitate consecrationis esset tota ista cœremonialis obseruatio: quantuncumque turbatus Aaron illud omisset: nihilominus iterare teneretur. Dicendum ergo, quod de necessitate consecrationis Aaron, & filiorum eius erant illæ vnctiones factæ eis vestibus Pontificalibus, & sacerdotaliibus, quæ vnctiones supra expressimus. Cetera autem sunt solennitates consecrationis, & non sunt de necessitate eius, ideo si aliquid illorum ommissum fuisset erat quidem peccatum, non tamen iteraretur actus totus consecrationis. *Super Aaron, & filios eius.* Id est omnia ista, quæ requiruntur ad consecrationem Aaron, & filiorum eius, quæ sunt, aut de necessitate, aut solennitate facies. Si autem vellemus accipere, quod ista, quæ hic dicuntur, scilicet. *Omnia, quæ præcepti facies.* Intelligentur, quod sint de necessitate consecrationis, deberet intelligi, sicut a qualiter innuit littera, scilicet. *Super Aaron, & filios eius.* Scilicet quod omnia, quæ fieri debebant super Aaron, & filios eius erant de necessitate consecrationis, scilicet quod induerentur vestibus sacerdotibus, & Aaron vestibus Pontificalibus, & quod vngerentur, sicut supra continebatur. Sed primus sensus melior est, quod dominus mandet omnia supra dicta obseruari, siue sint de necessitate, siue de solennitate, & ista omnia, quæ mada sunt, debent obseruari super Aaron, & filios eius, id est quantum ad Aaron, & filios eius, quia licet non omnia fierent super ipsos; tamen pertinebant omnes istæ cœremonia ad consecrationem ipsorum. *Septem diebus consecrabis manus ipsorum.* Id est septem diebus durabat solennitas istorum sacerdotum in consecratione, non quidem quod quotidie consecraretur manus eorum, id est vngeretur oleo vnctionis cum sanguine mixto, quia hoc semel fiebat: sed per septem dies durabat ista solennitas quantum ad quadam alia: sic dicitur Leui. 8. cap. Septem diebus completur consecratio, sicut in præsentiarum factum est, in octauo die tamen aliqua solennitas consecrationis fiebat ad expletionem, vt supra dictum est. In Hebræo dicitur. *Septem diebus implebis manus eorum.* Id est per septem dies pones super manus eorum sacrificia; scilicet: adipem arietis pacificorum, & tortam, atq; laganum, & crustulam, & eleuabis faciendis, sicut supra declaratum est. *Et vitulum pro peccato offeres.* Scilicet pro peccato sacerdotum, licet in principio peccatum eorum remissum sit, quia tamen quilibet semper se peccatorem timere, & confiteri debet, quia in multis offendimus omnes quotidie, pro peccato vitulus immolari debebat: vt saltem si aliquando semel rogatus Deus poenam peccati non tollit, frequentatis intercessionibus totaliter remittet, &

Doct. vlt. determin.

& in isto vitulo, qui offerebatur pro peccato obferuari deberent omnes ceremonie, que obseruantur in vitulo, de quo supra dictum est. & q̄ tingerentur cornua altaris de sanguine isto, & reliquus funderetur per gyrū altaris, & totus adeps cum renunculis adoleretur in incensum domini super altare: carnes autem, & pelles, & simus cremarentur extra castra. Ponitur etiam hic aliud sacrificium, qđ fieri debebat per hos septē dies. f. pacifica hostia, quod no tabatur, cum diceretur: Consecrabis manus eorum, vel complebis (vt hñ in Hebræo) quod magis exprimit. f. q̄ offerrent adipem, arietem, & tortam, & crustulā, & laganum super manus suas, vt fiebat supra, & vocabatur completio manuum, vel cōsecratio. Cū autem offerretur adeps, necesse erat immolationem fieri; & sic essent ad minus quotidie sacrificia duo. f. pacificum, & pro peccato. De sacrificio autem holocausti nihil dicebatur, fiebat tamen in prima die oblationis. f. q̄ offerrentur duo arietes, vnus in holocaustum, & alius in hostias pacificas. Dicit autem Nicolaus, q̄ verisimile est, q̄ offerretur quotidie holocaustum. Sed non vř valde verisimile; qm̄ si voluisset fieri holocaustum mandauisset, sicut mā dabat de alijs sacrificijs, quia in istis equaliter ignoaret. Mōysēs quid esset agendum, vel postea quantum ad sacrificia holocausti, sicut quātum ad alia: quia ergo non positū fuit, licet non arguatur necessario ex hoc, q̄ non mandatis aut factum fuerit, tamen nō est verisimile, quod fuerit mandatum. Et ratio huius est, quod non mādaretur, quia ad solennitatē istius consecrationis volebat Deus quotidie tria sacrificia fieri. f. pro peccato, & pacificum, & holocaustum. De duobus primis clare dictum est, & mandatum Moysi, quod faceret: de holocausto autē non mādatur fuit simul cum sacrificio sacerdotum; sed per se, quia regulariter quotidie fiebat holocaustum coram domino, quod vocatur sacrificium iuge, & hoc fiebat bis in die. f. in mane, & in vespere; quæ vocantur matutinum, & vespertinum sacrificia. De his immediate subiungit, q̄ deberent duo agni in triculis offerri. *Offeres per singulos dies ad expiandum.* Id est per istos septē dies. Et hoc fiebat ad expiandum, id est ad emundandum peccata, quia de sanguine huius vituli tangebantur cornua altaris, quæ erant expiatio, vt supra declaratum fuit. Iosephus dicit, quod in his septē diebus iterabantur omnia, quæ facta sunt supra in prima die. vñctio nes sacerdotum; & asperiones vestiu, & alia. Sed non est verisimile, quia per ista conferebatur consecratio sacerdotum, sed consecratio non iteratur: tunc enim esset dicendum, q̄ sacerdos quilibet septies consecraretur, quod absurdum est. Dicendum est ergo vt supra. *Mundabisque altare.* Descripta consecratione sacerdotū hic agitur de ministratioe ipsorum, scilicet de sacrificijs quotidianis, quæ fiebant in sanctuario. Nam in primo die Aaron, & filij eius consecrati sunt in sacerdotes, ideo non ministrauerunt: in alijs autem diebus, quia iam consecrati erant, ministrabat: & diuiditur in duas partes. Primo ponitur sacerdotum exercitium. Secundo quid ad hoc foret necessarium infra sequenti capitulo in medio vbi dicitur. *Locutus est dominus ad Moysen.* Et quia ministratio sacerdotum erat duplex. f. oblatio holocaustorum, secundo incensio thymiamatu. Ideo primo agit de ministratioe in altari holocaustorum; secundo de fabricatione altaris thymiamatum in principio capituli sequentis. Prima in duas: primo ponitur emundatio altaris holocausti: secundo describitur qđ debebat super illud fieri, ibidem. *Hoc est quod facies.* Circa primam. *Mundabis altare, cum immolaueris.* Mandatum fuerat supra quod in septem diebus esset iste ritus, vt quotidie offerretur vitulus pro peccato, & ista vocatur hostia expiationis, cum autem ista immolata erat, mundabatur altare.

Opin. Nicolai de Lyra confutatur.

Expositio Iosephi confutatur.

Quid mundabatur in altari holocaustorum, cum non haberet oportiorum.

Q V A E S T I O XIX.

SED dices, quomodo mundabatur altare istud, vel a quo mundabatur? Nam videtur, q̄ cum altare sit alta ara ad sacrificandum, deberet mūdari tabula superior, siue panimētum altaris: de parietibus autem cura non esset aliqua, quia non sunt altare: sed in hoc altari non poterat fieri sic, quia istud altare non habebat aliquam tabulam supra, nec aliquam tabulam p fundo, sed quatuor tabulas laterales, & concauitas illa replebatur terra vique ad certam partem, & ibi ponebatur ignis, & carnes comburenda, quem ad modum declaratum fuit supra 27. cap. quid ergo in altari poterat, aut debebat mūdari? necessarium est autem, q̄ parietes mundarentur, quia ipsi erant altare. Sed tunc queritur quomodo mūdari deberent, aut de quo mūdari deberent. Dicit aliquis, q̄ isti parietes mundabantur foris a sanguine, quia quando offerebantur holocausta, & alia sacrificia, tangebatur altaris parietes effluente sanguine per illos, & ab hoc mūdaretur: ita q̄ desiccaretur sanguis ille, & postea poneretur oleum vñctionis. Sed melius dicendum est aliter. f. q̄ altare mundaretur intus, quia ille partes proprie ad altare pertinent, in quibus fiunt ministratioes altaris. f. sacrificia omnia: in partibus autem exterioribus non fiebant sacrificia, nec accedebant ad illas carnes sanctæ incendēde: partes autem, quæ intra erant, vbi erat ignis, & ponebantur carnes: debebant vngi, & extremitates tabularum, scilicet ipsitudo cuiuslibet tabule, quæ erat quædam superficies plana, mundarentur etiam cornua altaris: in quibus tangebatur sanguine quando fiebant sacrificia pro peccato. Et patet magis, quia dicitur sepe in Leuit. cum agitur de mundatione altaris: Et mundabunt altare cinere: cinis autem intra tabulas altaris erat: ergo poterat, & debebat ab intra mūdari. Sed tunc quæres, quomodo fieret mundatio. Respondetur, quod auferri debebat post sacrificium, quidquid erat in altari, siue cinis, siue ignis, & post hoc emundabantur parietes a parte interiori vsq; ad illum locum, in quo erat terra, super quam ponebatur ignis, & abstergebatur sanguis: si autem in parte exteriori aliquid mundaretur, nō apparet, sed satis rationabile est, quod aliqua mundatio fieret, & tunc linebatur altare intus, & foris oleo vñctionis, quod confectum erat ex multis speciebus, vt patet infra sequenti capitulo.

Quomodo fiebat mundatio in altari holocaustorum.

Q V A E S T I O XX.

SED adhuc quæres, quomodo poterat mūdari altare intus, quia in altari erat ignis, & debebat ibi esse perpetuo, vt patet. Leuit. 6. cap. scilicet, ignis in altari meo semper ardebit, quam nutriet sacerdos quotidie subiiciens ligna: ergo non poterat fieri. Respondetur, quod iste ignis ardebat in lignis, quæ erant semper in altari: ideo quando altare mūdari deberet, remouerentur ligna illa ardentia, & totus cinis, & in lignis maneret ignis ille non extinctus, & hoc in quolibet igne fieri poterat: specialiter autem in hoc igne, quia ignis, qui erat in altari, erat de Cælo a Deo factus, vel missus, & poterat manere sine lignis: imo ablato omni ligno ardente ab altari, & omni cinere, manere posset iste ignis in altari, & non impediret sacerdotes, quando vngerent altare, & sic adhuc stat littera Leuitici lexto capitulo. Ignis in altari meo semper ardebit.

Et

ignis altaris holocaustorum poterat consistere in lignis.

Et patet, quia iste ignis manere posset in altari sine lignis, & q̄ non vreret sacerdotes vngentes altare, quia quando castra mutanda erant in altari conferebatur ignis in uolueris pannis, vt volunt quidam. Item quia tempore quo ducti sunt Iudæi in captiuitatem Babyloniam, acceperunt ignem de altari, & absconderunt in valle quasdam in puteo profundo, & ibi mansit: cum autem post multos annos redissent de captiuitate, Neemias volēs offerre sacrificia iussit iri pro illo igne, & cum uissent sacerdotes inueniunt aquam crassam, & tulerunt eam, posueruntque super lapides altaris, & ipsis orantibus sacrificium combustum est, ab igne illo insurgente sub aqua crassa specie latente: de hoc 2. Mach. 2. c. Sine ergo teneamus hoc, siue teneamus primum, satis constat quomodo posset altare mūdari. *Cum immolaueris expiationis hostiam.* Id est postquam immolaueris, & combusseris hostiam pro peccato: fiebat hoc, quia ad hoc, vt immolaretur, & cremaretur oportebat in altari esse ignem: expleto autem sacrificio non erat necessarius ignis in altari, ideo poterat tunc conuenienter fieri emundatio. *Hostiam expiationis.* Id est hostiam pro peccato. Et vocatur hostia expiationis, id est emundationis, quia licet in omni sacrificio fieret quædam emundatio peccatorum (vt supra declaratum fuit) tamen in sacrificio pro peccato specialiter fiebat: & ob hoc in sacrificio pro peccato tangebatur cornua altaris sanguine ad emundationem, quod non conuenit alijs sacrificijs: & hoc erat ad signandam specialem emundationem, quia omnis emundatio in sanguine est secundum legem, vt dicit Apostolus ad Hebr. cap. 9. *Et vnges illud.* Secundum modum supra dictam tollendo cineres, & ligna ardentia. *In sanctificationem.* Id est vt sit sanctificatum, vel applicatum in ihm, quasi dicat ad hoc, q̄ altare primum conueniat ad vltim cultus diuini sacrificia faciendo, oportebat illi vnguento tingi, quod vocabatur Sancta Sanctorum, vt patet cap. seq. Sic consecrantur Ecclesie, vel vestes benedicuntur, & calices consecrantur, vt ad cultum diuinum sint applicati. alias autem ante benedictionem, & consecrationem res profane sunt, & possunt equaliter transire in cultum Dei, vel in vltus profanos. *Septem diebus expiabis altare.* Expiatio dicit emundationem, sed non emundationem cineris, sed emundationem factam in sanguine, sicut dicebatur hostia emundationis: & est sensus, q̄ in quolibet septem dierum, in quibus durabat solemnitas consecrationis, fiebat sacrificium pro peccato vituli immolati: de cuius sanguine fiebat expiatio. *Et sanctificabis.* Id est mundabis a cineribus, & vnges oleo sancto: nam ista vñctio vocatur sanctificatio, sicut patet supra, scilicet & vnges illud in sanctificationem, ita q̄ in quolibet septem dierum replicabatur ista vñctio altaris, & emundatio a cinere post sacrificium pro peccato. *Et erit Sanctum Sanctorum.* Id est erit valde sanctum, quia ille genitiuus signat excellentiam: sicut dicimus flos florum, cantica canticorum, iuxta illud Doctrinalis in regimine genitui.

Additur excellens flos florum virgo beata.

Et hoc est, quod intendebatur per vñctionem istius altaris, scilicet quod esset sanctum, id est applicatum ad cultum diuinum: nam ante istam vñctionem non erat specialiter adaptatum cultui diuino: sed quia vnguentum illud erat aliquid tale, quo non licebat vti ad res humanas, per vñctionem illius fiebat altare applicatum ad cultum diuinum, & quidquid aliud illo vnguento tingeretur. *Omni qui tetigerit illud, sanctificabitur.* Ista propositio habet duos sensus: vno modo, q̄ omne, quod tetigerit altare sanctificabitur, id est efficietur sanctum ex contactu altaris, ita q̄ quicumque

Alph. T. ost. super Exodi

homo tangeret altare ex contactu eius esset mundatus. Alius sensus est, quod omnis, qui tetigerit altare, sanctificabitur, id est omnis, qui debet tangere altare prius sanctificaretur quam tangeret, ne iniquitatis reus moreretur: & iste secundus sensus est conueniens: Est autem intentio, quod istud altare erat sanctum: ideo in magna reuerentia debebat haberi, nec debebat quisquam accedere ad illud indifferenter, sicut ad res profanas: sed priusquam accederet mundaretur, & tunc est hoc præceptum conueniens de his, quæ fieri oportet. Primus modus non multum agit, scilicet quod omne, quod tangeret, siue omnis homo tangēs mundificaretur: potius autem fiebat è contrario, scilicet vt res sanctæ inquinarentur per applicationem rerum immundarum, sic enim dicitur Num. 19. cap. quod illi qui tangebant mortuos, vel incidebant in quasdam alias immundities, polluebant sanctuarium, nisi mundaretur aqua lustrationis. Et Leuit. 16. cap. dicitur quod in die expiationis sacerdos in sanguine expiabat sanctuarium Dei ab omnibus sordibus, & inquinamentis filiorum Israël: & sic magis polluebatur sanctuarium per accessum rerum immundarum, quā mundificaret res immundas contactu suo. Rabbi Salomon dicit, quod verus sensus huius litteræ est, scilicet, omne quod tetigerit illud sanctificabitur, scilicet quod quælibet res, siue homo, siue aliud quid, quod tangeret altare erat per hoc sanctificata: & refert ipse ad res, quæ offerebantur super altare, scilicet q̄ quando aliquod pecus super altare offerretur, dato quod esset immundum ex contactu altaris efficebatur mundum. Quia tunc si aliquis super altare offerretur porcum, qui valde immundus erat: ex tactu altaris efficeretur mundus, & liceret offerri. Et sic si aliquis offerret colubros, aut dracones, vel quamlibet immunditiam, quod absurdissimum est. Sed dicit esse intelligendum si aliquid animalium mundum secundum legem adduceretur ad immolandum, & a sacerdotibus inquisitum mūdum reperiretur: si postea, antequam ponerentur carnes eius, aut adeps cremandi in altari redderetur immundum ex contactu alicuius rei, vel aliàs, per contactum eius ad altare mundabatur, ita vt liceret illud immolari. Vtrum autem hoc sit verum satis est difficile, & magis videtur, q̄ non, quia, quæ polluta sunt contaminant res sanctas. Sed adhuc concessio hoc supposito non videtur esse iste sensus, sed ille, quem supra dicebamus, scilicet quod ad hoc, quod aliquis licet tangere debeat altare, quod sanctum est, oportet vt prius sanctificetur. *Hoc est quod facies.* Hic ponitur secundum, scilicet quid super hoc altare sanctificatum offerri debebat. *Hoc est quod facies.* Quasi dicat hoc altare non est factum frustra, sed ad faciendum in eo aliquid. Quod autem faciendum erat in eo est, quod infra sequitur. *Agnos amicos.* Erat autem sacrificium in altari, & non vnus genus, sed omnia genera sacrificiorum, quia in nullo alio loco poterat fieri sacrificium: ergo oportebat in hoc altari fieri sacrificium: ergo oportebat in hoc altari fieri sacrificium: ergo oportebat in hoc altari fieri sacrificium: ergo oportebat in hoc altari fieri sacrificium: ergo oportebat in hoc altari fieri sacrificium.

Opin. Rabbi Salomon.

Pars Secunda.

M

re

re pacificorum, vel altare victimarum pro peccato. *Agnos anniculos.* Ista sunt sacrificia iurgia, siue quotidiana, quae vocantur holocausta, & debebant offerri agni quotidie in holocaustum, & non vitulus, nec hircus, aut aues aliqua: hoc autem erat quantum ad legem, siue regulam sanctuarij: ita q̄ de expensis sanctuarij fiebant ista holocausta quotidie, & non debebant fieri de alijs animalibus, nec alterius aetatis: si tamen aliquis libenter de expensis suis vellet domino holocaustum offerre, quidquid vellet offerre, recipiebatur, siue de bobus, siue de agnis, aut arietibus, vel aubus, & omnibus animalibus, quae immolabilia erant, vt patet Leuit. 1. c. Non poterant offerri in holocaustum quotidie de expensis templi in sacrificium iuge duo arietes, licet sint eiusdem speciei cum agnis, sed debebant offerri duo agni anniculi, id est vnus anni: nec est tamen ista strictè accipiendum, q̄ ille agnus, qui in holocaustum offerri deberet esset precisè vnus anni, ita q̄ nō super essent aliqui dies, nec deficerent, sed vocatur agnus anniculus, qui erat intra vnum annum, scilicet q̄ non excederet annum: poterat autem in toto illo anno immolari agnus: & vocabatur anniculus præterquam in septem diebus primis, in quibus non poterat offerri, nec immolari, quia esse debebat cum matre: in octa uo die poterat dari domino, & immolari, vt patet supra 22. cap. Et post illum octauū diem vsque ad completionem vnus anni semper poterat immolari: post completum annum, quia iam non erat anniculus solus, sed magis quam anniculus, non poterat offerri in holocaustum, & non vocabatur iam agnus, sed aries. *Per singulos dies iugiter.* Ita q̄ nullus esset dies, in quo non offerretur holocaustum, nec debebat hoc turbari ex aliquo euentu. Fuit autem hoc verum postquam steterunt pacifice in terra Chanaan collocato tabernaculo. Cum autem per desertum quadraginta annis moti sunt, non obseruauerunt ista, quia non habebat opportunitatem, cum essent in motu. Etiam quia non habebant necessaria ad sacrificium, scilicet panem, & oleum, atque vinum, vt patet Num. 15. capit. Et Deus non mandauit ista obseruari in deserto, sed in terra Chanaan: nam cum aliquando daret leges de ritu istorum sacrificiorum, & iurium sacerdotium, ceterorumque similitum, dicebat: Cum ingressi fueritis in terram Chanaan facietis &c. vt patet Num. 15. cap. Nec fuerunt obseruata ista in deserto illis quadraginta annis, vt declaratur Deut. 12. cap. cum dicitur: Non facietis ibi, quae nos facimus hic hodie, singuli quod rectum sibi videtur: nondum enim venistis in praesens tempus in requiem, & possessionem, quam dominus Deus daturus est nobis: quasi dicat, quia nondum venimus in terram, quam possessuri sumus, non obseruamus caeremonialia mandata, sed facit quisque quod vult: cum autem veneritis in terram possessionis vestrae, non facietis sic, sed obseruabitis omnia, quae mandantur: de quo ibi magis dicitur. *Vnum agnum mane.* Fiebant quotidie duo holocausta regulariter: præter omnia alia sacrificia, siue holocaustorum, siue pacificorum, aut pro peccato. Si enim contingeret, q̄ vna die populares darent mille agnos ad immolandum in holocaustum, nec ex hoc tollebat, quin offerretur sacrificium iuge duorum agnorum in holocaustum, vt patet in Leuit. Et ista sacrificia holocaustorum etiam non fuerunt in deserto obseruata, nisi tempore consecrationis sacerdotum, & dedicationis templi, quod fuit in monte Sinai: extra illam mansionem nunquam sacrificauerunt. *Vnum in mane.* Scilicet ante ortum solis, vt ait Iosephus, vel in ipso ortu solis. *Alberum vesper.* Scilicet ante solis occasum. *Decimam partem simila.* Ponuntur hic ea, quae oblat-

uari debent in offerendo ista holocausta, quia cum eis debebat offerri panis, & vinum: sicut si alicui daretur cibis non solum darentur carnes: sic & in sacrificio domini nunquam carnes offerbantur solae, sed cum eis similia, & vinum, & oleum quantum ad victimas pacifica, & holocaustomata. De sacrificijs autem pro peccato non tenebatur semper ista lex, vt patet Num. 15. cap. Simila (vt supra dictum est) farina delicatissima est. Vocatur decima simile decima pars ephi, quae erant mensura rerum aridarum, & sextarium, & gomor: sed hic intelligitur de parte decima ephi, vt patet Num. 15. cap. cum dicitur: De bobus, siue omnibus offerret sacrificium simile: quicumque immolauerit decimam partem ephi. Et tantum est dici, q̄ offerretur decima pars ephi, sicut q̄ offerretur vnum gomor, quia gomor decima pars ephi est, vt patet supra 16. c. in fin. *Consperserit oleo tonso.* Non est intelligendum, q̄ ista simila offerretur in farina sola, & simplici: sed commiscebatur sicut commiscebatur aliqua alia farina cum aqua ad faciendum panem. & ista commixtio erat cum oleo, & formabatur inde panis, & coquebatur, iste panis oleati, qui magni saporis erat, offerrebat, & cremabatur in altari, sicut carnes agni anniculi. Aliqui volunt, q̄ de farina delicata formabatur panis, & coqueretur, quae commixtio esset cum aqua secundum ritum formationis panum vulgarium, & postquam coctus esset, cum offerri deberet, funderetur super ipsum ista mensura olei, quae hic dicitur. Sed non est verum, quia conspersio nō signat effusionem olei desuper, vel asperisionem, sed commixtionem, sicut farina commiscebatur aquae. *Oleo tonso.* Vocatur oleum tontum, siue tunsim: quia vtrunque declinat, scilicet tondo, & tundo in tertia coniugatione vtrunq; præter tondeo des, quod est in secunda coniugatione, & ad aliam pertinet significationem: tondere est percutere, & sic dicimus tunsionem pectoris: sic dicitur supra 27. cap. dum agitur de candelabri lucernis: Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum: piloque tontum. Erat autem triplex species olei de oliuis. Quidam modus olei est quantum ad oleum, quod de baccis in torculari sponte manat, & hoc est purissimum nullaque sece commixtum, & leuissimum est, atque maxime supernatur. Secundum oleum est, quod fluit de baccis percussis baculo, siue malleo, & hoc est quod dicebatur supra 27. cap. piloque contusum, id est oleum fluens ex concussione, siue percussione facta cum pilo, id est baculo, vel martello. Tertium oleum est, quod exprimitur terente mola: & hoc face plenu est, quia totum quidquid est etiam in nucleis baccarum exprimitur. De secundo, quod est pilo tontum mandat hic adduci. *Quod habeat mensuram quartam partem hin.* Sicut ephi est mensura magna in rebus aridis, ita hin est mensura magna in liquidis. Et sumebatur quarta pars hin, id est illud oleum, quod commiscetur farinae in pistratione, debet habere mensuram tantam, vt sit quarta pars hin.

De mensura bin an possit cognosci quantitas eius.

Q V A E S T I O. XXI.

DE ista mensura dicit Papias, q̄ est duplex, scilicet maior hin, & minor hin. Et maior hin est duplus ad minorem, & modicum vltra: & mensurat per quartas Parisien. s. q̄ hin maius contineat quatuor quartas Paris. cū dimidia, & minor hin continet duas quartas. Sed hæc certa non sunt: quia non potest commensurari quarta Parisien. mensuræ hin, quia quando aliqua

Opin. aliquorū tollitur.

De mensura hin, an possit cognosci quantitas eius.

debet commensurari, oportet vt habeant aliquod medium cōmune, quod vtrique conueniat, & sit manens: sed non est sic, quia cum mensura hin iam nō sit, & quarta Parisien. sit, oportet vt esset aliqua mensura media, quae fuisset in tēpore, quo fuisset mensura hin, & commensurata fuisset ei sm aliquam denominationem, s. q̄ esset ei æqualis, vel dupla, aut tripla, vel subdupla, aut sexquitertia, vel in aliqua alia denominatione proportionis: & ista eadem mensura maneret, & commensuraretur quartæ Parisien. sm aliquam denominationem: & tunc considerata proportione, quæ illa mensura communis habuit ad mensuram hin, & proportione, quam habet ad quartam Parisien. cognoscereetur proportio, quam quarta Parisien. & hin habebant, sed quia non est aliqua mensura communis, quæ manserit in tēpore, quo erat mensura hin, & in tēpore, quo est quarta Parisien. Etiam quia quarta Parisien. forte mutata fuit in quantitate in a. uersis temporibus, nō potest cognosci certitudo mensuræ erat, nec de hoc multum curauimus. Sic etiam non potest cognosci precium monetarū: de quo satis diximus Gen. 23. c. *Et vinum ad libandum.* Offerrebat etiam vinum simul, & hoc ad libandum. Libatio etiam dicitur oblatio, sed pertinet ad res liquidas, cuiusmodi sunt oleum & vinum. Libare tamen gustare proprie dicitur, & pertinet ad ea, quae per se gustantur, id est transglutuntur, sicut et vinum. Dicit Nicol. q̄ sacrificium, & libamē, & oblatio pertinet ad Deum, ad altare, tamē differt: quia sacrificium est de rebus inanimatis, s. de animalibus: oblatio autem est de rebus inanimatis aridis, vt de pane: libamen est de rebus inanimatis liquidis, vt de vino, & oleo. Et hoc quidem benedictum est, sed non seruatur hoc in scriptura semper, quia aliquando vocatur sacrificium in rebus inanimatis aridis, s. in pane, vt patet Leuit. c. 2. cum dicitur: Cum autem obtulerit sacrificium coctum in cibano. Patet etiam Num. 15. c. vbi dicitur, q̄ quicumque immolauerit victimam offerret sacrificium simile. *In agno vno.* Id est istud totū fundi debebat immolando agnum vnum. Dicit hoc quia cum mandatum fuisset, q̄ offerrentur quotidie duo agni anniculi, & offerrentur ista, quae hic nominantur, putaret aliqui, q̄ in duobus agnis ista sola offerrentur: dicit autem q̄ in vno agno offerri debeant, & in alio agno totidem, & similia. *Alberum verò agni offeres ad vesperam.* De duobus agnis, qui quotidie in holocaustum haberi debebant: vnum ad vesperam offerri debebat. *Iuxta ritum matutini sacrificij.* Id est idem modus, & caeremonia, quae obseruabantur in sacrificio matutino, s. in agno, qui in mane offerrebat, obseruabitur in agno, qui offerrebat ad vesperam, s. q̄ eodē modo offerrebat decima pars simile consparsa oleo, id est q̄ fiat panis de simila continens decimam partem ephi: ita tamen q̄ iste panis sit sine fermento, quia ista regula est generalis, q̄ in sacrificio domini nunquam poneretur fermentum, vt patet Leuit. 2. c. & iste panis simile quando conspergebatur, debebat habere quartam partem hin, & tantumdem de vino offerri debebat. Sed de vino quæres quomodo offerrebat in holocaustum. Respondetur, q̄ erat ad conspergendum, quia carnes ponebantur concisæ super altare, vt patet supra de ariete holocausti, & super eas fundebatur vinum, & super panem, quando ponebat super ignem. *Et iuxta ea, quae diximus in odorem suauitatis.* Ista sunt verba Dei loquentis ad Moysen de obseruationibus huius sacrificij, s. q̄ non solum obseruanda sunt hæc in istis agnis offerendis in holocaustum, sed ea etiam, quae supra diximus. *In odorem suauitatis.* Id est ea, quae diximus de ariete immolato supra in holocaustum in odorem suauitatis, quia cum ageretur supra de sacrificijs immolatis in solennitate consecrationis

Quo vino holocausti offerrebat.

Alph. Tost. super Exodi

A sacerdotum, dictum fuit, q̄ immolaretur vnus ariete in holocaustum, & conclusit de isto holocausto: Oblatio est domini odor suauissimus, & victima Dei. Et dicitur hoc, quia præter has caeremonias, quae erant, vt offerretur decima pars simila consparsa oleo, & funderetur vinum, adhuc erant caeremoniae aliae obseruandae: & vt non reperat casus, remittit ad ea, quae supra dicta sunt, s. q̄ quando dictum est de ariete, qui immolabatur in holocaustum pro consecratione sacerdotum posita sunt caeremoniae holocausti: & istae obseruandae sunt hic, s. q̄ immolaretur, & sanguis eius funderetur per gyrum altaris, & q̄ latirentur in testina, & pedes, & conciderentur frustatim carnes, & ordinarentur super ligna altaris, & super carnes ponerentur caput, & pedes, & intestina lota. Hoc autem i quolibet agno anniculo tam sacrificij matutini, quam vesperini obseruari debebat. *Sacrificium est domino Deo oblatione perpetua.* Id est istud holocaustum duorum agnorum anniculorū in sacrificio matutino erat oblatio perpetua domini. Et ponitur hoc ad assiduitatem aliorum sacrificiorum, quia in alijs sacrificijs non erat perpetuitas, & continuatio, cum non deberent quotidie offerri, sed certis diebus, & in aliquibus paucis solennitatibus, vel cum populus ista offerre debebat. Holocaustum autem iuge sacrificium erat, nec nunq̄ intermittebatur. *In generationes vestras.* Id est per successiones generationum vestrarum, s. q̄ non solum nunc offerre debetis ista holocausta, sed etiam posteri vestri offerent, & posteri posterorum, & sic in sempiternum. *Ad ostium tabernaculi.* Istud sacrificium fiebat ad ostium tabernaculi, quia fiebat super altare holocaustorum, & altare erat ad ostium tabernaculi, s. circa ostium ad partem aquilonarem. *Coram domino.* Dicitur esse oblatio coram domino, quia est in altari: nam Deus cum vbique sit, ibi tamen esse proprie dicitur, vbi aliquid specialiter agit, vel aliquid speciale ei fit. Cum autem in altari holocaustum fieret oblatio domini perpetua, quae non fiebat in alijs locis, dicebatur Deus specialiter esse in altari, & coram eo fiebat istud sacrificium. Vel dicitur coram domino, ac si poneretur, q̄ dominus habitaret in tabernaculo, quae erat ante tabernaculum, s. ad ostium tabernaculi, oblatio facta super altare diceretur esse coram domino, *Vbi consistuam, vt loquar ad te.* Id est ibi determinabo locum vbi loquar tibi. Ponitur futurum pro praesenti, s. ego determino hūc esse locum, vbi loquar tibi. Nam licet Deus in multis locis Moysi loqueretur, erant tamen principaliter dua loca, s. super propitiatorij intra Sancta Sanctorum, & ad ostium tabernaculi super altare. De primo habetur supra 25. c. cum dicitur, inde precipiam, vt loquar ad te super propitiatorium de medio Cherubim. De hoc etiam seq. c. & magis Nu. 7. c. De secundo, s. q̄ loqueretur super altare ad ostium tabernaculi loquebatur in columna nubis. Cuius ratio naturalis assignata fuit supra 25. c. vt esset ibi corpus habens modum organorum ad loquendum, & lateret intra spissitudinem nubis, quia non licebat mortaliū oculis talia conspici. *Ibique precipiam filiis Israel.* Id est & ibi mandabo, quid facere debeant filij Israel. Non est n. sensus q̄ ibi mandaret Deus aliquid filiis Israel, mandans aliquid quod facere debebant, quia nunquam Deus, vel angelus per se locutus fuit filiis Israel in toto deserto, nisi in monte Sinai, cum locutus fuit in voce tubæ clāgore terribili, quod audito ipsi petierunt a Deo, vt ipse non loqueretur eis amplius, ne morentur, sed loqueretur eis Moyses, vt patet supra 20. c. & Deut. 5. cū dicitur: Ecce ostendit nobis Deus maiestatem suam, & magnitudinē suā, & vocē eius audiuimus de medio ignis, & pbauimus hodie, q̄ loquente Deo cū hoīe vixerit ho-

Nūquam Deus p se vel p angelū locutus fuit toti populo Israh postq̄ locutus fuit eis in monte Sinai.

Pars Secunda.

M 2 mo

mo: cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis iste maximum? si enim audiemus ultra vocem domini, moriemur. Quid est enim omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus, & possit viuere? tu magis accede, & audi euncta, quae dixerit dominus Deus noster tibi. & loqueris ad nos, & nos audientes ea faciemus. Et tunc sequitur quomodo Deus approbavit petitionem eorum, scilicet qd bene petierant, & qd facerent sicut petierant, cum dicitur: Cum audisset dominus, ait ad me: audiui vocem populi huius, quae locuti sunt: bene omnia sunt locuti. Et magis declaratur hoc Deut. 18. c. cum dicitur: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus Deus tuus: ipsum audies, vt petisti a domino Deo tuo in Oreb, quando conicio congregata est, atque dixisti: ultra non audiam vocem domini Dei mei, id est nollem audire ultra vocem domini Dei: & ignem hunc maximum non videbo, ne moriar, & ait mihi dominus: bene omnia sunt locuti. Ecce ergo qualiter Deus approbavit, & consentit qd per se, nec per angelum suum, non loqueretur eis vterius, sed per Prophetas: nec vnquam in toto deserto locutus fuit eis angelus per se, nec magno tempore post: sed post mortem Iosue aliquanto tempore eum diuertent ad colendum idola, & tradidisset eos Deus in manus tribulantium, quadam die plorantibus eis ascendit angelus domini, & locutus fuit ad eos simul, vt patet Iudic. 2. c. cum dicitur: Ascendit angelus domini de Galgala ad locum flentium, & ait &c. Loquebatur ergo Deus, vel precipiebat filiis Israel, non quidem per se, sed per Moysen, scilicet qd loquebatur Moyses, & Moyses loquebatur eis. Et sanctificabitur altare. Id est & altare holocaustorum apparebit sanctum per gloriam, vel magnitudinem virtutis meae, scilicet qd cum in octauo die consecrationis sacerdotum congregatus fuisset totus populus ad Moysen, & Aaron, & positis sacrificijs super altare, descendit ignis de caelo, & combussit sacrificia: & in hoc monstrata fuit magnitudo Dei, quia non posset facere alius hoc vere, nisi Deus, & per hoc altare fuit sanctificatum, id est applicitum ad cultum Dei: nam licet fuit sanctificatum altare ad sola sacrificia in cultu Dei per vnctiones, & expiationes supra factas: tamen specialius sanctificatum fuit altare per hoc, quod nunc Deus egit. Nam ceremonia illa, quas Moyses, & Aaron fecerunt super altare holocaustorum ad hoc, qd esset conueniens ad cultum Dei, erant factae per homines, & non costabat vtrum Deus approbaret illas, vel accipere vellet illud altare, vt consecrarentur ei sacrificia super hoc. Cum autem Deus mitteret ignem de caelo ad cremandum sacrificia (quod non poterat facere, nisi Deus) manifeste constabat, qd Deus acceptaret illud altare per talem operationem miraculose: & sic est sensus. Sanctificabitur altare. Id est applicabitur ad cultum meum: vel faciam a cunctis intelligi, qd est sanctificatum, id est acceptatum a me. In gloria mea. Id est per gloriam meam: quia, in signat aliquando, cum, aliquando, per, aliquando alias habitudines, scilicet per magnitudinem operationis meae, quae vocatur gloria mea, quasi dicat, cognosceis, qd istud altare est sanctificatum mihi, & ego illud accepto, & hoc per magnitudinem operationis gloriose, scilicet faciendo miraculum approbatorium huius, conuenit autem ista expositio literae Leuit. c. 9. Alio modo est sensus, qd altare sanctificabitur, id est cognosceatur esse sanctificatum ab omnibus videntibus, & audientibus hoc, quod sequitur in gloria mea, id est per miraculosem operationem super sacerdotibus. Nam cum duo filij Aaron, scilicet Nadab, & Abiu ministrarent in octauo die consecrationis suae volentes ponere thymiam coram domino, ad quod acci-

pere debebat ignem de altari holocaustorum, & quia obtulerunt ignem alienum, egressus fuit ignis ab altari, & combussit eos, vt patet Leuit. 20. capit. & tunc est sensus, qd si forte dubitarent aliqui vtrum altare esset consecratum domino, & acceptatum ab eo, vt ministraretur sibi in eo: pateret in hoc sanctificatio, scilicet in gloria mea, id est in operatione mea mirabili, & gloriosa sacerdotis exirendo. Nam qd ignis egrediretur ab illo altari, & combureret sacerdotes, non erat naturaliter factum, sed a Deo: si autem illud altare non acceptaretur ab eo, non faceret in eo aliquod miraculum ad confirmandum illud, sed fecit miraculum ex eo mittendo ignem ad combustionem sacerdotum: ergo sanctificatum fuit altare in gloria domini, id est demonstratum fuit, qd erat sanctificatum, vel acceptatum a Deo per gloriosam operationem eius, & ista expositio conuenit literae Leuit. capit. 10. Et Moyses ibi adaptat istam literam ad illud factum, licet eam sub alijs verbis recitat: nam cum vidisset combustos Nadab, & Abiu, applicuit istam literam ad illud factum, dicens ad Aaron: Hoc est quod locutus est dominus: sanctificabor in his, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor: licet hoc ad vtrumque factum referri potest, vt magis ibi dicitur. Et sanctificabo tabernaculum testimonij cum altari. Per istam sanctificationem altaris erat sanctificatum tabernaculum testimonij, quia sicut in quolibet illorum duorum factorum sanctificabatur, vel notabatur acceptum, vel sanctificatum esse altare ad ministerium Dei, ita & acceptari videbatur sanctuarium, scilicet tabernaculum, in quo erant ista, & ipsum atrium tabernaculi: alioquin si Deus non sanctificaret totum sanctuarium, non fecisset mirabilem operationem in eo. Et non solum erat specialiter sanctificatum altare holocaustorum, de quo egressus ignis combussit sacerdotes, sed etiam sanctuarium tabernaculi testimonij, quia sicut approbatur fuit altare holocaustorum, quia ex illo ignis supernaturaliter ad punitionem peccatorum egressus est, ita approbatur fuit tabernaculum, quia in illud ignem alienum ingredi Deus passus non est: & altare thymiamatum approbatur est, quia iste ignis apportabatur, vt poneretur super altare ipsum ad adolendum thymiam, sed Deus non permisit super illud poni. Fuit etiam sanctificatum tabernaculum testimonij, id est a Deo approbatur, quia ibi specialiter loquebatur: & hoc in duobus locis, scilicet intra Sancta Sanctorum intra propitiatorium de medio Cherubim, & ad ostium tabernaculi testimonij: de vtroque autem supra dictum est. Et Aaron cum filiis eius. Aliqui volunt, qd intelligatur de sanctificatione facta supra, scilicet de consecratione per tinctionem in sanguine, & oleo, & ceremonias alias supra positas. Et dicitur: Sanctificabo de futuro, quia licet esset praedictus modus consecrationis eorum, vt supra apparet, tamen non erat in executione positus, ideo adhuc sanctificandi erant. Sed non est conuenienter dictum, quia Deus loquitur hic de sanctificatione facta, siue quam facere debebat miraculose cum dicitur: & sanctificabo altare in gloria mea, & sub eodem contextu, & sententia subiungitur: & tabernaculum testimonij, & Aaron cum filiis eius: sed superius dicitur de consecratione, vel sanctificatione facta supernaturaliter per approbationem miraculi: ergo & hoc etiam est per similem approbationem specialiter factam a Deo. Item quia ista consecratio per vnctiones, & tinctiones in sanguine, & oleo sancto per hominem fiebant, scilicet per Moysen. Et quantum ad hoc ita poterat fieri in homine iniquo, sicut in bono, nec miraretur, vtrum taliter consecratus esset acceptus a Deo, nisi aliquid alterum postea pateret. Etiam quia tunc Deus dicitur

Supernaturali fuit, qd sacerdotibus combureretur egresso igne de altari ad comburendum eos.

Qualiter Deus dicitur esse cum aliquo homine: & quare no.

dicitur sanctificare aliquem cum per se sanctificat, vel approbat. sed istam sanctificationem sacerdotum non faciebat Deus per se, sed Moyses. Item quia sanctificatio Dei est applicatio alicuius ad cultum suum, cum approbat, vt ministratum: sed Deus non approbavit eos, quos consecrauit Moyses, quia Moyses consecrauit Aaron, & Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar: sed Nadab, & Abiu non fuerunt approbati a Deo, sed potius reprobat, quia flamma exussit eos: ergo sanctificatio Dei non fuit illa consecratio, quam fecit Moyses. Dicendum ergo quod Aaron, & filij sui sanctificati sunt a Deo specialiter praeter sanctificationem, quam fecit Moyses, scilicet quod approbati fuerunt ad hoc, vt ministrarent ei: & fuit ista approbatio facta in morte Nadab, & Abiu, scilicet quod Deus combussit Nadab, & Abiu sacerdotes, quia mali erant: & non combussit Aaron, & alios duos filios, qui simul cum eis consecrati fuerant: sicut ergo per combustionem illi duo a sacerdotio reprobat, ita per consecrationem saluati alij tres superstites approbati sunt. Et ista approbatio, & reprobatio a Deo solo erat, & non per aliquem actum Moysi, sicut consecratio in oleo sancto, & sanguine: & satis populus cognosceret, qd isti sacerdotes superstites boni erant, & a Deo electi: cum alij fuissent consumpti, & ipsi illa manserunt. Et Aaron cum filiis eius. Non est sensus quod Deus sanctificaret Aaron cum omnibus filiis suis, sed Aaron cum omnibus filiis suis superstitibus, scilicet cum Eleazar, & Ithamar, consumptis Nadab, & Abiu. vt sacerdotio fungantur mihi. Id est vt ministrent coram me tanquam sacerdotes. Fungi pertinet ad honores & dignitates: & sic aliquis dicitur fungi principatu regnatio, quia iste principatus honorabilis est, & sic in omnibus praeminarijs dignitatibus. Sacerdotium autem magna dignitas erat in Israelitis, quia sacerdotes reliquum populum iudicabant, & ab eis iura multa tanquam a subditis recipiebant: ideo proprie fungi sacerdotio dicuntur. Et habitabo in medio filiorum Israel. Potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod Deus habitare in medio Israelitarum, scilicet quod esset propinquior illis ad benefaciendum, quam alijs populis: nam licet Deus vbique sit, quia nulli loco abest, non magis est in vno loco quam in altero, nec magis distat ab vno quam ab alio: dicitur tamen alicubi magis esse quam in alijs locis, quia ibi aliqua specialia agit. Et hoc modo dicitur cum aliquibus hominibus esse, & ab aliquibus longe esse: sic dicitur Gen. 39. capit. quod Putiphar cognoicebat, quod Deus erat cum Ioseph, id est quod Deus adiuuaret specialiter Ioseph: na omnia negocia per eum tractata prosperabantur in manibus eius, quod a Deo manifestissime videbatur euenire. Dicitur etiam Deus non esse cum aliquo, quando eum non adiuuat, vt dicitur Psalmo 59. Non egredieris Deus in virtutibus nostris: id est non exibis nobiscum ad pugnam contra hostes faciendo pro nobis operationes mirabiles. Sic etiam dicitur Numer. 14. cap. Nolite ascendere, non est enim dominus vobiscum, ne corruiis coram inimicis vestris. & Deuter. 1. capitu. Nolite ascendere, non enim sum vobiscum, scilicet quod non adiutus erat eos. Quod patet ibidem: quia hostes sui persecuti sunt eos vsque in Horma. Erat tamen Deus cum eis accipiendo aliter, scilicet quia vbique est: & illo modo superiori Deus dicebatur esse in medio Hebraeorum specialiter, quia eos specialiter dirigebat, & a malis protegabat. Erat solum dicitur esse inter eos, sed etiam habitare, quia habitare dicit firmam mansionem. sic enim apud Hebraeos Deus erat, vt habitans, quia hos specialiter elegerat in populum suum. Vel dicitur esse Deus in medio Israelitarum referendo ad illud tem-

pus, quo ista verba dicebantur, scilicet cum essent in deserto: quia tunc erant castra simul in quadrum disposita, scilicet vt ad quatuor plagas mundi essent quatuor vexilla: & sub illis vexillis essent quatuor congregationes, in quas totus Israel diuidebatur, & in quilibet erant tres tribus: ad Orientem vexillum vnum, scilicet Iuda, & cum eo duae aliae tribus: ad Meridiem Ruben vexillum, cum quo duae aliae tribus: ad Occidentem vexillum Ephraim, sub quo & aliae duae tribus: ad Septemtrionem tribus Dan cum vexillo suo, cum qua & aliae duae tribus. Diuisis ergo castris in has quatuor turmas, inter eas erat quoddam medium tanquam punctus in medio diametri quadrati, quod computatur medium quadrati, & in illo medio erat tabernaculum, & in circuitu tabernaculi, & atrij Leuitae, & sacerdotes. Et quia Deus in vasis sanctuarij specialiter esse dicebatur, & istud sanctuarium erat in medio Israel, ideo Deus habitare dicitur in medio Israel. Froque eis Deus. Id est licet ego per naturam Deus sim, & hoc esse est absolutum, sicut esse hominem, aut esse lapidem: & ea, quae absoluta sunt ad quodcumque comparata eandem retinent denominationem: tamen dicitur esse iste Deus Hebraeis, quasi eis Deus sit, & non alijs gentibus: quia sicut si eorum Deus esset, & non aliarum gentium, eis beneficeret, & non alteri genti, ita nunc beneficit eis specialius, quam alijs gentibus: ergo eorum Deus est. Et scient, quia ego dominus Deus eorum. Id est ego faciam pro eis specialia, quae non facio pro alijs gentibus, & in hoc cognoscent, qd ego sim specialiter Deus eorum, & dominus, scilicet ab imperio, quia eis impero benefacio. Qui eduxi eos de terra Aegypti. Hoc notanter dicitur, quia licet Deus eduxisset Israelitas de Aegypto, & ipsi se de Aegypto eductos esse cognoscerent ad hoc tamen quod Deus demonstraret se eduxisse eos de terra Aegypti, indigebat aliquibus manifestationibus: nam etiam si ipsi Iudaei confiterentur se de Aegypto eductos a Deo: non tamen confitebantur ex hoc, quod iste Deus, qui mandabat se coli ab eis, & dederat legem, & vocabatur Deus caeli, eduxisset eos de Aegypto: & hoc patet in confessione eorum infra 32. cap. cum enim fecissent vitulum constabilem, & adorarent coram eo, canebant dicentes: isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto. Ecce enim qualiter se a Deo eductos profitebantur: sed istum Deum dicebant esse vitulum illum, quae colebant. Vtrum autem Deus caeli, qui eis legem dederat eos de Aegypto eduxisset, non solum dubitabant; sed clarè illud negabant, confitentes se a vitulo, quem colebant fuisse eductos. Ad hoc autem quod isti cognoscerent, quod iste Deus, qui dederat eis legem, & mandabat se coli ab eis eduxisset eos de Aegypto, dicit se facturum aliqua, in quo cognoscat, quia forte ipsi dicerent: iste Deus mandat se coli, & nihil est potens facere pro nobis, ideo responderet, quod inter eos faciet mirabilia specialia curando de eis, & prouidendo de necessarijs magis quam alijs populis, in quo cognoscent, quod sicut nunc habet curam de eis faciendo bona specialia, ita ante habuerit educendo eos de Aegyptiorum terra. Vtrum autem iste Deus, qui dicit se eduxisse Hebraeos de terra Aegypti eduxerit eos, vel vtrum aliquis alius educere potuisset isto dicente se eduxisse, satis clarè dicitur Deuter. 13. capitulo, ponitur autem hoc de eductione de terra Aegypti, quia est intentio Dei inducere Hebraeos, vt cum voluntarie colant, & quia homines colunt tanquam Deum eum, qui maxime beneficit, vult Deus de se probare, qd maxime benefecit, vt colat: Hebraei aut tanquam maxime beneficii eis collati existimabant esse eductione de Aegypto, & verissime sic erat, quia liberabant a quotidiana morte. Et erat eis duplex mors

Maximū beneficii ipse qd Deus collat: tunc liberatio de Aegypto.

scilicet mors civilis, quæ erat seruitus durissima, quæ viris horribilior est morte naturali. Erat etiam mors naturalis, quia parvuli eorum in flumine necabantur, ut patet supra 1. & ipsi flagellis cedebantur, ut patet supra 3. capit. & laboribus durissimis morentur, nisi eos Deus liberasset. Qui ergo istud beneficium eis contulisset, ab eis ut Deus colendus erat: vel saltem principaliter colendus, & dato quod alij dii eis benefecissent quantum ad aliqua alia, tamen si non eduxissent de Aegypto, non colerentur ab eis, ut dii, vel saltem non haberentur ut dii principales: licet ergo Deus iste Hebræorum qui cotidie eis faciebat specialia beneficia, diceret se egisse aliqua bona eis, & tamen non eduxisse eos de Aegypto, non coluissent eum, ut Deum, vel ut principalem Deum, sed eum qui de Aegypto eduxisset: ut ergo eorum Deus solus haberetur, dixit se eduxisse eos de Aegypto, ad quod inducit probationes, scilicet beneficia, quæ eis facit, & se factum promittit. *Ut manerem inter illos.* Id est quod ego sum Deus, qui vos eduxerim de Aegypto, patet per hoc quod inter vos maneo habitans, & benefaciens: si autem alius eduxisset vos de Aegypto, ipse habitasset inter vos, quia ad hoc vos educeret, ut specialiter in populum haberet, quibus talia beneficia prestisset: & tunc si aliquis talis Deus esset qui vos eduxisset, & non ego, non pareretur memorari inter vos, & colitæ vobis & imperare, sed nullus Deus me ab hoc prohibet, ideo ego sum, qui de Aegypto vos eduxi. *Ego dominus Deus istorum.* Id est in hoc quod ego dominus Deus istorum maneo inter eos, cognoscent quod eos eduxerim de Aegypto.

CAPITVLVM XXX.



De consec. dist. 1. cap. 1. hanc versu glo.

FACIES quoque altare ad adolendum thymiama de lignis setim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent. Vestiesque illud auro purissimo, tam craticulam eius, quam parietes per circuitum, & cornua. Faciesque ei coronam aureolam per gyrum, & duos anulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos vestes, & altare portetur. Ipsos quoque vestes facies de lignis setim, & inaurabis. Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij coram propitiatorio, quo tegitur testimonium, ubi loquar tibi. Et adolebit incensum super eo Aaron suaue fragans. Mane quando componet lucernas incendet illud, & quando collocat eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram domino in generationes vestras. Non offeretis super eo thymiama compositionis alte-

rius, nec oblationem, & victimam, nec libabitis. Et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum in sanguine quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum Sanctorum erit domino. Locutusque est dominus ad Moysem, dicens. Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli precium pro animabus suis domino, & non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis, qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur domino. Qui habetur in numero a viginti annis, & supra, dabit precium. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Susceptamque pecuniam, quæ collata est a filijs Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij, ut sit monumentum eorum coram domino, & propitietur animabus eorum.

Faciesque. Descriptis supra sacerdotum ornamentis, & eorum consecratione administrationem in altari holocaustorum, hic conuenienter agitur de altari thymiama tum.

Quare Deus permutauit ordinem in narrando ea, quæ pertinebant ad tabernaculum.

QVAESTIO. PRIMA.

CIRCA quod aliquis queret, quæ fuit ratio turbationis huius ordinis: nam ea, quæ pertinebant ad partes ipsius sanctuarij prius describi debebat, quæ non erant partes. Sed ministeria in vasis tabernaculi posteriora erant ipsis vasis, ergo posterius narranda erant, & precipue, quia iste ordo est contra naturam, cum ad ministrationem, & consecrationem sacerdotum requirebatur altare thymiama tum, in quo adolerent quotidie thymiama, & labrum æneum, in quo lauarentur sacerdotes, de quibus qualiter fabricari debeant, agitur hic cum supra dictum fuerit de ministratione, quæ in eis fieri debebat. Respondetur quod hic non tenetur talis ordo in narrando, qualis tenetur in efficiendo. Quia ordo narrationis est duplex. Quidam est naturalis, cum sic res narrantur, ut geruntur, & iste ordo nihil pulchritudinis rethoricæ habet. Alius est ordo artificialis, cum non tenetur totaliter idem ordo in narrando, qui erat in efficiendo: sed mutatur aliquid prout ratio intelligendi exigit: quia interdum melius intelliguntur ea, quæ narrantur, cum permutat aliquid de ordine naturali, ut ea, quæ maxime coherent iungantur. Et si omnia secundum ordinem naturæ narrantur, interdum vna re incepta, & nondum finita, alia inchoaretur, & indecenter multa sub vno inuolucro miscerentur, quæ auditoris, & lectoris confunderent intellectum, & iste modus tenetur sepius in Sacra Scriptura, & in alijs historicis narrationibus, ut relicto naturali miscetur artificialis, qui rethoricus est. Istum ordinem tenuit hic

Num. 1.

Leuit. 27. Num. 3. Ezc. 45.

Ordo natiuitatis duplex.

hic Moyse in enarrando hæc, & incipit ista mutatio ordinis naturalis in artificialem ab exordio capituli vigesimo octauo: nam cum ibi de altari holocaustorum dictum fuisset, in quo erat potissima ministratio sacerdotum, incepit dicere de ministratione sacerdotali. Et quia illa ministratio exigit vestes, ut patet supra vigesimo octauo capitulo, incepit in eodem capitulo de sacerdotibus ornamentis, quia sacerdos veteris testamenti ministrare non poterat, nisi esset consecratus, sicut nunc non potest ministrare, nisi sit ordinatus, tractauit de consecratione sacerdotali ritu in precedenti capitulo vigesimo nono. Nunc autem his expletis, quæ ad ministrationem ritum pertinebant, redit legislator ad narrandum ea, quæ omiserat, scilicet fabricationem duorum supellectilium sanctuarij, scilicet altaris thymiama tum, & labri ænei. Et secundum hoc diuiditur in duas partes, quia primo ponitur de altaris constructione, secundo de labri ænei fabricatione ibi. *Locutus est dominus.* Tertiò de sacra vocatione ibi. *Locutus est dominus ad Moysem.* Prima in duas, primo agitur de altaris constructione, secundo de thymiama tis oblatione ibi. *Et adolebis incensum.* Circa primum. *Faciesque altare.* Id est cum omnibus supradictis utensilibus tabernaculi & atrij adhuc facies altare quoddam. *Ad adolendum thymiama.* Hic ponitur ad quid illud altare proficeret. Et dicitur quod erat ad adolendum thymiama, id est ad incendendum incensum compositum, quod vocatur thymiama super illud. Duo namque erant solùm altaria in sanctuario. quorum vnum erat in tabernaculo, aliud autem in atrio tabernaculi. Altare quod erat ad incendendum thymiama, de quo hic agitur, erat in tabernaculo. Altare autem holocaustorum, id est ad faciendum sacrificia erat in atrio tabernaculi ad introitum tabernaculi, de quo dicebatur precedenti capitulo. *De lignis setim.* Refertur ad altare, scilicet quod altare erat de lignis setim: nullum enim lignum erat in toto opere sanctuarij, quod non esset setim. in fabricatione autem templi Salomonis erant ligna abietina, & cedrina, ut patet 3. Reg. capi. 5. *Habens cubitum longitudinis.* Hic ponitur figura huius altaris. Est autem istud altare valde minus altari holocaustorum: nam illud habebat quinq; cubitos longitudinis, & totidem latitudinis, ut patet supra 27. capitulo. Erat etiam minoris altitudinis, quia illud erat altitudinis trium cubitorum, & istud erat duorum cubitorum. Ratio est, quia in illo erat magnus ignis, & ponebantur multe carnes, quia interdum ponebatur vnus bos concisus in frustra, & interdum multa sacrificia simul, vnde oportebat magnæ quantitatis esse. Altare autem thymiama tis solùm erat ad ponendum super illud thymiama, & modicum quid erat, quare parua indigebat quantitate. *Et alterum latitudinis, id est quadrangulum.* Vocatur quadrangulum, quia æqualia latera erant & anguli, licet non sit istud nomen in tali significatione in vsu geometrarum, ut patet per Euclidem in primo elementorum, quia quadratum vocatur quod habet latera æqualia, & angulos omnes æquales, & sic istud altare erat quadratum, & talis figura est regularis in superficialibus. Quadrangulum dicitur quod quatuor latera, & totidem angulos habet, siue latera sint æqualia, siue non, & angulis existentibus æqualibus, siue non. Et vocantur ista figura altera parte longioris, ut communiter. Vocantur ergo litera nostra quadrangulum illud quod a geometris quadratum dicitur. *Et duos cubitos altitudinis.* Ne si poneretur vnus cubitus altitudinis iuxta mensuram aliarum dimensionum, esset valde in finem, & indecens. Nec etiam debuit habere maiorem altitudinem, scilicet ut haberet tres cubitos iuxta altitudinem altaris holocaustorum, quia non erat conueniens com-

Quæ altare thymiama tum erat minoris altitudinis altari holocaustorum.

mensuratio tanta altitudinis, scilicet trium cubitorum ad longitudinem, & latitudinem vnus cubiti. *Cornua ex ipso procedent.* Id est sicut cornua in altari thymiama tum, & ista non erant apposita vel infixa, sed ab ipso procedent, scilicet de ligno ipsius altaris, scilicet quod fiebat altare de tabulis setim, & in quatuor angulis altaris fiebat artificialiter eleuatio quadam de ligno ipso, scilicet quod opere carpentatoris relinquebantur quatuor partes prominentes eleuata, & illa vocantur cornua, quia sicut partes prominentes in animalibus in duabus extremitatibus frontis vocantur cornua, ita partes illæ prominentes in altaris extremitatibus vocantur cornua. Et licet tales partes non promineant, ipse extremitates altaris vocantur cornua.

Cornua altaris thymiama tum qualiter facta erant.

QVAESTIO. II.

DICUNT autem quidam, quod ista cornua erant recurua, ut ab eis penderent aliquæ craticula aureæ, super quas incendebatur thymiama. alij autem, ut Hebræi, volunt, quod ista cornua erant, quasi quidam pomelli in extremitatibus altaris facti ad decorem, & non ad necessitatem. Et arguit Nicolaus conuenienter esse positionem Hebræorum, scilicet quod cornua illa sint velut quidam pomelli, quia si essent cornua procedentia ad appendendum inde craticulam, cum poneretur thymiama, & adoleretur caderent scintille super altare & cinis, quod non est conueniens. Respondetur quod ista argumentatio Nicolai nihil probat de cornibus altaris ad appendendum aliquid: sed id quod appenditur non sit craticula, ne cadant cineres. Si autem dicatur, quod illa cornua erant recurua, ut dicebatur in prima positione, & quod inde penderat aliquod vasculi ad recipiendum ignem & thymiama, & erat totum clausum: ita quod nec cineres, nec scintille cadere possent non procedet argumentum, si quod si melior positio Hebræorum dicentium esse ista cornua quoddam pomellos. Sed hoc non obstante quomodo cumque sint facta altaris cornua, siue recurua, ita ut aliquid pendere possit, vel in modum pomellorum, constat tamen quod non erat aliquid pendens de cornibus illis, quia si aliquid esset pendens illud esset aliquid ad ministrandum in altari illo, & in illo altari nulla alia ministratio fiebat, nisi adoleri incensum: ad quod requirebatur aliquod vas receptium carbonum ignitorum, & thymiama tis. Sed ista vasa erant in altari holocaustorum, ergo non penderant in altari thymiama tum. Patet hoc quia supra 27. ca. dicebatur quod altare holocaustorum habebat multa genera vasorum, sicut lebetes ad suscipiendum cineres, & forcipes arque fuscinulas, & ignium receptacula. De tribus erimis reperietur ministratio in altaris holocaustorum, quantum ad lebetes, in quibus cineres excludantur a sanctuario, & forcipes ad disponendum carbonum, & ligna in igne, ne sacerdos cogere tangere illa manu sua. Fuscinule erant ad extrahendum carnes de ollis, cacabis, vel caldarijs, quando fiebant sacrificia pro peccato, quæ coquebantur in sanctuario, ut educerentur carnes de olla. Et quando erat sacrificium pacificum faciendum, quia tunc populares coquebant carnes in cacabis in sanctuarijs, quibus coctis venire debebat puer sacerdotis tollentis fuscinulam videntem in manu sua educere partes conuenientes sacerdotibus, ut patet 1. Reg. ca. 2. De receptaculis ignium non reperitur aliquod ministerium, nisi ponatur, quod illa erant vasa ad tollendum ignem de altari holocaustorum, ut in illo adoleatur incensum super altare thymiama tis.

An vasa altaris thymiamatis penderent in ipso altare thymiamatis.

QV AESTIO. III.

SED dices, cum ista vasa, in quibus poni deberet ignis super altare thymiamatum pertinerent ad altare thymiamatum, videtur quod super altare thymiamatum erant, vel pendebant inde. Respondetur quod vasa altaris thymiamatum non poterant esse conuenienter in altari thymiamatum, sed in altari holocaustorum. Quia si ignis foret perpetuus in altari thymiamatum, sicut erat in altari holocaustorum, ut patet Leu. 6. c. necessaria erant vasa ministracionis in altari thymiamatum semper, sed non accendebatur ibi ignis nisi in aurora, & in vespere ad horam parandi lucernas, & collocandi eas, ut patet infra in littera, ideo his solis horis necessaria erant in altari illo vasa ministracionis, in altari autem holocaustorum erat perpetuus ignis, ideo requirebantur ibi continuè vasa ad ministrandum. Etiam si in altari thymiamatum ponerentur vasa ministracionis eius, esset occupatio quedam, & non conueniens coaptatio, quia ad hoc, quod adoleretur thymiamata in altari, oportebat poni ignem in vase illo, in quo ponendum erat thymiamata: & quia in toto sanctuario ignis in carbonibus non erat, nisi in altari holocaustorum, si esset vas ministracionis thymiamatis in altari thymiamatis, oportebat, ut sacerdos volens ponere thymiamata, intraret tabernaculum ad altare thymiamatis, & tolleretur inde vas illud, & rediret extra tabernaculum ad altare holocaustorum, ut reciperet inde prunas, & accipiens eas rediret intra tabernaculum ad ponendum in altari thymiamatum leuius autem erat, quod cum veniret sacerdos ab extra, & intraret atrium accedens ad altare holocaustorum, acciperet inde vas, in quo ponebatur thymiamata, & impositis prunis de altari intraret in tabernaculum, poneretque vas super altare thymiamatum, & sic non esset tanta circulatio. Item erat post hoc aliqua circulatio, quia combustio super altare thymiamate, manebat cinis in vase illo super altare, & carbones, quos oportebat eijcere a sanctuario, & tunc portarentur ista extra sanctuarium, & oporteret reduci ad tabernaculum. Si autem ponatur, quod esset istud vas ministracionis in altari holocaustorum, oportebat, quod finita combustione thymiamatis, tolleretur de altari cum cineribus suis, & educerentur cineres illi extra sanctuarium, vel ponerentur in altari holocaustorum, & postea cineres altaris holocaustorum simul cum eis excluderentur, & maneret ibi appensum illud ignis receptaculum. Conuenientius ergo erat, quod vas ministracionis altaris thymiamatis poneretur in altari holocaustorum quam in altari thymiamatum. *Vt estis illud auro purissimo.* Id est totum cooperies de auro, & hoc siue parietes, siue testum, ita quod totum videretur aurum. In hoc differt ab altari holocaustorum, quia altare holocaustorum cooperiebatur ex aereis laminis, ut patet supra 27. capitulo. Cuius ratio est, quia ministratio altaris thymiamatum erat munda, scilicet incensio thymiamatis, ministratio autem facta in altari holocaustorum erat banausa, scilicet commaculatiua, quia tingebatur sanguine, & super parietes fundebatur sanguis, ut declaratum fuit precedenti cap. in his autem auro sic commaculatum non fulgeret, & sic nihil differret ab aere. Item quia in altari holocaustorum erat ignis magnus perpetuus, & si auro testum esset altare, liquefieret, existens autem laminis aereis non sequebatur idem inconueniens. Item, quia non debebant esse æqualiter

F pulchra, & æqualiter preciosa omnia vasa sanctuarij, quia tunc non esset pulchritudo, cum in varietate consistat pulchritudo: sed illa vasa, quæ pertinebant ad tabernaculum erant preciosiora, ea autem, quæ pertinebant ad atrium non erant ita pulchra, nec sumptuosa. Et non solum patet hoc in vasis, sed etiam in partibus tabernaculi, & atrij, quia vasa tabernaculi preciosiora sunt, scilicet de auro purissimo: vasa autem exteriora aut alia res non erant ita precise sicut vasa interiora, ut patet respiciendo ea, quæ intra erant, & quæ extra erant a capitulo vigesimo quinto vsque ad vigesimum octauum, & in isto cap. *Tam craticulam eius.* Vocatur craticula aliquod coopertorium reticulatum.

In Hebræo enim dicitur. *Tam testum eius.* Et istud coopertorium erat de lignis setim, & erat operum laminis aureis, & in hoc differebat ab altari holocaustorum, quia in altari holocaustorum non erat operatorium, sed replebatur terra vsque ad certum locum, & ibi ponebatur ignis, & desuper carnes victimarum. Si autem habuisset altare illud coopertorium, sequerentur duo inconuenientia. Primum est, quod combureretur: nam cum esset ignis perpetuus in altari, non posset vllatenus manere quin inflammarent laminæ aereæ, & succenderentur tabulæ altaris. Existente autem altari sine operorio, & repleto terra vsque ad certam partem, non posset accendi pavementum, quia esset terrea, nec etiam parietes, qui in circuitu erant, quia non accedebat vehementer ad eos calor ignis. **H** Secundum est, quia in altari illo erat magnus ignis, scilicet multa ligna incensa, & desuper ponebantur carnes sacrificiorum, & comburebantur. Si autem omnia ista super altaris coopertorium ponerentur, fluere, quia non possent tot manere in planicie coopertorij. Debit ergo esse altare concauum, & repletum terra vsque ad aliquem locum, in qua concauitate ponerentur ligna ardentia & carnes victimarum. *Quam parietes per circuitum.* Id est non solum operiretur aureis laminis, sed etiam parietes eius per circuitum, scilicet in omnibus quatuor lateribus. *Et cornua.* Id est etiam ille eleuate partes in extremitatibus laterum altaris, quæ cornua operiebantur auro. *Facies quoque & coronam aureolam.* Id est facies coronam de auro. Vocatur de auro, siue aureola corona, siue labium in circuitu altaris prominens ad contegendum altare, ne id quod super altare esset, caderet. Quantum autem ista corona alta esset, non exprimit littera: sed posset dici quod esset rante altitudinis, quantum corona, quæ erat super arcum, & super mensam propositionis. Est autem ista corona non rotunda, sicut communiter vocantur coronæ: sed quadrata iuxta quadraturam altaris thymiamatum. Et vocatur ista corona aureola dupliciter, vel quia de auro erat, vel quia parua erat, vel aureola ab auro dicitur, sicut habetur in doctrinali in constructione.

Dat Deus aureolam, quod nomen habetur ab auro.

Et sic corona ista aureola erat, quia erat de auro. Vel forte quia ista corona erat parua, scilicet parua quantitate in altitudine & latitudine eius. *Per gyrum.* Scilicet in circuitu omnium quatuor laterum super grossiciem extremitatum laterum, ita ut perueniret de puncto ad punctum solum occupando: alias non esset corona. *Duos annulos aureos sub corona.* Hic ponitur de ipso altari thymiamatum quomodo portari debebat, & portabatur per vestes, non poterant autem vestes coniungi ipsi altari, nec tenere illud, nisi mitterentur per aliqua loca in quibus firmi essent vestes, & ista loca erant quidam circuli, id est annuli vocati nomine sic vulgari: qui

Altare holocaustorum multum habebat coopertorium.

Qualiter ponebantur vestes in altari thymiamatum.

circuli erant quatuor ad mittendum per eos vestes, & ponebantur in quatuor angulis altaris, & mittebantur per istos annulos ipsi vestes, atque sic mittebantur, & portabatur altare: & erat modus portandi istud altare, sicut portabatur mensa propositionis, & arca testimonij, ut patet supra 25. c. *Sub coronam.* Id est quod isti annuli erant positi sub corona, quia corona erat labium altaris super planiciem eleuatum: & in partibus altaris circa extremitates altitudinis parietis infixi erant isti annuli. *Per singula latera.* Non est sensus quia in quolibet latere altaris illius ponerentur annuli: quia tunc necesse erat esse quatuor vestes, cum in quolibet latere ponerentur duo annuli, & per duos annulos mitteretur vnus vestis: & tunc isti vestes essent ad portandum simul in opposita loca, quia duo vestes essent ad portandum ante vel retro: & alij duo ad portandum ad dextram, vel sinistram, qui sunt simul motus oppositi: & hoc multum est. Vel si forte dicitur, quod in quolibet latere poneretur vnus annulus, ita quod in quatuor lateribus essent quatuor annuli: impossibile esset mitti aliquem vestem per eos: quia tunc oporteret quemlibet vestem reflecti, ut esset in duobus lateribus: quod nullo modo conuenit. Nam in vno latere non posset teneri vnus vestis. Vel si in quolibet annulo teneretur vnus vestis, sequeretur inconueniens, quod ante dicebatur, scilicet quod essent quatuor vestes ad portandum simul in opposita. Dicendum ergo quod non accipitur hic, singulus, ita ut distribuatur pro omni illo, cui additur, scilicet pro lateribus: quia tunc essent inconuenientia supra assignata, sed solum distribuuntur duo latera, scilicet quod per singulum de duobus lateribus oppositis ponerentur anguli duo, & sic essent quatuor annuli, quia in duobus alijs lateribus non ponerentur annuli. Et si dicas, quod accipiuntur hic latera pro angulis, sicut modo vulgari accipi consuetum est: & tunc quod verum est, quia erant anguli, qui claudebantur a quatuor lateribus, & in quolibet illorum angulorum ponebatur vnus annulus: & sic tamen respiciebant illi annuli duo latera solum, ut per illa latera ponerentur vestes, & non per alia duo. Respondetur, quod hoc non potest stare, quia dicitur quod ponerentur duo annuli per singula latera: si ergo latus pro angulo accipitur, erit sensus quod in quolibet angulo erunt duo annuli, quod est inconueniens, quia tunc sequeretur, quod essent octo annuli, & quatuor de illis superessent. *Vt mittantur in eos vestes.* Id est ut vestes mittantur in annulos. Vestes a vehendo, id est portando dicuntur, & sunt ligna longa immissa per illos annulos, per quæ altare portari possit. *Ipsos quoque vestes facies de lignis setim.* Quia quicquid de ligno erat in isto sanctuario, erat de lignis setim. *Et inaurabis.* Id est cooperies laminis aureis. *Ponesque altare contra velum.* Hic ponitur situs huius altaris, scilicet in qua parte sanctuarij poneretur.

Quare in sanctuario factum est altare thymiamatum: & quare adolebatur thymiamata.

QV AESTIO. IIII.

CIRCA hoc considerandum est de isto altari thymiamatum quare factum est. Ad quod satis plana est responsio: nam res artificiales semper sunt ad aliquam ministracionem, & ministratio illa est finis suus, & causa potissima: quæ autem sit ministratio altaris thymiamatum ipsum nomen iudicat, & littera infra sequens, scilicet quod in eo adoleretur thymiamata. Quare autem Deo thymiamata adolerentur secundum beatum Thomam de Aquino causa est, scilicet quia

Opin. D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 6. improbat textu rōnis

in atrio tabernaculi erat altare holocaustorum, in quo quotidie immolabantur hostiæ, scilicet quod cremabantur carnes, & adipēs, & panis, & similia, ut patuit precedenti cap. ex quibus odor grauis, & factor quidam redderetur: ut ergo hoc non esset coram Deo, intra tabernaculum adolebatur thymiamata boni odoris, ut tolleretur ille factor. Confirmari adhuc poterat hoc pro parte eius, quia in eisdem temporibus, in quibus ponebantur hostiæ in altari holocaustorum, ponebantur thymiamata in altari thymiamatum. Patet quia precedenti cap. dicitur, quod esset sacrificium perpetuum holocaustum quotidie bis, scilicet duos agnos anniculos vnum in mane, & alterum in vespere: thymiamata autem eisdem temporibus adolebatur, scilicet in aurora, & in vespere, ut patet infra in littera: ergo ad tollendum factorem sacrificiorum thymiamata adoleri iussit sunt. Sed hoc non stat valde conuenienter: primo quia licet hic dictum fuerit, quod eodem tempore ponebatur thymiamata in altari, in quo sacrificia cremabantur in alio altari: tamen non est verum simpliciter, quia ante in aurora videbatur poni thymiamata, quam sacrificia fierent: & in vespere posterius ponebatur thymiamata quam sacrificia. Et patet hoc, quia littera ponens tempus incendendi thymiamata non posuit simul debere incendi thymiamata, & sacrificia, sed simul debere incendi, & parari lucernas candelabri, & incendi thymiamata: quod patet infra cum dicitur: Et adolebit incensum super eo Aaron suaue fragrans: mane quando componet lucernas, incendet illud, & quando collocat eas ad vespertum. Item si poneretur thymiamata in altari ad tollendum factorem, vel odorem grauem sacrificiorum, oporteret quod quodcumque incenderentur sacrificia super altare holocaustorum, incenderentur thymiamata super altare thymiamatum. Sed falsum est, quia licet hora incendendi thymiamata concordaret aliquantulum cum hora faciendi holocausta duo pertinentia ad quotidianum sacrificium, tamen non concordabat cum hora faciendi alia sacrificia voluntaria: nam interdum, & sæpissimè faciebant populares oblationes sacrificiorum, aut pro peccato, vel holocaustorum, & durabant vsque ad magnam partem diei, sicut cum Salamon obtulit mille hostias, ut patet 2. Paralip. 1. c. Et in solennitatibus, quando conueniebant omnes viri ad locum sanctuarij, scilicet ter per annum, ut patet supra 23. & infra 34. cap. fiebant sacrificia valde multa, ita quod necesse esset maiorem diei partem in sacrificijs trahi: ergo ad tollendum factorem sacrificiorum oportebat quasi toto die incensum esse in altari thymiamatum. Sed falsum est, quia solum incendebatur bis in die, scilicet in aurora, & vespere: ergo non erat ad tollendum factorem sacrificiorum. Item thymiamata incensum in altari, dato quod poneretur ad tollendum factorem carniū combustarum, & adipum: tamen non posset, quia odor exhalans ab istis est valde grauis, & grossus, odor autem exhalans a thymiamate est valde suavis, ideo magis disturbaret factor carniū, quam adiuuaret odor suavis thymiamatum: præcipue cum multæ carnes simul in altari ponerentur, scilicet vnus bos integer in partes concisus, & plerumque multa holocausta, & pacifica simul, ut duo, vel tres arietes holocausti simul, & totidem pacifica hostiæ simul, ex quibus fetor indicibilis exhalaret, quem abolere non posset thymiamata fragrans. Item quia quodcumque alicui sentienti odorem, & factorem, aut quodcumque triste apponitur aliquod magnum delectabile, & aliquod paruum triste: magis affligitur a modico tristi, quam gaudeat in magno delectabili: cuius ratio est, quia ad hoc quod aliquis experiatur delectabile, oportet esse tranquillitatem in eo, ut totus vacet illi delectabili.

Et stabili, alioquin si distrahatur in plura, non experietur delectabile. Quod satis patet in maximis delectabilibus corporis, quae si aliquis cum cura aliqua experietur, non delectatur: tristitia enim tollit tranquillitatem, requisitam ad experiendum, & fruendum delectabile: ergo paruum triste tollit magnum delectabile. Sed thymiamatis odor erat delectabilis, factor autem carniuum, & panum exustorum erat tristis, & grauis ad portandum: ergo impediretur delectatio thymiamatis à tristitia factoris carniuum exustorum. Item quia dato qd thymiamata multum apponeretur, & esset valde magni odoris, ita vt superaret factorem carniuum combustarum in sacrificijs, hoc, esset intra tabernaculum, vbi erat altare thymiamatum, & in partibus sibi propinquis: sed apud altare holocaustorum extra tabernaculum, & in partibus sibi coniunctis praevaleret factor super odorem thymiamatis: ibi tamen magis necessarius erat bonus odor, quam intra tabernaculum, quia intra tabernaculum nullus manebat tempore sacrificiorum: in atrio autem apud altare holocaustorum erant sacerdotes ministrantes, & ipsi saeculares, qui intrabant ad offerenda sacrificia pacifica, & comedebat de eis: ergo non debebat ibi esse factor. Vel magis necessarium erat non esse ibi factorem, quam in tabernaculo: alijs nec sacerdotes, nec saeculares possent ferretantum factorem, & fugerent de atrio tabernaculi. Item nullo modo est verisimile ibi fuisse factorem, quia Deus intendebat facere cultum suum esse valde reuerendum, & cum inter alios actus cultus sui nihil magis reuerendum, & soli Deo magis conueniens esset, quam sacrificium: hoc debebat haberi in magna veneratione; sed si fatida essent sacrificia Dei, essent omnia detestabilia, & parui pendenda: ergo Deus faceret, qd non esset ibi factor. Patet qd Deus intendat facere ea, quae pertinent ad cultum suum valde reuerenda in apparatu tabernaculi, & partium eius, & in vestibus ministrorum, & in ceteris caeremonijs, & observationibus locorum sacrorum: & ipse Deus conuenit de sacerdotibus, qui dicebant mensam domini esse pollutam, vt patet Malac. c. 1. cum dicitur: Et vos pollutistis illud in eo, quod dicitis: mensa domini contaminata est, & quod superponitur contemptibile est cum igne, qui deuorat illud. Etiam contra eos ibi dicebat, quia contemptibilia pecora offerbant. Sed si sacrificia Dei essent fatida haberent sacerdotes occasionem maximam contemnendi illa: ergo non erat aliquis factor exhalans, aut grauis odor ex combustione carniuum exustorum, & panum: sic tenendum est. Sed hoc non fiebat naturaliter, quia naturaliter necessarium erat ex re combusta exhalari odorem talem, qualem ipsa ad faciendum disposita est: Deus tamen ad reuerentiam cultus, quod valde expediebat, imò quod necessarium erat ad hoc, qd coleretur voluntarie ab illa Hebraeorum gente, omnem factorem, aut grauem odorem, qui de combustis sacrificijs exhalare debebat, tollebat ne exhalaret. Et in hoc erat approbatio sacrificiorum, & altaris sui, scilicet qd ipse illa acceptaret, & fieri mandaret: cum in ea miraculum operaretur. Non dicitur ergo conuenienter, qd thymiamata ponebatur in altari thymiamatum, vel adoleretur ad tollendum factorem sacrificiorum, qui nullo modo erat. Aliter ergo dicendum est, scilicet qd cum Deus vellet cultum suum esse in magna reuerentia, & honore, volebat vt omnia pertinentia ad honorem in cultu eius essent: sicut enim holocausta, & alia sacrificia secundum se non placent Deo, sed in quantum per ea nos credimus impendere honorem Deo, acceptantur ab eo: sic autem est de thymiamate. Deus enim non delectatur in odore thymiamatis, quia odoratum non habet: sed quia magnus honor reputatur

Paruū trīste tollit magnū delectabile

Quāuis i sacruario multae carnes cremant nulli in factor ab eis exhalabat

Opi. auct.

inter homines apponi suaves odores, transfertur hoc ad cultum Dei, vt coram eo thymiamata adoleantur. Iste enim honor etiam apud Gentiles dijs impendebatur. Non minus ergo debuit impendi Deo vero quam alijs impendebatur. Et patet etiam qd ad solam reuerentiam factum sit: nam cum poni tale thymiamata esset honor quidam & reuerentia, vt maior honor & reuerentia ad Deum esset, mādatum est, vt nullus homo tale thymiamata faceret, vt eius odore fruere: alioquin periret de populis suis: ita qd cultum solius Dei esset tale thymiamata. Et licet illud in se nihil foret, ex hoc solo qd ceteri vetabantur illud facere, reddebatur hoc valde reuerendum.

Quare altare thymiamatum erat intra tabernaculum: cum altare holocaustorum esset extra tabernaculum.

QUESTIO V.

SI autem quaeratur, quare altare thymiamatum poneretur intra tabernaculum, cum altare holocaustorum foris locatum esset ad ostium tabernaculi, vt patet praecedenti cap. & in vtroque Deus colebatur. Respondetur, qd ad maiorem reuerentiam cultus diuini omnia ista esse debebant intra tabernaculum in loco honoratissimo, siue altare thymiamatis, siue holocaustorum. Sed altare holocaustorum non potuit esse intra tabernaculum, quia ibi fiebat magnus ignis, qui requirebatur ad comburendum vnum bouem, aut duos, vel tres arietes simul: & iste eleuaretur in altum, & combureret omnia opera tabernaculi, praeciue quia tabernaculi altitudo satis parua erat, scilicet decem cubitorum, vt patet supra 26. cap. vbi agitur de altitudine tabularum tabernaculi: & dicitur, qd qualibet erat decem cubitorum, & erat illa tota altitudo tabernaculi. Etiam quia fumus grossus exhalans, & ascendens offuscaret totam tabernaculi pulchritudinem. Non erat autem hoc in altari thymiamatum, quia fumus exhalans de thymiamate erat valde tenuis, & non inficiebat, vel denigrabat aliquid in tabernaculo sicut fumus quarundam aliarum rerum aromaticarum. Item altare holocaustorum erat ad faciendam sacrificia, in quibus erat maior occupatio sacerdotum veteris testamenti, & in quibus videndis populares alliciebantur ad cultum diuinum: si autem istud poneretur intra tabernaculum, nihil viderent populares, per quod allicerentur ad cultum Dei, ergo non debuit poni intra tabernaculum, sed extra. De altari autem thymiamatum non est eadem ratio, quia non erat tanta occupatio circa adolendum thymiamata, sicut circa sacrificia: nec est aliquid ita grossum, qd offerre thymiamata ad quod respiciant populares, sicut oblatio sacrificiorum. Item quia in altari holocaustorum offeriebantur omnia sacrificia, sed populares aliquando offeriebant sacrificia pacifica, & intrabant apud altare holocaustorum ad videnda sacrificia sua: & ibi coquebant carnes sacrificiorum, & comedebant. Si ergo esset altare holocaustorum intra tabernaculum oporteret populares intrare illuc, ad videndum offerri sacrificia sua. Hoc autem non poterat esse, quia nullus debebat intrare in tabernaculum nisi sacerdotes ministrantes, & nec ipsi Leuitae intrabant: quin potius si viderent vasa tabernaculi discooperata moriebantur, vt patet Num. 4. Ad tollendum autem ista inconuenientia debuit altare holocaustorum esse extra tabernaculum. De altari thymiamatum nihil tale est, quia non faciebant populares aliquam ministrationem, quae pertineret ad altare ipsum, sicut faciebant ministrationem sacrificiorum pacificorum, quae pertinebant

bant ad altare holocaustorum, nec erat aliqua necessitas, aut vtilitas, vt viderent populares ea, quae fiebant in altari thymiamatum. Item quia ea, quae fiebant in altari holocaustorum erant opera banaua, scilicet effusio sanguinis, & decoratio pecoris, & alia ministeria carnificum, & coquorum, quae non pertinebant ad magnam munditiam, quae erat intra tabernaculum. Altare autem thymiamatum habebat ministrationem valde mundam, scilicet incensationem thymiamatum: ideo satis congruebat illi puritati ministrationis, qd esset intra tabernaculum. Aliae etiam causae sunt de ipso altari holocaustorum, de quibus magis dictum fuit supra 27. cap. *Poneque altare*. Scilicet altare thymiamatum, de quo hic fit sermo. *Contra velum, quod ante arcam pendet*. Velum est quaedam cortina posita ad distinguendum. Erat autem factum tabernaculum de tabulis setim, & habebat duo velamenta distinguentia in ipso. Vnum erat, quod ponebatur in introitu tabernaculi, & distinguebat tabernaculum ab atrio eius, & istud vocatur communiter tentorium, vt patet supra 26. cap. cum agitur de fabricatione eius, & dicitur, facies & tentorium in introitu tabernaculi. Aliud velamentum intra ipsum tabernaculum erat, distinguebatque vnā partem sanctuarij, quae vocabatur Sanctum Sanctorum ab alia parte, quae vocabatur Sanctum siue sanctuarium: & istud operimentum vocatur velum, vt patet supra 26. cap. cum dicitur: Facies velum de hyacintho, &c. Et isto modo vocatur hic, scilicet qd istud velum deberet pendere ante arcā, id est ante velum, quod distinguit Sancta Sanctorum à parte illa, quae vocabatur sancta, siue sanctuarium. Nam si ponatur hic velum pro tentorio, quod diuidit sanctuarium, scilicet tabernaculum ab atrio eius: esset sensus, qd esset altare thymiamatum extra sanctuarium tabernaculi, scilicet in atrio sicut altare holocaustorum. Sed falsum est hoc, quia litera dicit, qd stat contra velum, quod pendet ante arcam, scilicet contra velum, quod diuidit Sancta Sanctorum à reliqua parte tabernaculi: & isto modo accipitur etiam Matth. 27. capitu. velum templi scissum est, scilicet velum, quod pendebat ante arcam, & tegebat Sancta Sanctorum. Dicitur autem esse altare istud contra velum, id est ante velum. *Quod ante arcam pendet*. Id est quod diuidit Sancta Sanctorum, quia in Sancta Sanctorum erat arca, & ante illam pendebat velum distinguens, & tegens ne videretur arca ab his, qui foris erant, scilicet in primo tabernaculo: erat autem altare thymiamatis ante Sancta Sanctorum, scilicet extra velum, quod diuidit Sancta Sanctorum ab alio tabernaculo: & sic erat in primo tabernaculo.

An altare thymiamatum esset intra Sancta Sanctorum, & similiter thuribulum. Et quomodo D. Augustinus, & Hieron. circa hoc deuenit à veritate. Et qualiter potest stare textus Apostoli de thuribulo aureo.

QUESTIO VI.

AVGVSTINVS dicit, qd altare istud thymiamatum erat intra Sancta Sanctorum, quod probat per id, quod habetur ad Hebr. 9. cap. cum dicitur: Post velamentum autem erat secundum tabernaculum aureum habens thuribulum. Et vocatur secundum D. Augustinum altare thymiamatis aureum thuribulum, quia ponebatur super illud thus, & erat coopertum laminis aureis. D. Hieronymus autem, & omnes doctores contrarium tenent: dicunt autem qd thuribulum, quod Augustinus accipit esse aureum, de quo ad Hebr. 9. cap. non erat altare holocaustorum, nec thymiamatis, aut aliquod altare, sed erat

quoddam thuribulum factum de auro, & in hoc sacerdos magnus cremabat incensum cum intrabat in Sancta Sanctorum, vt fumus inde exurgens operiret propitiatorium, vt patet Leuit. 16. capit. Augustinus autem quomodo in hac parte oberrauerit nescio: est autem motuum satis apprensus dictum Apostoli ad Hebr. 9. sed conspecta litera librorum Moyfi satis constat, qd non esset istud altare intra Sancta Sanctorum. Primò per literam istam, quae dicit ponere altare contra velum, quod ante arcam pendet: ergo necessario erat velum medium inter altare istud, & arcam. Alioquin sicut arca erat intra velum, ita & altare holocaustorum esset intra velum. Quod litera ista non vult: dicens qd erat contra velum, quod pendet ante arcam: ergo non pendet ante istud altare. Secundò patet hoc infra 40. ca. vbi collocatur totum tabernaculum, & ponitur ordo collocatorum, & dicitur qd Moyses posuit arcam, & appendit ante eam velum, deinde posuit mensam in tabernaculo testimonij, & candelabrum, & altare thymiamatis contra velum: ergo non erat post velamentum, scilicet intra Sancta Sanctorum. Tertiò patet hoc Leuit. 16. cap. vbi dicitur de die propitiationis, qd intrare debebat illo die sacerdos magnus intra Sancta Sanctorum, & orabat pro se, & domo sua, donec egrederetur, & sequitur: Cum exierit ad altare, quod est coram domino, oret pro se, & sumptum sanguinem fundat super altare, & ibi loquitur de altari thymiamatum, vt patet manifestè in litera. Et patet etiam hic, scilicet qd semel in anno sacerdos tingeret istud altare thymiamatum sanguine, scilicet in die expiationis, siue propitiationis: & dicitur, qd attendendum istud altare sanguine sacerdos exhibebat Sancto Sanctorum, ergo non erat intra Sancta Sanctorum: alioquin necesse esset antequam exiret de Sancto Sanctorum tingere illud sanguine, & non extra velum: nullo modo ergo dici potest, qd altare thymiamatis esset intra Sancta Sanctorum. Quod autem dicunt de thuribulo aureo, scilicet qd illud sit quoddam thuribulum de auro, in quo summus sacerdos cremabat thymiamata, quando intrabat in Sancta Sanctorum, & qd istud esset intra Sancta Sanctorum, satis videtur (quod thuribulum modocunque ponatur) difficile: nam non videtur ista positio conueniens. Primò quia litera Apostoli ad Hebr. 9. cap. necessario debet intelligi de altari thymiamatum, quod patet contemplanti literam illam diligenter: nam ipse vult enarrare ibi omnia, quae erant in toto sanctuario, & in secundo, scilicet intra Sancta Sanctorum, & ponit in priori tabernaculo mensam propositionis, & candelabrum: & ponit post velum Sancti Sanctorum arcam, & dicit qd istud secundum tabernaculum habebat aureum thuribulum: sola. n. ista quatuor erant intra tabernaculum totum, scilicet mensa, & candelabrum, & altare thymiamatis, & arca testimonij, vt patet infra 40. c. vbi omnia, quae erant in toto sanctuario, scilicet tam in atrio, quam in tabernaculo sufficienter enumerantur: sed hic in litera Apostoli omnia ista ponuntur accipiendo altare thymiamatis esse thuribulum aureum: ergo debet accipi pro altari illo: alioquin Apostolus aliquid deficeret de his, quae erant in tabernaculo, quod non est conueniens, cum ipse intendat sufficienter ista enarrare. Etiam superabundaret aliquid ad ea, quae Moyses in istis libris scripsit, quod non est dicendum: nam in isto libro Moyses accepit à domino regulam de omnibus, quae fieri debebant, & scripsit ea: & postea scribuntur omnia ista facta fuisse, vt patet à c. 36. vsque ad trigessimū nonū inclusiue: deinde ponuntur omnia haec, vt collocata. Cum ergo ter ista omnia recitentur, & alibi in alijs tribus libris Moyfi manētibus de his mentio fiat, nunquam ponitur, qd esset aliquod thuribulum aureum intra

Opi. Hieron. de thuribulo aureo, & patet circa hoc verū dicit, qd sit extra Sancta Sanctorum.

Intra Sancta Sanctorum. Sed nunquid ex hoc confi-
temur cum Aug. esse altare thymiamatum intra San-
cta Sanctorum? absit: cum supra clarissimis scripturæ
testimonijs improbauerimus. Item non videtur con-
uenienter dici, quod esset intra Sancta Sanctorum thuribu-
lum aureum, in quo sacerdos thymiamata incenderet,
quia vasa pertinentia ad thymiamatis ministrati-
onem, licet essent ipsius altaris incensorum; tamen non cus-
todiebantur cum ipso altari, sed cum altari holocausto-
rum, ut probatum fuit supra: & vocabantur ignium
receptacula: sed hoc thuribulum aureum (si esset vas
pertinens ad ministrati-
onem thymiamatis) esset cum
altari holocaustorum: ergo non erat ponendum intra
Sancta Sanctorum. Item dato quod esset aliquod thuri-
bulum aureum, in quo poneretur thymiamata cum in-
traretur in Sancta Sanctorum, ita quod ad reuerentiam
loci illius, quando sacerdos illuc intraret, poneret thymia-
mata in thuribulo aureo, licet omnibus alijs tempo-
ribus poneretur in thuribus æneis, qualia erant illa,
quæ pendebant ab altari holocaustorum, de quibus
dicitur supra 27. c. Cuncta vasa eius ex ære fabricabis.
& inter illa erant vasa altaris thymiamatum, quæ vo-
cantur ibidem ignium receptacula. & istud thuribu-
lum aureum custodiretur intra tabernaculum primum,
sicut conseruabantur vasa mensæ, quæ erant aurea, &
candelabrum, & cetera utensilia: non tamē oportebat
poni illud intra Sancta Sanctorum. Item & fortius
non videtur vilo modo esse ponendum, quod thuribulum
aureum esset intra Sancta Sanctorum: nam si sic esset,
oporteret, ut sacerdos primò intraret in Sancta San-
ctorum, & tolleretur inde thuribulum, & veniens ad al-
tare, holocaustorum poneret prunas, & superposito
thymiamate intraret in Sancta Sanctorum exhalante
fumo. Dicitur tamen Leuit. 16. c. quod antequam sacer-
dos summus intraret in Sancta Sanctorum acciperet
thuribulum, & impositis prunis, & thymiamate intra-
ret, & nebula aromatum impositorum prunis ascen-
dens operiret propitiatorium, ne moriatur: ergo si in-
traret sine aromatibus, quorum nebula operiret propi-
tatorium, moreretur: ergo non erat intra Sancta
Sanctorum illud thuribulum aureum, quia tunc non
solum semel, sed etiam pluries intraret sacerdos sine
aromatibus nebula in Sancta Sanctorum. Primò quan-
do iret pro thuribulo aureo ad ponendum prunas, &
thymiamata. Secundò quando depositis prunis, & thymia-
mate reduceret illud in Sancta Sanctorum, ut ma-
neret ibi: ergo nullo modo tale thuribulum erat ibi.
Item dicitur Leuit. 16. quod semel per annum fieret
festum propitiationis, & tunc intraret sacerdos in San-
cta Sanctorum: & Apostolus ad Hebræ. c. 9. dicit quod in
priori tabernaculo sacerdotes quotidie ministeria sua
explebat: sed ad secundum tabernaculum, quod erat
sanctum sanctorum, solus sacerdos summus, siue Pô-
rifex, ut ipse dicit, introibat semel in anno: sed si pone-
retur thuribulum aureum ad incendendum thymia-
mata esse intra sancta sanctorum, necesse esset ter in quo-
libet anno intrare sacerdotem magnum in sancta san-
ctorum: ergo non erat thuribulum aureum in sancto
sanctorum. Consequenter patet, quia si esset in san-
cto sanctorum: oportebat, ut primò sacerdos magnus
intraret in sancta sanctorum pro thuribulo, quod ibi
maneret, & positis prunis, & aromatibus introiret ite-
rum in sancta sanctorum, & faceret caeremonias illas,
quæ habentur Leuit. 16. c. & post exiret cineres thuri-
buli depositurus, siue prunas manentes, & tunc mun-
dato eo, rediret positurus illud intra sancta sanctorum:
necessarium ergo erat, quod ter in anno intraret in sancta
sanctorum, quod erat vetitum in lege. Sub magna
reuerentia horum prædictorum dicerem & ego si
auderem, fortè neutram harum positionum esse cõ-

uenientem: nec enim est conueniens, quod Aug. di-
cebat, scilicet quod altare thymiamatum esset intra san-
cta sanctorum: nec quod alij doctores dicebant, scilicet
quod esset illud thuribulum aureum, in quo poneretur
pruna, cum ingrederetur sacerdos in sancta san-
ctorum: quia istud thuribulum aureum non erat alta-
re thymiamatum, quod existeret intra sancta sanctorum,
quod est contra Aug. Nec est thuribulum au-
reum ad incendendum thymiamata, quod esset intra
sancta sanctorum: quod est contra positionem aliorum
doctorum: sed erat altare thymiamatum: & tamen
non erat intra sancta sanctorum. Quod autem altare
thymiamatum non sit intra sancta sanctorum, supra
probatum fuit, & patet adhuc duabus rationibus. Pri-
ma quia dicit Apostolus ad Hebræ. 9. quod in sancta san-
ctorum nullus intrabat nisi sacerdos magnus, & iste
solum semel in anno, sed ad altare thymiamatum
quotidie oportebat aliquem accedere ad ministran-
dum ponendo thymiamata sua, & fragrans: ergo non
erat altare istud intra sancta sanctorum. Patet antecede-
ns, scilicet quod quotidie fieret ministratio in altari thy-
miamatum, quia dicit hic litera: Et adolebit incen-
suum Aaron super eum suaue fragrans, mane quando
componet lucernas incendet illud, & quando collo-
cat eas ad vesperum vret thymiamata perpetuum in ge-
nerationes vestras, id est quotidie, & hoc omni tem-
pore. Secundò quia solus sacerdos magnus introibat
in sancta sanctorum, ut patet ad Hebr. 9. imò & quan-
do ipse intrabat in sancta sanctorum, nullus de sacer-
dotibus minoribus stabat intra tabernaculum, ut patet
Leuit. 16. c. sed in altari thymiamatum non solum
ministrabat summus sacerdos, sed etiam minores sacer-
dotes: ergo non erat altare thymiamatum intra
sancta sanctorum. Patet antecedens, quia filij Aaron
Nadab, & Abiu, minores sacerdotes erant, ut patet præ-
cedenti cap. cum pater eorum Aaron fuerit consecra-
tus in summum sacerdotem, ipsi autem in minores;
cuius signum est, quia ibi mandabatur, quod indueretur
Aaron vestibus pontificalibus, & filij sui indueren-
tur vestibus sacerdotum minorum: isti tamen duo of-
ferebant thymiamata super altare thymiamatum, ut
patet Leuit. c. 10. cum dicitur: Arreptis Nadab, & Abiu
filij Aaron thuribus suis posuerunt ignem, & incen-
suum desuper offerentes coram domino ignem alie-
num: sed non erat in toto tabernaculo alius locus, in
in quo offerretur incensum nisi altare thymiamatum:
ergo super illud offeriebant filij Aaron, qui erant sa-
cerdotes minores. Item patet hoc, quia Zacharias pa-
ter Beati Ioannis erat sacerdos minor: & tamen offer-
ebat incensum coram domino, ut patet Luc. 1. c. Nec
valet si fortè dicas eum fuisse sacerdotem summum:
nam falsum est: quia dicitur Lucæ 1. c. quod ipse erat
de sorte Abia, quæ erat octaua fors sacerdotum, ut pa-
tet 1. Paralip. 24. de ista autem non erant sacerdotes
summi. Et dato quod velis proteruere dicens, quod Roma-
ni, qui tunc dominabatur Iudæis, mutabant summos
sacerdotes, ut eis placebat, ut patet ex historijs Iosephi
in libris antiquitatum, & Eusebij in chronicis suis: &
Lucæ Tuden. nam si summus sacerdos esset, ministra-
ret quando vellet: sed iste non ministravit quando vo-
luit, sicut dicitur Lucæ 1. c. quod intrauit ad offerendū
incensum in ordine vicis suæ, id est quod quando eue-
nit tempus, ut ministrarent illi, qui erant in vice Abia,
quæ erat octaua: intrauit Zacharias, ut ministraret.
Item quia dicitur ibidem: Sorte exijt, ut incenderet
incensum, & ingressus fuit ad incendendum: si tamen
esset summus sacerdos, non oporteret mitti sortem,
ut ministraret, aut non ministraret: sed cum vellet mi-
nistraret: cum autem nollet non cogereetur. Patet er-
go quod Zacharias pater Beati Ioannis erat sacerdos mi-
nor,

Zacharias
pater Ioannis
Baptiste
fuit sacer-
dos ma-
gnus.

nor, & tamen ministrabat altari thymiamatum: ergo
non erat altare thymiamatum intra Sancta Sanctorum.
Nunc autem restat respondere ad textum Apostoli
ad Hebr. 9. c. dando illi verum intellectum quomodo
illud thuribulum aureum, quod ibi ponitur: siue esset
altare thymiamatum, ut volebat Aug. siue quoddam
thuribulum ad ponendū incensum: non esset intra San-
cta Sanctorum: quod est contra positionem omnium
eorum simul. Nam licet Aug. & alij discordent quan-
tum ad assignandum quid sit illud thuribulum: non
tamen discordant quantum ad hoc, quod sit intra Sancta
Sanctorum, sed, ut ex præmissis omnibus patet, quid-
quid illud esset non potest poni intra Sancta Sanctorum.
Dicit Apostolus ad Hebr. 9. ca. quod secundum ta-
bernaculum erat post velamentum habens aureum
thuribulum, & arca: in quo videtur innuere in super-
ficie literæ, quod illud thuribulum aureum erat intra san-
cta sanctorum. Sed non est iste sensus, sed quod istud in
tabernaculum, quod erat post velamentum, id est
post velum pendens ante arcam testimonij, habebat
aureum thuribulum, & arcam, id est aureum thuribu-
lum, quod erat ante velum distinguens ista duo taber-
nacula, & habebat arcam, quæ erat intra secundum ta-
bernaculum, s. post velamentum: sic secundum ta-
bernaculum habebat ista duo, quia computabantur
ambo aliquo modo pertinere ad secundum taberna-
culum, sed differabant in se: quia vnum erat ante vela-
mentum, aliud autem post velamentum. Sed dicit
aliquis, quod ista expositio potius est extorsio quedam ri-
dicula, quia accipiendo isto modo habere, non solum
secundum tabernaculum, quod erat intra Sancta San-
ctorum habebat altare thymiamatum, quod vocatur
aureum thuribulum, sed etiam habebat mensam pro-
positionis, & candelabrum, quia ista erant in primo ta-
bernaculo, & erant ante velum Sancti Sanctorum.
Respondetur, quod ista non est extorsio: nam si aliquis
sensu verus posset dari, secundum quem poneretur
thuribulum illud aureum intra sancta sanctorum, esset
iste sensus extorsus: sed non potest assignari aliquis
modus, per quem ponatur thuribulum intra Sancta Sa-
ctorum: ergo oportet sic poni, nec est extorsio. Et pa-
tet simile multoties in sacra scriptura: nam si consi-
derentur dicta Christi in Euangelijs, quomodo aliqñ
confirmat positionem suam per aliqua dicta Prophe-
tarum, & alios libros legales, & Apostoli in Epistolis
suis: & in libro actuum Apostolorum inducunt aucto-
ritates veteris testamenti, quæ distortissimè videntur
adduci: tamen constat quod ille fuit sensus scripturæ, cum
impossibile esset Christum mentiri, & Apostolos, qui
Spiritu Sancto dictante loquebantur: & impossibile
erat Sanctam Ecclesiam errare, quæ omnia ista tanq̃
verissima suscepit. Patet de illa auctoritate, quæ ha-
betur Isa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, quæ
auctoritas secundum locum, in quo est, videtur mani-
feste referri ad aliquid, quod erat tempore Acham, vel
paulo post venturum erat. Et tamen Euangelistæ nô-
stræ, & tota sacra scriptura exponit illam de conceptu
Beate Virginis. Item id quod habetur Isaia 40. Ego
vox clamantis in deserto, videtur manifestissimè refer-
ri ad Isaiam: tamen Beatus Marcus in cap. 1. Euangelij
testatur illud fuisse dictum de Beato Ioanne. Et illud,
quod habetur Isaia 9. Primò tempore alleniata est ter-
ra Zabulon, & Nephthali: nouissimè aggravata est via
maris, quod ex contextu literæ Isaiæ videtur intelli-
gi de bello facto à rege Salmanasar, vel aliquo alio rege
contra Iudæos: & tamen intelligitur ad literam de prin-
cipio prædicationis Christi in terra Galilee, ut declarat
Beatus Matth. c. 3. In Euangelio. Quid enim in his im-
porandum est, cum tota sacra scriptura noui testa-
menti talibus expositionibus plena sit, quæ distortissi-

ma videntur? sunt tamen potissima, quia Christus, &
Apostoli sic exposuerunt. Non est ergo dicendum,
quod ista expositio extorsio sit, cum nullo alio modo re-
ctè exponi possit, ut patuit, præcipue quia aliquem co-
lorem habet etiam ex ipsa litera. Nam argumentum,
quod fit cõtra hoc, scilicet quod eodem modo diceretur
mensam, & candelabrum pertinere ad finem tabernacu-
lum, quia vtraque sunt coram tabernaculo secundo, s.
coram sancto sanctorum, non valet: quia scrip̃tura fa-
cit in hoc differentiã dicens specialiter pertinere ma-
gis altare thymiamatum ad sancta sanctorum quã can-
delabrum: nam de altari thymiamatum dicitur sem-
per, quod est ante velum, siue contra velum, vel coram:
de mensa autem, & candelabro non dicitur hæc. Pa-
ter quia hic dicitur, quod altare istud est cõtra velum, quo
tegitur arca. Et eodẽ modo dicitur infra 40. c. quod istud
altare est ante velum, siue contra velum: & idem mo-
dus habetur Leuit. 16. c. Ergo aliquem modum sius
specialem habebat altare thymiamatis respectu veli
tegentis arcam, & distinguentis secundum taberna-
culum, quem non habebat mensa propositionis, nec
candelabrum: propter quam Apostolus magis dixit
pertinere ad secundum tabernaculum, quã mensam
& candelabrum. Conclufum est ergo ex omnibus
præmissis, quod altare thymiamatum non erat intra San-
cta Sanctorum, & quod intra Sancta Sanctorum, nõ erat
aliquod thuribulum aureum, ut aliqui volebant, & quod
altare thymiamatum est thuribulum aureum, de quo
Apostolus loquitur ad Hebr. 9. cap.
Contra velum. Scilicet quod istud altare thymiamatum
specialiori modo erat contra velum, quã mensa, &
candelabrum: ideo secundum tabernaculum diceba-
tur habere thuribulum aureum, id est altare, in quo po-
nebatur thymiamata, siue thus, & erat aureum, id est o-
perum laminis aureis: & hoc habebat secundum ta-
bernaculum non intra se, sed ante se: & non dicebatur
habere ante se mensam propositionis, & candelabrum.
Quod ante arcam pendet. Ad velandum arcam distin-
guendo duo tabernacula. *Coram propitiatorio.* Id est istud Propitiato-
rium coopertorium arce factum de auro purissimo
nũquid sit. & erat quasi quedam tabula posita planè, & tẽ-
gens totam arcam, de cuius extremitatibus duab⁹ op-
positis fiebant duo Cherubim per malleationem, qui
vocalantur productiles, id est extensibiles, de quibus su-
pra 25. c. & quia istud propitiatorium erat super arcam,
quidquid erat coram arca, erat coram propitiatorio.
Sed dicebatur hic, quod istud velum pendebat ante arcam,
ergo pendebat ante propitiatorium: fit tamen men-
tio de propitiatorio, quia illud erat aliquid valde nota-
bile in toto sanctuario, cum super illud sedere dicere-
tur Deus, & loqui: & in illo parebat filijs Israel de o-
bus iniquitatibus suis. & ob hoc vocabatur propitiato-
rium, id est locus ad propitiandum, siue remittendum
iniquitates. *Quo tegitur testimonium.* Id est quod coope-
riebar tabulas existentes in arca, quæ vocabantur testimo-
nium. Erant. n. tabulæ decalogi testimonium contra
filios Israel, quia à Deo legem acceperant: ita quod necesse
fuit, & infallibiliter per illas probabatur finem modum,
quem declarauimus supra 20. c. & ista tabulæ ad custo-
diam in arca positæ sunt: & quia arca tegebatur propi-
tatorio, dicebantur tabulæ tegi propitiatorio. Ex quo
inferitur etiam id, quod probauimus supra 25. c. quod pro-
pitiatorium esset coopertorium arce, & non haberet
aliquod alterum: nam si aliud esset arce coopertorium,
non dicerentur coopertorium tabulæ, siue testimonium,
quod idem est propitiatorium: sed alio opertorio arce.
ubi loquar tibi. Id est quod in propitiatorio loquar ad reuera
est causa potissima, quare fecit hic mentionem de pro-
pitiatorio, s. ut subungeret istud dictum: loquebatur
Deus

Christus
& Aposto-
li quæ vñ
Inducere di-
storte ali-
quas au-
toritates
vet. test.

cio. Primum sensum sequitur Nicolatus: sed non est conuenienter dictum: nam non erat bonus modus deprecandi, quod sacerdos ad deprecandum se poneret super cornua altaris, quia qui deprecari debet, esse humilis debet: & hoc magis est in genuflexione, quam in alia dispositione. Item non solum ad deprecandum non est conueniens modus, quod se poneret sacerdos super cornua altaris, sed nec ad aliquid alterum: quia talis modus inhonestus est positionis, cum deberet se sacerdos effundere super totum altare, quasi extenso corpore super cornua altaris esset. Item qui illum sensum secundum sequitur litera Leuit. 16. cap. tit. scilicet quod sacerdos magnus semel in anno accederet ad illud altare, & prius esset pro se Deum deprecaturus: deinde tingat cornua altaris sanguine. Est ergo sensus: Deprecabitur Aaron super cornua eius, scilicet tingendo sanguine. *Super cornua eius semel per annum.* Scilicet solum in die propitiationis, siue expiationis. Et fiebat ista tinctio sanguinis, si vt expiaretur sanctuarium ab immunditijs filiorum Israel, vt dicitur Leuit. 16. cap. tit. cum agitur de hac tinctio sanguinis, id est quia filij Israel peccabant, quia sanctuarium Dei erat inter illos, videbatur totum inquinari ex peccatis illorum, ideo expiatur sanguine faciendo talem ceremoniam: sicut cum in Ecclesijs nostris sit effusio sanguinis, vel feminis, reconciliatur Ecclesia: & tamen ibi non fit inquinamentum Ecclesie: quia non tangit semen effusum terram, cum non effundatur in terram, si coit aliquis cum femina in Ecclesia. Vel dato quod aliquis alterum in Ecclesia peccat effundendo sanguinem, etiam si sanguis ille non tingat terram Ecclesie, vel aliquid Ecclesie, vt potest quia recipitur in aliquo panno, aut alia re, Ecclesia reconciliatur ab inquinamento illo, scilicet quia talis irreuerentia in ea facta est. Etiam si aliqua alia violentia parua fiat in Ecclesia, debet reconciliari per presbyterum, licet cum minori solemnitate quam Episcopus reconciliat, cum fiunt sanguinis, aut feminis effusiones: quia ergo ex irreuerentia filiorum Israel peccantium in circuitu sanctuarij videbatur esse pollutum sanctuarium (precipue ea, quae potissima erant, vt altaria, & propitiatorium) abstergebantur ista in sanguine oblato pro peccato. *An sanguine.* Id est cum sanguine, scilicet tingens cum sanguine cornua altaris: iuxta illud Gen. 32. cap. tit. In baculo meo transfui iordanem, id est cum baculo. Quare autem offerretur sanguis ad expiandum, late dictum fuit praecedenti capitulo. *Quod oblatum est pro peccato.* Non refertur ad sanguinem, sed ad animal subintellectum in sanguine quod oblatum est pro peccato, id est in sanguine animalis, quod oblatum est pro peccato, quia pro peccato maciatur hircus, & vitulus, & de sanguine cuiuslibet fiebat aspersio ad emundationem peccati, vt patet Leuit. 16. capitulo. Cum autem sacerdos offerebat istum sanguinem, & aspergebat in terra Sancta Sanctorum coram propitiatorio, vel coram altari thymiamatum quasi intendebat dicere: *K* haec: Domine Deus noster omnes tibi peccauimus, ego & totus populus tuus, pro quo merebamur, vt effunderetur sanguis noster ad tui satisfactionem, sed quia benignus, & clemens es, nolens mortem peccatorum, suppliciter imploramus, vt loco sanguinis nostri sanguinem horum animalium, quae tibi totus populus tuus deuote offert suscipias, & tantum satisfaciatur coram te sanguis iste pro peccatis nostris sicut sanguis noster si effusus foret. *Et placabit super eo.* Id est summus sacerdos orans pro peccato, & tingens cornua altaris in sanguine placabit Deum super istud altare: nam cum ista dicebant sacerdotes coram domino, & offerebant sanguinem illum, placabatur do-

minus remittens peccata populi sui. Et dicitur (super eo) id est in eo: quia in eo placabat sacerdos dominum tingens in eo cornua. *In generationes vestras.* Id est iste ritus placandi dominum in sanguine super istud altare durabit in generationes vestras, scilicet quod non solum faciat Aaron hoc, sed etiam generatio futura faciat hoc: & sequentes vsque in sempiternum. Et ponitur hic solum in generationibus vestris, & non ponitur in sempiternum sicut ponebatur supra, cum dicebatur de thymiamatis incensione: nam ibi vtrunque ponebatur, scilicet in sempiternum & in generationes vestras. Et ratio est, quia adoleri thymiamata fiebat quotidie, & durare debebat in omnibus temporibus futuris, in quibus superesset cultus Hebraeorum, & ad signandum, quod quotidie fiebat dicitur, quod thymiamata erant sempiternum, id est semper durans, cum semper, id est quotidie adoleretur, & non solum fiebat quotidie, sed duraturum erat in multis seculis: ideo ponitur in generationes vestras, id est in omnes generationes futuras. Quod autem sanguis super altaris cornua tingeretur duraturum erat in multis seculis, ideo posuit in generationibus vestris, scilicet in omnibus generationibus futuris: sed quia non fiebat quotidie, sed semel in anno solum, non vocatur sempiternum, id est semper factum, vel quotidianum. *Sanctum sanctorum erit domino.* Potest hoc referri ad duo, scilicet ad altare, vel ad istum ritum: si referatur ad altare, erit sensus, quod istud altare in quo fiebat ista sanguinis tinctio, & adolebatur thymiamata erant Sanctum Sanctorum, id est valde sanctum. Si autem referatur ad ritum siue ceremoniam istam, est sensus, quod istud offerri sanguinem tingendo cornua altaris huius semel in anno, erit Sanctum Sanctorum, id est erit quaedam ceremonia multum sancta, & multum applicata cultui meo. *Locutusque est.* Hic ponitur secundum principale, scilicet de populi numeratione: & est hoc quoddam interpositum, quod respondet superioribus: agebatur enim supra de sacrificijs, quae fieri debebant pro populo a sacerdotibus: hic prouidetur de necessarijs sumptibus, quonia ad faciendam tota sacrificia, & tam sumptuosam magnam expensam requirebantur. Circa quod considerandum, quod sacrificia fiebant dupliciter: quaedam fiebant per singularibus personis, & quaedam pro tota communitate populi. Sacrificia facta pro singularibus personis fiebant de sumptibus personarum singularium, quia quilibet offerebat, quod volebat, & de his non erat aliqua impositio pecuniae super populum. Sacrificia autem, quae fiebant pro communitate, fiebant de sumptibus communitatis, ita quod quilibet de populo aliquid impendebat, vt sic participaret fructum sacrificiorum, & orationum sacerdotalium. *Locutus est dominus.* Ista omnia ita vt sunt seriatim, ita a Deo dicebantur, & sic Moyses postea ea scripsit. *Quando tuleris summam filiorum Israel.* Id est quocumque volueris scire summam omnium filiorum Israel, siue quia Deus mandat eos numerari ad aliquid, sicut patet Num. 1. cap. siue quia Moyses, aut alij sacerdotes post eum ex aliqua causa volebant scire, vel habere summam filiorum Israel debebant facere ista, quae sequebantur.

An licitum sit numerare totum populum.

Q V A E S T I O. IX.

SED diceret aliquis: videtur, quod ista regula data hic a Deo sit superflua, vel male posita: Nam, si mandat fieri tale, vel tale, cum numeratus fuerit populus.

Sed non licet numerare populum, ergo male posita est: sicut si daretur aliqua regula de fornicando, vel occidendo, vt potest si diceretur, cum fornicatus fueris cum vxore proximi tui, dabis medium siclum in sacrificijs: quia hoc videtur tale factum approbari. Quod autem non liceat numerari populum, patet, quia si licuisset numerari populum, Dauid non fuisset punitus pro numeratione populi: sed fuit punitus grauius Dauid cum populo suo in populi numeratione, quia magna pestis crassata fuit super populum, ita vt auoreretur septuaginta milia virorum, vt patet 2. Reg. 24. capitulo: ergo illicitum erat populum numerari. Item illud, ad quod diabolus, vel furor Dei nos incitat non est bonum, nec faciendum: sed ad numerandum populum diabolus, vel furor Dei nos incitat: ergo maior patet, quia diabolus non mouet ad bonum, vel furor Dei: sed ad bonum mouemur a pietate Dei. Minor patet 2. Reg. 24. cum dicitur: & commouit furor domini Dauid, vt numeraret Israel. Respondetur, quod computatio populi aliquando bona est, & de se non est illicita: id enim quod ex aliqua causa bonum esse potest, non est totaliter malum, siue per se malum: sed numerare populum ex aliqua causa est bonum, imo necessarium: ergo non est per se malum. Maior patet, quia illa sunt per se mala, quae sunt mala ex genere, ita quod secundum genus suum mala sunt, & nihil in illo genere est, quod bonum sit, & quomodocumque fiat, malum est. Ista sunt de quibus Arist. dicit in 2. Ethic. quod quaedam mox nominata cum malitia sunt conuoluta, vt inuidia, gaudium de malo, adulterium, furtum, & similia. Patet minor, scilicet quod interdum bonum sit, imo necessarium, numerare populum: nam quando tributa a principibus iuste petuntur, necessarium est populum numerari, cum in qualibet ciuitate, aut oppido quilibet secundum capita soluat praeter eos, qui aliquo priuilegio excusantur: ad quod omnes numerari oportet, ne qui maneant non soluentes, quod redundaret in damnum aliorum soluentium, quia illis totum onus solutionis incurreretur, vel quia reges suis iuribus fraudarentur. Oportet etiam numerare populum, cum aliqua magna bella faciendae sunt, vt de quolibet loco quota pars gentis ad bellum procedat. Alij etiam sunt casus, in quibus numerari populum licitum est. Item id quod Deus mandat fieri non est illicitum: sed Deus mandat numerari populum, vt patet Num. 1. cap. vbi summa totius Israel sumpta est, ergo non est malum. Si autem obijcias, quod maior non est vniuersaliter vera, scilicet quod id, quod Deus mandat fieri non est malum: nam licet id quod Deus mandat quando ipse mandat malum non est propter auctoritatem mandantis, & interpretantis: interdum tamen mandat talia fieri, quae si ipse non mandaret, & fierent, mala essent: vt patet de immolatione Isaac imperata Abraham: nam tunc Abraham voluit immolare filium suum Isaac, & parauit omnia vsque ad extensionem gladij super eum, & in hoc multum laudatur: & propter hoc Deus confirmavit ei maximas reprobationes, & amplauit eas: si tamen fecisset sine mandato Dei, pessimum vir fuisset volendo interficere filium suum: & sic interficere filium, quod de se malum erat, ex mandato Dei bonum effectum est. Et sic isto modo dicit aduersarius, quod licet omnia, quae Deus mandat, quando ipse mandat, bona sint propter eius auctoritatem: tamen aliquando sunt secundum se mala, quae non liceret alicui viro facere, nisi Deus mandasset: sic ergo dicit hic, quod licet numeratio populi facta, de qua habetur Numer. primo capitulo, fuerit bona quando a Deo mandata est, tamen de se mala est. Respondetur.

Alph. Toft. super Exodi

detur, quod numeratio populi facta a Moyse, de qua Numer. 1. capitulo, non solum fuit bona, quia a Deo mandata fuit, sed etiam quia de se mala non erat, cum alicui etiam sine mandato Dei liceret, sicut supra declarauimus, scilicet cum tributa soluenda sunt, aut bellum agendum est: ibi autem fuit vnus casus de istis, scilicet quia computantur omnes, qui ad bella procedere possunt. Ad argumenta in oppositum, ad primum cum dicitur, quod si numeratio populi licita esset, non fuisset iniusta poena Dauid, & populo suo propter illam & cetera. Respondetur, quod numeratio populi secundum se indifferens est ad malum, & ea quae sic se habent in moralibus, assumunt rationem boni & mali ex circumstantijs, & potissimum ex fine, vt innuitur 3. Ethicorum. Cum ergo numeratio ad bonum finem fiat bona est: cum autem ad malum finem mala est: non ergo Dauid fuit punitus cum populo suo, quia numerauit populum, sed quia ad malum finem numerauit, scilicet ad gloriam suam volens delectari in multitudine plebis, non referendo ista in Deum. Et ideo quia ista numeratio erat mala: quia nullam causam apparentiam bonitatis habebat: Ioab princeps exercitus, & ceteri principes Dauid restiterunt ei a principio, vt non numeraret, sed postea inualuit sermo regis, & facta fuit numeratio: cum autem fit numeratio ex bono fine, mala non est: vt potest si subijt aliqua necessitatis causa, sicut bellum, vel tributa soluenda. Et tunc vt videatur numeratio fieri ad cultum Dei, & non ad hominum gloriam mandatur hic, quod quilibet numeratus soluat dimidium siclum. Cum autem Deus mandat fieri numerationem populi ex bono fine mandat, ideo licita est. Ad aliud argumentum, quando dicitur quod id, ad quod diabolus, vel furor Dei nos incitat non est bonum, sed ad numerandum populum fuit incitatus Dauid a furore Dei. ergo: Respondetur, quod Dauid non fuit incitatus a furore Dei ad numerandum populum non vt decebat, ita vt poena dignus esset. Et sic verum est, quod dicitur: tamen consequentia nihil probat: quia non arguit de numeratione populi secundum se, sed de numeratione mala. Conclusum ergo manet ex praedictis numerationem populi de se malam non esse, ideo aliquando licite fieri. *Iuxta numerum dabunt singuli precium.* Id est quod fuerint numerati tot dabunt precium. *Pro animabus suis domino.* Id est pro seipsis, vel pro vita sua: quia anima aliquando signat totum hominem: aliquando autem signat vitam, scilicet quod isti numerati dabunt precium domino pro seipsis, vt Deus conseruet eos, ne pereant, & istud precium dabatur domino, quasi dicat, ad sumptus sacrificiorum, & aliorum necessariorum in ministracionibus sanctuarij. *Et non erit plaga in eis cum fuerint recensiti.* Id est si quando numeraueris populum acceperis istam quantitatem precij a quolibet non veniet super eos aliqua plaga: si autem non soluerint precium, erit in eis pestis disperdens, vt patet de numeratione quam fecit Dauid in populo Israel, & mortui sunt septuaginta mille viri, vt patet secundo Regum vigesimo quarto capitulo: licet non solum erratum fuit ibi in non soluendo precium: sed etiam in alio principaliter erratum fuit, scilicet quia non fuit ad bonum finem facta numeratio. Dicitur tamen hic, quod cum solueretur istud precium, non esset plaga in numeratis, quia cum non ex bono fine numeratio fit, tunc est plaga in numeratis, & quia cum isti numerati aliquid Deo dant, cum numerantur, vt quilibet det dimidium siclum, non vt fieri nu-

Pars Secunda. N meratio

Roffi. ad argum. Ad primu

Ad fm. argum. Roffi.

Qf fiebat tinctio sanguinis super cornua altaris.

Oso q fiebat sacrificio oblato pro peccato.

meratio ad gloriam hominum cum magis impendatur ibi cultus Deo: non ergo erit plaga in numeratis. *Cum fuerint recensiti.* Idest numerati, quia recensere numerare est: censere aut numerare, vel iudicare. *Hoc autem dabit omnis, qui transit ad numerum.* Hic taxatur precium: dicuntur transire ad numerum omnes, qui ponuntur inter numeratos, & hoc est quoddam transire, quia ante non erat de numeratis, & postea efficitur de numeratis: nam pueri cum nascuntur non ponuntur in numero, nec fit de eis aliqua mentio, cum autem accedunt ad viginti annos incipiunt numerari, & dicuntur transire ad numerum, ut patet Num. 1. ca. ubi in secundo anno mandata sunt fieri ista numeratio: idem Num. 14. & tunc incipit mentio fieri de istis in Israel, quasi sit unus vir in Israel magis quam esse solebat. Cum autem sint in Israel multi adolescentuli, & pueri, qui nondum vigesimum annum attigerunt, ita fit de eis ac si nati non essent, quia non addunt aliquid vel diminuunt in multitudine populi: cum autem attingentes annum vigesimum soluant dimidium siclum, & transeunt ad numerum, & computantur esse plures viri in Israel quam ante erant. Et dicuntur transire ad numerum, quia tunc incipit esse maior numerus virorum in Israel, & quia iste incipit computari quasi unus de populo. Vel ad nomen transeunt, quia antea non nominabatur in Israel: nunc autem nominatur. *Dimidium siclum.* Siclus moneta argentea est: quantum autem valoris sit nunc constare non potest, quia a multis retro saeculis talis moneta cessauit, & est siclus moneta, & pondus. Patet, quod sit moneta, quia dicitur, quod pro tali aut tali re dabuntur quinquaginta sicli: aut decem sicli, vel quinque, ut patet Leuit. 27. c. ubi agitur de appreciatione vororum. Est etiam siclus pondus, quia dicitur hic: siclus viginti obolos continet. Sic etiam patet Leuit. ultimo, & Numer. 3. & saepissimè. Nec tamen propter hoc dicendum est, quod siclus cum est pondus sit diuersus a siclo cum est moneta, sed vtrunque idem est: nam siclus est moneta de argento: moneta autem metallorum preciosorum qualia sunt aurum, & argentum consistunt in debita figura, & certo pondere. Est ergo siclus moneta argentea, & habet pondus viginti obolorum. *Iuxta mensuram templi.* Dicitur hoc, quia erat differentia in siclis. Nam siclus mercatorum, & qui vulgariter habebatur parvus erat: siclus autem tabernaculi maior erat, & secundum hunc fiebant omnes solutiones vororum, aut aliarum rerum pertinentium ad sanctuarium. Et dicitur hic: iuxta mensuram templi, quod nunquam in toto Pentateucho Moyse reperies nisi hic: quia alibi semper dicitur iuxta mensuram sanctuarij, siue tabernaculi: templum autem nunquam nominat. Nos etiam in locutionibus nostris differentiam facimus: quia loquentes de sanctuario constructo per Moysen illud vocamus tabernaculum: loquentes autem de sanctuario per Salomonem constructo vocamus illud templum, & rarisimè mutamus ista nomina, nisi abuten-tes: hic autem mutauit Hieronymus. Sed non multum differt, quia tabernaculum poterat templum nominari: cum quaelibet magna domorum constructio (antiquorum more) templum nominetur quasi rectum amplum. Sanctuarium autem factum per Moysen satis amplum, & magnum erat: accipiendo tabernaculum cum atrio, sed non accedebat ad medieta-tem, nec ad aliquam magnam partem templi Salomonis, quia Salomon valde magna construxit aedificia. *Sicut viginti habet obolos.* Hic ponitur sua quantitas in pondere, ne ab aliquo defraudetur per defalcationem certi ponderis. *Media pars sicli offerretur domino.* Siue esset siclus, & medius siclus moneta distincta sicut florenus, & medius florenus, siue solum siclus es-

set moneta, & dimidius siclus non: sed haberet etiam moneta minore, quae aequipararet valorem dimidij sicli non refert, quia quocumque modo se haberet oportebat solum dimidium siclum. *Qui habetur à viginti annis, & supra.* Idest ille qui incipit iam haberi in numero: ita quod numeratur tanquam vnus de viris Israel: vel habetur in numero, idest scribitur in aliquo libro inter ceteros Israelitas. fiebat autem numeratio ista in vigesimo anno, quia tunc incipit homo fieri aptus ad quacumque pertinentia ad hominem, scilicet ad actus bellicos, & ad iudicandum, & alia similia: vnde secundum constituta ecclesia, qui vigesimum annum attingit, iudex delegatus dari potest, ut patet extra. de officio, & potestate iudicis delegati cap. cum vicefimum, etiam ad bellum potentes incipiunt esse: ideo in vigesimo anno computantur omnes viri bel-latores, ut patet Num. 1. & 14. ca. *Dives non addet ad me-dium sicli, & pauper non diminuet.*

Quare Deus voluit in veteri testamento aequaliter diui-tes, & pauperes soluere dimidium siclum domino, & quod nullus dives soluere vltra, etiam si vellet: & in quo attenditur meritum in oblationibus.

QV AESTIO. X.

PONITVR hoc de siclo ad tollendum conten-tiones. Poterant enim contentiones in hoc nasci dupliciter: vno modo, quod cum pauperes viderent diuites soluentes medium siclum, putarent non esse iustum eos tantum solaere, & dubitarent vtrum tantum soluerent: cum autem exprimitur hoc, non est locus dubitandi. Alio modo poterant nasci contentio-nes, quia ista pecunia dabatur pro sumptibus sacri-ficiorum: diuites ergo moti deuotione vellent dare multum, pauperes autem non possent tantum dare: quamobrem quodam dolore stimulantur, putan-tes non tantum pertinere ad eos sacrificia Dei, sicut ad diuites. Etiam quia propter hoc aliqui contende-rent, ut magis quam alij darent: intantum quod de-pauperarentur. Etiam ex hoc diuites possent super-bire existimantes esse pauperes alienos a Deo, & se esse ei coniunctos: pauperes autem fumerent ex hoc oc-casionem inuidendi. Ista autem Deus volens totali-ter eliminare mandauit, ut omnes aequaliter darent: nec quisquam ex auaritia diminueret. Fundamen-tum tamen istorum non erat conueniens, scilicet quod diuites magis se putarent coniunctos Deo quam pau-peres, & quod pauperes se alienos magis putarent: nam non dicitur aliquis magis placere Deo ex hoc, quod maiora dat, sed quod ex maiori affectione dat: nam res exteriores secundum se non acceptantur a Deo, sed voluntas nostra: cum ergo aliquis ex magna affe-ctione pauca dederit, multum acceptatur a Deo. Si verò aliquis magna tribuerit ex remissa affectione, modicum meretur: nam si res ipsa exterior secundum se ipsam acceptaretur, si aliquis inuitus daret mil-le, & alius valde placens daret decem, magis placeret, qui daret mille, quam qui daret decem. Sed falsum est, quia nec secundum Deum, nec secundum homi-nem placet ille, qui inuitus aliquid facit. Et dato quod aliqui deuotè Deo aliqua exhibeant, & vnus exhibeat res magnas, & alius res paruas, si ille qui parua tribuit ex maiori valde affectu tribuerit, magis meret, quod ma-gna tribuit, & deuotè: sed non tamen deuotè. Et sic interdū eueniet, quod aliq; deuotè offerens aliq; magna Deo mi-nus

Offerens parua est magna affectione multum acceptatur.

Magis liberalis est in Aristo. q. ex paucioribus dat q. qui plura dat.

Magis graue erit Deo q. ex maiori affectione dat q. q. ex pauca.

nus mereatur, quam ille, qui solum habet voluntate offerendi, & non offert, quia potest excedere deuotio eius, qui vellet dare, & non dat in magna intentione ad deuotionem alterius, qui actualiter res magnas dedit: nos tamen cum videmus aliquos Deo offerentes ali-quid, & deuotè, illos iudicamus magis mereri, quam hi, qui potiora contulerint, & satis rationale iudiciū est ceteris paribus: nam quod aliquis det de rebus suis, & per hoc diminuatur in facultate sua quaedam grauitas esse videtur, & nullus de rebus suis daret, nisi diligeret id cui dat, vel finem pro quo dat: cum ergo aliquis plu-ra dat, maiorem rerum suarum sustinet diminutio-nem, ideo magis amare videtur, & ex maiori intensio-ne deuotionis facere. Item adhuc omisso actu inter-iori, in quo fundatur tota ratio gratitudinis, quantum ad Deum, & homines non dicitur aliquis magis place-re Deo, quia plura dat: sed quia ex paucioribus dat: si-cut patet de vidua paupercula, quae duo minuta era intulit in gazophylacium, & Deus laudauit illam obla-tionem magis quam oblationem omnium diuitum, ut patet Lucae 22. c. Etiam considerando secundum homines non dicitur aliquis magis, aut minus libera-lis, quia plura, aut pauciora dat: sed quia ex pauciori-bus tanta dat. Sic enim ait Arist. in 4. Ethicorum c. de liberalitate, quod in liberali non attenditur quanta det, sed ex quantis det. Item quia inter amicos, qui honestè se diligunt, quando fit retributio, quae vocatur se-cundum aequalitatem, non consideratur quantitas re-rum datarum, sed quantitas electionis, idest ex quanta voluntatis promptitudine det, ut ait Arist. circa finem 8. Ethicorum, & in principio noni: sed nos placemus Deo cum ei aliquid sponte offerimus, non quidem ex rebus, sed ex voluntate: quia amicus honestus est, & amicos honestos desiderat. Ergo magis gratus erit apud Deum ille, qui ex maiori affectione dat, quam qui ex pauca: pauperes ergo isti licet darent modicum, & diuites multum, poterant tantum graue esse Deo, sicut diuites, & magis adhuc. Etiam hoc consi-derato diuites non habent superbiendi locum, cum quilibet pauper modicum dans magis quam ipsi mul-tum dantes mereri possent. quia tamen erat populus rudis non attenderet forè ad ista, & essent inter eos contentiones: & inuidie, quod non decebat: potuit er-go Deus legem omnia ista scandala auferentem. *Su-sceptamque pecuniam, quae collata est à filiis Israel.* Idest sus-cipies pecuniam, quae collata est à filiis Israel, scilicet qui numerantur, & trades eam in vsu sanctuarij, ponit participium susceptam, ut breuior locutio sit, ne cogantur esse duae orationes. *Trades in vsu tabernaculi testimonij.* Idest pones in aliquo gazophylacio, ut cus-todiatur ibi ad necessitates tabernaculi, scilicet ad sa-crificia, ad ligna ducenda, ad comportandas aquas: ad restauranda quaecumque indigeant restoratione. *Ut sit monumentum eorum coram domino.* Idest ut sit me-moria de illis coram Deo. Dicitur monumentum, quasi monens mentem, scilicet quod quando illam pec-uniam, quae erat in gazophylacijs Deus videbat, re-cordabatur quod dederant eam filij Israel, & miserebatur eorum remittendo peccata. Est autem modus iste lo-quendi humanus, ut ea, quae pertinent hominibus at-tribuuntur Deo: sic enim homines; qui quandoque obliuiscuntur, cum vident aliquid, quod ab alijs acce-perunt, recordantur eorum. *Et proprietur animabus eo-rum.* Idest Deus recordatus eorum, quod obtulerint illud ad cultum eius, miserebitur eorum.

Mare 2. neum. 36. d. c. ec-clesiasticis §. ecce in an. 7. 40.

Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Facies & labium æneum cum basi sua ad lauandum: ponesque illud inter Alph. Post. super Exodi

tabernaculum testimonij, & altare. Et missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas, ac pedes, quando ingres-suri sunt tabernaculum testimonij, & quan-do accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiana Domino, ne forte morian-tur. Legitimum sempiternum erit ip-si, & semini eius per successiones. Locu-tusque est Dominus ad Moysen, dicens: Sume tibi aromata prima myrrhae, & electae quingentos siclos, & cinnamomi medium, idest ducentos quinquaginta si-clos: calami similiter ducentos quinquaginta siclos, casia autem quingentos si-clos in pondere sanctuarij, oleum de oli-uetis mensuram hin. Faciesque vnctio-nis oleum sanctum vnguentum compo-situm opere vnguentarij, & vnge ex eo ta-bernaculum testimonij, & arcam testa-menti, mensamque cum vasis suis, can-delabrum, & utensilia eius, altaria, thy-miamatis, & holocausti, & vniuersam suppellectilem, quae ad cultum eorum per-tinet: sanctificabisque omnia, & erunt Sancta Sanctorum. Qui tetigerit ea, san-ctificabitur. Aaron & filios eius vnge; sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi. Filij quoque Israel dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in ge-nerationes vestras. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo qui-cunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Dixitque Dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten, & onycha, galba-num boni odoris, & thus lucidissimum: aequalis ponderis erunt omnia. Faciesque thymiana compositum opere vnguenta-rij mixtum diligenter, & purum, & san-ctificatione dignissimum. Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contruderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. Sanctum San-ctorum erit vobis thymiana. Talem com-positionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino. Homo qui-cunque fecerit simile, ut odore illius per-fruatur, peribit de populis suis.

Oleum vn-ctionis.

Infra 40.

Thymia-ma.



Quid erat i lege veteri transire ad numerum.

In totis Pentateucho nunquam vocatur tabernaculum Moysi templum nisi in isto loco.

Locutusque est dominus. Hic ponitur tertium principale, scilicet de labri aenei fabricatione: nam labrum aeneum necessarium erat ad lauandos sacerdotes in omni ministracione, & hoc erat de primis secundum naturam, licet ponatur posterius secundum ordinem artificialem. **Locutus est dominus ad Moysen.** Scilicet postquam dixit Deus, quo modo colligi debebat pecunia dimidiatorum scilicet ab his, qui numerabantur, hic dixit ei de labro, in quo sacerdotes lauabantur. Quod autem Deus Moysi ista omnia, quae hic scripta sunt dixerit, satis notum est: nam mutatio anteriorationis, vel posteriorationis nunquam fit rationabiliter a scriptoribus, nisi cum narratur aliqua historica, in quibus interdum oportet mutare ordinem naturalē sequendo artificialem. Cum autem solum narratur aliqua dicta non enarratis historiis, non debet fieri mutatio ordinis: nisi forte is, qui locutus fuerit, nescierit tenere ordinem in loquendo. Cum ergo Deus ista pronulerit eo ordine, quo ea proferri decebat, non est putandum quod Moyses aliquid de ordine eorum mutare attentauerit: sic ergo, ut hic enarrantur, Deus Moysi prius enarrauit in sententia, & verbis, atque ordine nihil mutando.

An omnia que dicta sunt Moysi de fabricatione tabernaculi dicta fuerint ei simul sine aliqua cessatione.

QV AESTIO. XI.

EST autem dubium utrum omnia ista simul Moysi dicta fuerint, si quod postquam angelus, qui loquebatur in persona Dei, nunquam cessauerit ceperat loqui usque; quo ista omnia consummauit, quae ponuntur a principio c. 25. usque ad finem trigesimi primi. Vel si dicta sunt interpolatim, ita quod partim diceret ei vna die, & partim altera. De hoc autem certitudo haberi non potest omnimoda, cum nihil tale Moyses scripserit, & non est maius inconueniens sic quam aliter assignare. Si autem dicamus, quod ista interpolatē dicta sunt, oportet dici quod fieret interpolatio, ubi sunt principia sententiarum, & magne distinctiones, ut potest dictum fuit de arca, de mensa, de candelabro, de altari, & ceteris: non faceret aliquam interpolationem angelus loquens, donec finiret totum, quod de arca scriptum est de partibus eius, scilicet de propitiatorio, quod tegebat eam, & de Cherubim duobus, ceterisque, quae ad arcam pertinebant: deinde dicitur de mensa, non cessaret angelus loqui de mensa quousque finiret de fabricatione eius, & vasis suis: idem modus teneretur dicendo de candelabro, dicendo de cortinis, de tabulatis, de altaribus, & atrio, & vestibus sacerdotalibus, & consecratione sacerdotum. In isto c. 30. poterat facere quinque interpolationes, scilicet vna die diceret de altari thymiamatis cum ritu offerendi thymiamata: altero die de computatione populi, & collectione populi: deinde de labro aeneo: altero die de mixtione thymiamatis: deinde de factione olei vntionis, & sic in alijs c. poterant fieri clausulae, & interpolationes diuersae. Aliqualiter autem videtur dicendum, quod fuit facta interpolatio in his locutionibus, quia aliter non ponerentur hic capita tot rationum, scilicet locutus est, & iterum locutus est, & sic de ceteris: non ergo fuit vna locutio continuata, sed plures secundum interpolationem. Item aliquantulum conuincitur hoc, quia si ista simul dicta fuerant, sine interpolatione fuerant completa multis diebus antequam descenderet Moyses de monte in die quadagesimo, portans secum tabulas faderis, & in hoc

quia in vna die, vel vna hora, aut parum plus ista dici poterant: sed ista fuerunt completa, quando Moyses descendit ferenstabulas legis: ergo non fuerunt simul dicta, sed interpolatē. Antecedens patet, scilicet quod completa fuerint quando descendit de monte, quia dicitur infra 3. r. c. deditque Moysi completus huiusmodi sermonibus in monte Sinai duas tabulas lapideas testimonij scriptas digito Dei, & postea in c. 32. innuitur quomodo Moyses post dationem tabularum descenderit immediate, vel quasi, ut patet, quia iam fuerat vitulus factus in castris, quando descendit Moyses, & paulo ante factus fuerat: quia tunc canebar ante illum facientes solennitatem magnam, tanquam nouo Deo. Et sic etiam fuera: vitulus factus quando tabulae datae sunt Moysi: manifestum est ergo Moysi datae esse tabulas in fine quadraginta dierum cum iam factus esset vitulus constans. Quod clarius habetur Deut. 9. cap. cum dicitur: Cunctis transiens quadraginta dies, & quadraginta noctes, dedit mihi dominus duas tabulas lapideas tabulas faderis. Ergo in quadagesimo die quo stetit Moyses in monte cum Deo, fuerunt completa ista verba. Ex quo satis innuitur, quod interpolatē, & per multos dies dicta sunt, licet potuisset Moyses ista omnia in vna hora firmiter scire, ita ut non obliuisceretur: quia daret ei Deus ingenium capax, & tenacem memoriam, cum eum tunc supernaturaliter subleuaret: quoniam alia maiora fecit Deus Moysi in monte, quam ut ista in vna hora perfecte sciret.

H *Facies & labrum.* Id est non solum requiruntur ad sacerdotalem ministracionem ista, quae supra enarrata sunt, sed etiam quod fiat quoddam labrum aeneum ad lauandum sacerdotes. *Labrum aeneum.* Vocatur labrum vas quoddam amplum habens parietes eminentes tanquam labia oris nostri prominent cetera aequalitati vultus. Et vocatur alio nomine luter, sicut patet in constructione templi Salomonis, vel vocatur mare aeneum de quo 3. Regum capitulo 7. Erat autem istud labrum siue mare factum de aere, & ob hoc vocatur aeneum: cuius figura erat sicut est in quibusdam monasterijs, scilicet quod sunt quadam magna lauatoria lapidea acuta in parte inferiori, & supra ampla atque capacia, & habent parietes quosdam prominentes tanquam labia, & canales quosdam per quos aqua fluit cum emitti debet. *Cum basi sua.* Ex hoc notatur, quod istud labrum non erat planum, & latens super terram sicut peluis, ita ut sacerdotes intus pedes mittere possent, quia tunc non haberet basim, sed ipsum vas locatum esset super terram. Dicitur tamen quod habebat basim, ita quod esset ista basis de aere tanquam quidam postis aequaliter altus, & fixus in terra. Vel forte licet in medio esset stratus, erat in pede amplus, & supra amplus, ut sic conuenienter sederet. Et dicitur cum basi sua. referendo ad hoc, quod dicebatur aeneum, scilicet quod labrum erit aeneum, & basi sua erit aenea. *Ad lauandum.* Scilicet ad lauandum manus, & pedes sacerdotum cum ministrare debent, ut infra patet, & ad lauandum intestina pecorum immolatorum, ne cogerentur educere illa extra castra, aut aliquem alium locum extra sanctuarium. Quod autem dicitur supra de labro aeneo cum basi, aliter adhuc potest intelligi, scilicet quod labrum dicatur vas amplum capax aquarum habens canales, per quos aqua fluat ad lauandum, & istud fundabatur in quodam postis de aere factis, ut altum esset: sicut mare aeneum, quod Salomon iussit fieri super duodecim boues aeneos positum est, ut patet 3. Regum capitulo septimo: basis huius labij dicitur quoddam vas satis amplum, & adhuc magis amplum quam ipsum labrum locatum super terram, in quo figebatur pes labij aenei, & in hoc

Qualiter esset factum labrum aeneum.

Quod labrum aeneum in atrio ponerebatur.

hoc recipiebatur aqua defluens a labro aeneo, & ibi ponebant sacerdotes pedes suos, ut lauarentur: aliter autem non lauarentur congruenter pedes sacerdotum, quia tota aqua cadens de labro aeneo per planum deflueret, & terra ipsa apud labrum tota lutosa esset, & omnia contaminans. Cum autem caderet in basim illam aeneam lauabantur conuenienter sacerdotes: & non sequebatur aliquod de praedictis inconuenientibus. sic ergo debet assignari labrum aeneum cum basi sua. *Ponebaturque illud inter tabernaculum & altare.* Ista duo ponebantur in atrio tabernaculi, scilicet labrum aeneum, & altare holocaustorum. Non enim decuit, quod poneretur intra tabernaculum, quia tunc cum in labro aeneo abluantur sacerdotes ab immunditijs suis, oporteret sacerdotes adhuc immundos introire in tabernaculum. Item quia in basi labri aenei lauabantur intestina pecorum immolatorum, sed ista erat ministratio banaua: ergo non debuit fieri intra tantam puritatem, quantum decebat esse in tabernaculo. Item sequeretur circulus, & superfluous motus. Nam cum ad omnem ministracionem oporteret, quod sacerdotes lauarentur: necessarium erat, quod quando in altari holocaustorum ministrarent, quod lauarentur: sed altare holocaustorum erat in atrio tabernaculi: ergo oportebat primum intrare sacerdotes in tabernaculum ad lauandum manus, & pedes, & rursus exire ad atrium tabernaculi, & vestes accipere atque ministrare in atrio tabernaculi in altari holocaustorum. Conuenienter ergo labrum aeneum in atrio tabernaculi positum est, intra tabernaculum autem nullatenus conueniebat. Erat autem istud labrum inter altare holocaustorum, & tabernaculum, quia altare holocaustorum erat circa ostium tabernaculi, sed non totaliter coniunctum, in illo autem medio spatio lateris tabernaculi, & altaris erat locatum labrum aeneum. *Et missa aqua lauabunt in eo.* Erat labrum istud vas magne capacitatis, & mittebatur aqua intus atque per canales defluebat in basim aeneam labij eiusdem, quae figurata erat secundum modum supra assignatum. Aquam istam portabant Leuitae, qui ministrabant in necessitatibus tabernaculi testimonij, siue totius sanctuarij, & postea populus Israel determinauit seruos, qui ista facerent portantes aquas ad lauandum omnia, & ligna ad cremanda sacrificia. Nam Gabaonites deciperunt Israelitas dicentes se esse de longinquo, & sic pacis fadera cum eis inierunt, quae aliter nullatenus patrauisent. Cum autem Israelita cognito, quod essent de terra Chanaan vellent occidere eos, propter reuerentiam iurisdictionis non deleuerunt eos, sed fecerunt seruos in domo domini. Sic patet Iosue 9. c. cum dicitur: Fecit ergo Iosue, ut dixerat, & liberavit eos de manu multitudinis filiorum Israel, ut non occiderentur: decreuitque illo die esse eos in ministerio cuncti populi, & altaris domini cedentes ligna, & aquas portantes. *Manus suas, & pedes.* Ratio quare lauabantur in istis duabus partibus corporis erat: quia forte, ut ait Iosue, calcabantur quibusdam sandalijs cum ministrabat. Vel forte, quia ista duae partes magis sordes contrahunt quam aliae: pedes enim ex puluere vel luto, manus autem ex contactione aliarum rerum. Vel fiebat hoc propter significationem, scilicet ut qui domino ministrare debent, mundi operationibus, quae per manus notantur, & in affectionibus, quae pedum nomine assignantur, esse debent. *Quando ingressi sunt tabernaculum testimonij.* Ad omnem ministracionem sacerdotes lauari debebant, sed quaedam ministraciones suae fiebant intra tabernaculum, & quaedam in atrio tabernaculi, ideo de vtraque ponit. Et primo de illa, quam explebant ingredientes in tabernaculum testimonij, quam ponit explicitē: aliam autem, quae erat in

Alph. Tost. super Exodi

atrio tabernaculi, non ponit explicitē. In tabernaculo autem erant quatuor ministraciones, quarum vna exprimitur hic, & ceterae subtrahuntur. Prima erat in menta propositionis, cum ponerentur, & tollerentur panes per singula Sabbathata, ut patet Leuit. 24. Secunda erat paratio lucernarum candelabri, de qua hic, quam exercebat Aaron, vel sacerdotes minores. Tertia erat in altari thymiamatum incendendo thymiamata: de qua et dicitur hic. Quarta erat in Sancta Sanctorum aspersio sanguinem coram propitiatorio, & orando pro peccatis totius populi. Tertia istarum, scilicet cum thymiamata offeruntur in altari, ponitur hic, sed non magis de ista, quam de alijs intelligendum est: nam ad intrandum in Sancta Sanctorum, quae erat quarta ministratio requirebatur, ut sacerdos magnus laigaretur, ut patet Leuit. 16. cap. *Et quando accessuri ad altare.* Scilicet ad altare thymiamatum: quod patet immediate ex litera. *Ut offerant in eo thymiamata.* Ex hoc innuitur, quod supra dicebamus, scilicet quod non solum Aaron, & quilibet sacerdos magnus incendebat thymiamata, sed etiam sacerdotes minores, quia dicitur hic, quod lauent manus, & pedes Aaron & filij eius, quando ingrediuntur in tabernaculum, & quando in gressu sunt ad altare, ut offerant in eo thymiamata: ecce qualiter pluraliter loquitur de hoc. Ergo necessarium est referri ad Aaron, & filios eius. *Ne forte moriamur.* Id est si non obleruant istam caeremoniam de lauando pedes, & manus, cum ministrant, morientur, & sic de alijs caeremonijs, quae voluntarie omittunt: sic enim Nadab, & Abiu filij Aaron, non seruauerunt caeremoniam de igne offerendo coram domino in thuribulo, & egressus ignis deuorauit eos, ut patet Leuit. 10. cap. quia ignem alienum obtulerunt: idem sequeretur pro qualibet alia caeremonia ex contemptu omissa. *Legitimum sempiternum erit ipsi.* Id est ista lotio manuum, & pedum cum ministrare debent, erit eis lex caeremonialis sempiterna, scilicet quod semper istam caeremoniam obierint. *Et semini eius per successiones.* Id est ipse cum filijs suis seruabunt nunc istam caeremoniam dum sacerdotio funguntur: deinde successores sui etiam obseruabunt eam. **Locutus est dominus.** Hic ponitur quartum principale, scilicet de vntionis compositione, scilicet qualiter Moyses accipiens diuersas species conficeret quoddam vnguentum, siue oleum ad vngendos sacerdotes, & sanctuarium. *Sume tibi aromata.* Dicitur aroma quaedam confectio facta ex aliquibus speciebus: & ista confectio reddit magnum odorem. *Prima myrrha.* Id est quod ista aromata erant confecta principaliter ex myrrha prima, licet aliae species ibi essent. Et vocatur myrrha arbor quaedam odorifera valde, a qua duplex succus elicitur, qui myrrha, vel myrrhum nuncupatur. Quaedam est, quae ab arbore procedit per modum emanationis, & est multum efficax, & vocatur myrrha prima: secunda est, quae fluit ab arbore per corticis incisionem, & grossior est: nec est magni valoris. De myrrha prima manante sponde sua per modum cuiusdam euaporationis, est hic sermo, quia melior est, & magis odorifera. *Et electa.* Non solum ista myrrha debebat esse prima, quae melior est, quam secunda generaliter: sed quia inter primas myrrhas est differentia generaliter nobilitatis, oportebat eligi illam, quae inter multas primas melior esset. *Quingentos siclos.* Hic siclus accipitur pro pondere sicut supra dicebatur, quia siclus continebat viginti obolos: & moneta illa argentea, quae vocabatur siclus eiusdem ponderis erat cum debite facta erat non carens legitimo pondere.

Quatuor ministraciones in tabernaculo.

Sacerdotes vntunt, omittentes aliquam caeremoniam in ministrando moriantur, quod non debuit fieri, & in cauti ministrando.

Duo confectiones fiebant in sanctuario, quarum una erat liquida altera vero sicca.

QVAESTIO. XII.

SCIENDVM autem qd hic fiebant duae confectiones, quarum una erat ex multis speciebus ad faciendum vnguentum, siue oleum vnctionis. Secunda compositio erat ad faciendum thymiamia boni odoris. Illa autem, quae erant in prima compositione erant magis humida quam sicca, cum ex eis componatur aliquid quod humidum, & fluidum aliquo modo est, si vnguentum vnctionis: vel saltem ea, quae humida erant ponebantur in maiori pondere quam ea, quae sicca erant. In secunda compositione ea, quae ponebantur magis erant sicca quam humida, vel saltem ea, quae sicca erant in maiori pondere ponebantur. Et patet, quia fiebat inde thymiamia, quod resoluatur in puluerem tenuissimum, quod ad res valde siccas pertinet. Aromata autem ista myrrhae primae, quae hic ponuntur humida erant: ideo ponuntur in tanto pondere, scilicet quingentis siclis. Et cinnamomi medullam. Idest medietatem ponderis, quod accepisti de aromatibus myrrhae accipies de cinnamomo, scilicet accepisti quingentos siclos de aromatibus myrrhae primae: accipe ducentos, & quinquaginta de cinnamomo. Cinnamomum succus arboris est, & dicitur in Hebraeo. Cinnamomi aromatici. Quia duplex est cinnamomum, ut quidam volunt, quoddam est valde aromaticum: aliud autem est, quod nihil, aut parum aromaticum est. Calami similiter ducentos quinquaginta. Idest sicut accepisti de cinnamomo pondus ducentorum quinquaginta siclorum, ita accipe de calamo alios ducentos quinquaginta siclos. Calamus est parua arbor, & nodosa, & tenuis, & videtur esse paruula virga segetis: quam obrem sicut stipites segetis calami dicuntur, siue culmi, ut patet Gen. 41. c. ita stipites huius arboris, vel potius tota arbor calamus dicitur. De isto calamo ponebatur ducenti quinquaginta sicli, iuxta mensuram cinnamomi. Casia quoque quingentos siclos. Ista aequabatur in pondere cum aromatibus myrrhae primae. Est casia arbor alta, & crescit in immensum in locis aquosis atque magnum odorem emittit. In pondere sanctuarij. Ne putaret forte Moyses, quod intelligerentur ista de siclis vulgaribus: erat enim siclus sanctuarij maior siclo communi, siue sit pondus, siue moneta. Oleum de oliuetis. Ad faciendum quod ista haberent aliquam maiorem humiditatem, ut sic vnguentum confici posset: necessarium fuit oleum, quod valde humidum erat, ut partes aliorum succorum mollicaret, & compaginaret. Et dixit oleum de oliuetis, ad differentiam cuiuslibet alterius olei, quia de multis rebus oleum confici potest: ut de nucibus, & tritico, & sic de caeteris, sed non sunt illa habentia propriam rationem olei, licet quandam similitudinem gerant, quia vinctuosa sunt. Mensuram hin. Idest accipias vnam mensuram, quae vocatur hin de oleo oliuarum, & misceas cum omnibus istis. Facies vnctionis oleum. Idest omnia ista commisce, & ex commixtione resultabit vnguentum quoddam factum: vocatur hoc oleum vnctionis, & non oleum simpliciter, quia non erat secundum veritatem oleum, sed aliquid commixtum ex pluribus, & aliquam similitudinem olei retinebat. Etiam quia non erat ita fluidum sicut oleum simpliciter, sed erat spissum quodammodo tale, quale ad vngendum conueniebat. Vnguentum compositum opere vnguentarij. Idem erat istud oleum vnctionis, & vnguentum, sed vocabatur oleum, & vnguentum ex causis supra assignatis. Fiebat autem opere vnguentarij, quia determinata essent pondera istorum: tamen nesciret quilibet facere istud vnguentum, quia ad hoc varie mixtiones erant, quas solus artifex vnguentarij facere nouit. Et vnges ex eo tabernaculum. Vocatur tabernaculum dupliciter. Vno modo totum ipsum aggregatum ex tabulis, & columnis, & vestibis cum velis, tentorijs, & operimentis suis: & isto modo accipitur communiter, sicut dicimus, quod domus est totum aggregatum ex fundamento parietibus, & tecto: & sic accipitur supra 26. c. in principio, cum dicitur: Tabernaculum autem sic fiet. Ibi autem de tabernaculo pro toto aggregato dicitur: nam cum in 25. cap. tractasset de rebus, quae in tabernaculo locandae erant, scilicet de arca, & candelabro, & mensa: subiunxit ibi qualiter fieret tabernaculum pro operimento tabernaculi, ut patet supra 26. c. cum dicitur: Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus vela cortinarum iungenda sunt, ut vnum tabernaculum fiat, id est ut vnum operimentum fiat ex duobus magnis velis cortinarum. Nec potest ibi primo modo intelligi, quod accipiat tabernaculum pro tota aggregatione supradictorum, quia siue duo magna vela cortinarum iungerentur per circulos aureos, siue non iungerentur, semper esset vnum tabernaculum. Accipiendo autem secundum modo, scilicet pro operimento, est verum, quia si per circulos aureos coniungerentur duo vela cortinarum, fieret vnum operimentum: si autem non coniungerentur non fieret vnum operimentum. Quocumque autem modo accipiat tabernaculum, est verum quod hic dicitur, scilicet vngendum sit tabernaculum testimonij: nam in tabularis lini debebat, & in operimentis: non tamen est putandum, quod totum tabernaculum vngi deberet, scilicet quod tota superficies plena tabularum, & vestibium: & columnarum, tentoriorum, atque velorum cortinarum, atque caeterorum operimentorum vngi deberet: quia tunc non sufficeret istud vnguentum, quod valde modicum erat: imo nec sufficeret pro parte quinquagesima, aut centesima omnium, quae vngenda erant: nec solum hoc inconueniens erat, sed & aliud grauius, scilicet quod si tota superficies plana partium tabernaculi vngentur isto perfunderetur, magna macula fierent in tabernaculo propter oleum, quod ibi erat, & sic totum erat immundum: nihil ergo prodesset tanta pulchritudo, quanta mandata sunt Moysi fieri debere in tabernaculo. Dicendum ergo, quod vnctio tabernaculi fiebat hoc modo, scilicet quod susceperet Moyses aliquod vas, in quo essent ista vnguenta: & intincto digito in eis liniret in superficie tabularum aliquarum faciendo aliquas breues figuras, & sic in columnis, & operimentis atque velibus, & tentorijs, & hoc modo diceretur totum tabernaculum vngi: sicut fit in consecratione Ecclesiarum, quia non tota Ecclesia tingitur: sed sicut quaedam cruces in angulis eius, & hoc sufficit ad totius Ecclesiae consecrationem. Et arcam testamenti. Vocatur arca testamenti, quia continebat tabulas legis, quae erant in testimonium contra Israelitas, quod lex data fuisset eis a Deo. Nihil autem refert, quod dicitur testamentum, vel testimonium: nam potest vocari tabernaculum testamenti, vel testimonij: & sic arca testamenti, vel testimonij, tabulae illae vocantur testimonium, quia sunt conseruatae in testimonium rei gestae. Vocantur etiam testamentum, quia testamentum idem est quod pactum, vel fedus: & sic erat in tabulis illis, quia continebatur ibi pactum, vel fedus, quod pepigisset Deus cum Israelitis: tingebatur arca secundum formam supradictam, scilicet digito intincto vnguento illo figuraret Moyses in superficie arcae linendo. Et mensam cum vasis. Ista est mensa propositionis in qua ponebantur panes duodecim per singula Sabbatha: & manebant

G

H

I

K

Quis esset modus vngendi tabernaculum.

Moneta & aurum in massa non vocantur suppellectilia.

ibi tota hebdomada vsque ad Sabbatum, ut patet Levit. 24. cap. haec autem mensa erat intra tabernaculum ad latus Septentrionale eius, ut patet supra 26. c. vngebatur autem sicut alia, quae dicta sunt, scilicet faciendo super eam aliquam figuram digito intincto linendo. Cum vasis. Vasa etiam mensae huius tingebantur, ut in quolibet obseruaretur idem ritus consecrationis, vel vnctionis: erant autem vasa mensae huius in quatuor generibus, scilicet acceptacula, & phialas, thuribula, & cyathos, ut patet supra 25. cap. Quae autem sint ministraciones, quae fiebant in his vasis, vel vtrum seruirent ad vsum mensae, vel altaris holocaustorum supra 25. cap. declaratum est. Candelabrum & vtenilia eius. Candelabrum erat, in quo erant septem lucernae, & ponebatur in parte Meridiana, ut patet supra 26. cap. & tingebatur secundum ritum supradictorum. Et vtenilia eius. Supra 25. c. cum de candelabro agebatur ponebantur aliqua vtenilia eius. Ibi etiam declarauimus, quod oporteret poni aliqua vasa eius, scilicet ad ministracionem in eo plura quam ibi ponantur: nam ibi solum ponuntur duo vasa, scilicet emunctoria, quae sunt forcipes ad tollendum lychnum. Etiam vasa quaedam vbi, quae emuncta sunt, extinguantur. Erantque duo alia vasa magna, de quibus non fit mentio supra 25. capit. scilicet duo suffusoria magna ex auro, id est duo vasa continentia oleum, ex quibus fundebatur in lucernas candelabri. De his Zacha. 3. cap. vbi Zacharias dicit se vidisse in prophetica illa visione candelabrum cum lucernis suis, siue lampadibus, & duo rostra eius ex auro, & suffusoria duo ex auro pendentia ex rostris. Vtenilia eius. Vtenilia proprie dicuntur vasa apta ad aliquem vsum abutendo dicta. Vnde vtenilia quasi vtilia. Altaris thymiamatis, & holocausti. Duo altaria erant, scilicet vnum altare thymiamatis, in quo adolebatur thymiamia: de cuius fabricatione in isto cap. dictum est: & aliud altare holocaustorum in quo fiebant omnia sacrificia: de quo supra 27. cap. & ponebatur hoc in arrio tabernaculi, ut patet precedenti cap. Vnctio istorum altarium differt: quia altare thymiamatis sicut caetera vtenilia tabernaculi vngebatur semel linendo in superficie eius digito intincto vnguento. Altare autem holocaustorum tingebatur per septem dies, scilicet quod quotidie fieret sacrificium pro peccato: & hoc completo mundaretur altare a cineribus, & omnibus quae in eo erant, & vngebatur. de hoc supra 29. cap. Notandum quod ista litera debet caute punctuari, aliquid sequetur error: nam si sic punctuaueris. Altari thymiamatis. Nullo interposito quasi immediate ille genitiuus thymiamatis determinet illud accusatiuum altaria: erit sensus quod deberet Moyses vngere altaria thymiamatis. Et sic ad minus essent duo altaria thymiamatis: quod falsum est, quia solum ponebatur vnum: sed punctuandum est sic. Altaria. Et tunc intelligatur dictio expositiua, scilicet. Thymiamatis & holocausti. Ita quod ambo essent duo altaria: non tamen quod essent duo altaria thymiamatis, vel duo altaria holocausti. Et vniuersam suppellectilem. Suppellex dicitur quodcumque pertinet ad aliquem vsum, vel ad ministracionem domesticam: pecunia autem non est suppellex: quia non habet certum vsum. Etiam quia est facta a rege, vel a communitate, & non potest facere eam quilibet possidens eam sicut est de alijs suppellectilibus. Aurum etiam vel argentum, aut quodlibet metallum in massa non est suppellex: si tamen fiat de metallo vas, erit suppellex: omnia autem quae intra tabernaculum erant, vocabantur suppellectilia tabernaculi: sed quaedam erant suppellectilia, quae rursus habebant alia suppellectilia sicut mensa propositionis, & candelabrum: quia quodlibet horum habebat vasa aliqua. Quae ad cultum eorum

pertinet. Idest quae pertinet ad ministracionem, vel ad pulchritudinem tabernaculi: nam cultus a verbo, colo, dicitur. Et quia colo signat honorare, vel ornare, ita cultus signat ista duo hic, scilicet ad honorem tabernaculi, scilicet ad ministracionem: quia honor est cum alicui ministratur. Vel ad ornatum, quia multa erant in tabernaculo ad pulchritudinem: imo & eadem quae ad ministracionem erant: etiam ad pulchritudinem pertinebant. Sanctificabisque omnia. Idest facies ea sancta, scilicet applicata ad cultum diuinum, & fiebat sanctificatio per istam vnctionem: nam id quod sic vnctum erat, non debebat redire in profanos vsus, sicut est de calicibus consecratis, & vestibus sacerdotibus. ante tamen quam vestes benedicantur, & calices consecrentur ad alios vsus licite applicari possunt: quia nondum ad cultum diuinum talia applicata sunt: sed adhuc manent profana qualia erant: cum autem benedicuntur vestes, & calices consecrantur, fit ibi caeremonia, per quam applicantur ad cultum diuinum, & iam non licet retrocedere ad secularia. Et ista caeremonia vocatur sanctificatio, id est applicatio ad Deum: quia per illam caeremoniam applicantur. Et erunt Sancta Sanctorum. Idest postquam sanctificaueris omnia vtenilia tabernaculi, & atrij tingendo ea oleo vnctionis: erunt Sancta Sanctorum, id est multum sancta, scilicet multum applicata ad cultum Dei. Qui tetigerit ea sanctificabitur. Habet ista propositio duos sensus. Vno modo est sensus, quod omnis homo, qui tetigerit ista vasa ministracionis erit sanctificatus per tactum: etiam si ante sanctificatus non esset. Et ratio huius videtur esse, quia ista sancta sunt, & per contactum suum debent alia sanctificare, sicut aqua benedicta, quia sanctificata est, aspersa super nos sanctificat nos. Alius sensus est, qui tetigerit ea sanctificabitur, id est omnis homo, qui tangere debuerit ista vasa sanctificabitur priusquam tangat ea. Rabbi Salomon tenet primam expositionem, scilicet quod omnia, quae tangebant ipsa vasa sanctuarij sanctificabantur ex tactu vtorum. Sed non potest hoc stare, quia ista non sanctificant ea, quae inquinata sunt, sed potius faciunt iniquitatis rea. Si enim aliquis homo immundus tangeret ista vasa, peccabat & portabat penam pro iniquitate sua: nam sic dicitur Isa. 52. c. Mundamini, qui fertis vasa domini. Et non solum aliquis mundabatur per tactum: sed etiam siue mundus, siue immundus esset si tangeret, moriebatur: ut patet de Oza sacerdote, qui tetigit arcam impositam pultro, quae videbatur calura, & percussit eum dominus plaga mortis, ut patet 2. Reg. cap. 6. & non solum ex tactu, sed etiam ex visu istorum vasorum homines moriebantur, ut patet de Bethsambritibus, de quibus mortui sunt quinquaginta milia viri de plebe, & septuaginta de populo Dei, ut patet 1. Reg. 6. capit. Et non solum isti, qui populares erant moriebantur si viderent vasa domini, sed etiam Leuitae ipsi, qui portabant ea, si viderent moriebantur, ut patet Numer. 4. cap. cum dicitur: Nolite perdere populum Caath de medio Lenitarum, sed hoc facite, & non moriantur si tetigerint Sancta Sanctorum, id est vasa Sancta: Aaron & filij eius intrabunt ipsique disponent onera singulorum, & diuidet quid portare, quis debeat. Alia nulla curiositate videant, quae sunt in sanctuario alioquin morientur priusquam inuoluantur: nulla ergo res sanctificabatur per tactum istorum vasorum: sed qui tangere debebant ea, debebant esse mundi. Necessse est ergo in primum sensu redire, scilicet quod mandetur hic quod omnis, qui tangere debuerit ista vasa sanctificetur, id est primo mundetur ab oibus inquinamentis suis, ut dignus sit tangeret vasa ministracionis sanctae. Et ob hoc ante quod aliquid ministracionis sacerdotes agerent in sanctuario lauabant manus,

Non solum tangeres quaedam vasa sanctuarij quae moriebantur sed et videtes.

& pedes, vt patet hic, & c. 29. supra. Vnde si aliquis sacerdos fuisset inquinatus i. morte alicuius tangendo mortuum, vel domum eius, vel secundum omnem immunditiam, quæ ponitur Leuit. 14. & 15. c. & Numer. 19. & non emundatus aqua lustrationis intraret sanctuarium, & tangeret vasa, moreretur: quia polluebat sanctuarium, & vasa sancta. *Aaron & filios eius unges.* Ista est altera vnctio ab illa, quæ fiebat in extremitate auricularum dextrarum, & pedum dextrorum, & manuum dextrarum, scilicet in pollicibus manuum, & pedum, quia illa vnctio in membris predictis fiebat cum solo sanguine arietis immolati pro victima pacifica, quæ vocabatur aries consecrationis, vt patet supra 29. c. ista autem fiebat cum vnguento, quod miscebatur cum aliqua parte sanguinis, & aspergebatur super Aaron & filios eius, & vestes eorum, vt patet supra 29. c. Differabant tamen Aaron & filij eius, in hac vnctione, quia Aaron in capite consecratur fuso oleo vnctionis super caput eius, vt patet precedenti cap. & in Psalm. 133. Sicut vnguentum in capite eius, quod descendit in barbam barbam Aaron. Filij autem non ungebantur in capite, quia vnctio capitis denotat originem potestatis, quæ non pertinet ad minores sacerdotes, sed ad sacerdotem magnum. Sed, vt quidam dicunt, ungebantur sacerdotes in manibus solum ad notandam executionem, sicut fit in sacerdotibus nostris, qui non sunt Episcopi, vt patet extra de sacra vnctione c. vnico: videtur tamen magis dicendum, quod in sacerdotibus minoribus, non fiebat aliqua vnctio preter vnctionem sanguinis in pollicibus pedis, & manus dextræ, & extremitate auriculæ, quæ etiam fiebat in Aaron, & asperisionem vnguenti cum sanguine arietis pacifici, quæ aspergebantur Aaron & filij sui, & vestes eorum. Sacerdotes autem minores nullam aliam vnctionem, aut consecrationem habebant cum sanguine, aut cum oleo sancto vnctionis: quia supra 29. c. vbi ponitur ritus consecrationis, non exprimitur aliquid tale, & Leuit. 8. c. iterum ponitur factus ritus iste, sed eodem modo nihil tale dicitur: sacerdos autem magnus præter vnctiones superiores, quæ communes erant ei cum minoribus sacerdotibus, habebat aliam, scilicet quod fundebatur oleum vnctionis super caput eius sine sanguine, & manus quoque ungebantur. Et in hac differebat summus sacerdos à minoribus sacerdotibus: quod satis innuitur Leuit. 21. cap. vbi ponuntur præminentia summi sacerdotis, & dicitur: Pontifex idest sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput oleum vnctionis fufum est: & cuius manus in sacerdotium consecratae sunt, & vestitus est vestibus sanctis, caput suum non discooperiet, &c. Tria enim ponuntur ibi, quorum nullum ad minores sacerdotes pertinet: & sic conueniebat, quia in eodem loco vetat summum sacerdotem inquinari in morte suorum cognatorum, etiam si pater sit: minores verò sacerdotes permittit inquinari in morte quatuor generum personarum: ergo poni debebat id in quo differret summus sacerdos ab alijs, cum diuersum mandatum datur de eo, & de alijs. Et quando dicitur hic. *Aaron & filios eius unges.* intelligitur de illa asperisione, quæ fiebat super Aaron, & vestes eius, & filios eius, & vestes eorum: quia ista communis erat eis. *Et sanctificabis eos.* Supra cap. 29. sanctificatio signabat quandam elevationem manuum impositis quibusdam oblationibus, & in illa elevatione dicebantur specialiter applicari ad Deum: hic autem sanctificatio nihil differt ab illa vnctione secundum rem: ita quod esset aliqua alia ceremonia. Sed dum ipsi sic aspergebantur, applicabantur specialiter ad cultum Dei, cum in hoc consisteret potissima pars consecrationis, ideo dicebantur tingi, & sanctificari. *Filij quoque Israel.* Supra positum

fuit ad quid istum oleum vnctionis esse debebat: hic autem ponitur ad quid non erat, & interponitur mandatum ad populum. *Filij quoque Israel.* Idest toti multitudini.

An filij Levi apprehendantur nomine filiorum Israel.

Q V A E S T I O. XIII.

SCIENDVM quod in hoc est diuersitas: nam filij Israel, vt communiter nominantur omnes de duodecim tribubus. Nam tribus Levi, quia separata fuit in sortem domini, non accepit sortem inter fratres suos, vt patet Num. 18. c. & Deut. 18. c. manserunt autem alia duodecim tribus, quæ acceperunt totam hereditatem terre, quam dominus promiserat Jacob patri istorum: vocabantur ergo illi filij Israel, quia succedebant in bonis Jacob: Leuitæ autem quia separati erant, non intelligebantur appellatione filiorum Israel, vt patet supra 29. c. cum dicitur: Sanctificabis pectusculum consecratum, & armu de ariete, quem separasti quo initiatus est Aaron, & filij eius: cedentq; in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filiis Israel. Ecce qualiter vocat filios Israel populares laicos, qui offerre debebant ista, & sacerdotes ab eis iura recipiebant. sic patet Num. 1. c. cum dixit Deus. Tolle summam vniuersæ congregationis filiorum Israel, & tamen ibi solum computantur illi, qui erant in duodecim tribubus, vt patet Num. 1. cap. Leuitæ autem non sunt numerati cum eis. Et si forte obijcias, quod infra 3. c. Num. agitur de enumeratione eorum, & sic cum dixit Deus, quod tolleret Moyse summam totius congregationis filiorum, intellexit de Leuitis etiam, licet non expressit quod simul numerarentur: sed per se duodecim tribus, & per se Leuitæ. Respondetur, quod falsum est, quia per filios Israel solum intelliguntur duodecim tribus, vt patet Num. 1. c. in fine cum dicitur, post numerationem duodecim tribuum: fueruntque omnes filij Israel per domos, & familias suas à viginti anno, & supra, qui poterant ad bella procedere sexcenta tria milia virorum quingenti quinquaginta: Leuitæ autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis. Quid enim clarius esse potest? Et iste modus loquendi obseruatur quasi in tota scriptura: hic autem accipiuntur filij Israel generaliter pro omnibus natis de semine Jacob, siue essent in duodecim tribubus, siue in tribu Leuitarum: & patet, quia hic dicitur, quod qui de isto oleo vnctionis faceret pro se, vt ungeret carnem suam, & daret alieno, periret de populo suo: necesse est quod intelligatur de laicis, & sacerdotibus, & Leuitis, alioquin possent sacerdotes, & Leuitæ facere talem vnguenti compositionem ad vngendum carnem suam, cum vellent: & dare Gentilibus de tali compositione, & non peccarent: quod absurdissimum est: nam quando aliquid agendo laicus peccat, ita etiam agendo peccabit sacerdos, & fortius adhuc: quia maiori sanctitate, & religione pollere debent: sed laici peccarent vngendo carnem suam tali vnguento, & dando alienis, ergo etiam sacerdotes: sed si sacerdotes non vocarentur hic filij Israel, non peccarent faciendo hoc: quia ista lex non daretur eis, cum dicitur hic dari ad filios Israel: ergo necesse est hic sacerdotes, & Leuitas includi appellatione filiorum Israel. *Filij quoque Israel.* Idest omnibus natis de stirpe Jacob, siue Leuitis, siue non Leuitis. *Hoc oleum vnctionis.* Idest istud oleum, quod fit ad vnctionem consecrationis sacerdotum, & tabernaculi cum vasis suis, atque totius tabernaculi. *Sanctum erit mihi.* Idest erit applicitum cultui meo: & non applicabitur ad vsum, vel delectationem alicuius hominis,

minis, ita quod faciat talem compositionem, vel vtatur ea postquam facta fuerit. *In generationes vestras.* Idest semper quamdiu durauerint generationes vestrae, erit ista caremonia, quod pertinet hoc oleum ad cultum meum, & non ad vsum vestrum. *Caro hominis non ungetur ex eo.* Idest nullam caro hominis ungetur ex eo, scilicet ex eo, quod nunc est factum, nec ex alia simili compositione. Et in hoc excludit omnes etiam sacerdotes, quia licet tunc aspergeretur de illo vnguento super sacerdotes, & funderetur super caput sacerdotis magni, & manus: hoc fiebat ad cultum Dei, scilicet vt ipsi consecrarentur in sacerdotes ad ministrandum domino: si autem postea ipsi ungerent carnem suam tali vnguento, non fiebant ad cultum Dei, sed ad delectationem suam carnis, & hoc vetatur. Reges etiam de hoc oleo vngi dicebantur, quando assumebant potestatem regnatiuum. Nec dicebantur tunc ipsi vti illo vnguento ad suam delectationem, sed ad Dei cultum, scilicet quod sicut sacerdotes consecrabantur per asperisionem olei in ministerium Dei, & ex hoc sanctificati, idest appliciti in cultum Dei dicebantur: ita reges ad regendum populum Dei per consecrationem istam sequebantur, quia ista Deus sacra facit sibi, scilicet sacerdotes ad ministrandum, & reges ad populum dirigendum. Sic dicitur Proverb. 8. c. Per me reges regnant. Et sic sicut sacerdotes ungebant alios sacerdotes, ita ipsi ungebant reges, vt patet primo de ipso rege Saul, qui est vnctus mandato Dei, vt patet 1. Reg. 10. c. & de Dauid 1. Reg. 16. c. non licebat tamen regibus post istam vnctionem, quod ipsi carnem suam ungerent tali vnguento ad delectandum: sicut nec licebat sacerdotibus: & sic semper stat lex, quod caro hominis non debet vngi ex eo: ita quod ipse sibi tale vnguentum apponeret ad delectandum, vel faceret ab alio apponi. *Et iuxta compositionem eius non facietis aliud.* Idest non solum non accipietis ad vsum vestros tale vnguentum, sed etiam non facietis: ipsum enim facere etiam in culpa erat, quia per hoc, quod aliquis faceret illud, inclinaretur ad delectandum illo vnguento, quod non licebat: sicut erat de pane fermentato in septem diebus azymorum: quia non solum non licebat de illo comedi, sed etiam non licebat illum in domo manere, vt patet supra 2. c. mandatur autem, quod non faciamus iuxta compositionem huius vnguenti, scilicet quod quando fecerimus aliquod vnguentum, non assumamus omnia ista in illa compositione, vel si assumperimus omnia hæc, non assumamus in eadem proportionem, in qua hic sumebantur. Si ergo aliquis secundum alteram proportionem assumeret omnia ista, & faceret ex eis vnguentum, non ageret contra istam legem, quia non dicebatur agere secundum eandem compositionem vnguenti. *Non facietis aliud.* Scilicet ad vsum vestros: bene tamen facietis aliud, & multa alia huius compositionis per atatum successiones cum fuerint necessaria ad vngendum vestes sacerdotum, quæ de nouo fient, & ipsos sacerdotes, & reges: sicut nunc chrisma conficitur ad liniendos in fronte, & in scapulis atque pectore baptizatos, & ipsos infirmos, & non fit ad alios vsum, nec licet cuiquam hominum illo chrismate vti præterquam in his duobus predictis sacramentis, & in sacramento confirmationis: licet ergo nullus homo conficiat chrisma præter Episcopum cum ministris suis: tamen multo ueniens chrisma conficitur secundum necessitates multorum temporum: ita ergo erat de isto oleo vnctionis, quod quando cumque esset necessarium ad vngendas vestes, vel ministros, aut aliquid alterum faciebant illud sacerdotes: *quia sanctificatum est.* Idest quia applicatum est ad cultum meum: ideo non debet applicari ad cultum, vel ministerium vestrum. *Et sanctum erit vobis.* Idest quia istud

vinguentum sanctificatum est mihi, erit sanctum vobis, idest quod apud vos reputabitur sanctum, scilicet quod non audeatis tangere illud applicando in vsum vestros. *Homo quicumque tale composuerit.* Quicumque ille sit, siue de sacerdotibus, siue de Leuitis, siue de popularibus: quoniam omnes ista lex attingit.

An si Gentiles istam compositionem fecissent, de qua loquitur litera, peccassent contra istam legem.

Q V A E S T I O. XIII.

SI tamen aliquis de Gentilibus faceret tale vnguentum, scilicet ex eisdem materialibus, & in eadem proportione assumptis: dato quod ille Gentilis cognosceret Deum Hebræorum istam legem dedisse non incidere in penam legis huius, quia ista lex solum dirigebatur ad filios Israel. Et licet Deus sit vniuersalis, quia omnibus præest, cum omnes creauerit, & omnes gubernet: tamen in quantum erat legislator solum erat particularis, quia sicut politia, cui dabatur leges erat particularis, ita leges datæ erant speciales ad illam politiam, nec obligabatur aliis politis: Deus enim cum dedit legem Moyse solum voluit præesse in quantum legislator cuidam politia speciali, scilicet Hebræorum, vt patet supra 19. cap. cum dicitur: Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum: eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta: ergo ad hanc solum politiam iste leges directæ sunt. Item licet Deus esset dominus omnium, & deberet coli ab omnibus gentibus. ad hoc tamen, quod obligaret Iudæos ad colendum eum specialiter voluit contentum eorum, & noluit eos obligare solo mandato: ideo Exod. 19. cap. misit Moyse ad omnes filios Israel enarrans eis beneficium maximum, quod fecerat eis, & dicens vtrum vellent recipere leges eius faciendo cum eo fædus, vt eum specialiter colerent, & vsquequo istud fædus fecerunt, scilicet promittentes obedire omnibus, quæ mandaret, noluit dare aliquam legem: postquam autem consenserunt, quasi tunc inciperent obligari ad recipiendum, & obseruandum leges eius venit super montem Sinai in voce tubæ clangentis, & dedit decem præcepta, vt patet supra 20. c. cumque clamaret populus, vt non loqueretur dominus, sed Moyse audiret a Deo, & postea loqueretur ipsis, cessauit vox tubæ, vt patet supra 20. & Deut. 5. cap. & dedit Deus præcepta multa caremonialia, atque iudicialia, quæ habentur Exod. 20. & 21. & 22. atque 23. capituli. nec tamen voluit adhuc Deus, quod ista obligarent quousque coram populo recitarentur, vt videretur an consentirent, vel dissentirent. Cum autem recitatis omnibus consensissent, confirmatum est fædus inter Deum & Israel effundendo sanguinem super altare, & librum legis, & totum populum, vt patet supra 24. & ad Hebræ. 9. c. Ex tunc autem manerunt obligati Israelitæ ad omnes leges qualescunque Deus daret: nec postea requisitum inquam ab eis consensum, cum dabat aliquam legem, sicut ante requirebat. Sed Gentilibus non fuerunt facta ista fædera cum Deo: ergo non obligabantur ad custodiam huius legis, nec aliarum: & sic facientes contra eam non incidebant in aliquam penam, cum lex non vigeret eos sicut si nunquam data foret. Sed forte dicit aliquis, quod hoc bene stabit quantum ad illos Gentiles, qui non cognoscebant Deum verum, sed idola putabant esse Deos, nullam aliam vltra deitatem existimantes. Si tamen aliquis Gentilis esset cognoscens ve-

Reges in ver. test. ungebantur oleo, quo summi sacerdotes ungebantur.

Non licet vti oleo sancto præterquam in ecclesiasticis sacris.

Mors So- cratis, & mortis ca- rum Deum, sicut de quibusdam Gentilibus arbitramur, vt de Platone, & Socrate, qui mortuus est, ne co- leret idola, quia noluit irare per Iouem, & Apollinem tanquam per Deos, sed tanquam per lignum, & lapidem: quamobrem Athenien. eum veneno occiderunt, vt declarat Perseus in Satyra quarta, quae incipit.

Rem populi tractas barbatum crede magistrum.

Dicere sorbitio, quem tollit dira cicuta.

Sic etiam de multis alijs Philosophis, de quibus per singula difficillimum est enarrare. De istis autem diceret aliquis, quod cum Deum verum cognoscerent, & Deus Hebraeorum erat verus Deus, quod tenebantur ad obseruandam legem eius. Respondetur, quod licet multi Gentiles Philosophi fuerint, & alij viri boni tempore legis Moisaicae, post datam legem Moyse vsque ad Christum, & cognouerunt verum Deum atque colebant eum, & forte scierint de ista lege data Iudeis, vel de quacunque alia, & non obseruabant eam: tamen non ob hoc peccabant, quia non cognoscebant Deum Hebraeorum esse verum: nam sciebant quod aliquis erat verus Deus: quod naturaliter cognosci poterat, vt ait Apollolus ad Rom. 1. c. scilicet: Inuisibilia Dei per ea, quae facta sunt a creatura mundi intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius deitas: ita vt inexcusabiles sint. Sciebant etiam, quod Iuppiter, vel Mars, vel aliquis de dijs gentium non erat talis Deus. Vtrum autem ille esset Deus Hebraeorum nesciebant, quia non videbant aliqua necessaria argumenta, per quae concluderent illum esse verum Deum. Dico autem de Philosophis, qui non viderunt: licet aliqui reges, vt Nabuchodonosor hoc viderit, qui confessus fuit Deum Hebraeorum esse Deum verum: & mandauit eum coli, vt patet Dan. 3. c. Philosophi tamen non audierunt miracula fuisse ab illo facta: & si audierunt non credebant, quia non obligabantur credere scripturae Hebraeorum. Et sic dicendum est generaliter, quod nullus de illis hominibus, qui tempore legis Moisaicae saluatus fuit in Gentilitate, cognouit Deum Hebraeorum esse Deum verum. Sed putabant eum esse, sicut vnum de dijs aliarum gentium. Nam cum illi boni essent, & verissime desiderarent colere Deum verum, & colerent: si ipsi cognouissent Deum Hebraeorum esse Deum verum, nullo modo credendum est, quod non conuersi fuissent ad illam legem quam ipse dedisset approbantes illam tanquam optimam. Et sic de Platone, & Socrate dicendum est, & de caeteris, quod licet cognouerint, quod verus Deus sit aliquis, & illum coluerint, ignorauerunt tamen an Deus Hebraeorum esset verus Deus: imo non crediderunt esse verum Deum.

An si aliquis Gentilis cognoscat istam legem de non faciendo vnguentum esse datam a Deo Hebraeorum, & cognosceret Deum Hebraeorum esse verum Deum, & cognosceret Deum Hebraeorum esse verum Deum, peccaret mortaliter faciendo contra illam.

Q V A E S T I O. XV.

SED si aliquis ponat casum strictius, scilicet quod esset aliquis Gentilis, qui cognosceret, quod aliquis erat verus Deus, & quod sciret istum Deum non esse aliquem de his, qui colebantur a Gentibus, & sciret hunc esse Deum Hebraeorum: & sciret ab eo datam fuisse istam legem, vel aliquam aliam, & faceret contra illam, vtrum incidere poenam legis. Fortè diceret aliquis quod sic, quia quaedam inobedientia esset mandato

F Dei cognito non obedire: nam stante ista hypothesi: ego cognosco illum esse Deum verum, & cognosco ab eo mandata fuisse ista: ergo repugnare illi magna inobedientia est, quae peccatum mortale est, vt patet 1. Reg. 15. c. f. Quasi scelus ariolandi est nolle obedire. Respondetur, quod stante isto casu Gentilis agens contra istam legem non peccaret villo modo, nec comitteret vllam inobedientiam: nam tunc aliquis est inobediens quando mandato sibi facto ab eo, qui habet auctoritatem mandandi repugnat. sed Gentilis in casu posito non agens secundum legem a Deo datam non repugnat mandato sibi posito: ergo non est inobediens: nec ex hoc aliquo modo peccat. Patet quia vt dicebatur ista lex fuit data speciali politia Hebraeorum: & illam solam voluit obligari ad obseruationem huius legis, vt supra probatum est: ergo lex non habuit vires obligandi alias gentes, cum lex solum illos obliget, quos legislator vult obligari: caeteri autem non obligantur etiam si sint subditi illi legislatori. Cum ergo voluntas Dei solum fuit obligandi Iudeos, quia cum eis solis foederata iniuit, & eos solos in peculiarem populum suscepit: ergo caeteras gentes licet cognoscerent hunc esse verum Deum, & agerent contra legem eius, non peccabant: quia voluntas Dei non fuit eos obligare. Et patet conueniens exempli: ego cognosco Christum esse verum Deum: & scio certissime, quod aliquod mandatum speciale dedit alicui homini, vt seruaret: nunquid ego si non obleruo illud pecco? Manifestum est quod non: nihil autem magis erat in Gentilibus cognoscentibus Deum Hebraeorum esse verum Deum, quia non tenebantur obseruare legem ab eo datam. Secus autem est de lege Evangelica, quae omnes obligat: quia Christus voluit illam obligare cum mandauerit praedicari Evangelium omni creaturae, id est omni homini, vt patet Matt. 28. c. cum dicitur: Ite per mundum vniuersum, & praedicate Evangelium omni creaturae: qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit: qui autem non crediderit condemnabitur. Ecce qualiter voluit omnes homines obligari ad legem Evangelicam: nam si non obligarentur omnes, non diceret, quod qui non crediderit condemnabitur. Cum autem in toto veteri testamento aliqua lex daretur praecipue in istis quinque libris Moyse, quae fundamentum totius legis: non dicitur, quod qui non obseruauerit eam, quod condemnabitur, vel morietur, sed quod quicumque de filijs Israel non receperit istam legem, vel quis de aduenis, qui sunt inter eos, peribit de populo suo: quasi solos Israelitas obligare velit, & eos qui se voluntarie legi Iudaicae subdiderunt. Quando ergo dicitur hic: Homo quicumque tale composuerit, solum loquitur de Hebraeis, & de Gentilibus conuersis ad Iudaismum, Et dedit ex eo alieno. Videtur, quod litera ista innuat debere se legi copulatum, & non copulatiue, scilicet quod homo, qui composuerit vnguentum tale, & deinde illud dedit alicui alieno, id est alicui Gentili incurreret istam poenam, & si alterum eorum fecisset, non debebat mori. Sed magis dicendum est, quod legatur copulatiue, scilicet quod pro quolibet illorum mortis poena infligatur, vt si aliquis tali vnguento carnem suam vinxerit, vel si illud composuerit, quia ad malum finem tale fit, & datur occasio peccandi alijs: quia aliquis reperiens tale vnguentum, vteret eo: quod peccatum est. Etiam si quis non fecerit tale vnguentum, sed inueniens compositum venderit illud alicui Gentili, mori merebatur. Et patet, quod sic debeat intelligi, quia aequale erat de isto oleo vnditionis, & de thymiamate: sed si quis conficeret thymiamate, & frueretur odore eius (etiam si non traderet alieno) ex eo mori debebat: ergo dato quod aliquis non dedit

Lex Mosai- ca non obli- gabat alias gentes ab Hebraeis.

Lex Evan- gelica vtr- oes obli- gat gentes.

Quicumque vnguentum fecisset in lege veni- tu et si car- ne sua non vinxisset morte di- gnus erat.

Aroma- quid sit.

Quid sit stactes.

Opi. quo- ruda He- braeo con- futatur.

dedisset alieno de isto oleo vnditionis, si tamen fecisset A tum debebat esse humidum, & molle quasi fluens: istud thymiamate de quo hic, debebat esse durum in- tantum, quod posset in puluerem contundi: & quia in superiori vnguento erant quaedam humida, & quaedam sicca: ea, quae aequaliter humida erant poneban- tur in maiori quantitate: quae autem sicca erant pone- bantur in minori, vt humidum fluens esset, quod inde conficeretur. Et ista fuit causa, quare in vnguen- to, de quo supra, ponebatur oleum, quod totaliter hu- midum & fluens est, nihil habens de duricie: in thy- miamate autem non ponebatur. Thymiamate autem, quia erat siccum habebat superabundantiam in sicca- tate, & quia humida satis fuit, quod omnia essent aequalia, quia tunc superexcederent sicca. Faciesque thymiamate compositum. Dicitur proprie thymiamate ali- quid redolens, & non simplex. Quilibet autem con- fectio ex pluribus causantibus vnum odoriferum thy- miamate dici potest, dum tamen illud sit durum. Et dicitur thymiamate a thure, quia est redolens sicut thus. Vel quia ponitur, vt thus coram domino. Opere vnguentarij. Non sit proprie thymiamate opere vnguen- tarij, quia vnguentarij vnguenta parant: thymiamate autem non est vnguentum, ideo non dicitur fieri ope- re vnguentarij. Accipitur tamen largè vnguentarij pro omni eo, qui facit tales confectioes, siue duras, si- ue liquidas. Et isti aliquando vocantur pigmentarij, quia pigmentum generaliter est quaelibet herba aroma- tica. Sic dicitur Cantico 3. c. vniuersi pulueris pigmentarij. Mixtum diligenter. Id est quod omnia ista misceantur cum magna diligentia, scilicet ne de ali- quo eorum plusquam de altero assumatur: vel ne ali- quod sit tale quale non conuenit: vel ne forte in mix- tione erretur, quia in hoc requiritur opus artis, cum dicatur quod debet esse facta ista compositio opere artificis vnguentarij. Et poterit aliquis errare in his si non agat diligenter secundum artem. Et purum. Purum quod dicitur aliquis, quod ista duo repugnant, scilicet quod aliquid sit mixtum, & sit purum. Respondetur, quod purum dicitur multipliciter. Vno modo purum, id est simplex, & tunc de Deo conuenit dici, quod purus est, quia non est in eo aliqua compositio. Secundo modo purum dicitur, quod solum habet id quod est de natura sua speciei, & nihil habet alterius naturae: & hoc modo dicimus, quod fortis est purus homo, id est quod non habet essentiam alterius speciei praeter quam esse humanum, & sic negamus de Christo esse purum hominem, quia licet verus homo sit: tamen non habet solum esse humanum: sed etiam Deus est, quod est aliud esse substantiale. Tercio modo dicitur purum, id est non mixtum, & hoc modo dicimus vinum esse purum, quando aquam mixtam sibi non habet. Differt autem iste modus puritatis ab imme- diate posito: quia ea, quae non sunt pura, sed puritati in secundo illo modo opponuntur, sunt vnum ens sub- stantiale, vel vnum suppositum, licet ibi sint plures natu- rae, & sic est tale vnum ens per se. Ea autem, quae opponuntur puritati in tertio modo isto, non sunt vnum ens per se: sed per aggregationem, & commix- tionem, ex qua non redditur aliquod vnum indiui- dum substantiale, siue suppositum, sicut aqua & vinum cum mixta sunt. Quarto modo purum dicitur, id est mundum, & sincerum, scilicet quod non habet aliquam immunditiam in seipso: & hoc modo qualibet res polluta non est pura: quia non est sin- cera: si autem acciperetur hic purum omnibus mo- dis impossibile esset esse purum, & mixtum: sed acci- pitur purum solum quarto modo, id est mundum: non tamen est purum aliquo de tribus modis primis. Bene ergo stat, quod sit istud thymiamate mixtum, quia

con-

Purum quot modis accipitur.

confectum est ex pluribus rebus, vt patet hic, & quod sit purum, idest mundum. Et sanctificatione dignissimum. Sanctificatio dicitur applicatio ad cultum Dei. Est sensus, quod istud thymiamata deberet esse ita diligenter factum, & purum, quod mereatur applicari ad cultum Dei, quasi dicat, Deus purus est, & ea, quae ei applicari debent, oportet vt munda sint. Cum ergo aliqua purissima sunt, digna habentur, vt ad cultum Dei applicentur: & hoc est ea digna esse sanctificatione, idest applicatione ad Deum, quod non esset si istud thymiamata non esset diligenter mixtum, & purum. Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis. Idest confregeris, vel minueris: quia ista erant dura, & congelata cum multa eorum essent succi arborum, conterebantur in mortario, sicut conteruntur alia dura, vt sal induratum. Fiebat autem ista confusio vsque ad puluerem tenuissimum, quia sic maior odor emitteretur, cum arderent omnia. Etiam vt fieret perfecta mixtio: na si non contererentur sic vsque ad minutissimum puluerem, non cohererent: sed cremaretur galbanum in vna parte, & thus in alia, & sic de ceteris: nec redderetur idem odor, sed varius: cum autem sic vniuersa confusa essent, fieret mixtio perfecta. Pones ex eo coram tabernaculo testimonij. Scilicet in altari thymiamatum, vbi quotidie thymiamata incendebatur in mane, & vespere cum incenderentur, & apparerentur lucerna candelabri. Arguet autem aliquis ex hoc, qd extra thymiamatum, in quo ista cremabantur, esset altera tabernaculum, sicut altare holocaustorum, quia de altari holocaustorum dicitur, qd erat ad ostium tabernaculi coram domino, vt patet precedenti cap. de isto altari thymiamatum dicitur, qd erat coram tabernaculo testimonij: ergo non erat intra tabernaculum testimonij: quia quod intra aliquam domum est, non dicitur esse coram ea. Et tunc si erat extra tabernaculum, necesse esset, qd poneretur in sanctuario, scilicet in atrio, aut extra totum sanctuarium in loco profano: non est autem dicendum, qd poneretur istud altare in loco profano, quia fiebat in eo sancta ministratio: ergo poneretur in atrio tabernaculi, sicut ponebatur altare holocaustorum, & labrum aeneum. Respondetur, qd altare thymiamatum erat intra tabernaculum testimonij, vt patet supra in litera, & infra 40. ca. vbi ordinato tabernaculo ante ipsum velum, quod distinguit Sancta Sanctorum, ponitur altare thymiamatis, & mensa propositionis, & candelabrum. Patet etiam Leuit. 16. capit. vbi dicitur, quod cum sacerdos magnus exibat de Sancto Sanctorum, accedebat ad altare thymiamatum, quod erat ibi coram domino, & orabat ibi: atque ungebat cornua altaris sanguine, quod non esset, nisi poneretur altare intra tabernaculum testimonij. Ad argumentum in oppositum respondetur, cum dicitur in litera, quod altare thymiamatis erat coram tabernaculo testimonij, quod duplex erat tabernaculum, scilicet primum tabernaculum, cuius ostium erat apud altare holocaustorum, vt patet precedenti capitulo, & in isto erat mensa propositionis, & candelabrum, & altare thymiamatum: & in istud tabernaculum intrabant quotidie sacerdotes sua officia completuri, scilicet parantes lucernas, & offerentes thymiamata, & per singula Sabbatha panes propositionis ponentes, & auferentes. Secundum tabernaculum erat quaedam pars magni tabernaculi, quae distinguebatur ab ea, quam nunc diximus per velum quoddam pendens, & istud tabernaculum secundum vocatur Sancta Sanctorum.

An altare thymiamatum esset extra tabernaculum.

Quomodo Apostolus distinguit tabernaculum in duo tabernacula.

Q V A E S T I O. XVI.

ISTA M diuisionem ponit ad literam licet non ita extensam Apostolus ad Hebr. 9. c. & istud vocabatur tabernaculum testimonij, idest in quo continebatur testimonium, idest tabulae, quae erant in arca, & in eis erat decalogus praecceptorum scriptus. Pro hoc tamen adhuc sciendum, qd ista diuisio tabernaculi, quae nunc posita est secundum Apostolum, non est totaliter propria, quia non est distinctio duorum tabernaculorum, sed distinctio partium eiusdem tabernaculi: nam erat tabernaculum quaedam domus facta ex tabulatis, & operimentis, atque velis, siue tentorijs, vt patet supra 26. cap. & hoc habebat istas duas partes tabernaculi, quas nunc tanquam duo tabernacula diuidebamus, & istud rotale tabernaculum vocabatur tabernaculum testimonij, vt patet cap. 26. vsque huc in quolibet cap. sapius. Et ratio est, quia intra istud magnum tabernaculum erat arca cum tabulis praecceptorum: cum autem istud magnum tabernaculum diuiditur in duas partes, quarum vtraque vocetur tabernaculum, vt Apostolus distinguit ad Hebr. 9. cap. non vocatur quilibet earum partium tabernaculum testimonij, sed solum secundum tabernaculum: nam tabernaculum testimonij dicitur, quod continet testimonium, idest tabulas praecceptorum: sed in primo tabernaculo non ponebantur tabulae, sed sola mensa propositionis cum vasis suis, & panibus, & candelabrum cum vasis suis, & altare thymiamatum: non ergo poterat vocari tabernaculum testimonij, sed Sancta Sanctorum, quia in eo continebatur arca cum tabulis. Et hoc modo satis notabilis est solutio, scilicet qd erat altare thymiamatis coram tabernaculo testimonij, idest coram Sancta Sanctorum, quod vocatur tabernaculum testimonij, vt dictum est, & sic necessarium esset intra primum tabernaculum, scilicet intra illud, quod non vocabatur tabernaculum testimonij, & sic dici potest de candelabro, & mensa propositionis, qd erant coram tabernaculo testimonij, scilicet coram Sancto Sanctorum intra primum tabernaculum: tamen nec accipitur hic tabernaculum testimonij pro tota illa domo, quae constructa erat ex tabulatis, & operimentis, velis, atque tentorijs, quod vocabatur tabernaculum testimonij, sicut supra dictum est: nam non est verum, qd altare thymiamatis esset ante istud tabernaculum, sed altare holocaustorum, & de isto tabernaculo procedebat argumentum probans, qd deberet poni in atrio tabernaculi, aut extra in loco profano. Coram tabernaculo testimonij. Idest coram Sancto Sanctorum, quod vocabatur tabernaculum testimonij: sic enim dicitur supra in principio c. huius, poneq; altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij. In quo loco apparebo tibi. Aliqui volunt, qd hoc erat in altari thymiamatum, scilicet qd Deus ibi appareret. Et dicit Nicolaus, qd existente sacerdote in altari thymiamatum audiebatur vox Dei procedens de propitiatorio, quod erat vltra velum, & perueniebat vsque ad altare thymiamatum. Sed falsum est, quoniam non apparebat Deus, siue loquebatur super altare thymiamatis: nec audiebatur vox eius procedens de altari aut de propitiatorio veniens vsque ad altare, sed ista vox siue apparitio solum refertur ad propitiatorium intra Sancta Sanctorum, vbi Deus loquebatur, & apparebat, & quando erat sacerdos in altari thymiamatum, non loquebatur ei Deus, nec apparebat. Error autem istorum originem habet ppter istud relatiuum, quod

quod potest ad quodlibet duorum antecedentium referri: nam cum dicitur hic. Coram tabernaculo testimonio ponet illud. Intelligitur locus in quo ponebatur thymiamata, & istud erat altare thymiamatis: ecce ergo vnum antecedens ad quod potest fieri relatio. Aliud est, cum dicitur. Testimonio tabernaculi. Et sic ponendo primum antecedens est sensus. In quo loco apparebo tibi. Scilicet in altari thymiamatum, in quo ponis incensum: accipiendo qd referatur ad secundum antecedens est sensus. In quo apparebo tibi. Scilicet in testimonio tabernaculi, idest intra Sancta Sanctorum. Et iste est verus sensus, quod patet supra in principio cap. vbi ponuntur ista eadem magis explicita, cum dicitur: poneq; altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij coram propitiatorio, quo tergitur testimonium vbi loquar tibi. ibi enim magis patet, qd loquatur de propitiatorio, quam de altari thymiamatum. Item manifestatur hoc, quia in isto loco de quo hic dicitur apparebat Deus, & loquebatur Moyfi, vt patet, cum dicitur: in quo loco apparebo tibi. Sed non loquebatur Deus Moyfi super altare thymiamatum: ergo non est iste locus, de quo dicitur altare thymiamatum, sed alius. Patet antecedens, quia ad altare thymiamatum non accedebant nisi sacerdotes ministrantes ponendo incensum, vt patet supra, & hoc siue Aaron, siue filij sui: Moyfes autem non erat sacerdos, sed simplex Leuita: ergo nunquam in illo altari ministravit: & sic per consequens nunquam ibi et Deus apparuit: quia non accedebat ad illud. Nec valet si dicas, qd Moyfes licet esset Leuita, tamen ministrabat, vt patet in consecratione Aaron, & filiorum eius, vt patet precedenti cap. Respondetur, qd ibi Moyfes ministravit non quidem qd pertineret ad eius officium, sed quia erat necessarium, cum non esset aliquis sacerdos, qui consecrare posset. Aaron & filios eius: necessarium ergo erat per Leuitam consecrari, ideo post istam consecrationem nunquam reperitur Moyfes sacrificasse. sacrificauerat tamen ante istam consecrationem in confirmatione faderis Dei cum Israel, vt patet supra 24. c. in his tamen ministratombus adhuc non reperitur ministrasse in altari thymiamatum, sed in altari holocaustorum solum, vt patet precedenti cap. non ergo intelligitur de illo loco, sed de altari thymiamatum, sed intelligitur necessario de arca, quae erat in Sancto Sanctorum, quia super illam apparebat Deus Moyfi quoadcunq; Moyfes volebat querere aliquid a Deo, vt patet Nu. 7. c. cum dicitur: Cunque ingrederetur Moyfes tabernaculum faderis, vt consuleret oraculum, au diebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei. Ex hac litera etiam patet sufficienter responsio, quae supra dabatur, scilicet qd sit altare thymiamatum intra tabernaculum: nec ista litera aliquid obstat secundum rem, vel sim apparitiam, quia hic non dicitur, qd istud altare esset coram tabernaculo testimonij: sed coram testimonio tabernaculi. Differunt enim ista multum inter se: nam tabernaculum testimonij est ipsa tota domus fabricata ex tabulatis, & operimentis: testimonium tabernaculi dicitur arca, siue tabulae existentes in arca, quae sunt in testimonium contra filios Israel, qd legem receperint a Deo, quod autem est coram tabernaculo testimonij est extra tabernaculum, vt altare holocaustorum, & labrum aeneum. Quod vero est coram testimonio tabernaculi, idest testimonium existens in tabernaculo. Et quodcunq; existens coram isto testimonio tabernaculi est intra istud tabernaculum, alioquin non poterit dici esse coram testimonio tabernaculi, siue coram arca. Rationes autem supraposita responsio-

Moyfes nunq; ministravit sup altare thymiamatum.

nae faciant ad hoc, si aliquis vellet conuertere dicendo coram tabernaculo testimonij, quia tunc etiam verum est, quod istud altare erat coram tabernaculo testimonij, & tamen erat intra tabernaculum. In quo loco apparebo tibi. Scilicet in testimonio tabernaculi, scilicet super arca, in qua erat testimonium. Et dirigitur ista locutio ad Moysem, quia Moyfi apparebat ibi Deus, quando volebat intrare ad inquirendum aliquid sibi dubium, vt patet Numer. 17. capitulo, & ista apparitio dicitur manifestatio quaedam, & fiebat in locutione, quia ibi loquebatur ei de propitiatorio: nam vbi aliquis loquitur, ibi esse dicitur, licet apparitio magis pertineat ad visionem, quam ad auditum, vel aliquem alium sensum.

An in propitiatorio esset Angelus in assumpto corpore, qui loqueretur Moyfi.

Q V A E S T I O. XVII.

SED vtrum ista apparitio ita stricte sumpta fuisset in propitiatorio Moyfi facta, non apparet euidenter. Satis tamen dici posset, quod ibi angelus domini, qui loquebatur, appareret in aliqua effigie visibili mortalibus: nam cum summus sacerdos intraret in Sancta Sanctorum semel in anno in die expiationis, mandabatur quod portaret secum vas cum prunis, & thymiamate: ita quod nebula ascendens de thymiamate operiret propitiatorium, vt habetur Leuit. 16. cap. & si sic non faceret, moreretur. Manifestum ergo est, quod aliquid volebat Deus operiri, quod erat in tabernaculo: quod appareret, si non ascenderet nebula thymiamatis ad operiendum: sed quando Moyfes intrabat in Sancta Sanctorum, non ducebat secum thymiamata ad hoc, vt nebula confurgens operiret propitiatorium, sed quoadcunq; volebat intrabat, vt patet Nume. 7. capit. ergo videbat Moyfes effigiem illam, quae apparebat in propitiatorio: sed in propitiatorio erat quidam angelus in assumpto corpore aereo, qui loquebatur ea, quae Deus exprimi volebat, vt probauimus supra 25. cap. ergo Moyfes videbat illum angelum. Nec valet si arguas, quod licet non exprimat, quod Moyfes intrans in Sancta Sanctorum non portaret secum thymiamata, quod ob hoc non tollitur quin portaret: quia non omnia scribuntur, quae facta sunt. Respondetur, quod non est aliqua ratio motiua quare Moyfes intrans in Sancta Sanctorum portaret secum prunas, & thymiamata, quia istud fiebat ne sacerdos intrans videret aliquid, quod esset in propitiatorio, sed magis nebula thymiamatis confurgens operiret propitiatorium, vt patet Leuit. 16. cap. & hoc quia forte sacerdos magnus intrans non erat dignus tali visione, qualis erat in propitiatorio, & si videret, moreretur: ideo mandabatur, vt nebula exhalaret a thymiamate, vt operiret propitiatorium, alioquin sacerdos moreretur, vt patet eodem capit. De Moyse autem non erat eadem ratio, quia ipse dignus erat tali visione, & maiori, & si non secundum te saltem secundum acceptationem Dei: quia Deus acceptabat eum, vt esset dignus videre essentiam diuinam, quae est perfectissima visio, vt patet Num. 12. cap. ergo acceptaret eum ad quamlibet minorem visionem, scilicet ad videndum angelum in assumpto corpore super propitiatorium: ergo licet videret illum, non moreretur, & sic non erat necessarium, qd Moyfes portaret thymiamata, cum introibat in Sancta Sanctorum, & videbat angelum in assumpto corpore aereo loquentem in propitiatorio. Aliquis autem fortassis dicet, quod non erat aliqua visio super propitiatorium, & sic nec summus sacerdos, nec Moyfes, vel quilibet alius

alius intrans in Sancta Sanctorum poterat videre aliquid super propitiatorium. Et quando obijcitur, qd ad hoc fiebat, vt cum intraret summus sacerdos portaret secum thymiam ardens, cuius nebula operiret propitiatorium, ne videret id quod apparebat in propitiatorio: negabit dicens non ad hoc fieri. Et pater, quia si ad hoc fieret, quodcumque summus sacerdos intraret in Sancta Sanctorum, deberet secum ducere prunas, & thymiam ardens. Sed falsum est: quia quando deponendum erat tabernaculum, & tegenda arca, intrabat summus sacerdos, & cum eo minores sacerdotes, & inuoluebant arcam, vt patet Numer. quinto capitulo: sed tunc non mandabatur, quod portarent secum thymiam ardens, vel aliquid alterum: si tamen aliquid appareret super propitiatorium portarent aliquid, vt non viderent illud: ergo non apparebat ibi quidquam. Respondetur, quod in propitiatorio inter alas Cherubim apparebat quoddam corpus aereum grossum de aere condensato, in quo angelus formabat voces illas, quae audiebantur, vt probauimus supra vigesimo quinto capitulo. Ad argumentum dicendum, quod non est simile: nam quando sacerdos magnus introibat in Sancta Sanctorum in die expiationis, erat ibi angelus in assumpto corpore, & ad hoc quod non videretur necesse erat thymiam portari, vt operiret propitiatorium nebula surgente de thymiamate: cum autem intrabat sacerdos magnus, & minores sacerdotes cum eo in Sancta Sanctorum ad deponendum velum, & operiendam arcam: non erat angelus in corpore illo assumpto super propitiatorium, ideo non oportebat introferri thymiam. nebulas exhalans. Et patet hoc esse rationale: quia quando summus sacerdos introibat ad operiendam arcam, nubes, quae erat super tabernaculum, nota erat dans signum recedendi, vt patet Numer. 9. capitulo: nam aliter nullus mutaret, aut deponeret tentoria sua, nec sacerdotes aliquid facerent in deponendo tabernaculum: cum autem angelus mouebat nubem, quae erat super tabernaculum, non erat super propitiatorium. Etiam quia tunc ad nihil necessarium erat, vt angelus tunc maneret super propitiatorium, cum ipsum tegendum esset atque portandum. Item quia quando in die propitiationis intrabat summus sacerdos in Sancta Sanctorum, angelus ille loquebatur ei, & si non semper saltem aliquando, ideo necessarium erat, quod esset ibi corpus illud aereum densum: quod ne videretur oportebat, vt portaretur thymiam, cuius nebula ascendens operiret propitiatorium. Et si dicat aliquis, quod sicut quando summus sacerdos cum minoribus sacerdotibus introibat in Sancta Sanctorum ad tegendum arcam recedebat angelus, & non manebat ibi corpus aereum formatum sicut ante erat, ita cum esset dies propitiationis, & sacerdos magnus intraturus esset in Sancta Sanctorum, poterat ille angelus recedere, ne videretur corpus illud aereum, vel resolvere illud. Respondetur, qd non debebat sic fieri, quia illo die summus sacerdos intrans in Sancta Sanctorum oraturus erat pro peccatis suis, & totius Israel, vt patet Leuiti. decimo sexto capitulo: vt ergo sacerdos certificatus esset, quod Deus remitteret peccata populi sui, audiebat vocem de propitiatorio, in quo respondebat ei: sed non poterat formari ista vox, nisi angelus in corpore aereo formaret eam: ergo necessarium erat ibi esse tale corpus aereum densum.

F An loqueretur angelus aliquid summo sacerdoti introeunti in Sancta Sanctorum.

Q V A E S T I O. XVIII.

SED forte dices, qd supponitur aliquid dubium, scilicet qd angelus loqueretur illa die summo sacerdoti aliquid intra Sancta Sanctorum. Respondetur, qd hoc satis conijcitur esse verum, qd quando sacerdos magnus in die propitiationis introibat in Sancta Sanctorum, non solum portabat thymiam, vt eius nebula operiret propitiatorium, ne ipse aliquid videret, vt dicebatur: sed etiam mandabatur, qd eo tempore, quo sacerdos magnus introiret in Sancta Sanctorum nullus hominum staret in tabernaculo. Sed dato qd aliqui sacerdotes minores starent in tabernaculo, non viderent aliquid eorum, quae erant intra sancta sanctorum, cum esset velum pendens in medio ante arcam diuidens sancta sanctorum a reliqua parte tabernaculi. Sed Deus non mandabat aliquid superfluere: ergo videbatur necessarium, qd hoc mandabatur ad hoc ne sacerdotes manentes in tabernaculo audirent verba angeli loquentis ad sacerdotem intra sancta sanctorum, licet nihil videre possent: nam sicut summus sacerdos erat indignus visione angelica in corpore aereo assumpto, & iudicabatur dignus audire verba eius saltem ex dignitate officij: ita proportionabiliter sacerdotes minores non erant digni videre angelum in corpore assumpto, nec audire vocem eius. Si autem angelus non loqueretur aliquid summo sacerdoti introeunti in sancta sanctorum, superfluum videretur, qd sacerdotes minores excluderentur a tabernaculo: sed non est in mandatis Dei concedendum aliquid superfluum: ergo angelus loquebatur summo sacerdoti intra sancta sanctorum. Conclufum ergo ex praecedentibus manet, qd quando Moyfes intrabat in sancta sanctorum, apparebat ei aliqua visio representans Deum in propitiatorio. *Sanctum Sanctorum erit vobis thymiam.* Id est istud thymiam, de cuius compositione supra dictum est, reputabitur apud vos sanctum sanctorum, id est valde sanctum. *Talem compositionem non facietis.* Scilicet de eisdem materialibus, & in eandem proportionem. Si quis autem assumeret oia ista materialia non in eandem proportionem, non diceretur facere tale compositionem. Vel si acciperet plura de illis in eandem proportionem, quae hic seruatur non accipiendo omnia, non faciebat talem compositionem. *In vsu vestros.* Id est ad hoc qd fruamini odore illius, quia iste erat vsus thymiamatis. *Quia sanctum est domino.* Id est quia istud thymiam cultui diuino applicatum est, & non debet conuerti ad profanos vsus, scilicet ad vsus hominum: ratio huius est reuerentia cultus diuini, sicut supra declaratum fuit de vnguento vnctionis. *Homo quicumque fecerit simile.* In materialibus proportione omnimoda materialium. *Vt odore illius perfruatur.* Etiam si aliquis non fuerit perfruitus odore huius thymiamatis: si tamen confecisset ad fruendum tali odore, merebatur mori, quia praedicatur ei hic, qd peribit de populis suis: si autem aliquis fecisset tale thymiam non, vt fruere odor illius, sed vt ad cultum Dei poneretur in altari thymiamatum, non incurrebat aliquam penam, sed potius merebatur. Dicitur, vt perfruatur odore illius, quia iste terminus perfrui ponitur hic valde proprie. Nam frui est alicui rei per amorem propter seipsum solam adherere: sed si aliquis acciperet thymiam istud experiendo odorem eius, vt delectaretur in eo: hoc erat amare ipsam delectationem, quae erat in tali odore: non poterat hoc facere propter Deum, cum sciret esse contra Deum: sed qui sic experiebatur odorem thymiamatis non experiretur, nisi vt delectaretur: ergo delectatio illa erat frui, & hoc generale est in omnibus peccatis.

In oibus peccatis est frui, & Deum: sed qui sic experiebatur odorem thymiamatis non experiretur, nisi vt delectaretur: ergo delectatio illa erat frui, & hoc generale est in omnibus peccatis.

tis, qd homo auertens se a Deo fruatur bonis, ad quae se conuertit, cum illa non ordinentur in supremum finem. Et si forte sit aliquid peccati, cuius actus non sit frui, vt in periurando, & mentiendo, & similibus: est tamen frui in fine illius actus peccati: in alijs autem quibusdam peccatis est frui: quemadmodum in actu venereo, & actu gulae, & actu superbiae: ideo cum quis operatur in ista, dicitur frui. sic patet Gen. 3. c. cum dixit Thamar ad ludam: *Quid mihi dabis, vt fruaris concubitu meo? Peribit de populis suis.* Id est non manebit in populis suis diu, quia Deus occidet eum. Vel peribit de populis suis: quia aeternaliter condemnabitur, & non aggregabitur ad populum suum, s. ad gloriam beatorum: sic dicitur de Iacob Gen. 49. Appositus est ad populum suum. & hoc fuit per mortem, s. qd aggregatus fuit ad turbam patrum suorum bonorum, qui erant in sinu Abraham: quia non poterat dici de aliquo alio populo, & sic dicitur de alijs sanctis patribus. Sicut ergo boni per mortem apponebantur ad populum suum, ita mali per mortem segregabantur, vel peribant a populo suo, s. qd non aggregabantur ad illum. De expositione huius dictum est magis 17. c. quia ibi ponitur similis oratio, dum agitur de circumcissione.

CAPITVLVM XXXI.



Artifex eligitur.

De cordi. i. c. 2. 1. p. De sacra vnctione cap. vnico ante fin.

LOCVTVSQ. est Dominus ad Moyfen, dicens: Ecce vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eu spiritu Dei sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum quidquid fabre fieri potest ex auro, & argento, & aere marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum: dedi q; ei locium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta, quae praecipi tibi, tabernaculum faderis, & arcam testimonij, & propitiatorium, quod super eam est: & cuncta vasa tabernaculi, mensamque, & vasa eius, candelabrum purissimum cum vasis suis, & altaria, thymiamatis, & holocausti, & omnia vasa eorum, labium cum basi sua, vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs eius, vt fungantur officio suo in facris: oleum vnctionis, & thymiam aromatum in sanctuario. Omnia, quae praecipi tibi facient.

Locutusque. Postquam descripta fuit materia tabernaculi, & figura, & ministratio sacerdotum: hic conuenienter apponitur electio artificum exequentium. Habet enim quodlibet edificium antequam fiat duas considerationes. Prima est consideratio eius, qui ta-

le adificium sibi fieri vult, quoniam apprehendit finem illius adificij, & ipse mouet eum ad agendum. Etiam iste volens adificare considerat figuram, & quantitatem adificij, quod vult deducere in esse, & materiam atque sumptus. Secunda consideratio est apud artificem, s. qd cum aliquis adificare vult, dicit artificij, qui hoc facere debet, & iste rursus fin exemplar, quod concepit, & habitum artis directiuum producit in effectu. Cum autem supra fuerit posita prima consideratio adificij apud Deum, & Moyfen de fine sanctuarij, & materia, & figura ceterisque, hic ponitur secunda consideratio introducendo artifices exequentes. Diuiditur autem in duas partes: quia primo ponitur vocatio artificum: secundo conclusio omnium verborum ibi. *Deditque Moyse.* Prima in duas. Primo agitur de causa efficiente tabernaculi: secundo de quoda incidentalibus ibi. *Et locutus est.* Circa primum. *Locutusque est dominus.* Hic ponitur locutus est, quod est caput rationis: siue quia (vt dicebamus praecedenti c.) ista, quae scripta sunt a principio c. 25. vsque huc fuerunt dicta Moyse in monte Sinai cum stetit quadraginta diebus cum domino, in pluribus diebus, ita qd vno die diceretur vna clausula, siue tota vna ratio, & alia die altera: & sic consequenter, & vbi incipiebant istae clausulae ponebantur aliqua capita rationum distinctiua, quale est istud. *locutusque est.* & similia. Vel dicendum si licet omnia ista simul dicta fuerint, quia tamen erant in se distinctae clausulae tractantes de diuersis rebus, ponebantur in eis capita rationum distinctiua, quale est istud: *Locutusque est. Ecce vocaui ex nomine Beseleel.*

Nullus erat, qui sciret facere, quae Deus mandauerat de tabernaculo.

Q V A E S T I O. PRIMA.

DICITVR vocare Deus artifices, in quo responderet ad quandam quaestionem tacitam: posset enim arguere Moyfes, dicens: domine iubes fieri tanta, & tot in opere huius sanctuarij, qd nullus homo est super terram, qui talia sciat facere. Et forte hoc non multum a veritate deuiat: nam licet omnia opera facta in sanctuario non essent tanti ingenij artificum, quin aequalia, & maiora possent nunc imaginari artifices, & facere: iam opera solenniora illis sapientissima facta sunt: tunc tamen forte nullus reperiretur: qui talia facere sciret: nam aetas illa valde rudis erat adhuc, cum tunc videretur incipere homines ad habendam industriam, quia antea valde rudia, & inepta saecula fuerant: non ergo potuisset aliquis artifex tunc ex se solo talia excogitare, & si quis excogitaret, & ei diceret, nesciret fabricare, quia habitus erant adhuc imperfecti, & circa res imperfectas. Nisi ergo Deus aliquem hominem eleuaret ad intelligendum aliquid, quod per se intelligere tunc non valebat, non potuisset fieri talis sanctuarij constructio. Videns ergo Deus iustam esse quaestionem, quam Moyfes, aut proposuit, aut proponere potuisset, respondit ei dicens: non sollicitus sis circa hoc, quia ego curam huius habeo, & vocaui artifices, & impleui illos spiritu, vt excogitare sciant, & fabricare quidquid fabricari potest, & isti facient quidquid fuerit necessarium. Inter hos autem vocaui Beseleel nominatum, & Ooliab filium Achisamech. *Ecce vocaui ex nomine.* Deus dicitur aliquem vocare, id est eum ad aliquid praordinare, & cum ipse praordinasset multos de viris Israelitis ad construendum istud opus, dicebatur eos vocauisse. *Ex nomine Beseleel.* Id est multos nominatos ad hoc ordinari: sed non ordinari aliquem nominatum exprimendum tanquam principale inter eos praeter Beseleel, & Ooliab. Et patet hoc, quia cum hic agatur

de artificibus, quibus Deus dedit sapientiam, solum explicat nominatim istos duos. De ceteris autem loquitur sub vniuersali, & cōsulo dicens, & in corde omnis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta, quae praecepti tibi. *Filius v'ri filij Hur de tribu Iuda.* Aliqui dicunt, qd iste Beseleel fuit pronepos Mariae fororis Moyfi, & Caleb. Cuius salitas, & motium magis declarabitur in c. 35. Dicendum tñ hic, qd fuit Beseleel nepos Hur, & Mariae fororis Moyfi: quia Hur dicitur accepisse Mariam in vxorem. *De tribu Iuda.* Hur erat de tribu Iuda, Maria autem foror Moyfi erat vxor eius, & erat de tribu Leui cum Moyfes esset de tribu Leui, & hoc quia istae duae tribus miscebantur, s. qd viri de vna tribu acciperent vxores de altera, & e conuerso. Sic patet de tribu Leui ad tribum Iuda: nam sicut Hur de tribu Iuda accepit Mariam, quae erat de tribu Leui: ita Aaron, qui erat de tribu Leui accepit in vxorem Elisabeth filiam Aminadab sororem Naafon, & ista erat de tribu Iuda, quia Aminadab pater suus, & frater eius Naafon erant de tribu Iuda, vt patet Matth. 1. c. & Lucae 3. etiam patet Num. 7. c. vbi ponitur Naafon princeps filiorum Iudae: idem habetur Num. 1. c.

An tribus Iudae, & Leui iungerent connubia propter dignitatem suam.

QVAESTIO. II.

NEC erat hoc (vt quidam volunt) propter dignitatem istarum tribuum duarum, s. quia tribus Leuitica erat sacerdotalis, & tribus Iuda regalis. Na hoc forte posset esse verum postquam Aaron factus fuit sacerdos, & filij, & determinatum fuit sacerdotium in aeternum in domo Aaron, vt patet Num. 17. c. per virgam nucem florentem. Sed ante hoc Aaron accepit in vxorem Elisabeth filiam Aminadab, qui erat de tribu Iuda: nam qñ in secundo anno exitus de Aegypto Aaron, & filij sui Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar consecrati sunt (vt colligitur Num. 3. & Leuit. 10. c.) erat Aarō hñs vxorem cum filios hñet magnos viros, qui simul cum eo in sacerdotes cōsecrarentur. Ergo antequam sacerdotiū esset i tribu Leui, accepit Aarō Elisabeth sororem principis tribus Iuda, s. fororē Naafon. Sed forte dices, qd licet Aaron habuerit filios, s. Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar antequā fuerit adeptus sacerdotium, tñ isti nō fuerunt de Elisabeth, quae erat de tribu Iuda: sed de aliqua alia vxore, quae esset de tribu Leui. Sed falsum est, quia supra 6. c. dicitur qd accepit Aaron Elisabeth in vxorem filiam Aminadab sororem Naafon, & ista erat de tribu Iuda, & tunc sequitur: Quae peperit ei Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar: ergo antequam hñet sacerdotium Aarō, accepit sororem Naafon, qui erat de tribu Iuda. Dicendum ergo, qd non erat tunc ista cōiunctio faderum matrimonialium tribus Leuiticæ cum tribu Iuda, quasi aliquid speciale esset iter istas duas tribus, quare sic specialiter vniuerentur. Sed erat hoc generale, quia sicut Leuitae vniebātur mulieribus de tribu Iuda, & viri de tribu Iuda accipiebant mulieres de tribu Leui: ita viri de tribu Iuda accipiebāt vxores de tribu Ruben, & Simeon, & de omnibus alijs tribubus, & e conuerso alijs tribus accipiebant vxores de tribu Iuda, & Leuitae accipiebant vxores de qualibet alia tribu, & qualibet alia tribus poterat acciperet vxores de tribu Leui, hoc autē durauit quousq; Deus mandauit, vt quilibet vir acciperet vxorem de tribu sua, vt patet Num. 36. c. tribus tñ Leuitica, & Iudaica manserunt post assumptum sacerdotiū aliquo modo vnitae: quia sacerdotes magni accipiebant vxores de linea regali, vt patet de Ioiada sacerdote magno, qd accepit Iosabā filiam regis Ioram i vxorē, vt patet 4. Reg. 11. c. Et impleui eū spiritu Dei sapientia, & intelligentia.

Idest impleui eū spiritu Dei, qui est sapientia, & intelligentia, & scientia. Nā quidqd homo à Deo spiritualiter recipit i aīa, spiritum Dei recipere dī: siue illud sit virtus moralis, siue theologica, siue habitus prudētia, aut quilibet scientificus, vel habitus artis: ideo dicēdo impleui eū spiritu Dei, generalis locutio est, & est sensus, qd Deus impressit in anima eius aliquid spirituale. Sed quid illud sit, & vtrū pertineat ad potentiam intellectiua, aut volitiua non determinatur, ideo ad declarandū hoc subditur. *Sapientia, & intelligentia.* Idest iste spiritus Dei, quo impleuerat Deus ipsam Beseleel erat sapientia, & scia, & intelligentia, & pertinebat oīa ad intellectū. Alio modo pot sic intelligi, qd spū Dei ponat tanq̄ instrū, s. *Impleui eum spiritu Dei sapientia, & intelligentia.* Idest impleui eum sapia, & intelligentia, atque scia per spiritū Dei, s. qd licet ista habuerit Beseleel, non habuit totaliter naturaliter, sed Deus magis supernaturaliter infudit, aut id quod p̄existebat imperfectū supernaturaliter perfecit. Vel pnt poni oīa ista tanquā distincta, s. qd aliud sit spiritus Dei, & aliud sapientia, & scientia, & intelligentia. Nam ista tria posteriora dicunt habitus, vel modū habitus: spūs autē dicit actū, quia nihil aliud est spūs, q̄ quoddā expiramen, vel status: & pertinet ad res, quae hñt in se motū, quia propria significatio spiritus est signare inspirationē ventū, siue impetū eius, aut ipsum ventū concitatū: & sic spiritus Dei dicit hic quendam motū à Deo datū, s. qd sapientia, scia, & intelligentia dicunt habitū, & dicunt aliquid manens: spiritus dicit motū istorū s̄m qd ab his habitibus pcedit operatio, & iste spiritus est à Deo, quia isti habitus artis, qui existebant in Beseleel, & alijs, nō erant, sufficienter se hñtes ad talē motū, i. vt ab eis talis operatio pcederet qualis postea p̄cessit, nisi Deus impleuisset eos Spiritu Sācto suo, s. coaptando eos ad talē operationē, ad quā nō erant antea sufficientes. Quilibet harū expositionū de spiritu bona ē, sed prima melior. *Sapientia.* Scilicet sapientia infusa. *Et intelligentia.* Idest sapientia naturali, ingenij acumine: quod acumē non est aliquis actus, nec aliquis habitus, nec aliud quod ab alio discitur, aut iā existenti infunditur, sed ipsi nascēti connascitur, & est qdā dispositio naturalis s̄m quā intellectus n̄ facilliter aliquid iudicare pot. & rectissime vocatur intelligentia ab intellectu, vel ab intelligēdo, quia solum se tenet ex parte nudi intellectus, non p respectū ad aliquid alterū. Habitus autē, & dispositiones ad habitus accipiūt determinationes ab obiectis, quia obiecta sunt sicut differentiae constitutivae habitū, sicut se hñt dīa constitutivae in metaphisicis, aut dialecticis: sic n. ait Arist. in 3. de anima. s̄ctantur scientiae quemadmodū ea ex quibus sūt, i. sicut distinguuntur obiecta, ita distinguunt habitus, & dispositiones. Et ob hoc hñtus intellectus, & dispositiones, licet sint qdā perfectiones, & acumina ad intelligendū, nō tñ denominant ab intellectu, sed ab obiectis, vt cū dī: gramatica, dialectica, arithmetica. Nā qliber istarū in noīe suo p̄fert obiectū, de quo sit, s. gramatica de vocibus, & lris, dialectica de disputatione, arithmetica de numero. Aliqñ autē denominat ab aliqbz modis obiecti, & nō ab obiecto, vt cū dicimus sapia, & scientia: nā ista nō denominat aliqñ certū obiectū, sed magis modū: cū sapientia dicat cognitio de altissimis causis, aut p altissimas causas. Scia est cognitio de inferioribus rebus, aut p cās inferiores inferius, & superius, aut p inferius, & superius, qui modi sunt tenentes se ex parte obiecti. Ha aut sic nominant: qa accipiūt esse p id, qd addisimus, & est extra nos, s. ab obiectis. Acumē autē naturale non est acquisitū à rebus extra p studiū, aut per doctrinam, sed purē se tenet ex parte intellectus nudi, ideo ab ipso intellectu nomen accepit, scilicet vt vocaretur intelligentia, siue ab intelligendo quod idem est: & non vocatur

Acumen ingenij nō acquiritur addiscēdo nec infunditur hōi existenti: sed nascēti cōnascitur.

Quid sit sapientia & scientia.

atur grammatica, nec dialectica, aut aliquo alio nomine speciali: quasi de aliquo certo obiecto sit: nec vocatur doctrina, aut disciplina, quasi eam aut doceamus, aut ab alijs addiscamus sicut ait Isidorus Etymo. libro primo, cap. primo. *Et scientia.* Vocatur scientia aliqua disciplina acquisita per doctrinam. Omnia autem haec Deus dedit ipsi Beseleel. Vel accipitur alio modo sapientia pro infusa à Deo, & intelligentia pro habitu acquisito per nostram exercitationem ab acumine naturali sine aliquo docente, & scientia pro habitu creato per doctrinam alterius. Et hunc modum sequitur Rabbi Salomon. Vel potest accipi sapientia pro cognitione rerum altissimarum. Scientia pro cognitione rerum infimarum, intelligentia pro naturali acumine ad cognoscendas res. Alio modo potest dici qd ista ponantur hic pro vna re, scilicet pro vno habitu artium tam explicatur per plura nomina, quia mos est scripturae sacrae, & vulgarij, qui interdum non obseruant proprietates vocum in signando proferre multas voces pro vna re, solum autem importare in his omnibus habitus artis, per quem ista fieri debebant.

Sacra scriptura sumit quandoque sapientiam pro prudentia.

QVAESTIO. III.

ETIAM sciendum est, quod sacra scriptura in his non obseruauit proprietatem vocum ponens vnū pro altero, scilicet sapientiam pro prudentia, & prudentiam pro arte, vt patet Gen. 40. & 41. vbi vocatur Ioseph sapiens, quia sciuit disponere horrea, & colligere messes, ne periret gens Aegypti: & tamen ista erat prudentia, quae pertinet ad agibilia, & non erat sapientia, quae de speculabilibus est: qd ponatur prudentia pro arte patet supra vigesimo octauo cap. vbi dicitur. & loqueris cunctis sapientibus corde, quos repleui spiritu prudentia, & faciunt vestes Aaron. manifestum est autē qd facere vestes non est operatio prudentiae, sed artis: & sic isti termini non accipiunt hic multum proprie sed largē, quia ponuntur omnes isti pro habitu artis, siue sit infusus, siue acquisit, vel quomodo cunq; se habeat: & sic applicandae sunt omnes expositiones superiores. Prima cū dicitur de sapientia, quod Deus repleuit Beseleel spiritu sapientiae: & capitur sapientia pro quodam habitu cognitiuo infuso, non est assumenda sapientia infusa, sicut alibi assumitur, quia sapientia est vnus de habitibus intellectus speculatiui, qd inter quinque habitus intellectus ponuntur tres speculatiui, & duo non speculatiui: sapientia autem ponitur inter habitus speculatiuos: sed hic non infudit Deus Beseleel aliquem habitū speculatiuum, quia ad hoc non erat necessarius. Nam speculatiuus habitus purē est ad cognitionem veritatis, cū autem extenditur ad opus, iam est habitus practicus, vt patet in secūdo Metaph. sed hic tractabatur de opere cū dicitur. *Vt faciunt cuncta, quae praecepti tibi, tabernaculum federis, & arcam, &c.* Ergo non infusus fuit hic habitus sapientiae, sed habitus artis, qui est factiuus, vt ait Arist. in 6. Ethic. ca. De arte. Et iste vocatur sapientia in quantum fuit infusus totaliter, vel saltem id, quod existebat augmentatum est: intelligentia erat naturale acumen ad intelligendum, non quidem ad intelligendum ea, quae purē intelligibilia erant, sed ea, quae factibilia: nam sicut habitus artis, & habitus sapientiae, vel scientiae differunt: ita in acumine naturali quidam homines habent magnam acutiem intellectus ad penetranda ea, quae sunt purē speculabilia: quidam verō sunt, qui acumine intellectus pollent ad excogitanda diuersa factibilia. Hic autem nō accipitur intelligentia pro naturali acumine speciali: quasi de aliquo certo obiecto sit: nec vocatur doctrina, aut disciplina, quasi eam aut doceamus, aut ab alijs addiscamus sicut ait Isidorus Etymo. libro primo, cap. primo. *Et scientia.* Vocatur scientia aliqua disciplina acquisita per doctrinam. Omnia autem haec Deus dedit ipsi Beseleel. Vel accipitur alio modo sapientia pro infusa à Deo, & intelligentia pro habitu acquisito per nostram exercitationem ab acumine naturali sine aliquo docente, & scientia pro habitu creato per doctrinam alterius. Et hunc modum sequitur Rabbi Salomon. Vel potest accipi sapientia pro cognitione rerum altissimarum. Scientia pro cognitione rerum infimarum, intelligentia pro naturali acumine ad cognoscendas res. Alio modo potest dici qd ista ponantur hic pro vna re, scilicet pro vno habitu artium tam explicatur per plura nomina, quia mos est scripturae sacrae, & vulgarij, qui interdum non obseruant proprietates vocum in signando proferre multas voces pro vna re, solum autem importare in his omnibus habitus artis, per quem ista fieri debebant.

A mine ad contemplanda purē speculabilia: sed pro acumine ad excogitanda factibilia. Scientia accipitur pro habitu acquisito conclusionis demonstratae, vt habetur in primo Posteriorum, s. pro habitu, quem aliquis acquirit de faciendo aliquam rem per doctrinam aliquam. Secunda expositio, quā tener Rabbi Salomon, concordat cū ista quantum ad sapientiam, & scientiam: ideo applicanda sunt ibi, sicut in ista. In sola intelligentia differt, quia ipse accipit intelligentiam pro habitu, quem aliquis acquirit ex actibus suis sine alterius doctrina. Et tunc applicandum est, sicut in praecedenti, scilicet qd intelligentia nō sit habitus, quem aliquis acquirit ex actu solo per solam considerationem, quia ista intelligentia pertinet ad speculabilia: sed pro habitu, quem aliquis acquirit per actum suum se exercitando in operatione circa factibile. Expositio tertia, quae accipitur sapientia pro cognitione rerum altissimarū, & scientia pro cognitione rerum inferiorum, ad istum modum redigenda est. Sapientia namq; est dupliciter dicta, scilicet aut cognitio de causis altissimis, aut per causas altissimas. Et sic scientia aut pro cognitione rerum inferiorum, aut pro cognitione alicuius rei per causas inferiores. Accipiendo autem sapientiam primo modo non potest hic sumi, quia sapientia simpliciter est de rebus altissimis simpliciter: sed artificata non sunt perfectissima: imō non sunt perfecta, cū non habeant formam substantialem: ergo non est de eis sapientia: accipi potest tamen sapientia in artibus, ita quod in qualibet arte sit assignare sapientiam, & scientiam, quia consideratio perfectissimorum illius artis vocatur sapientia: & ille qui eminenter se habet in aliqua arte, vocatur sapiens: ceteri autem, quoniam se habent ita excellenter nō vocantur sapientes: & isto modo accipit Arist. in sexto Ethic. cap. De sapientia, cum dicit: Sapientiam autem in artibus certissimam assignamus vt latomum Phidiam, & statuificum Policletū, quasi nihil aliud dicentes sapientiam, quā quod virtus artis sit. i. perfectissimum in arte: sicut in naturalibus vocatur virtus rei vltimum de potentia eius, siue vltimum in quod potest. Et isto modo non potest intelligi litera ista, quia tunc assignarentur contraria in eodem, nam sapiens in arte est, qui considerat, & operatur id, quod potissimum est in arte. Sciens vocari deberet ille, qui considerat ea, quae minora sunt in illa arte, sicut manualis. Sed ista non compatiuntur in eodem: nam licet ille, qui cognoscit altissima alicuius artis, cognoscit etiam ea, quae in arte illa minora sunt, tamen ista nomina signat cū p̄cisione, scilicet quod sciens est ille, qui cognoscit ea, quae minora sunt in illa arte, & nō cognoscit maiora, qui aut cognoscit maiora & minora, non potest vocari sciens, sed erit sapiens. Accipiendo ergo isto modo, si Beseleel erat sapiens, cognoscebat altissima cuiuslibet artis, & necessariō etiam cognoscebat minora: & non poterat esse sciens, quia non cognoscebat solum minora: ergo non habebat scientiam isto modo dictam: nō potest igitur applicari ista expositio. Alio modo accipitur sapientia, prout est cognitio rei per causas altissimas: & sic in naturalibus illi, qd cognoscentes res quascunq; inferiores, resoluūt eas vsq; ad ens, quod est causa altissima, dicuntur sapientes: ideo Metaphisici sapientes appellantur, quia reducūt vsq; ad primam cām in essendo, s. ad primā intelligentiam, quae est primum ens in ordine causalitatis, vel resoluunt vsq; ad altissimā causam in predicatione, vel inclusione, vel potius in continencia, & ambitu, scilicet vsq; ad ens, Philosophici autem, scilicet naturales Philosophi non vocantur sapientes sed scientes: quia non reducunt rem vsque ad primam, & altissimā causam, cū illa excedat considerationem Philosophicam, vt ait Arist. in secundo Physicorū, de mouētib⁹

Sapientia dupliciter sumi potest.

Quomodo accipitur sapientia prout est virtus artis.

amplius non motis non est ultra Physica consideratio. Illi autem Metaphysici reducunt vsque primam causam utroque modo: & per istam resolutionem cognoscunt, cum ipsa sit medium cognoscendi: sicut demonstratio in Metaphysicis, que est resolutio, cum reducatur res ad sua principia: ergo illi cognoscunt per causas altissimas. In artibus autem factiuis reperitur hoc proprie: quia in eadem arte domesticata, vel qualibet alia, ut statuitur, vel pictoria est considerare aliquam rem deducendo talem effectum per altissimam causam, & isti vocantur sapientes in arte illa: alij autem sunt, qui laborant inducere eundem effectum, & inducunt non respiciendo ad eandem causam altissimam, & isti non sunt sapientes in arte. Est autem in qualibet arte causa altissima forma totalis artificiatum, quia illa est, quam laborat artifex inducere, & quod ultimo completur, qui ergo per derationem formam totalis rei artificiatum facit quodcumque operatur in illa arte, dicitur per causam altissimam operari: qui autem aliquid operatur non respiciendo illam formam totalem, sed aliquid alterum non vocatur sapiens. Patet autem hoc in domesticationibus. est enim causa altissima in domesticatione forma totalis domus, scilicet quadratura, vel rotunditas, aut talis vel talis dispositio: cum ergo aliquis facit parietem magnum, vel paruum, aut claudens ad angulum rectum, vel obtusum considerando domus formam totalem, scilicet quia vult inducere talem, vel talem formam in domo, & ad hanc formam oportet claudi parietes orthogonaliter ad angulos rectos, dicitur sapiens: quia finis, qui est causa altissima, est medium, per quod inducit talem conclusionem factiuam: si tamen aliquis faciat parietes conringentes se non directe, & claudens angulos obtusos non quia considerat qualis forma totalis in domo inducenda sit: sed quia alius sic facere iussit, non est sapiens, quia non considerat causam altissimam nec per illam operatur: illi autem primo modo operantes in arte vocantur sapientes, & architecti siue architectonici quasi principes operantium: cum considerent id quod est potissimum in operatione, scilicet formam ultimam rei artificiatum, & secundum illam iudicent. Alij autem vocantur manuales, quia non habent aliquod iudicium, scilicet quare hoc sit sic vel sic, sed solum perficiunt, quare imperata sunt. Et non potest isto modo vocari hic Beseleel sapiens, & sciens, quia cum sapiens dicatur in quantum considerat per causam altissimam: sciens diceretur in quantum considerat aliquam causam inferiorem, siue per aliquam causam inferiorem, si per mandatum alterius sic iubentis facere: repugnat autem in eodem, quod faciat eundem effectum per causam altissimam, & faciat per causam inferiorem. Expositio ergo prima melior est. Et quando dicitur quod impleuit eum sapientia, id est habitu artis infuso, scilicet quod infudit habitum artis, quem non habebat, vel eum, quem habebat perfecit: non solum intelligitur quod infuderit istum habitum prout est aliquid radicatum in anima, sed in intellectu factio dirigens principaliter actionem, sed etiam quod in manibus eundem habitum dedit: nam in qualibet arte requiritur habitus factiuus in intellectu, & in manu: ita quod manus sit disposita ad obediendum expedite ei, quod deriuatur ab intellectu iubente per manum, quare est organum executiuum: sicut quis habeat bonum habitum scribendi, & habeat pessimum calami, non poterit conuenienter scribere, quam calamus est instrumentum per quod deriuatur virtus agentis ad passum. De hoc latere dictum fuit supra 28. ca. cum agebatur de artificibus, qui fecerunt vestes Aaron, & filiorum eius, quibus Deus dedisse dicitur spiritum prudentiam, id est artis. De istis habitibus artis, quos Deus infudit Beseleel, & Oliab ceterisque viris eruditis ad fabrican-

rum omnia necessaria in sanctuario vtrum maserint in eis expleta fabricatione, vel vtrum sicut supernaturaliter infusi fuerint supernaturaliter esse desierint: & dato quod maserint, vtrum in premium huius voluntarij laboris in construendo isti habitus in eis fuerint augmentati, supra 28. cap. satis late declaratum est. Sed contra positam expositionem aliquis arguet, quia dicebatur quod Deus repleuit Beseleel, & alios spiritu, & sapientia, & intelligentia, & scientia. Et per hoc quod dicitur sapientia intelligebatur habitum infusum, per scientiam intelligebatur habitus artis acquisitus per doctrinam: non enim videtur hoc posse stare, quia non potest esse idem habitus infusus, & acquisitus: sed hic solum agitur de habitu artis, quia nullum alium habuit Beseleel nec alij viri eruditi ad hoc quod ista fabricarent: ergo non potuit esse infusus, & acquisitus, sed vel fuit acquisitus, vel fuit infusus. Dicendum est, quod in Beseleel, & aliis fuit habitus infusus, & habitus acquisitus: nam non potest dici, quod hic solum essent habitus acquisiti, quia tunc non diceretur Deus tanquam aliquid speciale quod impleuit Beseleel, & alios spiritu, & sapientia: fuerunt ergo habitus infusi. Sed etiam non potest dici quod solum fuerint hic habitus infusi, quia litera ista innuit quod Deus docuit eos, qui aliquo modo docti erant, cum dicitur infusa, & in corde omnis eruditi posui sapientiam. si quod quando Deus ponebat sapientiam in eis iam erant eruditi. Sed non dicerentur eruditi, nisi haberent aliquem habitum artis: ergo non fuerunt totaliter infusi habitus: ita ergo diceret aliquis quod necesse esset intelligi, quod isti habitus non fuerunt infusi, sed erant acquisiti: & postea Deus illos compleuit. Respondetur, quod ponendum est in Beseleel, & ceteris artificibus quosdam habitus totaliter fuisse a Deo infusos, quosdam autem non totaliter, sed quod fuerunt perfecti, & vtrumque est infundere: nam si aliquis habet aliquem habitum artis, & ille est imperfectus, & Deus illum perficit, necesse est, ut intendat eum: aut magis radicando aut illustrando, scilicet ut firmitus, & clarius aliquis cognoscat quare fieri oportet: & operetur illa expeditius: & isto modo dato quod Deus solum perficeret habitus iam existentes, quia eis tribueret aliquos gradus firmitatis aut maioris promptitudinis ad opus, & maioris illustrationis, qui non causabantur per acquisitionem, necessarium erat infundi istos gradus, & sic diceretur ibi aliquid infusum. Sed adhuc preter hoc oportet dari ibi aliquid, quod sit pure infusum, id est quod sit acquisitum per infusionem solum, & non habeat aliquod fundamentum preexistens ex humana acquisitione: & hoc patet, quia aliquos habitus novos infudit Deus ipsi Beseleel, & aliis artificibus, quos ante non habebant, nec aliquas dispositiones ad illos acquisierant: ergo illi erant totaliter infusi. Nec valet argumentum quod fiebat, scilicet quod idem habitus non potest esse per acquisitionem, & infusionem, sed habitus artis erant ante in Beseleel, & aliis, cum dicitur in litera: & in corde omnis eruditi posui sapientiam: nam si vellemus ponere quod isti haberent habitum artis, & Deus infudisset eis alium habitum, qui non esset habitus artis: bene posset stare, quod vnus esset infusus, & alius acquisitus. Sed hoc non potest dici, quia dicitur in litera, quod Deus repleuit Beseleel spiritu Dei sapientia, & intelligentia, & scientia ad excogitandum quidquid fabricare fieri potest, & ut faciant cuncta, quare precepta erant Moysi: sed ad ista faciendum non requiritur aliquis habitus speculatiuus, aut moralis, sed habitus artis, ergo habitus artis fuit ille, quem Deus infudit. Si autem velis dicere aliter, scilicet quod Deus infudit eis habitum artis, & antea ipsi non habebant habitum artis, sed aliquem habitum speculatiuum, secundum quem vocarentur

rentur erudiri, videtur quod poterit stare litera. Respondetur quod nec sic potest stare, quia cum dicitur hic, quod Deus posuit sapientiam, id est habitum artis in corde omnis viri eruditi. Si accipiatur eruditus pro eo, qui habet habitum speculatiuum Philosophiae naturalis aut aliquem simile, erit ista locutio valde imperitiosa, & superuacua cum habitus isti speculatiui non pertineant villo modo ad habitum artis: necessarium ergo dicendum est, quod ipsi erant eruditi sine habitum artis, & quod Deus eis habitum artis infuderit. Nec tamen dicitur potest quod Deus infudit eis habitum artis, si ipsi illum antea habebant, licet illum perfecerit: nam infudit aliquid eius, gradus firmitatis, aut promptitudinis vel illustrationis: & istud non fuit habitus, sed aliquid in habitu: ideo infundendo istos non dicitur infudisse habitum. Dicendum ergo quod isti habebant habitum artis, & Deus infudit eis habitum artis: non tamen eundem habitum, quem ipsi habebant, sed alium: nam ars multum generale quid est, cum reperiantur multi modi artium: ideo potest vnus habere habitum vnus, & non habitum alterius: & ille habitus, quem non habuerit, potest sibi infundi: & sic erant necessarium in isto opere tabernaculi, quia erat necessaria ars textoria ad texendum cortinas, operimenta, & vela: erat necessaria ars carpentaria ad fabricandum tabulas tabernaculi, & faciendum arca de lignis setim, & duo altaria. Erant necessaria ars argentaria, & aurificum ad faciendum vala mensae propositionis, & duos cherubim, & lamina aureas arce, & altaris thymiamatum. Erant necessaria ars polylimitariorum ad faciendum vestes sacerdotales texendo. Erant necessaria ars sutorum in sciendo: & sic de artibus erariorum, multorumque aliorum artificum, quorum actus apparent considerando ea, quare mandantur fieri in sanctuario. Licet ergo Beseleel aut aliquis de aliis haberet vnum habitum istorum, non tamen haberet omnes: ideo oportebat, ut Deus infunderet ei ceteros. Sic dicitur in litera: Impleui eum spiritu Dei, sapientia, intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum fabricare quid fieri potest ex auro, & argento, & marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum. Item non solum existentibus pluribus artibus poterat vnus infundi aliis acquisitis existentibus, sed etiam existente vnica arte: nam sicut est in speculatiuis, quod sub eadem arte siue habitu speculatiuo sunt plures habitus speculatiui, ita sub eadem arte sunt habitus plures artis: nam geometria est vna scientia, & vocatur vnus habitus, cum scientia sit habitus conclusionis demonstrate: sed in geometria sunt multi habitus particulares: nam de qualibet conclusione demonstrata habetur habitus scientificus, & ille est necessario habitus, siue scientia geometrica: quot sunt conclusiones particulares, siue partiales demonstratae in geometria, tot sunt habitus scientifici, siue scientie. Et sic bene stat, quod aliquis sit geometra, & infundatur ei habitus geometricus, quia habebit multos habitus conclusionum specialium geometricarum, a quibus denominabitur geometra: tamen poterit infundi aliquis habitus geometricus, quem non habet. Sic ergo in arte carpentaria, aut etaria, vel argentaria sunt multa fabricabilia, & sine hac sunt diuersi modi fabricationum exigentes diuersas cognitiones, & facientes diuersos habitus poterit ergo aliquis carpentator habere habitum circa aliquod artificiale in arte sua, & circa alterum non habebit. Poterit ergo iste vocari carpentator ab habitibus pluribus carpentarie artis, quos habet: & tamen poterit ei infundi habitus carpentarius, quia infundetur aliquis habitus carpentarius circa aliquod carpentabile, quod iste carpentator ante ignorabat. Stat ergo conuenienter expositio data, quod Deus infudit quosdam habitus istis artificibus, quos ante non habebant, & quod

ipsi haberent antea quosdam alios habitus artis. de omnibus tamen habitibus, quos isti artifices antea habebant dicendum est, quod aliquid eis a Deo infusum fuerit, scilicet aliqui gradus ad perfectionem.

An Deus infuderit Beseleel intelligentiam factorum in fabricatione tabernaculi.

QUESTIO III.

SED adhuc circa superiorem expositionem videtur esse difficultas, quia dicebatur, quod Deus repleuit Beseleel spiritu Dei sapientia, & intelligentia, & scientia, & accipitur sapientia pro infusa, & intelligentia pro naturali intellectus acumine, & scientia pro habitu acquisito: nam licet de sapientia cum sit infusa planam sit, quomodo Deus repleuerit ea Beseleel, de intelligentia tamen quare est acumen naturale, dubium est, quia acumen ingenij per naturam est, cum consistat acumen hoc intellectus in bona habitu dine organorum: & qui organa meliora habent, melius intelligent: dispositio autem organorum est ex quantitate seminis, ex quo formatur fetus, & ex influentia celesti: hec autem pure naturalia sunt, non ergo dicitur replere aliquem sapientia, quoniam est talis naturalis subtilitas est. Respondetur quod ista sapientia infusa, quare est naturale acumen, & acquisita datur a Deo. sic patet Eccl. 1. cap. in principio: Omnis sapientia a Domino Deo est: ergo sapientia naturalis a Deo est. Item Iacobus 1. ca. Omne donum optimum, & omne donum perfectum a sursum est descendens a patre luminum: sed sapientia est de optimis donis, cum ponatur in ea felicitas in considerare, & habere, ut ait Arist. 6. Ethic. circa finem: ergo est a Deo data. Cum autem ista naturalis subtilitas consistat in duabus, oportet quod demonstretur quomodo ista duo a Deo datur. Primum quod est ad sapientiam naturalem, est lumen intellectus nostri, quod vocatur agens seu intellectus agens, de quo magis diximus supra 23. cap. Iste intellectus noster debet intelligere per species acceptas a rebus, cum non habeat species sibi innatas, sicut intellectus angelicus: id autem quod aliquid recipit, est in potentia ad id, quod recipit & perficitur per id quod recipit intellectus aut noster, quia recipit species ab extra, est in potentia. Et quantum ad hoc vocamus animam intellectum potentialem, vel possibile, quod idem est. Etiam, quia sine se non intelligit, id est, sine aliquid quod sit sibi naturale est potentialis, in potentia ad intelligere: & quia super hoc, quod intellectus noster est potentialis, i. receptiuus rei, quam non habet, adhuc habet quoddam lumen, per quod reducit se ad actum intelligendi, quod vocatur intellectus agens, & est idem intellectus: vocatur tamen possibile prout ipse est in potentia ad intelligendum, & recipiendum aliquid ab extra, per quod perficitur. Vocatur agens in quantum habet lumen, per quod seipsum ad intelligendum reducit. Istud lumen ad reducendum in actualiter intelligere est in quibusdam maius, & in quibusdam minus, sicut quod Deo placuit communicare. Et quia hoc est potissimum, in quo est naturalis subtilitas, & datur a Deo pure, cum nihil ad hoc agat celestium corporum aut aliarum rerum naturalium influentia: quia corporalia non possunt agere in intellectum, satis ergo ad istum modum dicitur quod Deus replet hominem subtilitate acumine naturali dando illud acumen excellens, cui vult. Et istud modum ponit Salomon Prouerbio. quarto, scilicet: Puer eram subtilis, & ingeniosus, & fortis sum animam bonam, id est habui animam bonam. Non dicitur ibi anima bona quasi sit bona moraliter, quia nulla talis anima nascitur, nisi in sanctificatione ab utero, de quibus non dicitur fuisse Salomon, sed dicitur ibi anima bona, id est subtilis, ut patet ex

Dato quod quod haberet habitum artis adhuc Deus potest ei infundere alium habitum artis in eadem arte.

Suauitas vel ingenij acume in duobus consistit, & hoc a Deo datur.

contextu literę ibidem : sed non potest poni aia subtilis, nisi per istu modum. s. per maioritatem luminis agentis : ergo est subtilitas naturalis, que est per communicationem maioris luminis in intellectu, & ista a solo Deo datur. Aliud est ex quo reperitur naturalis subtilitas, s. dispositio organorum maxime phantasticorum, non quidem, quod intellectus noster sit alligatus corpori, aut consequatur, vel determinet, sibi aliqua qualitatem corporis, sicut potentia auditiva, & visiva, & sic de ceteris : sed quia ad actum intellectus necesse est precessisse actum istorum organorum vel actualiter esse, ideo cecus non iudicat de coloribus, quia caret virtute organica, que requirebatur in eo actum habere, vel habuisset ad actualem cognitionem intellectus : sic enim ait Arist. in primo Posteriorum, quod necesse est illa scientia carere, de cuius obiecto potentia sensitiva caremus : cum ergo organum phantasticum indispotum sit, non poterit intellectus habere suu actum, vel valde modicum, & imperfectum habebit : ex quo sequitur id quod videmus, s. quod ideo homo cum ebrius est non intelligit, vel modicum, & distorte intelligit : quia per ebrietatem phantasmata ineptè coaptantur per turbantibus fumis ascendentibus de stomacho : cum ergo non possit fieri intellectio nisi conuertatur actualiter intellectus noster super phantasmata, cum phantasmata fuerint perturbata, modicum intelligemus aut nihil : & nisi sic foret nihil minus homo intelligeret, cum ebrius est, quam cum sobrius : & nihil magis cum esset dormiens quam cum vigilans : nam intellectus cum incorporatus sit, secundum se equaliter omni tempore dispositus est, quia non afficitur aliqua passione corporea : cum ergo intellectus preexigat ad intellectioem suam actum organorum, & in dispositione eorum melius, aut peius intelligat : sequitur quod qui meliora organa habent melius intelligunt, & subtiliores vocantur naturaliter, quia ad acutius, & facilius intelligendum dispositi sunt. Ista autem subtilitas, que consistit in dispositione organorum, causatur a dispositione seminis, ex quo formatur corpus humanum cum organis suis, & qualitatibus. Qualitas siue dispositio seminis est ex influentia corporum celestium in locum generationis, & s. in tempus & in semen paternum atque menstruum maternum, cum omnis naturalis effectus deriuetur ex concatenatione causarum naturalium, & inter causas concatenatas sic est habitudo, quod tota virtus influendi deriuatur a causa, que prima est in concatenatione nature, sicut dicitur in prima propositione libri de causis. s. Omnis causa primaria magis influit in suum effectum quam secundaria causa. In ista autem concatenatione causarum Deus est prima causa : ergo tota virtus nature in fluendo deriuatur a Deo. sed ista subtilitas naturalis per dispositionem organorum causatur naturaliter : ergo causatur a Deo tanquam a prima causa, a quo tota ista virtus originaliter deriuatur : & sic cum aliquis subtilitatem naturalem habet, Deus dedit ei illam, quia ipse eam principaliter creauit. Et hoc modo Deus dicitur repleuisse Beseleel, & alios intelligentiam, que est naturale intellectus acumen. Cum autem aliquis habet subtilitatem naturalem, non debet esse, quasi nihil ex hoc specialiter Deo debeat : cum natura sibi illud donum tribuerit. Nam non potest quisquam habens intellectum, qui subtilitatem aliquam habeat, dicere quin Deus creauit illum deriuando virtutem suam per causas medias s. in concatenationem nature. Si autem Deus immediate dedisset non operando per aliquas causas medias, crederemus nos ei obligatos de subtilitate nobis infusa. non ergo minus est gratias referendum de subtilitate, quam dat naturaliter : nam si ego egeam calore, & Deus me calefacere velit, & calefaciat, siue mediante igne me calefaciat, siue nullo

Quomodo causetur subtilitas in homine ex dispositione organorum.

Cum aliquis habet naturalem subtilitatem : Deus illam dedit ei.

igne mediante, non multum differt quantum ad hoc quod teneamur ei pro illo suscepto beneficio : sic ergo de subtilitate naturali ei multum ad gratiarum actiones tenemur quasi infuderit. Aliquo modo possemus declarare istam sententiam, si ea, que naturaliter fiunt, non essent per iudicium alicuius cause ordinatis ad voluntatem, scilicet quod quando ex eo quod aliquis agit, sequitur nobis magnum bonum ad videndum utrum sit beneficium, distinguimus an ille, qui dedit, ideo dedit ut nobis bonum esset, an forte dedit per accidens ad hoc nihil attendens nec curans nobis benefacere. Si primo modo fiat beneficium est, & tenemur taliter operanti ad nos. Si autem iectio modo, non tenemur, quia non est beneficium : cum optima duo principia deficiant, scilicet intellectus, & voluntas : & consequenter necesse ibi libertas a. b. u. i. j. que consistit ex his duabus potentiis. Sic autem applicando ad Deum dicemus, quod si Deus aliquid agat, quod nobis in bonum cedat, dicimus recipere beneficium ab eo, & teneri ei, si idem ipse ista fecit, ut nobis bona essent : si autem aliquid egit, quod nobis in bonum cessit, & non faciebat ipse ad intentionem, ut nobis bonum esset, non dicimus recipere beneficium, nec specialiter obligari : cum autem Deus nobis aliquid infundit in intellectu, quia per seipsum agit non mediante aliqua alia causa : cuiuslibet enim est, quod intendat nobis benefacere, & quod teneamur ei.

An verum sit, quod cum Deus agit per corpora celestia nihil curet de his inferioribus.

Q V A E S T I O . V .

CUM autem naturaliter agit, quidam putant quod Deus non intendit nobis bene agere, sed quod indidit virtutem suam celis, & facere angelos mouere orbes, ut patet Job octauo capit. & sic virtutes agentium deriuantur in effectus : & isti effectus dicuntur naturaliter produci, quia per actionem agentium subordinatorum. & licet non dubitent Deum esse principalem causam huius naturalis operationis : tamen putant, quod Deus vult, ut moueantur illa corpora celestia, & influant secundum naturam suam, tamen quod non intendat quid inde sequatur, utrum infirmitas in hoc homine, vel illo, aut subtilitas in hoc vel in altero : & sic ponendo hęc Deus moueat omnia agentia subordinata sibi, secundum quem motum causatur subtilitas in aliquo homine, tamen non ideo mouit causare subtilitatem in illo homine, & si hoc ponatur non dicimus nos suscipere beneficium a Deo, cum ex actione sua aliquod bonum nobis sequitur : quia ipse non intendit tunc nobis benefacere. Ista autem procedunt ex quadam suppositione erronea, que repugnat veritati catholicorum, & positioni Philosophorum, atque statui totius nature, scilicet quod Deus non agat ex intentione, scilicet sine presupposito, sed per accidens non intendens quid agat : & tunc licet moueat omnia agentia sibi subordinata, tamen non scit quid sequatur ex sua actione, nec intendit aliquid specialiter causare. Hoc primo repugnat veritati catholica : quia tollit prouidentiam Dei : nam prouidentia est, secundum quam omnia cognoscit, & dirigit ad certitudinem : si autem ponatur, quod non intendit aliquid quando operatur, id est non prestatuit aliquem finem, non erit prouidentia rerum, & pre-cognitio in Deo. Item repugnat hoc positioni omnium Philosophorum, quia ut patet in decimo secundo Metaphi. in fine, entia nolunt male disponi : id est res naturales nolunt male dirigi, ex quo con-

concludunt Philosophi, quod iste mundus non potest esse minus dirigi quam dirigatur : sed regimen, quod est sine ratione, id est sine aliquo iudicio regulante res in suum finem, est malum : ergo oportet quod regimen vniuersi fiat secundum pre-cognitionem effectus, & pre-stitutionem finis. Item differentia est inter causas agentes per se, & inter fortunam, quod cause agentes per se agunt presupposito, & intento fine, fortuna agit sine aliqua pre-stitutione finis : sed regimen vniuersi non attribuitur fortunę, que est causa per accidens, ergo attribuitur causis agentibus per se : sed cause agentes per se intendunt finem, ergo prima causa vniuersi a qua dependet tota regula actionis naturalis, agit pre-cognitio, & intento fine. Item imperfectissima causa est causa per accidens : sed prima causa in naturalibus actionibus non est imperfectissima, imo multum perfecta tenens maximum gradum perfectionis : ergo non est causa per accidens, sed sola causa per accidens est, que agit non pre-cognitio nec presupposito fine, ergo Deus, qui est causa per se, agit intendendo finem. Item non est Deus minoris perfectionis in causando quam artifices : sed in artificibus sunt quidam, qui agunt cognito fine, & presupposito, & vocantur sapientes, quia agunt per causam altissimam artis. Alij sunt imperfectissimi inter artifices, & isti sunt, qui agunt non cognito, nec presupposito fine : & isti vocantur manuales. Si ergo diceremus, quod Deus non ageret presupposito fine, & pre-cognitio, sed quod moueret causas naturales subordinatas sibi, nihil ultra attendendo, pertineret ad artifices manuales, & non pertingeret ad perfectionem artificum sapientum, qui vocantur architectonici : multum enim ex hac radice argui posset, sed quilibet argumenta inquirat, ne tantum cogamur digredi. Dicendum ergo quod Deus agit ex pre-cognitione finis & pre-cognitione, s. quod si aliquis nunc gignitur, Deus pre-stituit eum nunc gignendum, quasi alius faceret eum nunc gigni : quia vult eum nunc gigni : quod autem vult, fit, quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Psal. 148. Et cum vult aliquem hominem gigni, vult eum gigni rudem vel subtilem secundum altissimum consilium, & voluntariam largitionem bonorum suorum. Et quia naturaliter vult operari eum, quem vult subtilem nasci, facit ut in tali tempore nascatur in quo sit causalitas celi ad disponendum organa, que prompta sunt ad actum intellectus, quod est esse subtile. Etiam dicitur : minauit locum, & oia alia, que ad hoc requirebantur : ideo quoniam aliquis subtilis nascitur, Deus intendit eum ab eterno pro tali tempore subtilem gignendum, & ob hoc fecit ut in tali tempore, & tali loco nasceretur, & ex parentibus tanta, aut tante etatis, & ex semine sic disposito : si autem fecerat gigni eundem ipsum hominem ex eisdem parentibus : tamen alio tempore contrarie influentia, & in alio loco contrarie complexionis & in maiori, aut minori partu etate, & sic de ceteris dispositionibus : ille qui subtilis genitus est, valde rudis genitus fuisset. Cum ergo aliquis naturaliter subtilitatem ingenij habet, a Deo beneficium recipit, & ei specialiter tenetur pro hoc tanquam si postquam natus esset, vel etiam in etate virili eum de rudi subtilem efficeret : quia ideo aliquis subtilis natus est, quia Deus intendit eum subtilem gignere, & aptauit omnia, que pertinebant ad hoc, quod subtilis nasceretur. Et isto modo est sensus quod Deus vocauit Beseleel, & impleuit eum intelligentia, id est naturali subtilitate, s. quod Deus ab eterno vocauit, i. pre-ordinauit, quia vocatio ad pre-ordinationem, siue pre-destinationem pertinet, ut patet ad Rom. 8. capi. cum dicitur : Quos pre-destinauit hos vocauit, quos vocauit hos & iustificauit : Deus ergo vocauit Beseleel, quia ab eterno eum pre-ordinauit, ut esset Alph. Toit. super Exodi

Cum Deus vult aliquem subtilem nasci, facit ut in tali tempore nascatur in quo sit causalitas celi ad disponendum organa, que prompta sunt ad actum intellectus, quod est esse subtile.

architectonicus, & magister oium fabricantium in opere sanctuarij : & quia eum vocauit, repleuit intelligentia, s. naturali acumine faciendo eum tali tempore nasci, & in tali loco, & ex semine sic disposito, ut acutissimus esset ad excogitandum omne, quod in gemis, & marmore, & auro, & argentoque, & ere, & varia textura excogitari posset : & ut id efficere posset. Et non solum repleuit eum ista intelligentia, que est naturaliter data, sed etiam sapientia, que erat infusa : & hoc valde conueniens fuit. Nam non decuit, quod Deus pre-ordinans Beseleel, & alios artifices ad construendum oia, que erant in opere sanctuarij, daret eis tantam subtilitatem, ut per se excogitare posset omnia ; que Deus mandabat in sanctuario prater hoc, quod eis in funderetur aliquis habitus nouus, vel perficeretur supernaturaliter pre-existentes : nam licet ea, que hoies naturaliter habent, a Deo recipiant intendente eis dare illa, sicut supra nunc concludum est : non tamen cognoscunt homines ita fuisse voluntatem Dei dandi eis specialiter, sicut cum eis infundit : & dato quod Beseleel, & alij, quibus Deus naturaliter tantum dedisset intellectus acumen, ut oia ista per se excogitare posset, cognoscerent se a Deo recepisse, & Deum voluisse eis specialiter ista concedere : nescirent tam ead quid ista concessa forent : nec ita prompte exequerentur id, ad quod Deus eis istam subtilitatem tribuisset. Cum vero ista subtilitas fuit data naturaliter non tanta quantum sufficeret ad excogitandum, & faciendum omnia, que erant necessaria in opere tabernaculi, maior tamen quod ceteris hominibus naturaliter tribueretur. & postea in etate virili cum opus sanctuarij fabricandum, foret eis infudisset nonos habitus artis, & pre-existentes perfecisset, cognoscerent quod ideo hoc faciebat eis Deus, ut suum sanctuarium fabricarent, & sic promptius id exequerentur, & ad reddendum gratias de hac sapientia infusa specialius obligati viderentur. Concluditur ergo quod expositio supra posita, s. quod Deus repleuit Beseleel, & ceteros socios intelligentia, que est naturale acumen, stat conuenienter : quia illud naturale acumen Deus dare dicitur. Sed hoc posito adhuc dubitatur de alia parte expositionis, scilicet in quantum dicitur, quod repleuit Deus Beseleel scientia, & accipitur scientia pro habitu artis acquisito per doctrinam alicuius. Nam multum differt inter hoc, & supradicta. quod enim aliquis acumen naturale a Deo receperit, satis consonat intellectui nostro, quia illud acumen non habuimus per laborem nostrum, nec per doctrinam ab aliquo recepimus : ideo ab aliquo superiori nobis datum esse videtur : & hoc a Deo, a quo anima est.

An scientia, quam homo per laborem, & exercitium acquirit, sit a Deo.

Q V A E S T I O . VI .

SED quod aliquis a Deo recipiat scientiam, quam per doctrinam alicuius acquisiuit, in qua ipse laborauit, & alius eum docuit, non videtur : nam si ille, qui didicit non didicisset, non acquisiuisset illam doctrinam siue illam scientialem cognitionem, nec Deus illam dedisset, quam acquisiuit per doctrinam, sed aliquam alteram, que aliquo modo similis sit. Respondetur quod scientia, que per acquisitionem doctrinalem, & laborem nostrum acquiritur, a Deo nobis dari dicitur : licet non ita proprie sicut infusa, vel naturalis subtilitas : quia plura confert Deus in illis duabus quam in hac : nam scientiam infusam totam, & per seipsum confert : subtilitatem autem naturalem ipse solus confert, sed non immediate per seipsum, sed mediantibus causis agentibus Pars Secunda. O 3 conca-

concatenatis. In ista autem scientia acquisita minus confert, quia non ipse solus confert, licet conferat id quod precipuum est: labor tamen noster aliquid nobis confert, & aliquid doctrina magistrorum. Id autem quod in scientia acquisita, que pure est acquisita, Deus confert, est fundamentum intelligendi: quia, ut supra dicebamus, intellectus noster non habet species connatas, per quas intelligat, sed mendicat eas foris. In quantum ergo recipit eas ab extra, est in potentia ad illas, circa plurima eorum, quae est in potentia: & si nullo modo haberet homo illud lumen intellectus agens, non posset quidquam intelligere, sed totaliter esset in potentia ad intelligendum. Et dato quod aliquis docens esset, non proficeret: quia non potest intellectus noster totaliter per lumen extrinsecum recipere aliquid intelligibile. Cum autem nos aliquid lumen habemus ad nos reducendum de potentia in actum, licet illud lumen modicum sit, sufficit ad reducendum nos in actum aliorum, quae sunt nota, vel saltem non multum obscura: cum autem aliqua magis obscura proponuntur, lumen intellectus nostri non sufficit reducere nos de potentia intelligendi ad esse actum intelligentes: sed est aliquid lumen extrinsecum adiuvans, scilicet magister, & per doctrinam illius adiuvatur intellectus noster ad hoc, quod possit intelligere id, quod antea non sufficiebat intelligere. Et hoc non quod magister, qui extra intellectum nostrum est, possit addere intellectui nostro aliquid lumen, per quod fortior sit intellectus ad intelligendum: nec directe adiuvat lumen magistri, sed tanquam remouens prohibens. Et patet hoc in exemplo: ego non sufficio portare centum libras, & apponuntur mihi centum libras, & non fit motus: postea autem aliquis tollit mihi de illis triginta libras, & possum portare manentes. Nunquid ille, qui abstulit triginta libras, & fecit me posse portare, adiuit me directe, vel indirecte? Respondetur, quod adiuit indirecte: nam, adiuvare directe erat, quod mihi, qui non poteram portare centum libras, apponerentur vires, ut possem portare centum: nunc autem non est sic, sed aufertur prohibens, scilicet quod illae triginta librae, quae supererant, impediabant me, ne possem mouere totum illud pondus: Ablatis ergo illis iam portare sufficiens sum non appositis aliquibus viribus: ergo non est adiuvare directe. Sic patet in calore, vel in re calida: erat enim aliquis ignis, qui sufficiens erat comburere aliquid humidum, & frigidum in centum gradibus: apponatur autem ei combustibile humidum, & frigidum in centum quinquaginta gradibus, non poterit comburere: si quis autem abstulerit quinquaginta gradus de illo frigido & humido, iam illud calidum, scilicet ignis sufficiens comburere, quia adiutus fuit ab agenti extrinsecum, non quidem directe, sed indirecte: nam fuisset directe adiutus, si fuissent additae vires illi igni, ut posset comburere in frigidum, & humidum centum quinquaginta graduum agendo: sed indirecte, scilicet remouendo prohibens: quia quinquaginta gradus humidi, & frigidi, qui abundabant ultra proportionem potentiae actus illius ignis, impediabant ne ignis ille posset comburere: & quia illi quinquaginta gradus fuerunt ablati, ignis fuit potens comburere: istud ergo adiuuentum non fuit directum, sed tanquam remouens prohibens. Ita ergo hic circa intellectum nostrum lumen intellectus nostri est in quibusdam magis sufficiens, in quibusdam autem minus: Ponatur autem quod lumen alicuius intellectus sit tantum, ut possit reducere nos de poten-

tia in actum quantum ad aliquod intelligibile, quod videtur habere difficultatem graduum quinquaginta, cum tale intelligibile nobis fuerit presentatum sine adiutorio alicuius exterioris luminis, sufficiens nos reducere ad hoc, quod est esse actum intelligentes. Si autem apponatur aliquid intelligibile quod habeat difficultatem graduum centum, non sufficit intellectus noster reducere se in actum, sed indigebit lumine exteriori magistri adiuvantis: & istud lumen non est adiuvans directe, tanquam per illum acquiratur aliquis vigor intellectui nostro, ut maiora intelligere possimus. Nam si sic fieret, cum intellectus aliquis esset sufficiens ad reducendum se in actum cuiuslibet intelligibilis habentis difficultatem, ut in quinquaginta: & postea adiutorio luminis magistri intelligeremus aliquid intelligibile, cuius difficultas esset centum graduum, si istud adiutorium esset directum, ita ut apponerentur vires alicuique intellectui nostro ad magis intelligendum, cum iterum presentaretur intelligibile habens centum gradus difficultatis, intelligere sufficiens esset intellectus noster per se, tanquam iam acquisivisset vires ex adiutorio priori luminis magistri. Sed non est sic, quoniam si tale intelligibile tanta difficultatis apponatur, non erit sufficiens intellectus noster intelligere illud, nisi reducatur ad actum intelligendi adiutus iterum lumine exteriori magistri. Est ergo adiutorium tale non directum tanquam vires apponens: sed indirectum tanquam remouens prohibens: nam intellectus noster sufficiebat ad intelligendum quodlibet difficile usque ad quinquaginta gradus reducendo se in actum intelligendi illius. Si autem apponatur intelligibile habens difficultatem graduum centum: illi quinquaginta gradus, qui superant potentiam nostri intellectus, impediunt ne possimus reducere nos in actum intelligendi: cum autem magister nos adiuvet, est modus adiutorij iste, quia ipse verbis suis, & exemplis difficile illud sic explicat, quod facit illud esse solum difficile in quadraginta, vel quinquaginta gradibus, cum antea esset difficile in centum gradibus: & tunc illud difficile redactum ad quadraginta gradus difficultatis, vel ad quinquaginta, est intelligibile intellectui nostro: & per se intelligit illud remouente prohibente, gradibus illis, qui impediabant superantes potestatem luminis intellectus nostri. Non ergo adiuvatur intellectus noster directe ab aliquo lumine exteriori, sed indirecte. Patet autem supradictum, quia aliqua sententia in aliquibus verbis multum obscura est: & non potest intellectus noster reducere se in actum intelligendi illius propositionis. Si autem eadem sententia reducatur ad verba planiora, erit nobis intelligibilis nemine adiuvante: sed solum quod causam scriptam reperimus, et si nullus eam nobis offerat, aut exemplo demonstrat. In aliis autem sententiis sunt difficiles propter defectum exemplorum consistentium in demonstratione, quae modo est in mathematicis. Et tunc una propositio sine exemplo demonstrati non continet difficultatem centum graduum, & intellectus noster solum sufficit ad quinquaginta, & eadem propositio posita cum demonstratiue exemplo continet difficultatem graduum quadraginta, vel triginta, tunc intellectus noster leuiter intelligit illam reducendo se in actum illius per se. Patet ergo manifestissime, quod intellectus noster non iuuatur a lumine exteriori tanquam directe aliquid efficiente, sed tanquam remouente prohibens. Applicando ergo ad propositum, Deus dedit alicui ita paucum lumen intellectus ad se reducendum quod non sufficit se reducere in actum alicuius intelligibilis: nisi clarissimi, & valde communis: & dato quod aliquis labore eum reducere in cognitionem rei difficultis extra docendo, non potest aliquid tantum noti-

Eadem propositio sine exemplo demonstratiue cum exemplo facilis redditur.

Intellectus noster non habet species connatas.

Quid faciat magister in parte intellectus in parte intellectus.

notificare, quod alius sufficiat ad reducendum se in actum illius: & isto modo quando Deus dedit alicui intellectum docilem, id est ut docente alio in cognitionem veritatis faciliter insurgat: satis est donum Dei: & sic cum scientia acquisita sit per doctrinam, & laborem addiscentis, & non posset quantumcumque laborando, aut audiendo aliquid addicere, nisi intellectum docilem habuerit, quod lumen intellectus sui tantum sit, ut valeat se reducere in actum veritatum qualitercumque; explanatarum a docente, cum Deus istud lumen intellectus tantum propria bonitate dispertiat, aut bonam organorum aptitudinem, in qua etiam subtilitas est causet, dicitur scientiam acquisitam dare. Concludum ergo manet sufficienter, quod Deus replet hominem sapientia infusa, vel intelligentia, quae est naturalis subtilitas, & scientia, qui est habitus acquisitus. In omni opere. Scilicet in omni artificio, quod potest pertinere ad dulationem operantur, & postea distinguitur specificando per nomina magis specialia, ut dicendo faber ferrarius, & faber lignarius, & ceteri, argentearius, & ceteri in hunc modum fabri appellari solent. Et inde deriuatur fabre aduerbium idest magistraliter secundum quamlibet istarum artium. Et dicitur excogitatio, quia ista est pars potissima in artificio.

Excogitatio duplex in artificio.

QV A E S T I O. VII.

EST autem excogitatio duplex: quaedam, quae est de forma rei constituendae: secunda, quae est de modo, & processu factionis. Prima pertinet ad exemplar rei: secunda pertinet ad habitum artis. Ponere autem exemplar siue ideam rei artificialem facile est, sed ponere conuenienter illud non est cuiuslibet sed artificis, utpote quod aliquis concipiat intra aliquam similitudinem rei artificialem, est concipere exemplar rei faciendae siue ideam, quia secundum illam similitudinem conceptam producat res constructibilis in effectu. Ponere autem istud exemplar non est difficile: quia quilibet quantumcumque rudis potest intra se concipere formam quamcumque imaginem rei constructibilis, voluerit: sed concipere istud exemplar conuenienter non poterit quilibet, sed solus artifex: nam aliquis concipiet aliquam domum, vel alterum aedificium secundum aliquam longitudinem, & latitudinem, & figuram, quae inter se discordant, quia forte tanta altitudo non potest teneri in tam parua latitudine, & sic de ceteris erroribus, qui accidunt in conceptione exemplaris. Nemo ergo exemplar debite concipere potest, nisi artifex: ita quod illud non denier a regulis artis. Secunda excogitatio pertinet ad modum factionis rei, & processum partium: & hoc difficilius est, nam licet multi possint excogitare exemplaria, modos tamen totales faciendi id, quod excogitatum est, nesciunt. Et ista secunda excogitatio pertinet ad habitum artis, quia cum iste habitus sit factus iudicat de factione, iudicando qualiter faciendum est, & dirigendo cum sit. Ista autem potissima sunt in artificio: nam cum aliquis artifex exercitudo se in arte sua manus suauiter mouere sciat solum sibi deest, ut sciat qualiter quelibet res, quam fabricare vult, produci debeat. Posuit ego Deus id quod potissimum erat, scilicet infundendo eis habitum excogitatum de modo faciendi singula, & applicandi exemplaria concepta ad regulas artis. Quidquid potest fieri ex auro pertinet ad artifices, & est quaedam ars Alph. Tost. super Exodi

Nemo debite exemplar concipere potest nisi artifex.

A specialis: Deus autem dedit istis artificibus adhuc maiorem cognitionem artis, quam requireretur in fabricatione tabernaculi, & utensilium eius. Nam non requirebatur, quod in tabernaculo fieret quidquid fieri poterat in auro, sed aliqua utensilia ex auro dicitur tamen quod Deus dedit istis, ut scirent excogitare quidquid fieri posset ex auro: tamen hoc non sic intelligendum est: quia ex auro possunt excogitari infinita artificia: nam artificia secundum quod huiusmodi non habent formam substantialem, nec habent se in ordine essentialis perfectionis sicut species naturalis, sed est in eis excellentis accidentalitudo: ideo potest fieri in eis processus in infinitum, sicut datur in figuris processus in infinitum, sicut in numeris: & hoc non solum uno modo, sed multis, scilicet in figuris conicis, & hoc sicut in egredientium angulorum, siue non egredientium angulorum: infinita autem nemo scit nisi Deus, vel id quod diuine personae hypostaticè unitum est: ergo non scit aliquis artifex omnia, quae possunt fieri ex auro, nec hoc alicui homini communicat: dicitur tamen omnia dedisse eis ad sciendum, quia dedit oia quotquot erant necessaria hominibus, vel quotquot ipsi expeirent. In auro. De auro in sanctuario haec facta sunt, duo cherubim, & propitiatorium, & laminae ad tegendum arcam, & circuli, per quos mitterentur vectes, & tectum a vestium, & laminae ad tegendam mensam propositionis, & phialas atque cyathos, accetabula, & thuribula, & vectes, mensae, & coopertura vestium, candelabrum quoque cum oibus vasis suis, de quibus omnibus supra 25. capitulo. Fiebant etiam de auro circuli, quibus coniungebantur duae magnae cortinae regentes totum tabernaculum, & erant quinquaginta. Etiam deauratae tabularum, & vestium, & circuli aurei, qui incastrabantur ipsis tabulis. Erat etiam aurum in filis veli pendentis ante sancta sanctorum, & capita columnarum quatuor, ante sancta sanctorum aurca erant. De his supra 26. capitulo. Etiam deauratae harum columnarum, & capita quinque columnarum in porta tabernaculi stantium, & deauratae earum, ut patet in eodem capitulo. Erat etiam aurum in lamina frontis pontificalis, quia tota erat ex auro. Erat etiam in rationali silum aureum, & in baltheo, & super humerali: de quibus supra 28. ca. Erat etiam aurum in lamina tegentibus totum altare thymiamatis, & circuli eius ex auro, & rectora vestium. De his supra 30. capitulo. Et argento in tabernaculo bases: & quia erant tabulae quadraginta octo, erant bases argenteae nonaginta sex: erant etiam bases argenteae columnarum quatuor stantium intra sancta sanctorum, & alteram partem tabernaculi, & bases quinque columnarum, quae erant in introitu tabernaculi, de quibus supra 26. capitulo. Erant etiam capita columnarum atrij, & celaturae de argento, & quia erant sexaginta columnae, necessario erant bases sexaginta, ut patet supra 27. Et aere. Fiebant ex aere anse in extremitatibus sagorum: in quolibet sagone magno quinquaginta anse, & fibulae quinquaginta, quibus duae anse singulae oppositae mutuo iungerentur. De his supra 26. ca. Fiebant etiam tota testura altaris holocaustorum, scilicet laminae eius, & craticula, & vala eius, scilicet forcipes, lebetes, ignium receptacula, & fuscinulas: columnae autem sexaginta atrij ex aere factae sunt, & sexaginta bases suae, & paxilli, quibus colligabantur finiculi cortinarum. De his supra 27. ca. Et marmore. Nihil factum fuit de marmore in toto sanctuario: sed forte ponitur hoc, quia deus non solum dedit eis habitum artis quantum ad ea, quae facere debebant: sed etiam quantum ad quaedam, quae facere non debebant, sed pertinebant ad perfectos artifices: & ista erant, quae sunt in dierio genere marmorum, & aliorum lapidum, & gemmis. Fuit Pars Secunda O 4 ad

In speciebus rerum artificialem est processus in infinitum.

Qua de argento in tabernaculo facta sunt.

Nihil de marmore factum fuit in toto tabernaculo.

ad hoc includendum gemmas, & sculpendum in eis nomina filiorum Israel: nam in superhumerali erant duo onychini, vn° super humerum dextrum sacerdotis, & alius super sinistrum, & in quolibet erant sex nomina filiorum Israel. Erant autē in rationali duodecim gemmæ, in quibus erant duodecim nomina filiorum Israel: de quibus supra vigesimo octauo ca. *Et diuersitate lignorum.* Hoc ad carpentariam artem specialiter pertinet, nec sciunt omnes carpentatores operari in quolibet ligno, sed in eis, quæ cōmuniore sunt: ideo ponitur hic ad notandam aliquam excellentiam istorum artificum. Et patet hic quod supra dicebatur de marmore, scilicet quod non solum ponuntur hic ea, quæ ipsi facturi erant in sanctuario, sed etiā quædam, quæ non facturi erant. nam in solis lignis solum operati sunt artifices tabernaculi, vt patet supra 25. & 26. & 27. & 30. capit. data est tamen eis a Deo peritura, vt sciant fabricari in omni ligno quodcunque excogitari possit. *Deditque ei.* Id est ipsi Beseleel, quia Beseleel fuit electus tanquam princeps totius artificij, & constructionis sanctuarij, ideo ceteri sub eius doctrinā; & præcepto operabantur. *Socium Ooliab filium Achisamech.* Ilte ponit socius Beseleel, quia licet Beseleel princeps esset constructuentium artificū, tñ Ooliab quasi videbatur esse æqualis ei, ceteri autē, quia erant minores in arte ponuntur sine nominum expressione. Et sciendum quod in istis artibus, quæ supra nominatæ sunt, fuerunt positæ aliquæ, quæ non erant necessariæ ad opus sanctuarij, vt operari in marmore, & diuersitate lignorum: & aliqua, quæ erant necessaria, subtrahuntur, vt opus polymitarij, & textoris, atque sutoris, quod ad vestes sacerdotales pertinet: & ad cortinas, & vela, atque tentoria cæteraque opertoria. Et licet non exprimat: necessē est quod subintelligatur, cum constet ista fuisse facta, vt litera testatur supra vigesimo sexto, & vigesimo septimo, atque vigesimo octauo capit. *Filium Achisamech.* Ponitur ad differentiam, quia in tribu Dan, de qua erat iste Ooliab, erant multi alij, qui vocabantur sic, sed nomen paternum faciebat differre. *De tribu Dan.* Tribus Dan est, quæ deriuatur a Dan filio Iacob, & Bala ancillæ Rachelis, vt patet Gene. trigesimo capit. *Et in corde omnis eruditi posui sapientiam.* Accipitur cor secundum modum loquendi vulgarem pro anima: nā in corde non est aliqua sapientia, aut aliquis habitus: cum sit pars carnis: erat tamen in intellectu hoc totum quiddam nominatur Deus dedisse. Et dicitur: In corde omnis eruditi posui sapientiam, id est ego feci vt illi, qui erant antea eruditi per subtilitatem naturalem, & propriā inquisitionem, & laborem doctrinalem adiscendo ab altero, reciperent nunc sapientiam infusam: omnia enim hæc Deus dedisse dicitur, vt supra declaratum est, & patet aliquantulum in litera, scilicet quod Deus repleuit istos spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, atq; scientia, principaliter tamen dicitur infudisse sapientiam, quia sapientia est habitus totaliter infusus, alia autem prædicta non erant infusa: posuit autem Deus sapientiam in corde eruditorum, quia antea erant isti eruditi habentes subtilitatem naturalem, quam Deus tribuerat, & scientiam acquisitam, & postea præter hæc infudit sapientiam. Et potest hoc dupliciter stare, scilicet quod accipitur sapientia pro aliquo habitu totaliter infuso, aut pro perfectione infusa habitus præexistentis: quodcumque autem horum infusum est, quia gradus, secundum quos perficitur habitus præexistens infusus sunt, sicut & ipse habitus infusus est, qui totaliter infunditur: licet in vno dicatur infundi habitus, in alio autem non infunditur habitus, sed aliquid habitus, scilicet gradus perfectionis. Etiam sciendum, quod non accipitur hic propriè sapientia, quia ipsa est vnus de ha-

bitibus speculatiuis, & est de perfectissimis, vt patet in sexto Ethicorum cap. de sapientia: hic autem accipitur pro arte, quia non erat habitus speculatiuis ille, secundum quem isti artifices faciebant hoc, sed habitus factiuis. accipit enim sacra scriptura istum terminum sapientia valde improprie, interdum pro habitu practico, qui est prudentia, vt patet Gen. 4. r. capit. vbi vocatur Ioseph sapientior omnibus aliis hominibus, quia consilio suo conseruatus fuit panis in horrea: sed constat quod ista ad prudentiam pertinent, & non ad sapientiam, quæ est speculatiua. Aliquando accipitur sapientia pro arte, & sic habetur supra vigesimo octauo capi. vbi vocantur sapientes corde illi, qui scirent facere vestes Aarō, & filiorum eius. & isto modo accipitur hic, *vt faciant cuncta, quæ præcepit tibi.* Id est ad nullum alium finem ego infudi istis habitum artis, vel dedi naturalem subtilitatem, præter quam vt facerent hæc, quæ mandauit tibi scilicet incipiendo a principio cap. 25. vsque huc de tota structura sanctuarij. Et explicantur immediate ea, quæ potissima sunt *Tabernaculum fæderis.* Ista sunt, quæ mandauit Deus fieri: & non ponit ea eo ordine, quo mandauerat supra. Primò dixerat de fabricatione eorum, quæ erant in tabernaculo, scilicet de arca, & de candelabro, & de mensa, quæ erant in capit. vigesimo quinto, deinde de ipso tabernaculo, vt patet supra vigesimo sexto cap. hic autem ex opposito dicit: sed in hoc non multum refert, dum tamen teneatur sententia verborum, etiam non curando de ordine verborum. Tabernaculum accipitur dupliciter: vno modo pro toto aggregato ex tabulis, & columnis, atque vasibus, & vectibus, & circulis, cum cooperimentis, velis, atque tentoriis: alio modo accipitur pro solis cortinis tegentibus tabernaculum. Primus modus est communis in sacra scriptura, & sic accipitur hic. De secundo modo habetur supra 26. cap. cum dicitur: Facies, & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarum vela ex his iungenda sunt, vt vnum tabernaculum ex his fiat. Isti ergo artifices facturi tabernaculum facere debebant tabulas quadraginta octo tabernaculi, & bases nonaginta sex tabularū, supputatis duabus basibus cuiuslibet tabule: & erant bases argenteæ. Facere debebat, etiam vectes quinque, & circulos in tabulis, per quos mitterentur vectes: & deaurare debebat tabulas: facere debebat etiā columnas inter sancta, sanctorum, & reliquum sanctuarium cum basibus suis argenteis, & capitibus aureis, ipsaq; columnas quatuor, de lignis setim, & velum quod pendebat ante eas, & columnas quatuor de lignis setim in introitu tabernaculi cū basibus argenteis, & capitibus aureis, & tentorium quod pendebat ante illas cortinas etiam tegentes tabernaculum, & saga tegentia, & pelles rubricatas arietum, & pelles hyacinthinas, quæ erant quatuor operimenta, & funiculos, & paxillos, quibus ista religabantur extendebanturque: & circulos aureos, quibus copulabantur cortine, & anas aneas, & fibulas, quibus copulabantur saga, de quibus supra 26. capi. & in his consumebatur omne opus tabernaculi. *Tabernaculum fæderis.* Aliquando vocatur tabernaculum fæderis, & aliquando tabernaculum testimonij, & sic est de arca, quia aliquando vocatur arca testimonij, & aliquando arca fæderis. Exempla patent supra 25. & hucusque. Dicitur tabernaculum fæderis, quia intra eum cōtinebatur fœdus factum Deo cum Israel. Erat autē istud fœdus circa præcepta decalogi, l. q. promissit Israel seruare præcepta illa, quæ Deus ei mandauit, & Deus promissit eos habere in populum speciale, & facere eis specialia beneficia, vt patet supra 19. capi. Et quia cōtinebatur istud fœdus præceptorū in tabernaculo, vocatum fuit tabernaculum fæderis. *Et arcam testimonij.* Voca-

Taberna- culum du- pliciter su- mi potest.

Fœdus, & testimonij idē sunt naturaliter, sed differunt formaliter.

Vasa dupliciter sū mi pnt.

Vocatur arca testimonij, quia in ea erant lapideæ tabulæ scriptæ digito Dei continentes præcepta decalogi, in quibus testimonium reddebatur, quod Deus dedisset legem Hebræis, & dicuntur ista per anticipationē, scilicet tabernaculum fœderis, non quia cōtineret adhuc fœdus, quia nec tabernaculum adhuc erat, in quo fœdus obseruari potuisset, nec fœdus, quod ibi obseruari potuisset, quia etiam tabulæ, quæ vocantur fœdus nondum datæ fuerunt, nec scriptæ: sed vocatur tabernaculum fœderis, id est tabernaculum, quod fit ad cōtinendum fœdus: eodem modo non vocatur arca testimonij, quia iam in ea testimonium existeret, scilicet tabulæ, quia neutrum adhuc erat, sed arca, quæ fabricari debebat, vt in ea testimonium seruaretur. Sciendum etiam quod fœdus, & testimonium idem sunt materialiter, sed differunt formaliter: nam vtrunque signat tabulas duas lapideas continentes decalogum, sed vocatur illæ tabulæ fœdus, inquantum in eis continetur fœdus factum inter Deum & Israel, scilicet id quod promissit Israel seruare Deo: vocatur testimonium inquantum per illas tabulas sufficienter probari posset cōtra Israelitas, quod accepissent legem à Deo, si negarent: de quo diximus supra 20. cap. *Et propitiatorium, quod super eam est.* Per se nominatur propitiatorium distinctum ab arca, cum tamē sit cooperitorium arce. Et ratio est, quia erat alterius materiae, & nō tanquam pars eius, erat enim arca de lignis setim, & opera laminis aureis intus, & foris: propitiatorium autē, quod supra erat, de auro purissimo factum est, vt patet supra 25. capi. Non fit hic mentio de duobus Cherubim expandentibus alas super propitiatorium, cuius ratio est, quia Cherubim erant partes propitiatorij, quia continuati erant de materia propitiatorij, scilicet productiles, vt declarauimus supra 25. cap. partes autem rei nō debent habere distinctam denominationem à toto, tanquam totum, & partes ponant in numerum. *Quod super eam est. Quia cooperiebat arcam.* *Et cuncta vasa tabernaculi.* Dicuntur vasa tabernaculi omnia, quæ ponuntur immediate vsq; ad altare holocausti, quod est de vasis atrij: Et notandum, quod vas est instrumentum: sed accipitur dupliciter, scilicet largè, & proprie, largè dicuntur vasa omnia, in quibus fit ministratio, siue super quæ fit ministratio. Propriè vocantur vasa ea, per quæ fit ministratio, vel cum quibus fit ministratio. Et differunt, quia vasa largè dicta non mouentur, cum sit in eis aliqua ministratio: vasa autem propriè dicta mouentur à ministrantibus in ministratioe: ea autē, super quæ non fit aliqua ministratio, vel per ea nō fit, non vocantur vasa largè, aut proprie. De primo modo vasorum dicuntur vasa candelabrum, & mensa, & altare thymiamatum, & altare holocaustorum, & labrum æneum, licet labrum æneum, & altare holocausti non sint vasa tabernaculi, sed atrij. Super omnia ista fit aliqua ministratio: nam super altare thymiamatum fit ministratio adolendo thymiama, & super candelabrum ponendo oleum, vt ardeat in lucernis, & super mensam ponendo panes propositionis, & vasa quædam: sic etiam de altari holocausti, & labro æneo: ista tamē non mouentur, cum sit ministratio in eis: ita q. ministratio operetur per illa. Alia autem, per quæ fit ministratio, scilicet quæ mouentur, dum fit ministratio, dicuntur proprie vasa, & huiusmodi sunt vasa, quæ ponuntur in mensa propositionis ad experiendum in eis vinum, & similia, & thura, atq; fundenda libamina. Vocantur etiam vasa ea, quæ pertinebant ad candelabrum, scilicet forcipes, quibus abscinduntur partes Lychnorum iam combustæ, & vocantur ista vasa emunctoria ab emungendo, id est mundando, vt patet supra 25. cap. Eodem modo vasa vocantur ea, quæ pertinebant ad altare holocaustorum, scilicet fuscinule,

& ignium receptacula, & lebetes, atque forcipes: omnia hæc in ministrando mouebantur, ideo propriè vasa vocantur, id est instrumenta operationis. Alia autē, quæ primò vasa dicebantur, quia super ea fit ministratio, rarissimè vasa dicuntur. Ea autem, quæ nihil tale habent, nūquam vasa nominantur: ideo arca testimonij, quia nec super eam, nec per eam fit aliqua ministratio, nunquam vocatur vas: ideo quando hic voluit facere mentionem de vasis prius posuit arcam testimonij, nē ipsa includeretur sub numero vasorum. *Mensaque, & vasa eius.* Mensa vocata fuit hic vas, scilicet ipsa est vas largè assumendo, & habet vasa propriè dicta: ista est mensa propositionis, id est super quam ponebantur panes duodecim per singula sabbatha, & tollebantur totidem, qui erant in mensa, vt patet I. enit. 24. cap. vasa autem huius mensæ erant quatuor Phylæ, Cyathi, Thuribula, & Acceptabula, vt patet supra 25. capit. De istis vasis vtrum essent ad aliquam ministratioem faciendam in mensa, vel ad ministratioem faciendam in duobus altaribus, in eodem capitulo dictum est. *Candelabrumque purissimum.* De fabricatura huius, & multiplicatione partium eius, & difficultate intelligendi dictum fuit supra 25. cap. vbi de hoc in litera vocatur purissimum, quia erat de auro purissimo nihil alterius metalli continens, nec lignum, aut aliquid alterum intra eum erat. *Cum vasis suis.* Vasa candelabri vocantur emunctoria, id est forcipes ad tollendum partes Lychnorum: sunt & alia vasa continentia aquam, in quibus Lychni extinguebantur, & hæc omnia de auro purissimo, de quibus supra 25. cap. Erant etiam alia vasa, scilicet duo infusoria aurea, id est duo Lechiti continentes oleum ad fundendum in lucernis, ideo infusoria nominantur. Hæc autem pendebant in duobus rostris candelabri, vt patet Zach. 4. capitulo. *Et altare thymiamatis.* In hoc adolebatur thymiana coram domino, vt patet supra 30. cap. Hæc, quæ vsq; huc dicta sunt, texant intra tabernaculum, & vocabantur vasa tabernaculi: quedam tamen largè, quedam verò propriè, vt supra distinctum est, quæ autem sequuntur erant extra tabernaculum in atrio eius. *Et holocausti.* Id est & altare holocausti: hoc erat de lignis setim, & cooperitum laminis æneis cauum in parietibus, & inane non habens cooperitorium, de quo supra 27. capit. In hoc omnia sacrificiorum genera offerrebantur: nominatur tamen altare holocaustorum, quia inter cætera sacrificia hæc præcipua sunt & magis cōtinuata, quia iugiter fiunt. *Et omnia vasa eorum.* Id est istorum duorum altarum, quia de alijs supra posita fuerunt vasa.

Altare holocaustorum habebat vasa propria altare autem thymiamatum non.

QVÆSTIO. VIII.

SCIENDVM tamen quod ista duo altaria non habebant vasa propria, sed vnum eorum, scilicet altare holocaustorum: altare autem thymiamatum nullum vas habebat. Sed quia altare holocaustorum habebat quatuor genera vasorum, quorum tria deseruiebant ei: id quod residuum erat seruiebat in vsu altaris thymiamatum. Lebetes namque erant vasa ad excludendum cineres de altari holocaustorum. Fuscinule erant ad apprehendendum carnes, quæ coquebantur in caldarijs, scilicet vel ollis à sacrificantibus sacrificia pacifica, vel cum sacrificabatur pro peccato, vt sacerdos de olla attraheret partem conuenientem ei, vt patet I. Reg. 2. cap. Forcipes erant quedam tenacula ad apprehendendum carbones disponendo eos in altari, nē cogerebantur sacerdotes eos manibus tangere, vel vt appra-

apprehenderentur carbones ad ponendum in vasis, vt portarentur ad altare thymiamatum. De his tribus vasorum generibus habetur supra 27. cap. manet autem aliud genus vasis, quod vocatur ignis receptaculum, & hoc non feruiebat ad aliquos vsus altaris holocaustorum, sed accipiebantur in illo prunę, & ferebantur intra tabernaculum ad altare thymiamatis, & imposito thure adolebatur super altare ipsum. Habebat autem altare thymiamatis quoddam alterum vas quod vocatur thuribulum: sed hoc inter vasa mensę propositionis numeratum est, quia vasa mensę illius non pertinebant ad eam, sed ad subministracionem duorum altarium: erant etiam in hac mensa tria alia vasa, que ad altare holocaustorum pertinebant, phialę, & cyathi, & acceptabula: de quibus supra 25. capit. declaratum est. *Labium cum basi sua.* Hoc erat, in quo ponebatur aqua ad lauandos sacerdotes, & carnes victimarum. Labisi erat ipsum vas capax aquarum habens conuales, p quos deiebat aqua in quoddam aliud vas cęneum amplum factis, in quo fundabatur truncus, siue pes labij cęnei, & ista basis erat plana in terra, atque recipiebat aquas, ne fluerent in pranicem terrę: de quo magis dictum fuit supra 30. ca. *Vestes sanctas.* Iste sunt vestes sacerdotales, quę sanctę erant, quia diuino cultui applicabantur. *In ministerio.* Idest factas ad ministrandum in eis. *Aaron sacerdoti.* Idest summo sacerdoti. *Et filijs eius.* Scilicet omnibus posteris suis, qui essent sacerdotes. Iste vestes factę erant in ministerio Aarō, & filijs eius, idest vt ministrarent in eis Aaron, & ceteri filij sui sacerdotes. *Vt fungantur officio suo in Sacris.* Idest ideo facere debent isti artifices vestes sanctas Aaron, & filijs eius, vt cum ministraverint mihi in officio suo sacerdotali, non cogantur ministrare in vestibus communibus, sed vestibus sacris vtantur. Erant autem istę vestes sacre, idest consecrate per asperisionem olei vnctionis mixti sanguine super eas, & sup sacerdotes, vt patet supra 29. ca. *Oleum vnctionis.* Arguet aliquis, qd istud oleum non fiebat per artifices, quia istud offerebatur a populo, vt patet supra 25. cap. cum dicitur: Vt offerant oleum ad luminaria concinnanda. Respondetur ad hoc, quod duplex erat oleum, quoddam erat simplex de oliuis, nihil aliud secum habes, & istud offerebatur ab Israel, nec fiebat ab artificibus, & erat hoc ad concinnanda luminaria, idest ad sustentandas, vel fouendas lucernas, & de hoc dicitur supra 27. cap. Pręcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimū, piloque contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo: aliud erat oleum quod vocatur oleum vnctionis, & vocatur etiam vnguentum, & hoc non offerebant filij Israel, sed faciebant illud artifices iuxta regulas confectiōnis datas capitulo pręcedenti. Et de hoc oleo vnctionis, siue vnguenti intelligitur hic. Sed adhuc obijcies, qd istud oleum vnctionis non fieret ab artificibus sed offeretur a populo, vt patet supra 25. capit. cum dicitur: Oleum ad luminaria concinnanda, aromata, & vnguentū, & non potest ibi intelligi vnguentum, nisi de isto oleo vnctionis. Respondetur, qd non offerebat populus oleum vnctionis, siue vnguentum, sed offerebat omnia, que erant materialia illius confectiōnis, & sic vnguentū, quod ualēter offerre dicebant. Patet hoc infra 35. ca. cum dicitur: Separate apud vos primitias domino, & postea sequitur: Oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficias vnguentum, & infra in eodem capitulo, dicitur: Principes verō obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale, & rationale, aromataq;, & oleum ad luminaria concinnanda, & ad preparandum vnguentum. *Et thymiamata aromatum.* Eodem modo arguetur, qd non facerent artifices isti thymiamata, quia populus illud offerebat, vt patet supra 25. cap. cum dicitur: Aromata, & vngue-

Duplex oleum cui diuino officium.

Popul' nō conficiebat oleum vnctionis, sed offerebat materialia

tum, & thymiamata boni odoris. Respondetur sicut supra, scilicet quod populus non offerebat thymiamata, quia artifices faciebant thymiamata, vt patet hic, & supra 30. cap. vbi datur modus confectiōnis thymiamatis: sed offerebant ea, quę erant materialia in thymiamata: sic dicitur infra 35. cap. quod populus separauit primitias, & obtulit oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiamata suauissimum. Et postea in eodem capitulo, aromata, & oleū ad luminaria concinnanda, & preparandum vnguentum: ac thymiamata odoris suauissimi componendum. Sciendum tamen qd licet thymiamata essent confecta, & aromata essent confecta, quod non erat idem de vtroque, quia artifices confecerunt thymiamata, populus autem obtulit aromata confecta. Et patet hæc differentia infra 35. cap. cum dicitur: Quod principes obtulerunt aromata, & oleum ad preparandum oleum, & thymiamata odoris suauissimi componendū. Ratio diuersitatis est, quia thymiamata erant aliquid quod confici mandabatur, aromata erant aliquid, ex quo cum alijs confici inebatur. Et quia confectio aromatis erat aliquid commune, populus habebat penes se multa aromata confecta, & de his obtulit ad conficiendum thymiamata: ideo supra 30. c. cum iubetur confici thymiamata, ad quod requirebatur aroma, non dictum fuit confice aromata, sed dixit: siue aromata, quasi iam aromata a populo confecta oblata fuissent, eodem modo obseruatur hic ista differentia, quia non dicitur, qd isti artifices deberent facere aromata, & thymiamata, sed dixit, qd deberent facere thymiamata aromata, idest thymiamata de aromatis. *In sanctuario.* Non est sensus in sanctuario, idest qd istud oleū vnctionis, & thymiamata fieri deberent intra sanctuarium, quia nondum factū erat sanctuarium, & erectum quando ista fiebant: sed est sensus. *In sanctuario.* Idest ad sanctuarium. Iste istud oleum vnctionis, & thymiamata erant ad sanctuarium, idest ad vsus sanctuarij: nam oleum vnctionis erat ad vngendos sacerdotes, & vestes eorum, & totum tabernaculum, & cuncta vasa eius, & supellectilia, vt patet supra 30. cap. thymiamata erant ad vsus sanctuarij, idest vt de illo poneretur super prunas, & adoleretur in altari thymiamatum. Et iste modus loquendi vt ponatur (in) pro (ad) est frequens in scriptura sacra: sic enita dicebatur supra immediatē, scilicet vestes sanctas in ministerio Aarō sacerdoti, & filijs eius, idest facies vestes sanctas ad ministerium Aarō, & filiorum eius. *Omnia, quę pręcepi tibi facient.* Replicatio sententię superius est, scilicet quod facerent isti artifices omnia, quę hic scripta sunt, quę explicatijs scripta sunt in pręcedentibus capitulo a cap. 25. vsque huc, cum præceperet ea Deus Moyfi, & mandat, quod omnia hæc faciant illi artifices, ita quod nihil eorum faceret Moyfes: nam licet Deus potuisset infundere facilius Moyfi habitum artis, vt posset ipse melius omnia ista fabricare, quàm aliquis de illis artificibus: sed non factum est, quia non decebat, quod Moyfes esset manualiter operans, sed præfidens illis manualiter operantibus: præcipuē cum non posset hoc facere Moyfes occupatus alijs maioribus negocijs, scilicet quia loquebatur ad populum, & sedebat quotidie ad iudicandum totum populum ipse solus, cum nondum fuissent dati centuriones, & tribuni, quinquagenarij, & decani, quos distribuit Moyfes ad consiliū Iethrō, vt supra 18. capit. sed Iethro nondum venerat ad Moyfen in deserto, sed in fine primæ anni ab exitu de Aegypto, vel in principio secundæ, vt declaratum fuit eodem capitulo, satis erat ergo Moyfi quod vacaret apud Iethrō causis populi, cum adhuc istas complete audire, & diffinire non posset, ita vt Iethro ei diceret: Stulto labore consumeris tu, & omnis populus, qui tecum est, vt patet supra 18. cap.

Popul' nō conficiebat thymiamata sed aromata.

Quare Deus non præcepit, vt Moyfes tabernaculum construeret.

Et

Et locutus est Dominus ad Moyfen, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Videte vt sabbathum meum custodiatis, quia signum est inter me & vos in generationibus vestris, vt sciatis, quia ego sum Dominus, qui sanctifico vos. Custodite sabbathum meum: sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte moriatur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. Sex diebus facietis opus, in die septimo sabbathum est requies sancta Domino. Omnis, qui fecerit opus in hac die, morietur. Custodiant filij Israel sabbathum, & cœlebrent illud in generationibus suis: pactum est sempiternum inter me & filios Israel, signumque perpetuum. Sex enim diebus fecit Dominus Cœlum, & Terram, & in septimo ab omni opere cessauit. Deditque Dominus Moyfi completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai duas tabulas testimonij lapideas, scriptas digito Dei.

Gen. 1. supra 24. infra 32.

Opi. Nic. de Lira dicitur, qd hic agitur de causa finali, scilicet quod dictum fuerat de constructione sanctuarij. Erat autem sanctuarium ad colendum ibi Deum. Et quia obseruatio sabbathi erat magna pars cultus diuini, posita constructione ponitur causa finalis. Sed non stat conuenienter dictum, quia licet sanctuarium sit ad colendum Deum, tamen non est ad omnem cultum, sed ad cultum, qui ibi fieri poterat. Erat autem iste cultus in ministracione sacrificiorum, vt esset vnus locus determinatus ad sacrificium domino, & illud esset honorabilis. Obseruatio autem sabbathi nihil tale erat, quia solum erat cessatio a labore, licet postea non deberent esse ociosi, sed magis vacare cultui diuino: istud tamen non pertinebat aliquo modo ad sanctuarium, quia nihil minus fieret non existente sanctuario. Si autem poneretur hic aliqua ministratio sacrificiorum, adhuc dici posset, quod esset tanquam causa finalis pręcedentium de constructione tabernaculi: sed de hoc nihil tale dici potest. Dicendum ergo, quod hic agitur de quodam incidentalī, quod licet non dependeat ex pręcedentibus tanquam conclusio, vel correlarium, tamen aliquo modo ad prædicta pertinet. Est autem duplex causa quare hic agitur de obseruacione sabbathi. Prima est ad excludendam falsam popularium opinionem: secunda erat ad omissoium suppletionem. De prima, quia inhibitum fuerat Israelitis supra 20. capit. ne in die sabbathi aliquid laborarent, sed applicarent illum diem cultui diuino, & quia Deus valde honorabatur in constructione illius sanctuarij, cum ipse construi mandaret, putabant, quod etiam in diebus sabbathorum liceret operari, cum Deus sic coleretur: hic autem declaratur, quod nullo modo debeant aliqua talia in sabbatho fieri, nec alia profana a fortiiori.

Doc. snia.

Dne sunt cause propter quas hic præceptū de custodia sabbathi repetitur.

An liceret in die sabbathi fabricare in tabernaculo.

QV AESTIO. IX.

ET si aliquis arguit ex dicto Saluatoris nostri contra Phariseos Matth. 12. cap. scilicet. Sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt: ergo in istis constructionibus sanctuarij liceret diebus sabbathi laborare. Respondetur, quod non licebat constructionem istam sabbathis fieri, vt litera innuit, & argumentum factum de Verbis Saluatoris non procedit, quia non est simile. Primò, quia constructio ista sanctuarij, & verum pertinentium ad sanctuarium in diebus sabbathorum a Deo interdicta est, incenso autem ignis, vel fomentatio, & immolatio, atque decoratio, & intestinorum ablutio, & cœtera in hunc modum, quę opera laboriosa, atque feruilia sunt, nō sunt prohibita: imò expressa, ita quod mandantur fieri: ergo licet fieri ista, & non constructionem sanctuarij. Antecedens patet, quia Deus mandauit quotidie in sanctuario foueri ignem, vt patet Leni. 6. cap. cum dicitur: Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiciens ligna mane per singulos dies. Etia alia ministeria necessaria ad sacrificium in sabbathis fieri mandata sunt: imò magis in sabbathis, quàm in alijs diebus: nam in alijs diebus mandabatur immolari duo agni anniculi in holocaustū, in die autem sabbathi offerebantur quatuor, scilicet duo in mane, & duo in vespere, vt patet Num. 28. cap. de constructione autem sanctuarij vetatur, quod non fiat in sabbatho: ergo non licebat fieri. Et si forte dicas, quod non videtur esse maior causa de vno, qd de alio, cum vtrumq; ad cultum Dei fiat. Respondetur, quod cum obseruatio diei sabbathi sit cœremonialis, quia non magis referebat hoc die vacari ab actione profana, quàm alijs diebus, dependebat solum ex voluntate, & non erat solum ex natura rei magis necessarium diem illum obseruari, quàm aliquam aliam: ita ex voluntate Dei sola dependebat nullis extra existentibus rationibus quid magis ista die, quàm alijs caueri deberet, vel quid fieret: sed mandauit fieri sacrificia, & ignis dispositionem, & fomentationem, & vetuit fieri constructionem aliquam sanctuarij, vel rerum sanctuarij, ergo licebat illa fieri, hæc autem non. Et si forte insistas, quod non vetantur fieri in sabbatho constructiones sanctuarij, & rerum sanctuarij. Respondetur, quod vetantur, quia supra immediatē dictum fuerat de his, quę fieri debebant in sanctuario: hic autem subijcitur de obseruacione sabbathi vetando omnia fieri: ergo videtur, qd ad hanc intentionem factum esse, vt vetaretur fieri constructionem aliquam in sabbatho. Sed adhuc si proteruias dicens, quod non patet ex litera vtrum ad hanc intentionem positum fuerit istud præceptū, ideo non esse efficax argumentum ex subintellectis, cum de illis non constet. Respondetur, quod dato, quod non constet hanc literam istud intendisse, vel quod magis est dato quod hic nō intendatur specialiter prohiberi constructionem fieri in sabbathis, tamē satis verum constat. Cum enim mandatum fuerit supra 20. capit. quod in sabbathis nullum opus fieret tam feruile, quàm non feruile. Omnia opera, quę non sunt necessaria intelliguntur negata, nisi intelliguntur permissa. Sed de obseruacione ignis, atq; quotidiano fomento et in sabbathis reperitur pmissio imò pceptū, ita qd si sacerdotes in sabbathis illud nō facerent, peccarent mortaliter, vt patet Leni. 6. c. de alijs ritibus sacrificiorum inuenitur mandatum, qd in sabbatho fiant, vt patet Nu. 28. ca. de constructione autē sanctuarij, & rerum eius non reperitur mandatum, ergo intelligitur esse prohibitum.

Ad

Ad verba Saluatoris cum dicitur Matth. 12. cap. quod sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt. Respondetur, quod non est sensus, quod sacerdotes proprie violent sabbatum, & formaliter sed materialiter, & sic violare legem formaliter nunquam est sine peccato: violare eam materialiter est sine peccato. Dicitur autem aliquis violare legem formaliter, quando agit aliquem actum vetitum a lege, in qua actione reperitur transgressio legis. Violare legem materialiter est agere aliquid quod non est prohibitum a lege, sed est simile ei quod est prohibitum a lege, & nisi aliquod specialiter interueniret esset transgressio legis. Et patet in exemplo, vt si lex aliqua emanasset a legislatore, quod nullus posset vendere aliquid hominibus de regno extraneo: si aliquis contra istam ager vendendo quidpiam hominibus de regno extraneo, violator est legis formaliter, quia agit cum acti, qd est transgressio legis, & nihil est hic speciale, propter quod iste actus non sit transgressio legis: si autem legislator aliquem privilegium concedens ei, qd posset vendere aliquid hominibus alienigenis: iste cum venderet aliquid eis, violaret legem materialiter, quia non agit id quod est prohibitum a lege, sed simile ei quod est prohibitum a lege: nam lex non vetuit actum istius hominis, qui ex permissione legislatoris vedit aliquid alienigenis, cum lex non se extendat ad plura, quam sit voluntas legislatoris eam extendere, quia ex voluntate legislatoris lex sortitur potestatem obligandi: sed voluntas legislatoris non fuit obligare istum: ergo lex non obligat eum, cum ergo ipse fecerit talem actum, non facit eum actum, qui a lege prohibetur, sed agit actum similem prohibito a lege: nam cum omne alterum vendere alienigenis est simile illi, quod a lege vetitum est, & sic in isto actu est transgressio materialiter in lege, tamen non formaliter. Sic autem in praesenti est, quia vetitum est in sabbathis quidquam agere. Si ergo aliquis homo fecerit quidquam in sabbathis de his, quae non sunt necessitatis opera, est transgressio legis, & est ista violatio formalis, quia id quod a lege vetitum est, agit: sacerdotes autem cum in tabernaculi atrio ignem fouebant in sabbathis, & decorabant pecora, & coetera huiusmodi faciebant, agebant actum similem ei, qui a lege vetitus erat: nam si aliquis in domo sua ignem fomentasset, aut disposuisset, vel pecora iugularet, atque decoraret, formaliter esset transgressor legis, quia ageret eum actum, qui a lege vetitus est: ista tamen cum in sanctuario fiebant, non erant vetita, quia erant mandata, vt patet Leuit. 6. & Num. 28. cap. Ergo in hoc erat violatio legis materialiter, quia non fiebat ille actus, qui vetitus erat in lege, sed similis ei. Et nisi aliquid speciale interuenisset, scilicet permissio, aut mandatum, iste actus esset violatio legis, & sic dicit Christus violari sabbatum, quod peccatum non est. Si autem in sabbatho fieret violatio formaliter dicta, esset necessario peccatum: si tamen constructio sanctuarij, vel rerum sanctuarij fieret in sabbatho, quia illud nec mandatum, nec permissum erat, formaliter esset transgressio. Alia causa quare liceat in sabbatho fieri sacrificia, & ignem foueri in tabernaculo, & non liceat fieri tabernaculum, vel aliquid ipsius sanctuarij, est, quia constructio tabernaculi, licet esset cultus Dei, tamen si in die sabbathi non fieret, non tolleretur aliquid de cultu Dei. Sacrificia autem, & aliae ministrations, quae fiebant in sanctuario, erant ad cultum Dei. Et si illa ommitterentur, tolleretur aliquid de cultu Dei. Ergo licuit hoc fieri, ne ommitteretur cultus Dei, illa vero prohiberi, quia per ea non cessabat cultus Dei, dato quod cessarent: imo cultus Dei impediebatur, si ille fabricationes non cessarent. Et patet, quia fabricatio sanctuarij erat aliquod opus determinatum

habens certum finem, ideo dato quod non fieret in sabbathis, fieret in alijs diebus, & non omittebatur aliquid de illa constructione, dato quod in sabbathis non fieret, nec tolleretur cultus Dei: quia si cultus Dei erat in faciendo istud sanctuarium, quia nihil eius ommitteretur, dato quod non fieret in sabbathis, non perdebatur aliquid de cultu Dei non costruendo in sabbathis. Sed magis tollebatur de cultu Dei si fieret constructio ista in sabbathis, quia non possunt laborantes secundum intellectum suum, & desiderium suum in aliquid vacare intendentes cum alicui manuali labori occupantur, quia necessarium est illi intendere. Si autem labor ille non fieret in sabbathis, poterant contruenter intendere laudibus, & propter hoc non impediretur quin in alijs diebus non festis finiretur opus tabernaculi totiusque sanctuarij. Si autem in diebus sabbathorum cessaretur a sacrificijs, & alijs ministrationsibus sanctuarij, remitteretur cultus diuinus quantum ad aliquid, quia iste cultus diuinus non habet aliquem certum terminum: ita quod id quod non fit vno die fiat alio die, sicut erat de constructione sanctuarij, quae si vna die non finiretur, alia finiretur: sed cuilibet die erat aliquis cultus diuinus assignatus, & quantum ad hoc si vna die cessaretur a diuino cultu, iam illud perditum erat, & non poterat congrue replicari, sicut in constructione sanctuarij. Item alia ratio est, quia opera feruilia erant in sabbatho prohibita, & omnia alia, quae communicabant aliquo modo cum feruilibus: in quantum ergo aliquid magis communicat cum feruilibus, magis vitandum est: sed sic est, quod ea, quae sunt ad finem, quia propter alia sunt, non sunt totaliter libera, & coincidunt aliquo modo cum feruilibus: finis autem est propter seipsum, & sic est liberior in se, & non habens aliquid de conditione feruilibus operis: sic est hic, quia constructio sanctuarij erat cultus Dei, sed non erat immediate propter se, sed propter aliquid alterum quod in eo fieret, scilicet propter ministrationses sacerdotales: ipse autem ministrationses propter se ipsas sunt, quia non habent aliquem alium finem praeter Deum: & sic prius quod erat constructio sanctuarij, erat aliquo modo feruile, & non poterat fieri in sabbatho: sacrificium, & quilibet alia sanctuarij ministratio, quia erat tanquam finis, non habebat aliquam conditionem feruilitatis: ideo licebat eam in sabbatho fieri, ideo mandatum erat. Secunda ratio, quare hic istud praecipuum de sabbatho positum est fuit ad additionem. Nam cum supra 20. cap. positum fuisset, non fuerat transgressoribus aliqua pena imposita, nunc autem, quia istud erat de maximis preceptis, voluit in eo magnam apponere custodiam, ne in hoc impunitate captata ad coetera infringenda facilitas haberetur. Posuit ergo hic poenam mortis, quia nulla maior est, cum sit vitium terribilissimum, vt ait Aristo. in 3. Ethyc. vt tanta seueritate inspecta ad audendum infringere esset omnibus formidabile. Loquere filijs Israel. Hic vocantur filij Israel omnes nati de Iacob, siue essent de tribu Leuitica, siue de duodecim tribubus popularium: nam lex ista data omnes obligat. Non enim poterant sacerdotes impune sabbatum infringere. Nam & si in ministrationsibus sanctuarij non cessarent, & sic dicerentur saltem materialiter sabbatum violare in templo, & sine crimine esse, vt patet Matth. 12. cap. si tamen in domibus suis, vel alijs istud facerent, mortis obnoxij erant, quia infringebant legem formaliter. Videte, vt sabbatum meum custodiat. Dicitur sabbatum meum, id est applicitum mihi, scilicet vt in tali die mihi specialiter vacetis, quod in alijs diebus necessarium non est: Sic patet supra 16. cap. Requies sabbathi sanctificata est domino, & ibidem: Comedite illud hodie, quia sabbatum est domini. Sabbathum meum custodiat. Scilicet

quosdam nas tabernaculi tollebat Dei cultus.

Coeremone facerdatu, q in tabernaculo fiebant non erant actus feruiles.

Dupliciter continetur aliquam legem violari: formaliter, & materialiter.

Si sacerdos ver. res. sabbatho non fecerit ministrationses

scilicet cessando ab omni labore corporis, & solis diuini laudibus vacando, quia non statuit ideo Deus dies solennes, vt in eis nos solum a labore corporis vacaremus nihil aliud operantes, quia de hoc non multum erat cura Deo: sed ideo festa instituit, vt in eis eum vberius coleremus. Cum autem Iudaei sabbatha obseruabant, Deus eis multa bona exhibebat: si autem non curarent obseruare, Deus eos tradebat in erumnas. Sic patet Isa. 58. cum dicitur: Si auerteris a sabbatho pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbatum delicatum, & sanctum domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem, tunc delecebaeris super domino, & sustollam te super altitudinem terrae, & cibabo te haereditate Iacob patris tui: os enim domini locutum est. Quomodo autem sabbatum inter Iudaeos obseruandum erat, & quid poterat fieri in sabbatho a Iudaeis, & qualiter festiuitates nostrae obseruandae sint, satis late dictum fuit supra 12. c. ibi vide. Quia signum est inter me, & vos. Id est istud sabbatum obseruare debetis, quia signum est inter me & vos, id est per obseruationem sabbathi ego cognosco vos, vt populum meum, & vos cognoscitis me, vt Deum vestrum, & omnes gentes cognoscent vos esse seruos meos.

Quomodo custodia sabbathi erat signum inter Deum & Israel.

QUESTIO X.

EST autem sic, quia si Iudaei obseruarent diem sabbathi ad honorem Dei, quod diem aliae gentes non obseruabant, tatis erat signum Deo, quod ipsi volebant esse populus eius. Etiam cum istud sabbatum colebant Iudaei, erat eis signum, quod Deus suus erat verus Deus: nam sabbatum est septima dies, & signabat quietem a productione rerum, quae fuit in septima die patris omnibus, quae pertinebant ad vniuersum. Cum ergo ipsi diem istum solennem facerent, signum erat, quod ipsi Deum illum Creatorem reputabant. Patet hoc supra 20. cap. vbi cum ponatur causa obseruationis sabbathi dicitur. Sex diebus fecit Deus Caelum, & Terram, & Mare, & omnia, quae in eis sunt, & requieuit die septimo: ideo benedixit Dominus diei sabbathi, & sanctificauit illum. Hoc est ergo esse signum inter Deum & Israel, quia non solum est signum Deo, vel signum Israelitis, sed est signum Israelitis de Deo suo, & est signum Deo de Israel populo suo. Erat etiam signum hoc alijs gentibus, quia cum viderent aliae gentes, quod Iudaei obseruarent sabbatum, quod nulla alia gens obseruabat, cognoscebant, quod Deum aliquem specialem haberent, qui haec fieri iuberet, vel ad cuius honorem haec ipsi facerent. Et hoc verum est, quia cum aliae gentes respicerent ad obseruationes Iudaeorum, & per eos distinguerent illos a coeteris populis, praecipuum tamen ad quod attendebant erat sabbathi obseruatio, & ab hac eos denominabant. Sic. n. fecit Ouidius eruditissimus inter Poetas, qui cum conotatum propriissimum Iudaeorum eis adaptare vellet, a septimo die, id est sabbatho, quod ipsi obseruant, viros septimos appellauit, dicens primo libro de Arte Amandi.

Terra Palaestina septimo culta viro.

Terra Palaestina, quae vocatur terra Iudae, fuit culta, id est habitata a viro septimo, id est a Iudaeis, qui sunt viri septimi, id est septimum diem in suis obseruationibus colentes. Seneca etiam Philosophus ceremonias Iudaeorum attendens ad sabbathi obseruationem

praecipue attendit, eos ob hoc irridens stultissimos fore, qui septimam partem aetatis perderent, per singulos septem dies a cunctis operibus feriando. De hoc Aug. de Ciu. Dei lib. 6. ca. 13. Et in generationibus vestris. Id est non solum est nunc signum inter me & vos, qui praesentes estis: sed etiam inter me, & omnes posteros vestros usque ad multas generationes. vt sciatis, quod ego dominus, qui sanctifico vos. Istud potest continuari ad literam immediate praecedentem, scilicet signum est inter me & vos, id est quoddam signum facies vos deuenire in cognitionem aliquam de me: Et illud in quod facit deuenire, est id quod dicitur hic, scilicet vt sciatis, quod ego dominus, qui sanctifico vos, id est cognoscetis hoc, quod ex quo ego mando vobis obseruare sabbatum specialiter, quod non obseruant aliae gentes: tum Deus, qui vos volo specialiter mihi sanctificare, id est ad cultum meum applicare. Custodite sabbatum meum. Sepe reperit, vt magis imprimatur, ne cuiquam videatur, quod contemnendum sit, & faciliter transgredi velit: vocat sabbatum suum, quia licet omnes alij dies sint sui, cum ipse totum tempus, & quidquid est causet, tamen sabbatum specialiter suum erat, quia in eo sibi specialiter vacari volebat, ita quod illo die soli cultui diuino homines intenderent ceteris occupationibus derelictis. Sanctum enim erit vobis. Vocatur sabbatum sanctum domino, & sanctum Israelitis: vocatur sanctum domino, quia ad cultum Dei specialiter applicabatur: vocatur sanctum Israelitis, id est quod deberet ab eis reputari sanctum, scilicet quod ipsi in existimatione sua facerent differentiam in his diebus: ita quod licet ceteros dies profanos putarent: diem tamen sabbathi iudicare debebant tanquam sanctum, id est ad Dei cultum pertinentem. Et sic dicebatur precedenti capitulo de thymianate, & oleo vitionis, scilicet, sanctum erit vobis, id est vos reputabitis istas res tanquam sacras, quas tangere non licet. Qui polluerit illud morte morietur. Dicitur aliquis polluere sabbatum infringendo illud: debebat enim sabbatum magna sanctitatis esse, & reuerentia, & nos illud sanctum existimare debebamus non audentes illud tangere iuxta illud Isa. 58. cap. Si auerteris a sabbatho pedem tuum, &c. qui ergo ad istud sabbatum irreuerenter accedit, eius solennitatem obseruando, dicitur polluere sanctitatem, & mundiciam eius: opera profana illius munditiae applicando. Morte morietur. Non determinatur hic genus mortis, ideo postea cum inuentus fuisset quidam homo ligna colligens in sabbatho, tanquam violator sabbathi apprehensus, atque derentus est, & cum nesciretur, quae poena ei infligenda foret, oraculo Dei responsum est, quod eum populus lapidaret, vt patet Num. 15. ca. & sic mansit postea determinatum genus mortis, scilicet vt violator sabbathi lapidibus obrueretur. Qui fecerit in illo opus. Idem erat polluere sabbatum, & facere in eo opus, quia cum aliquod opus fiebat, violabatur sanctitas eius. Peribit anima illa de medio populi sui. Id est non manebit in populo suo, sed morte tolletur de superficie terre. Et hoc quia aut istud peccatum de violatione sabbathi fiebat publice, ita quod ad iudices fama rei posset deuenire, & tunc iudices ex officio suo huiusmodi hominem cognita veritate morti adiudicare debebant, sicut in crimine idolatriae, in quo iudex ex officio suo procedit, vt patet Deuter. 17. & 17. cap. Si autem delictum fractionis sabbathi occulte fiebat, peribat violator de medio populi sui, quia licet iudices eum punire non possent, quia veritatem facti minimè cognoscerent: Deus tamen, qui hoc nouerat, huiusmodi hominem in manus tribulatus, aut in magna infortunia, aut seuis bestijs, aut hostili potestate tradebat, multis quoque alijs inexcogitatis modis iuxta ab illo supplicia petebat, &

Qualiter sabbatum non culto dicitur a Deo, vel iudicibus occidatur.

& tale genus mortis est, cum quis nihil attendens incidit in manus alterius cum laedere non volentis, & moritur, quia tunc Deus hunc vult mori propter aliqua peccata occulta, & facit illum executorem, qui de hac re nihil penitus intendebat. De hoc habetur supra 21. capit. cum dicitur: Qui percussit hominem, & non est infidatus, sed Deus tradidit eum in manus illius constitutum tibi locum, in quo fugere debeat, & ibi de hoc late dictum est. Sex diebus facies opus. Computando istos dies ab illo die, qui secundum naturam primus est, scilicet a die dominica, quia in illo mundus coepit exordium, ut declarauimus Gene. 1. capit. in his sex diebus licebat facere opus, scilicet quodcumque ad nostras necessitates utile foret. In septimo sabbatum est. Sabbatum requies dicitur, & est nomen Hebraicum: vocatur enim sic, quia Deus in illo requieuit, & quia ad quietem populo suo tunc Iudaico determinauit.

De nomen clatura sabbathi.

QV AESTIO. XI.

ALIQUI autem de nostris sabbatum a Saturno dictum esse arbitrantur, quorum motuum est, quia dies gentiliter nuncupati, & in usu nostro est, a planetis nomen accipiunt, ita quod ab illo planeta dies nomen sortitur, qui prima illius hora diei regnauerit: unde diem Lunae a dominio Lunae denominat: diem vero sequentem a dominio Martis Martem appellant, & sic de ceteris continuatis in ordine: sabbatum autem a Saturno nominari volunt, quia illius prima hora diei sub dominio eius est. Et hoc quidem verum est: sed nec propter hoc sabbatum nuncupatur, quia sabbatum nomen Hebraicum est, & non Latinum, cuius origo in Hebraeo a requie dicitur, qui autem a Saturno eum appellari autemant Latinum nomen esse putant, in quo propter aliqualem similitudinem literarum in principio nominis, scilicet sabbathi, & saturno errandi occasionem habuerunt. Quare autem sabbatum seruaretur potius, quam alij dies, quidam Iudaei imperitissimi dixerunt ideo factum fore, quia Saturnus infortunatus est, & regnat in diebus sabbathorum: ideo omnes actiones essent infortunatae: sed contra hanc vaniloquam positionem supra 20. cap. pugnatum est. Alias multum imperitissimi Iudaei de sabbatho dicunt ineptias, ad quas virorum aures aduertere indignum est. Requies sancta domino. Id est ista requies diei sabbathi est sancta domino, id est applicata ad cultum Dei, quia Deus illam elegit pro se, & est sensus, quod non solum debemus quietescere in sabbatho a corporalibus laboribus vacando, sed etiam applicare illam quietem ad laudes, & honorem Dei, quia dicitur, quod requies sabbathi est sancta domino. Omnis qui fecerit opus in illo morietur. Scilicet opus quod non sit necessitatis, quae autem sint haec opera, quae Iudaeis in sabbatho facere licebat, supra 12. capit. declaratum est. Morietur. Sicut multoties replicatur hic mandatum de obseruando sabbatum, ita multoties replicatur poena non obseruantium ex eadem causa, scilicet ut vtriusque maior fiat impressio. Custodiant filij Israel sabbatum. Scilicet omnes filij Israel tam sacerdotes, quam non sacerdotes: praeter hoc, quia ut ait Saluator noster Mat. 12. cap. Sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt. Et celebrent illud. Id est faciant esse diem solennem, vel honorabilem. In generationibus suis. Id est etiam postea per successionem generationum sabbatum meum celebrari debet a filiis Israel. Patetum sempiternum est inter me & filios Israel. Id est filij Israel pepigerunt mecum, ut obseruarent sabbatum, & hoc fuit in monte Sinai, quando Deus Moylen mi-

Quare sabbathus potius, quam alij dies obseruatur.

fit ad populum, vtrum vellent cum eo facere pactum de obseruando leges eius, & populus recepit. consentitque obedire omnibus, quae mandarentur a Deo, ut patet supra 19. capit. Post haec venit Deus in clangore tubae, & per angelum suum protulit ista decem precepta, inter quae mandatum de obseruatione sabbathi vnum fuit, & sic pactum firmatum est. Et post iterum haec eadem omnia in sanguine confirmata sunt factio sacrificio taurorum, & hircorum, & suso parte sanguinis super altare, & super librum legis, reliquus super populum astantem aspersus est. Et tunc dicebat Moyses: hic est sanguis testamenti quod mandauit dominus ad vos, ut patet supra 24. & ad Hebr. 9. Pactum sempiternum. Vocatur pactum sempiternum, non quod in eternum duraret, cum nulla lex sit, quae in eternum duret, cum post mortem lex nulla sit, sed dicitur sempiternum, quia non erat determinatum tempus durationis eius, sed quandiu Deus vellent obseruari statum illum imperfectum Iudaicum, tandiu sabbathi custodia manebat. Signumque perpetuum. Exponatur, sicut supra, scilicet quod quandocumque viderint gentes Iudaos diem sabbathi obseruare, iudicabunt eos colere illum Deum specialiter, qui sabbatha custodiri mandauit. Et ut semper gentes iudicent Hebraeos subiectos illi Deo, mandat ut in perpetuum talis festiuitas obseruetur. Et sic semper erit signum etiam quantum ad alium modum, scilicet ut semper sit signum inter Deum & Israel, id est ut semper Deus cognosceret Iudaos esse subiectos sibi, quia sabbatum obseruare vellent. Vel ut semper Iudaei Deum suum creasse omnia profiterentur, dum sabbatum, qui septimus dies eius quietis Dei in honorem creationis rerum a Deo factae coelebrarent. Sex enim diebus. Hic ponitur causa obseruationis sabbathi, & applicat praedicta ad propositum, scilicet quod sit signum inter Israel, & Deum quantum ad hoc, quod Israel profiteatur Deum omnium rerum creatorem in sabbathi obseruatione. Sex diebus fecit Deus. Id est compleuit facere: ita quod in quolibet die aliquid faceret, & in fine sexti diei iam nihil restabat agendum.

An Deus creauerit res in tempore, an in instanti.

QV AESTIO. XII.

NEC dicitur fecisse in sex diebus quasi in toto tempore illorum sex dierum aliquid fecerit, quia tunc actio sua mensuraretur tempore, licet in hoc non multum differat dici, quod aliquo de operationibus sex dierum successiue factae fuerint: nam licet id quod Deus facit, subito fiat, si per se agat, tamen in quibusdam eorum potuit per se solum agere, & necesse fuit eum solum agere, in quibusdam vero alijs poterat per aliquas virtutes, quas ipse imprimere, agere per successionem, sicut patet de opere tertiae diei, & in quibusdam alijs. Operationem autem primae diei, quae erat creatio, id est lucis creationem, & aliorum coequeorum, quae lucis nomine intelliguntur, siue quae ante diem omnem facta narrantur, necesse est fuisse facta in instanti, quia ibi erat creatio, Deus autem solus creat, & per se, nec enim aliqua creatura operationis talis instrumentum esse potest, ut probauimus supra 23. ca. Deus autem cum per se solum operatur, in instanti operatur, & non potest successiue operari, quia sicut nec essentia sua tempore mensuratur, ita nec operatio sua, quia operatio sua quantum est ex parte eius identificatur essentiae realiter. Necesse est ergo, aut vtrumque tempore mensurari, aut neutrum, & sicut ex parte Dei actio sua mensuratur tempore, Deum autem posse operari per successionem includit contradictionem existente Hypothesi de eius infinitate, & simplicitate, atque eternitate: de

Operatio tertiae diei potuit a Deo fieri in instanti, & successiue per aliquam virtutem creatam.

Quarta diei operatio necessaria fuit instantanea & a Deo.

de quo magis supra 23. cap. Secundi diei operationem instantaneam fuisse necesse est, quia diuisionem aquarum super firmamentum a diuisione aquarum, quae sunt sub firmamento, per quod distinctio in species intelligitur, scilicet quod ex eisdem aquis, id est materia distinguuntur caelestes super firmamentum, id est omnes orbis caelestes differentes secundum naturam specificam, & inferiores aquae, scilicet elementa, ex eadem materia distincta sunt. Haec autem distinctio fuit per introductionem formarum specificarum, quia non poterat fieri per generationem, cum non esset ibi aliqua alteratio, quia desiccebat subiectum, nam elementa sunt substantiae qualitatum alteratarum, & tunc elementa non erant, sed produci debebat: ergo non poterat per aliquam virtutem naturalem a Deo impressam materiae talis distinctio specifica fieri: potissimum in corporibus caelestibus, quae tunc distincta secundum species facta sunt ex illa materia, quae peregrinas impressiones secundum Arist. in 2. de Coelo, & Mundo non suscipiunt: ergo nec per alterationem peregrinarum impressionum, id est actiuarum qualitatum talis formarum generatio fieri potuit: restat ergo, necesse fuisse fuisse, quod ista operatio instantanea fuerit, cum Deus solus cam agere potuerit. Tertiae diei operationem, scilicet congregationem aquarum vtroque, modo fieri potuisse dicendum est, scilicet aut in instanti, aut per successionem. Nam aquae erant super terram sparse, atque circumfuse, donec elementum terrae (quod non dum perfectum erat, & adhuc sphaericum manebat) a Deo in aliquibus partibus cauum factum est, ut aquae descenderent ad partes procliuas, & sic reliqua terrae facies discooperata maneret. De concavitatibus terrae ad subtractionem aquarum, quod subito factae fuerint dubium non est, quia a solo Deo factae sunt, sed de aquis vtrum subito in concavitates illas, quae gurgites maris vocantur subito collocatae sint, an de toto orbis tanquam de locis arduis ad prona naturaliter fluxerint, dubium est: vtrumque enim satis esse potuit, confirmationem autem illius operationis, scilicet quod appareret terra arida, quod contingebat per desiccationem humiditatis aquosae, quae in superficie eius manserat: per successionem fuisse satis ex sacra scriptura notum est. Nam terra non fuit ibi subito desiccata, sed immisit dominus ventum vrentem, & desiccatae terram, & iste successiue actione naturali terrae superficie desiccavit. De hoc dicitur Gen. 1. cap. Spiritus domini ferebatur super aquas, id est ventus missus a domino flabat super aquas, quod patet in litera Hebraica, quae sic habet. Ruba Elohim merabephet halpene amain. Id est ventus domini flabat super faciem aquarum, quae illud verbum. Merabephet. In Hebraeo signat flare, quod ad vntum pertinet, & ideo vocatur spiritus, quia spirat, id est flat, sic dicitur Psal. 9. Spiritus procellarum pars calicis eorum, id est impetus ventorum est pars tormenti eorum, & Psal. 148. Spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius. De hoc magis dictum est Gen. 1. ca. Quarta diei operationem, scilicet formationem stellarum, & duorum magnorum luminarum instantaneam fuisse necesse est, quia Deus solus illud efficere potuit, & Deus in instanti operatur. Patet antecedens, quia formatio solis, & lunae, & astrorum per formas substantiales distinctorum necesse fuit, quod esset per generationem, aut productionem, non potuit ibi esse generatio, quia generatio praesupponit alterationem: alteratio autem fit ex qualitibus oppositis actiuis, & passiuis: sed in corporibus caelestibus nihil tale erat: ergo non potuit hoc per naturalem generationem fieri; debuit ergo fieri per productionem, quod ad Deum solum pertinebat, & sic in instanti fieret. Supra tamen in tertia die adhuc poterat esse quadam

alia successiua operatio, scilicet productio arborum, & herbarum: nam licet virtutem germinatiuam terrae secundum diuersas species arborum, & herbarum nullus, nisi Deus dare potuerit, quia haec erat per productionem, & hoc subito factum fuerit, tamen terra a Deo valde disposita per virtutem illam susceptam potuit in eadem die tertia arbores, & herbas perfectas vltimae ad magnitudinem debitam speciei suae, & fructu perfectam maturitatem producere, nec est hoc valde mirabile, si Deus terrae magnam virtutem dedisset germinandi ea, quia multum disposuisset, cum & nos videamus herbas quasdam in vna hora, aut duabus perfectae germinare vsque ad debitam magnitudinem, sicut in illis, quae seminant petroselinum, aut similes herbas, & post vnam, vel duas horas ad perfectam magnitudinem venire faciunt, nec in hoc aliquid magicum est, imo nec potest esse, quia angeli boni, & daemones naturales efficiendi, nisi per virtutem naturae potestatem non habent. Si ergo aliquam herbam nasci faciunt, necesse est ibi esse virtutem naturae, per quam tale quid faciat, quia per virtutem suam, nihil efficere potest angelus, nisi impellere ad motum localem, fit tamen hoc quod hominibus videtur mirabile disponendo terram quibusdam specialibus virtutibus. Manifestatur autem hoc magis, quia quadam terra sunt, in quibus velocius arbores produciunt, & factus maturant, quia aliter disposita sunt, quam terra in quibus nos habitamus, sicut sunt multa terra, in quibus omnes arbores bis in anno fructum faciunt, & segetes bis nascuntur, & metuntur, tales autem sunt insulae quaedam in India, scilicet Crise, & Argira, ut ait Isidorus Etymolog. libro 15. Si ergo natura ipsa se sola in quibusdam terris duplicem velocitatem in fructuum productione, & maturatione facit, quam in alijs, quid mirum est si adiuta humana, aut angelica solertia applicando actiua passiuus in modico tempore, scilicet in vna, aut duabus horis quasdam herbas ad perfectam magnitudinem perducat? Non tamen contingeret hoc in magnis arboribus, ut in moro, pyro, cypressis, & platano, & sic de ceteris, quia ad harum productionem, & productionem in debitam magnitudinem, & fructuum maturitatem magna virtus necessaria erat, quae in paruo tempore posset talia operari, & non videtur possibile, quod homo aliquam talem comixtionem terrae faceret, ut in duabus horis, aut tribus faceret gigni arborem morum, aut cypressum, vel palmam, & fructus maturitatem habere: Deus tamen, qui nouit quanta virtus naturae produci potest, talem virtutem producere potuit, per quam naturaliter terra germinaret omnes herbas, & arbores in vna die, scilicet in die tertia productionis rerum, & sic videtur innuere litera Gen. 1. ca. cum dicitur: Germinet terra herbam viuentem, & eodem modo dicitur de lignis pomiferis ibidem, quod terra germinaret illa ligna. Quinta & sexta diei operationem, quae fuit in productione animalium brutorum, aquatilium, volatilium, & gressibilium, licet magis instantaneam fuisse, quam successiuam veritati propinquum sit, vtrumque tamen sine errore dici potest: nam nunc animalia bruta gignuntur per seminis decisionem, & in semine consistit vis formatiua disponens, & alterans donec educatur forma de potentia materiae dispositae, nec in hoc requiritur aliqua specialis Dei operatio ad productionem animalium eorum, sicut ad creationem animae humanae: ideo poterat Deus, si vellent, ista animalia sic integra producere nulla facta dispositione, sed per modum creationis: & tunc ista operatio pure pertinebat ad Deum, & erat instantanea, vel poterat producere Deus in materia istarum rerum quadam virtutem feminalem, scilicet quod sicut virtus seminis organizat, & perficit corpus

Non est mirabile aliquas herbas in duabus horis generari, & perfectas esse.

In magnis arboribus non potest esse perfectio in vna die sine communi naturae operationem.



VIDENS autem populus quod moram faceret Moyses descendendi de monte, congregatus aduersus Aaron dixit: Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant. Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti ignoramus quid acciderit. Dixitque ad eos Aaron: Tollite in aures aureas de vxorum filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecit populus quæ iusserat, deferens in aures ad Aaron: quas cum ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntque: Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: Cras solennitas Domini est. Surgentesque mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas. Et sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.

Idolatria populi in vitulo conflato. 7.

De peccati. dist. 4. cap. intermitte. et in 5. filijs in ver. mendacia in glo.

1. Cor. 10.

Videns autem. Descriptis supra præceptis de construendo sanctuario, hic subiungitur peccatum Iudæorum in adorando vitulo. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur populi transgressio: secundò Moysi deprecatio ibidem. *Facto autem die altero.* Prima in quatuor. Primò ponitur mali perpetratio: secundò mali perpetrati cognitio ibidem. *Locutus est autem.* Tertio cogniti examinatio ibidem. *Accipiens.* Quarto examinati punitio ibidem. *Videns ergo Moyses.* Circa primum. *Videns autem populus.*

An Aegyptij induxerunt Iudaos, vt peterent sibi feri Deos.

QÆSTIO PRIMA.

RABBI Salomon, qui nimis erat fauorabilis genti suæ, dicit quòd filij Israel non fuerunt moti ad petendum Deos, sed Aegyptij conuersi ad Iudaismum, qui cum eis ascenderant de Aegypto, vt potè, qui idolatriæ assueti erant petierunt Deos sibi dari, & ad hoc incitauerunt multos de Israelitis. Poterat autem ista positio Rabbi Salomò aliquantulum adiuuari per ea, quæ habentur Numeri capitulo vndecimo: nam iterum mouerunt Aegyptij conuersi filios Israel ad peccandum, & hoc fuit in sepulchris concupiscentiæ, quia ipsi sibi primò carnes desiderauerunt, & commouerunt filios Israel ad desiderandum, & postea magna vindicta in eis secuta est, vt dicitur Num. 11. capit. scilicet. Vulgus promiscuum quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio flens, & sedens iunctis sibi pariter filijs Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Pars Secunda. P Sed

Item ordo literæ semper tenendus est, nisi aliquid quod impediatur indicans debere teneri ordinem alium. Sed non est hic aliqua causa recedendi ab ordine literæ, ergo dicendum est, sicut litera continuatur: sed secundum ordinem literæ in primo ascensu Moysi ad dominum in montem Sinai antequam darentur tabule recitantur omnia præcepta de constructione sanctuarij, ergo sic dicendum est. Maior patet, quia si aliter detur, mutabitur tota certitudo sacræ scripturæ in ordine. Nam non ideo credemus hoc fuisse factum ante illud, quia ante illud recitatur, nec è contrario, quod magnum inconueniens esset. Cum autem apparet aliqua ratio, quare non debeat ille ordo teneri, debet fieri mutatio ordinis, ita quòd nos intelligamus ordinem fuisse mutatum ex aliqua causa, & sic non dabitur aliquod inconueniens, quia semper sequemur certitudinem ordinis, quia ordo, quem tenet litera, dicitur certissimus ordo. Cum autem apparuerit causa, quare non sit ordo ille rerum gestarum, erit ille certus ordo, quem ratio ipsa probauerit. Minor, scilicet quòd non sit hic aliqua causa, quare iste ordo sit mutatus, apparet, quia ipse, qui dicit literæ ordinem esse mutatum, non apponit aliquam rationem. Item magis videtur, quòd Moyses audierit ista de fabricatione sanctuarij antequam coleretur vitulus ab Israel. Nam bis ascendit Moyses ad dominum in montem, vt patet infra trigesimo secundo, & trigesimo tertio capitulis, & Deuteronomij nono capitulo, quia bis tabulas accepit, & in prima dicitur, quòd perseverauit Moyses cum domino in monte quadraginta diebus, & totidem noctibus. De secundo ascensu dicitur, quòd iacuit Moyses coram domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus eum suppliciter deprecabatur pro peccato filiorum Israel: ergo videtur, quòd non erat tanta opportunitas Moysi audiendi à Deo ista, quæ dicta sunt de fabricatione sanctuarij in secunda vice, sicut in prima, quia in secunda suppliciter semper orabat: in prima autem coram domino perseverare dicebatur, perseverans autem cum domino conuenientius audire posset, quam iacens semper orando. Dicendum ergo est, quòd in prima vice, quia Moyses ascendit ad dominum in montem antequam reciperet primas tabulas, dicta fuerunt ei omnia, quæ pertinebant ad sanctuarij fabricationem, non tamen inceperunt immediatè poni in executione, quia impedita fuerunt per peccatum Israelitarum, quoniam mox, vt de monte descendit Moyses videns populum deliquisse, grauem in eis excreuit vltionem viginti milia trucidans, & immediatè ad montem ascendens pro peccato populi oraturus iacuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus coram Deo, & post descendit portans secundas tabulas, & incepit fieri fabricatio. *Duas tabulas:* Cum isti essent lapides vocantur tabulæ, quia tabula non est nomen speciei naturalis, sed pertinet ad figuram quando dimensiones non sunt æquales: erant enim isti lapides cauti, & dolati, ita vt leuiore essent. Erant autem tabulæ duæ, quia in vna erant præcepta affirmatiua, (vt quidam volunt,) & in alia præcepta negatiua. Vel melius, quòd in vna erant præcepta dirigentia in Deum solum, in alia erant præcepta ordinantia in proximum: de quo magis dictum fuit supra vigesimo capitulo, & dicitur sequenti capitulo. *Scriptas digito Dei.* Id est opere Dei: digitus enim aliquid operatum dicit. Esse autem scriptas digito, id est opere Dei, est esse scriptas per Diuinam Operationem, & hoc fuit per Angelos, qui fuerunt ministri totius legis huius, vt patet ad Galatas tertio, vbi dicitur: Lex ordinata per angelos in manu mediatoris.

Fdurauerunt vsque ad diem, quo datae sunt tabulæ, sed tabulæ datae fuerunt die quadagesimo: ergo durauerunt sermones vsque ad diem quadagesimam. Maior patet, quia dicitur hic, quòd completis huiusmodi sermonibus dedit Deus tabulas lapideas Moysi, ergo immediatè quo completi sunt isti sermones datae sunt tabulæ Moysi, aliàs si non datae fuerunt immediatè, sed aliquibus diebus post: vt potè si in prima, vel secunda die, quæstet Moyses cum Deo fuisset ei Deus ista locutus, & postea in quadagesimo die datae fuissent tabulæ, non dicerentur datae completis sermonibus: nam eodem modo dici potest, quòd datae fuissent istæ tabulæ completis illis sermonibus, si datae fuissent quadraginta annis post dictos illos sermones, sed non dicitur hoc conuenienter: ergo oportet, quòd datae fuerint immediatè, quo isti sermones fuerint completi. Minor patet, scilicet quòd datae fuerint tabulæ quadagesimo die, quia Deuter. 9. cap. dicitur: Et perseveraui in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, panem non comedens, & aquam non bibes, & dedit mihi duas tabulas lapideas scriptas digito Dei. Et post pauca sequitur: Cumque transissent quadraginta dies, & quadraginta noctes, dedit mihi dominus duas tabulas lapideas tabulas foederis. *Huiusmodi sermonibus.* Id est omnibus sermonibus, qui habentur à principio vigesimi quinti capituli, vsque ad locum istum.

Reijcitur opinio Rabbi Salomonis de tempore constructionis tabernaculi, & dationis legis.

QVÆSTIO XIII.

RABBI Salomon dicit, quòd istud intelligitur de sabbathi obseruatione, scilicet quòd postquam Deus locutus fuit ad Moysen de obseruatione sabbathi, dedit ei duas tabulas, & non refert ad suprascripta, scilicet ad omnia, quæ dicta sunt à principio cap. 25. Dicit enim, quòd nunc quado ascendit ad Deum Moyses, solum recepit mandatum de sabbatho custodiendo, & post hoc recepit tabulas, & cum descenderet inueniens idolatrasse populum, fregit tabulas, & ascendit iterum ad dominum, vt sciret quid in hoc peccato mandaret, & tunc Deus, vt placaretur mandauit fieri sanctuarium, & omnia quæ supra scripta sunt. Et cum contra eum arguitur, quòd primo ista de constructione sanctuarij dicta fuerint, quam darentur tabulæ iuxta ordinem literæ. Respondet, quòd non omnia eodem ordine gesta sunt, quòd narrantur. Sed hoc non stat conuenienter, quia postquam confirmata fuit lex data in sanguine vitulorum, & hyrcorum, vt patet supra 24. cap. Moyses ascendit ad dominum in montem Sinai, & stetit sex diebus intra nebulam, non tamen intrauit ad caliginem expectans quòd Deus de eo iuberet, & post dies hos septimo die vocauit eum Deus de medio caliginis, & intrauit ad caliginem, in qua erat Deus, & tunc sequitur in principio vigesimi quinti capituli, quòd locutus fuerit Deus ei, vt mandaret filijs Israel congregare Deo munera, & offerre ad fabricandum sanctuarium: ergo immediatè data sunt illa, & non præceptum de sabbatho: maxime, quia præceptum de sabbatho hic datum videtur continuari ad præcedentia. Cum enim dictum fuerit de cæteris ad sanctuarium pertinentibus subdit, & locutus est dominus ad Moysen. Iste autem modus loquendi continuatiuus esse videtur ad præcedentia: ergo post ea, quæ de sanctuario dicta sunt, fuit datum mandatum de sabbatho.

Item

In sacra scriptura non fit mentio de aere & igne quæ illa vulgares non precipiant.

In septimo die nihil de nouo Deus creauit sed condita gubernauit.

Sermones de constructione tabernaculi durauerunt vsque ad 40. diem.

Sed non videtur hoc convenienter dictum, quia fundamentum Rabbi Salomon est vanum. scilicet quod Aegyptij valde dediti idolatrie commouissent ceteros de Israelitis ad petendos Deos: nam non videtur esse maior ratio, quare petierunt Deos Aegyptij, quam Israelitas, quia etiam Israelitae assueti erant cultui idolotum, ut patet in eis, quae declarauimus supra 1. cap. in fi. Item fundamentum quod adducitur de alia tentatione, in qua commouerunt Aegyptij Israelitas, non multum agit: primo, quia non videtur ex illo textu, quod Israelitae moti fuerint ab Aegyptijs ad desiderium carnis: sed dicitur, quod Aegyptij flagrauerunt desiderio carum, atque fluerunt, & cum eis filij Israel, in quo aliquo modo innuitur principales fuisse Aegyptios in illo desiderio, sed non inducitur, quod induxerint alios ad petendum carnes. Etiam dicitur, quod ponatur Aegyptios induxisse Hebraeos ad desiderandum carnes, & petendum, tamen non est simile ad hoc, quod incitauerint eos ad petendum Deos: nam vulgares ea, quae sensibilia sunt bona esse reputat, quia haec sola cognoscunt, ut ait Arist. 7. Ethy. scilicet propter has solas cognitatas esse has solas desiderant, & quod Aegyptij, qui assueti erant delicijs Aegypti, in quibus totum bonum suum ponebant, flagrarerit desiderio carum, & piscium Aegypti satis rationabiliter procedit: Cultus autem Dei est quoddam bonum spirituale, quod nullo modo attinet ad bonum sensibile corporeum: ideo non erat multum verisimile inclinari Aegyptios ad petendum Deos spectatius, quam Israelitas. Item vix ex litera, quod Israelitae hoc mouerint, quia dicitur in litera: Videns autem populus, quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus aduersus Aaron dixit, surgens fac nobis Deos, qui nos praecedant: populus ergo petiuit hoc, sed manifestum est, quod Aegyptij, qui ascenderunt cum Israelitis, non vocantur populus, imo nec pars populi. Sed Israelitae vocantur populus, Aegyptij autem ascendentes cum eis vocantur aduenae, siue peregrini, siue vulgus promiscuum: ergo dicendum est, quod Israelitae petierunt Deos sibi dari: si autem Aegyptij confenserint, vel cum eis simul petierint, non multum patet, nec multum refert. Etiam non videtur rationabiliter dictum, quod Aegyptij petierint Deos antequam peterent Israelitae, vel mouerent Israelitas ad petendum, quia sciebant Aegyptij, quod Israelitae educebantur de Aegypto ad Deo illo, quod vocabatur Deus patrum Israelitarum, & quod Israelitae illum deberent colere. Formidaret ergo Aegyptij talia perere, aut incitare Israelitas ad petendum: suspicantes forte se Israelitis displicituros, & quod eos lapidibus obruerent. Dato ergo, quod Aegyptij valde desiderarent, quod darentur eis dii, magis adhuc quam Israelitae, tamen nullo modo talia loqui, aut proponere saltem signo auderent, donec viderent prius Israelitas hoc petentes.

An Moyses praefixit terminum aduentus sui de monte Sinai, &c.

QV AESTIO. II.

CIRCA hoc Rabbi Salomon adhuc dicit, quod Moyses quando ascendit ad deum pro tabulis legis, dixit populo manenti in castris, quod ex ea die in quadraginta dies usque ad horam sextam veniret ad eos, ipsi autem computauerunt illos quadraginta dies incipientes ab illo die, in quo recessit Moyses, & eum pro vno die integro habuerunt, & tamen non intelligebat sic Moyses: sed pro diebus integris, & ille dies non erat integer, quia ipse recedebat hora sexta, & illa pars diei cum nocte sequenti, & parte alterius diei usque ad horam sextam faciebat vnam diem integram, & sic compleuerunt ipsi numerationem suam dimidia die ferè antequam veniret Moyses, quando complebantur 40. dies integri naturales.

F Die ergo trigesimo nono ad solis occasum postquam Moyses recesserat, populus putauit completos esse quadraginta dies. Satan verò, qui aduersabatur Israeli turbauit aerem ingrossando illum, & monstrauit ibi similitudinem feretri. scilicet in quo feruntur mortui ad sepulchrum, & dixit, quod Moyses erat mortuus, & tunc populus fuit concitatus ad faciendum Deos, qui praecederent ipsos in ducatu, sicut praecedere consueuerat Moyses. Sed ista multum inconuenienter dicta sunt, & ficta esse apparent, atque sibi ipsis obuia. Et primo, quia fundamentum Rabbi Sal. est valde dubium, & non habet aliquod saltè apparens motiuum ad confirmationem suam. scilicet quod Moyses diceret Israelitis, quod post quadraginta dies, siue in quadragesimo die rediret, quia non vix quod Moysi hoc esset notum, nec erit sciebat quid in monte cum Deo facturus esset, sed expectabat in omnibus quid Deus maderet: sic. n. vix aliquo modo conijci ex eo quod hinc supra 24. cap. scilicet quod Moyses ascendit in monte nesciens quid facturus esset, aut quoniam stetit extra caliginem nubis expectans quid Deus iuberet, & perseverauit diebus sex, in die autem septimo vocauit eum dominus, & intrauit in caliginem nubis. Item, quia dicitur, quod Moyses dixit se rediturum die quadragesimo ad horam sextam, & accipiebat diem pro die naturali computando de momento ad momentum, & populus accepit pro diebus artificialibus, non videtur hoc conuenienter dictum: nam iste modus accipiendi diem est fallax, maxime inter vulgares, quia vulgares communiter computant dies per dies artificiales. Quod autem Moyses loqueretur sic computado dies, non est verisimile, quia erat ponere popularibus occasione fraudis: quia Moyses maxime cauisset. Itè, quia dicitur, quod in illo trigesimo nono die, quem putauit populus esse diem quadragesimum Satan turbauit aerem, & monstrauit similitudinem feretri, atque dixit Moysen esse mortuum: ex quo populus fuit concitatus ad petendum Deos, non videtur hoc rationabiliter positum, quia si audiisset populus clamantem Satan in aere conturbato, & similitudinem feretri, non moueret ad petendos Deos, quia putaret hoc esse quandam deceptionem: ideo nihil propter talem visionem agerent. Item non potest hoc stare, quia infra dicitur: Moysi. n. huic, qui nos eduxit de Aegypto, nescimus quid ei accidit: si tamen ipsi vidissent feretrum, in quo praesentaretur Moyses tanquam mortuus, & ex hoc iudicassent eum mortuum, & mouerentur ad petendum Deos, non dicerent: Moysi huic, qui nos eduxit de Aegypto, nescimus quid acciderit: sed dicerent: Moyses, qui nos eduxit de Aegypto mortuus est, & non habemus ducem itineris, fac nobis Deos, qui nos praecedant. Item ex hoc vix, quod non fuerit positus eis à Moysè terminus quadraginta dierum ad veniendum in castra, quia tunc non dicerent ipsi, quod nesciebant de illo Moysè, qui eduxerat eos de Aegypto, cum non transfret aliquid de tempore, in quo ipse venturus erat: sed dicerent non venit iste Moyses, qui nos eduxit de Aegypto: ideo fac nobis Deos, quod nos praecedant: hoc patet, quia hoc existente cum Moyses venierit in quadragesimo die postquam recessit de castris, & ipsi acceperint quadragimum diem pro trigesimo nono secundum computationem supra positam, non dicerent, nescimus quid acciderit huic Moysi, cum immedie, ut completum fuit tempus etiam secundum eorum existimationem, oportuerit eos ista fecisse. Item, quia si talis terminus ab ipso Moysè positus foret ad veniendum, si non venisset immedie, ut ipsi putabant quantuncunque irrationabiles viri essent, expectarent saltem vna die: sed secundum computationem Iudaeorum manentium in castris finiebantur isti dies in die trigesimo nono in occasu solis, & secundum computationem Moysi finiebantur sequenti die in hora sexta: solum ergo differebat terminus vnus ab altero

altero quasi per dimidiam diem: ergo expectassent Iudaei saltem illam dimidiam diem, etiam si multum irrationabiles essent. Sed cum Moyses venit in die quadragesimo, iam factus erat vitulus, & colebatur à toto populo: ergo non fuit factus in fine diei quadragiesimi computantibus sic Iudaeis. Item non potest stare, quia si ideo isti petierunt ab Aaron fieri sibi Deos, quia viderant Moysen mortuum in grabato ostendente illum Satam, non hoc petere debuissent, sed magis ducem alium elegerint, & conuenisset totus populus ad eligendum eum potius, quam ad colendum nouum Deum, sed petierunt Deos, & non ducem: ergo non viderunt aliquam talem imaginem mortui Moysi: & quia multa beneficia usque in ipsum tempus egisset. scilicet eripere eos de Aegypto, transducere per mare rubrum, aquam conuvertere in dulcedinem, quae ante amara fuerat: manna de celo illis procurare, aqua de petra in Raphydim dare, & de insurgentibus Amalechitis suis orationibus triumphare. De quibus patet supra per ordinem in his capitulis supra 12. 14. 15. 16. & 17. non potest ergo conuenire, ut Iudaei Moysen mortuum viderent, & non mouerentur ad planctum magnum, sicut postea eum morientem triginta diebus planxerunt, ut patet Deuter. 34. cap. sed non planxerunt eum, quin potius congregati sunt ad petendum Deos, & ad ludendum, & choreandum coram Deo: ergo non viderunt Moysen in feretro mortuum, sicut confingitur. Item dato, quod ceteri Iudaei inhumani essent, & videntes similitudinem Moysi mortui, non mouerentur ad fletum: Aaron tamen, qui frater Moysi erat, saltè ad planctum moueret, sed hoc non fuit, ergo nec aliqua talis imago visa est. Item non potest hoc stare, quia secundum computationem, quam faciunt isti in his quadraginta diebus fuerit completi quasi per dimidiam diem antequam completerent secundum computationem, quam Moyses faciebat: ergo oportuit omnia, quae hic dicuntur, facta fuisse in illa dimidia die: sed hoc non stat: quomodo enim posset totus populus ad Aaron se cito conuenire, & facta communi collocactione, quod Aaron peteret in aures, & à tanto populo ita segregato colligerentur, & quod fieret forma fusilis, & funderetur aurum, fieretque vitulus ille conflatis, & fabricaretur altare, atque ad canendum, & ludendum coram eo conuenirent? Hæc enim omnia aliquorum dierum spatium exposcunt. Item patet hoc clarius, quia factis his omnibus. scilicet quod in aures peterentur, & darentur, & vitulus aureus conflatis forma retur, & altare fabricaretur, adhuc cultus dandus illi vitulo ad diem alterum dilatatus est. scilicet quod mandauit Aaron per castra praconis voce cantari: Cras solennitas est domini, ad quam promulgationem edicti ferè vna dies necessaria erat ad proponendum illud in castris ita magnis, & tamen Moyses non venit quousque, ipsi Hebraei colebant vitulum cantantes coram eo, ut patet infra: ergo ad minus per tres, vel quatuor dies necessariū erat hoc negociū inchoari antequam Moyses de monte descenderet: sed Moyses descendit die quadragesimo ergo per tres dies, vel quatuor ante diem quadragimum inceptum fuit istud opus, quod est contra positam fictionem. Item, quia nondum completis adhuc quadraginta diebus Moyses manebat in monte cum Deo, & adhuc postea aliquanto tempore mansit deprecans, ne deleteret eos, quos eduxerat de Aegypto, & tamen iam peccauerat Israel faciens vitulum conflatilem, & adorauerunt eum: sic enim dixit Deus Moysi adhuc existenti in monte cum ipso ante completos quadraginta dies: peccauit populus tuus, & fecerunt sibi vitulum conflatilem. non est ergo dicendum, quod aliquid tale fuerit quale Rabbi Salomon confingit, & in principio positum est. Sed veritas est, quod Moyses recedens de castris non posuit aliquem terminum ad redeundum:

Alph. T. off. super Exodi

A ipsi autem putauerunt eum breuiter rediturum, cum autem transisset triginta, vel trigintaquing; dies, putantes Moysen esse mortuum, quia nunquam comparabat, vel nescientes quid de ipso factum esset, ad Aaron, qui tanquam capitaneus relictus fuerat, accesserunt petentes Deos sibi fieri. Ratio autem mouens eos ad petendum duces Deos fuit, quia in tanto tempore Moyses mortuus esse deberet cum cibos nullos haberet: nullus autem homo tanto tempore ciborum expertus permanere posset. Aliquis autem diceret, quod Moyses existens extra castra cibos habere poterat, cum cibis omnium illorum manna de caelo erat, quod extra castra cadebat, Moyses autem existens extra castra posset comedere de illo manna, & dato quod secundum veritatem ipse non comederit panem, aut manna, vel aliquid alterum, ut patet Deuter. 9. Iudaei non sciebant hoc, & putabant eum cibo indigere: non tamen poterant eum rationabiliter cogitare mortuum, quia posset sustentari assumpto manna, sicut ipsi sustentabantur, & hoc ipsi scire poterant. scilicet quod assumeret de manna, cum extra castra maneret. Respondetur, quod Iudaei in hoc aliquo modo rationabiliter mouerentur: nam Moyses non poterat accipere de manna, quia manna cadebat soluta in circuitu castrorum, ut patet supra 16. cap. Moyses autem erat in vertice montis intra caliginem nubis, ubi manna non cadebat. Item, quia cum dixisset, quod ascendebat ad dominum, & ipsi vidissent, quod terribilis esset Deus, cum audiissent vocem eius in promulgatione preceptorum decalogi, & tanto tempore tardaret descendere, putauerunt, quod forte Deus illum occidisset ob aliquam culpam. Petebant ergo itineris sui directores. Videns autem populus. Scilicet filij Israel, quod vocantur populus, quia erant in magna valde multitudine, & Aegyptij quorum erat vulgus promiscuum innumerabile, ut patet supra 12. cap. Quod moram faceret. Ex hoc etiam refellitur positio Rab. Sal. tanquam aliqua fictio, & hoc. scilicet quod dicitur, quod Moyses dixerat eis, quod venisset post quadraginta dies. Nam tunc dato quod computarentur isti dies secundum eorum assignationem. scilicet quod completerentur in die illo, qui erat trigessimus nonus secundum computationem Moysi, non erat mora Moysi, dato quod non veniret in eodem die: sed secundum quod ipsi confitentur illa die trigesimo nono inceperunt ista facere Israelitae, cum fuit completus terminus veniendi, quem ipsi confingunt: ergo non fuit datus terminus ad veniendum in quadragesimo die: sed dicendum quod Moyses de castris recedens non dixit, quod venturus esset, ipsi autem Israelitae putauerunt eum cito venturum ad plus in decem, vel duodecim diebus. Cum autem pertransisset triginta dies, aut plures, magnam moram faciebat secundum expectationem popularium, & tunc rationabiliter dicitur, quod moram faciente Moysè, &c. Item ex hoc non potest stare id, quod dicebat, scilicet quod viderunt similitudinem feretri in aere turbato, & quasi Moysen mortuum in eodem iacentem viderunt. Nam si ipsi vidissent eum mortuum, vel in imagine mortui, & ex hoc moti fuissent ad petendos Deos, qui praecederent, non dicerent litera. Videns populus, quod moram faceret Moyses descendendi de monte: sed diceret: videns autem populus mortuum Moysen, vel imaginem mortui Moysi, congregatus est aduersus Aaron: sed ponit causam fuisse moram: ergo nihil tale viderunt. Descendendi de monte. Viderant eum ascendentem totus populus, & praecipue Aaron, & Nadab, & Abiu, atque septuaginta seniores ex Israel, qui cum eo inierunt, & cum Iosue usque ad radices montis, ut patet supra 24. c. & cum ascendit Moyses totus populus vidit pulchram Dei visionem, cum dicitur: Ascenderuntque Moyses, & Aaron, & Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores de Israel, & viderunt Deum Israel: sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphyrini,

Pars Secunda

2 2 &

terti m-
probat po-
litiu Rab.
Salomon.

Deorum pluralitas: nam si quis dicat se colere vnum Deum, non apparet esse idolatram, donec exprimat quis Deus ille sit, vtpote, quod sit Saturnus, aut Iupiter, Iuno, vel Mercurius: si autem nihil exprimat, non patet eum ex verbis suis esse idolatram, quia potest colere vnum verum Deum. Si autem aliquis dicat se colere multos Deos, ex verbis suis proditur idolatria, & hoc quicumque sunt illi dii: impossibile enim est quempiam, nisi idolatram, plures Deos colere, & hoc siue illi sint Neptunus, & Pluto, Latona, & Diana, aut aliquis istorum cum Deo verò, vt si quis colat Priapum, & Deum verum, sicut Samaritani, qui Deum Coeli timebant, & nihilominus idolis sacrificabant, vt patet quarto Regum decimo septimo. Hieronymus ergo intendens demonstrare istos idolatras fore, licet de vno Deo dicerent, qui erat Deus constans, sequendo literam Hebraicam, posuit pluraliter, vt magis manifestaretur idolatria, non solum ex re, sed ex modo verborum pluraliter prolatorum. Nec tamen dicendum est, quod Hieronymus in hoc male transtulerit dicens Hebraeos petuisse Deos, cum ipsi Deum vnum petuerint: nam si Hieronymus per hæc verba pluraliter dicta intelligeret, atque alios intelligere vellet, quod Hebraei plures Deos petuerint, falsum esset, sed solum intelligit eos petuisse vnum Deum, profert tamen istam petitionem per terminos pluraliter signantes, sicut ipsa litera Hebraica profert, & ipsi Hebraei petentes expresserunt. *Fac nobis Deos.*

Quare Israelitæ petierunt sibi Deos fieri, vel Deum.

QVAESTIO. VI.

QVAERET aliquis, quare Israelitæ petierunt Deos siue Deum, quia idem est, vt declaratum est. Fortè aliquis responderet, quod istos Deos petierunt ad adorandum, quia erant auctori in cultu Idolorum, & delectabantur in colendo: præcipue, quia quando colebant, fiebant eis multa gaudia, & hoc tam in delectatione ciborum, quam in delectatione communicationis vulgaris accipientes requiem à laboribus. Etiam in actu venero, quando colebatur Priapus cuius cultores actui venero, tanquam potissime parri cultus diuini insisterent: de quo tertio Regum 13. ca. & de his aliquid dicitur Deuter. 7. cap. De gaudio autem, quod accipiebant sacrificantes in sacrificando patet si inquiramus quemcumque librum Poeticum, vbi aliquid de ritu gentilium tractetur, maxime librum de Fastis Ouidij, qui totus de hac materia conscriptus est. Patet & hoc per Arist. in 8. Ethic. cum tractat de partibus communicationis politicae dicens, quod sacrificantes faciebant choreas, & pulabant in instrumentis æneis, & sic dijs obsequium exhibebant, & sibi ipsi quietem accipiebant. De delectatione autem in cibis aliquantulum idem Philosophus in præallegato loco tangit, dicens, quod post fructuum collectiones congregabantur homines in autumno secundum antiqua sacrificia, & offerebant primitias, atque faciebant conuiuia. De his clare patet hic cum dicitur: Surgentesque mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare ac bibere, & surrexerunt ludere. Erat autem magnum gaudium istorum in choreizando, atque canendo, vt patet infra, cum dicitur: Cumque appropinquasset ad castra vidit vitulum, & choros, vt ergo Hebraei has delectationes experirentur in colendo Deum quas non experiebantur aliter: petierunt Deos sibi fieri. Respondetur, quod licet ista vera sint, scilicet quod in sacrificijs Deorum fierent magnæ delectationes sacrificantibus, & solennizantibus festa, tamen non hac intentione

F moti sunt Hebraei ad petendum Deos: nam si moti fuissent hac intentione, vt Deo obsequium exhiberent, habebant Deum suum, quem colerent, nec erat necesse fieri aliquos alios Deos. Sed contra hoc instabitur pro aduersa parte, quod licet haberent Hebraei Deum, quem colerent, & hunc videbant in caligine nubis super montem Sinai, cum ibi staret Moyses, tamen si eum colerent non poterant facere talia sacrificia, aut solennitates, in quibus delectarentur, sicut in solennitate, quæ fiebat idolis, vt nunc factum est, quia hic comedebant, & bibebant, atque faciebant choros, & hoc, quia Deus nondum dederat legem de sacrificando sibi. Et si respondeatur, quod etiam in sacrificijs Dei fiebant ista lætitia, sicut patet Deut. 12. & 14. atque 16. & in multis locis, scilicet quod quando Israelitæ ascenderent ad sanctuarium domini ad sacrificandum, quod comederent, & biberent de omnibus, quæ desideraret anima sua, & epularentur solenniter, atque lætantes. Ad hoc possent instare aduersarius, quod licet Deus in sacrificijs suis mandauerit esse magnam exultationem in delectatione ciborum, & in alijs gaudijs, tamen nondum illa lex data fuerat: ideo Hebraei putarent se non posse agere talia ad Deum, ideo petebant talem Deum, qui huiusmodi sacrificia acceptaret. Respondetur, quod non poterant dubitare de hoc Israelitæ, scilicet vtrum Deus suus talia sacrificia sibi fieri vellet, aut iucunditates has, quia viderant supra in confirmatione legis, quod Moyses obtulit holocausta, & victimas pacificas, sicut ipsi nunc obtulerunt h. c. & comederunt, atque biberunt, atque lætati sunt, & viderunt Deum Israel, vt patet supra 24. capit. Item non est aliquantulum bene dictum, quod ideo petierunt fieri sibi Deos ad sacrificandum eis, & delectandum in sacrificijs illis, quia putabant talia sacrificia placere Deo Israel: nam ipsi non intendebant offendere Deum Israel, quia tunc cum nihil esset in quo magis offenderetur, quam quod fieret aliquid scilicet, cum hoc maxime prohibuit fore, vt patet supra 20. cap. scirent se magis offensuros Deum suum colendo Deos alienos, quam faciendo omnia alia mala, vel si exultaret quacumque etiam turpi exultatione, vt in sacrificijs Priapi: magis ergo ista facerent sacrificia Deo suo, quam facere ea Deo alieno. Item non est dicendum, quod ideo peterent Deos, quia volebant colere Deos corporeos, sicut coluerunt in Aegypto, & non Deum incorporeum qualis erat Deus Israel, quia tunc quilibet posset facere sibi imaginem aliquam quam coleret, & non peterent simul fieri sibi Deos. Dicendum ergo, quod non petierunt Deos tanquam valde desiderarent colere eos, vel vt delectarentur in sacrificijs eorum: sed voluerunt habere Deum ad aliquam ministracionem, scilicet vt dirigeret eos in via. Et patet, quia dicitur: Fac nobis Deos, qui nos præcedant, id est vt vadant coram nobis monstrantes nobis viam. Patet etiam ex motiua eorum, scilicet quia dixerunt, quod cum Moyses faceret moram descendendi de monte, populus congregatus fuit ad Aaron, dicens: Fac nobis Deos, qui nos præcedant, quia Moysi huic, qui eduxit nos de Aegypto nescimus quid acciderit: quasi dicat, quia ipse iam non dirigit nos, volumus, quod facias nobis Deos, qui nos dirigant.

Cum Iudæi putarent Moysen esse mortuum, quando Deos petebant, quare eum non planxerunt.

QVAESTIO. VII.

QVAERES autem adhuc circa hoc cum isti Iudæi peterent Deos, qui dirigerent eos tanquam iam Moyses mortuus esset: quare non planxerunt, sicut

sicut cum mortuus est quadraginta diebus, vt patet Deuter. 34. c. Respondetur, quod planctus non est faciendus, p aliquo, donec constet eum certissime mortuum fore: de Moysen autem non constabat, vt patet hic cum dicitur: Moysi huic, qui eduxit nos de Aegypto nescimus quid acciderit: ideo non erat pro eo plangendum adhuc. Videbatur tamen aliquantulum rationabile esse, quod ipsi peterent directorē itineris sui, quia Moyses non veniebat: ideo siue mortuus, siue viuens esset, interim quo de statu eius certa habebatur cognitio, alium ducem habere volebant. Sed adhuc arguet aliquis, quod non est conueniens motiui id quod ponebant Hebraei pro motiua ad inferendum petitionem suam: nam ipsi petebant Deos: sed ad hoc nihil attinet quod dicebatur de mora Moysi, nam, vt litera textus innuit, ipsi habuerunt hanc motiua, vnum quod eos mouit, & aliud quod ipsi posuerunt, vt fulciret petitionem suam per hoc motiui Aaron ad concedendum quod petebant. Primum est cum dicitur: Videns autem populus, quod moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus est ad Aaron: si ergo Moyses non fecisset, moram descendendi de monte non congregatus fuisset populus ad petendum aliquid ab Aaron. Secundum motiui exprimitur, cum dicitur: Moysi huic viro, qui eduxit nos de Aegypto, ignoramus quid ei acciderit: id est quia nos nescimus quid factum sit de Moysen, surgens fac nobis Deos, qui nos præcedant. Ecce consideratis his duobus motiuis non videtur sequi petitionem ab Hebraeis, scilicet quod fierent eis dii: sed quod daretur aliquis dux, qui dirigeret eos, cum Moyses, qui ante dirigebat, non haberetur, quia ad præcedendum in itinere non sunt tales quales ipsi volebant, scilicet dii aurei, & argentei, quia manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt, & non clamabunt in guttore suo, vt patet Psal. 113. Sed dux, qui viuens est, vt homo erat, qui præcedere poterat, sicut Moyses præcedebat dirigens, & mandans quæcumque agere deberent. Vel si Deum volebant directorē, non hos Deos argenteos, qui mortui sunt querere debebant, sed Deos viuentes, vel potius virtutem diuinam, qui vnus est, de quo ipsi confessati sunt dum reciperent legem in Ore: Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur? sed illum habebant: ergo non oportebat peti eos, qui moueri non poterant, nisi ab alijs mouerentur, & sic videtur quodammodo includere contradictionem, quæ aliquis dirigitur ab eo, qui nunquam incedit, nec recte, aut oblique, nisi alium habeat motorem, atque directorē. Respondetur, quod conuenienter petebant Iudæi: quia licet id quod petebant esset malum, quia erat idolorum seruitus, tamen recte sequebatur petitio ex suis motiuis. Erat autem intentio Iudæorum, quod fierent eis dii de auro, vel argento, aut alijs corporei, & non solum essent corpora, sicut statuae communes sunt, sed etiam quod in illa corpora derinaretur aliqua vis diuina, aut substantia spiritalis, & esset tale corpus tanquam viuens, aut verè viuens, & haberet locutionem, & motum. Sic enim viderant Hebraei in Aegypto de aliquibus statuis, quæ respondebant ad quæsitam. Sic etiam fit in quibusdam capitibus ferreis, quæ aliqui astrologice faciunt, & naturaliter quasi, licet aliquantulum superstitiose, & ibi fit responsio ad omnia quæ sita. Et hoc siue sit per aliquam virtutem naturalem causatam in capite illo à celesti influentia, siue per spiritum planetarum, id est aliquid spiritum à planetis adductum, vt quidam mendacissimi fabulantur, aut per animam humanam, vel per angelum, vel dæmonem, vel aliquid aliud illi capiti ferreo vnitum: de quo magis dicitur Numeri vigesimo primo capitulo, & ibi plene videas. Sed adhuc dicitur, quod istud non sufficiebat, quia

Alph. Toft. super Exodi

licet ista statua per aliquam virtutem inclusam responderent, tamen non poterant moueri ad præcedendum, & dirigendum in via: ipsi autem directionem petebant magis, quam dubiorum responsum. Patet hoc de capitibus ferreis, de quibus supra dicebamus, quia illa, licet respondeant ad quæsitam, tamen non mouentur. Respondetur, quod non solum viderant Hebraei in Aegypto statuas Deorum loquentes respondendo ad quæsitam, sed etiam viderant Deos Aegyptiorum quosdam mouentes seipios, sicut patet de Apide tauri Deo maximo Aegyptiorum, qui vt bos albus, imò verè bos albus totus est, & habet quandam maculam in latere dextro in formam corniculatæ Luna. Itæ super omnes Aegyptios in aera eleuatur, & ibi omnes in cytharis ceterisque vasis musicis canunt, vt ait Plinius, Apin bouem pueri sequuntur, & confessim quasi furiosi facti, stulti facti futura præcunt. De quo latè diximus supra secundo capitulo, & ibi vide. Quolibet anno semel Apis iste Deus magnus apparet, & obseruatur solennitas eius diebus septem in ciuitate Memphis dicta, ad quam centum antistites ipsum Apin bouem præsequuntur. Crediderunt ergo Hebraei talem Deum posse se habere, qui eos præcederet, sicut Apis Deus Aegyptiorum præcedebat antistites vsque in ciuitatem Memphis, & quia iste Deus Apis nunquam reperitur donec cum publico lectu quolibet anno quærat, vt ait Solinus in Polyhisto. in capitulo de Aegypto: ita dato, quod quilibet de Iudæis, aut pauci de eis voluissent querere plangendo illum taurum Apin non inuenirent, voluit ergo totus populus, aut plures, & principaliores de populo concurrere ad Aaron, qui erat dux populi, vt de consensu eius, & mandato totus populus congregaretur ad querendum illum Deum Apin, & sic credebant eum certissime inuenturos, & ista est causa quare Aaron nolens consentire intentioni eorum saltem timore ductus formauit eis taurum, siue vitulum in similitudinem Apis bouis dii magni Aegyptiorum. De quo infra magis dicitur, & hoc erat non quod putarent Aegyptij, aut Hebraei illum bouem esse Deum, sed aliquam virtutem diuinam esse in illo boue, ita quod Deus esset intra bouem, & siue esset ille bos qualem ipsi videbant in Aegypto, siue animal, siue esset de auro, & aliqua vis diuina vniretur illi corpori, vel Deus lateret intra illud corpus, quia vtroque modo sufficiebat cum posset loqui præcipiendo, & respondendo, & seipsum mouendo. Et patet, quod ipsi intelligerent sic, scilicet quod aliqua vis diuina alligaretur illi boui metallino: nam cum factus esset, dixerunt: Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de Aegypto. Si tamen esset purè metallinus, & ipsi intelligerent esse purè metallinum non habentem aliquam vim spiritualem diuinam, non dicerent: isti sunt dii tui, qui te eduxerunt de Aegypto. Nam illud metallum non eduxerat eos de Aegypto, nec quæquam virorum, etiam stultissimorum, hoc diceret: putabat ergo ibi latere vim diuinam, quæ potuisset mouere illud corpus metallinum ad dirigendum eos in via, & quæ eduxisset eos de Aegypto: Et est sensus istorum Hebraeorum. Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de Aegypto, id est, Deus Israel, qui erat sine corpore, & non videbatur, & te eduxit de Aegypto transfudens per mare rubrum, iste est, quem hic cernis, id est in isto corpore aureo latet virtus eius. Si autem aliter istam literam intelligere velis nescio quomodo intelligere possis, quæ quocumque eam coaptare volueris, ipsa à seipso discedat, & motiui eorum non correspondebit petitioni eorum, quod non est dicendum, quia tunc Aaron, qui vir discretus erat, refellisset eorum petitionem tanquam erroneam, & repugnantem intentioni eorum, sed non fecit: imò magis studuit adimplere: ergo non dissonabat.

Pars Secunda

P 4

Quare

Israelitæ viderant in Aegypto Deos mouentes se, & respondentes ad quæsitam. Aaron timore ductus formauit eis taurum, siue vitulum in similitudinem Apis bouis dii magni Aegyptiorum. De quo infra magis dicitur, & hoc erat non quod putarent Aegyptij, aut Hebraei illum bouem esse Deum, sed aliquam virtutem diuinam esse in illo boue, ita quod Deus esset intra bouem, & siue esset ille bos qualem ipsi videbant in Aegypto, siue animal, siue esset de auro, & aliqua vis diuina vniretur illi corpori, vel Deus lateret intra illud corpus, quia vtroque modo sufficiebat cum posset loqui præcipiendo, & respondendo, & seipsum mouendo. Et patet, quod ipsi intelligerent sic, scilicet quod aliqua vis diuina alligaretur illi boui metallino: nam cum factus esset, dixerunt: Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de Aegypto. Si tamen esset purè metallinus, & ipsi intelligerent esse purè metallinum non habentem aliquam vim spiritualem diuinam, non dicerent: isti sunt dii tui, qui te eduxerunt de Aegypto. Nam illud metallum non eduxerat eos de Aegypto, nec quæquam virorum, etiam stultissimorum, hoc diceret: putabat ergo ibi latere vim diuinam, quæ potuisset mouere illud corpus metallinum ad dirigendum eos in via, & quæ eduxisset eos de Aegypto: Et est sensus istorum Hebraeorum. Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de Aegypto, id est, Deus Israel, qui erat sine corpore, & non videbatur, & te eduxit de Aegypto transfudens per mare rubrum, iste est, quem hic cernis, id est in isto corpore aureo latet virtus eius. Si autem aliter istam literam intelligere velis nescio quomodo intelligere possis, quæ quocumque eam coaptare volueris, ipsa à seipso discedat, & motiui eorum non correspondebit petitioni eorum, quod non est dicendum, quia tunc Aaron, qui vir discretus erat, refellisset eorum petitionem tanquam erroneam, & repugnantem intentioni eorum, sed non fecit: imò magis studuit adimplere: ergo non dissonabat.

Quare Israelita in absentia Moysi non petierunt alium virum directorem, sed magis Deos.

QV AESTIO. VIII.

SED quæret aliquis, quare petierunt Israelitæ Deos, siue Deum tanquam directorem: nam ipsi antea habuerant Moysen tanquam directorem, & quia non veniebat, ipsi moti sunt ad petendum directores Deos: videtur ergo, quod magis petere deberent aliquem alterum virum directorem, sicut direxerat Moyses. Respondetur, quod causa huius poterat esse duplex, prima, quia in toto populo Israel non erat aliquis vir, ita idoneus ad dirigendum tantum populum, sicut dirigebat Moyses, & ita esset acceptus Deo, & aperiret mare rubrum, sicut Moyses aperuerat, ut patet supra 14. cap. & conuerteret aquas amarissimas in dulcorem, ut patet supra 15. cap. & manna, & carnes coturnicum illis daret, ut patet supra 16. cap. & aquam de petra erumpere faceret percussis petram, ut patet supra 17. & hostes oratione sua vinceret occidendo, & in fugam vertendo, ut patet supra 17. & cum Deo loqueretur audiente toto populo, ut patet supra 19. & 20. cap. & plera que alia, quæ magnam dignitatem Moysi exprimebant. Nullus ergo talis in populo videbatur inueniendus, & verissimè sic erat. Visum fuit ergo eis, quod nullum sufficientem directorem habere poterant nisi Deus esset. Secunda ratio erat, quia dato quod aliquis, ita perfectus sicut Moyses reperiretur, qui dirigere valeret populum, tamè quilibet homo deficere poterat in aliquibus, aut mori, vel pati multa infortunia, sicut videbatur eis de Moysi, de quo nesciebant quid factum esset. Et sic magis opinabantur eum mortuum, quam viventem: Deus ergo ad tale regimen, atque directionem necessarius fuit, ut deficere non posset, nec mori, nec aliqua infortunia pati.

Quare Israelita petierunt Deum ad directionem itineris, cum solum dirigerentur per columnam nubis.

QV AESTIO. IX.

SED quæres, quare Hebræi petierunt directorem itineris sui, siue Deum, vel hominem, quia non videbatur hoc necessarium: nam antea quando Moyses præsens eis erat, non ipse Moyses, sed columna nubis dirigebat per diem, & columna ignis per noctem, ut patet Num. 9. & 10. cap. & quando illa stabat super castra, ipsi stabant, cum verò hæc mouebatur ipsi quoque mouebantur, & in hac erat angelus domini, qui istam nubem mouebat, & hoc ipsi sciebant, ut patet supra 14. cap. quando dicitur, quod angelus, qui erat in anteriori parte nubis, & castrorum tenuit posteriorem partem castrorum interponens se inter castra Israelitarum, & castra Aegyptiorum, ita ut ad se toto noctis tempore accedere non valerent: existente ergo ista columna nubis cum angelo mouente eam, non erat necessarium petere Deos, aut homines directores. Respondere posset aliquis, quod licet ista nubes à principio direxerat Israelitas: iam tamen non erat cum eis post recessum Moysi, ideo petebant alium directorem. Sed hoc falsum est, quia columna nubis, & ignis semper fuit cum eis nunquam derelinquens ex die, qua exierunt de Aegypto, usquequo intrauerunt in terram Chanaan, & fixerunt castra in Galgalis, ut patet Ios. 3. cap. de quo alibi magis dicitur, scilicet ubi columna nubis cessauerit. De hoc patet supra 13. cap. cum dicitur: Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, ut

Fdux esset itineris utroque tempore, nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo Israel. Dicendum ergo est, quod ipsi petierunt Deos directores, licet columnam viderent super se stantem, quæ antea dirigere consueverat, quia ipsi volebant recedere de loco illo, & columna non mouebatur, ideo volebant aliquem Deum directorem, qui eos præcederet, atque dirigeret: nam isti Israelitæ volebant pergere in terram promissam eis, & volebant cito ire, nunc autem multum morabantur, quia pluribus, quam quadraginta diebus manserant apud montem Sinai, quod patet, quia ista petitio facta fuit circa finem quadraginta dierum, quibus moratus fuit Moyses in monte cum domino. scilicet tribus, vel quatuor ante, & antequam inchoarentur isti quatuor dies quibus stetit Moyses in monte transierant aliqui dies, quibus steterat populus apud montem Oreb. Mirabantur autem Israelitæ de tanta mora motus columnæ, quia in alijs mansionibus non tantum morabantur, imò nec in omnibus mansionibus simul sumptis contraxerunt tantam moram. Putabant ergo fortè, quod nubes amplius eos directura non erat, ideo requirebant aliud subsidium petentes sibi fieri Deos. Qui nos præcedant. Id est quod iste Deus, quæ feceris sit talis, quod possit nos præcedere, id est ante nos ire iter pandens: & sic volebant, quod esset virtus diuina latens in aliquo corpore, vel aliqua alia virtus, quia aliàs non moueretur ille Deus ad præcedendum Iudæos. Moysi enim huic viro. Hic ponitur motiuum, quod ipsi expresserunt Aaron, ut consentiret eorum petitioni, scilicet quod Moyses, quæ eos dirigere solebat, absens erat, nec de ipso quidquam sciebant, ideo necessarium videbatur, ut eis fieret aliquis Deus director in via. Moysi enim huic. Quia ponitur hic istud pronomen demonstratiuum (huic) quod ad oculum demonstrat, dicit Rabbi Salomò, & quidam alij Hebræi fabulam, quæ supra posita est, scilicet quod turbanit Satan aerem, & fecit apparere feretrum, in quo iaceret quasi cadaver Moysi, & pendebat in aere coram toto Israel, & tunc concurrrens totus populus ad Aaron dixit. Moysi enim huic. Id est isti Moysi quæ videmus ante nos pendentem nescimus quid acciderit. Sed hoc supra improbatum est, quia si vidissent Israelitæ quasi cadaver Moysi positum in feretro non dicerent, Moysi huic nescimus quid acciderit, quia sciebant quid accidisset cum eum mortuum cognoscerent. Item si ipsi vidissent cadaveris Moysi similitudinem, non quasi non scientes, aut dubitantes de vita eius, aut statim dicerent in dubium fieri alium ducem, sed certissimè mortuum plangerent, & finito planctu alium ducem constituerent, aut Deos sibi fabricarent, ut postea petierunt. Huic viro. Loquuntur de eo, quasi de viro ignoto, vel de aliquo, de quo multum non curarent: nã si loquerentur de eo tanquam de aliquo multum noto, non dicerent Moysi huic viro, qui nos eduxit de Aegypto, sed Moysi, qui nos eduxit de Aegypto, tanquam cognitus esset Moyses. Qui nos eduxit de terra Aegypti. Non dicitur eduxisset Moyses filios Israel de Aegypto, quasi ipse verè eduxisset, quia Deus illos verè eduxit, ut patet sapissimè in hoc libro, & in his quatuor libris Moysi. Dicitur tamen eduxisset Moyses Israelitas, quia fuit minister educationis huius: nam verba Dei ferebat coram Pharaone, & signa faciebat, & eos congregabat, atque loquebatur ad eos, quod Deus educeret illos, & per mandatum eius dirigebantur in illa educatione, istud autem ministerium vocatur educere de Aegypto, ut patet supra sexto capitulo, ubi dicitur: Quod Deus mandauit Moysi & Aaron, ut educerent Israelitas de Aegypto. Fortè dicit aliquis, quod isti Iudæi, ita rudes erant, quod putabant se eductos esse à Moysi, quasi per industriam suam & virtutem hoc faceret.

Sed

Sed falsum est, quia ipsi videbant talia miracula fieri, ut in transitu maris Rubri, & suffocatione Aegyptiorum, & in datione coturnicum, atque manna, & victoria hostium, & petre exundatione in copiosa fluenta, & legis datione, ceterisque quod Moyses talia facere non posset, nec quisquam hominum: ideo clarissimè cognoscebant Deum eduxisse eos: & sic patet ex verbis eorum infra, cum ipsi viderint vitulum factum atque dixerunt: hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto: Deo ergo educationem suam attribuebant principaliter. Ignoramus quid ei acciderit. Quasi dicat, si nos sciremus, vbi esset iste Moyses, & vtrum venturus esset, licet non ita cito venturus esset, tamen expectarem eum: sed quia nescimus quid ei acciderit, id est vtrum mortuus sit an viuens, & vtrum aliquando ad nos rediturus est, petimus, ut nobis Deos facias. Dixit quoque ad eos Aaron. Licet Aaron sponte non fecisset aliquid de his, quæ petebant, quia tamen vidit, quod populus totus inclinatus erat in malum, & quod instantissimè petebant Deos fieri, timuit, quod etiam si eis resisteret nihil proficeret, & eum totus populus lapidaret: ideo consentit petitioni eorum licet inuitè, & ista fuit defensio Aaron erga Moysen cum infra dixit: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum? & sequitur: Cui respondit Aaron: ne indignetur Dominus meus: in enim nostri populi istum, quod pronus sit ad malum. Etiam efficacissimè petebant, quia dixerunt ad Aaron: Surgens fac nobis Deos, qui nos præcedant, id est velociter facias istud. De Aaron autem vtrum peccauerit in ista fabricatione vituli, & quantum peccauerit: magis dicitur Deuteronomij nono capitulo. vbi de hoc repetitur.

Aliqui excusant Hebræos dicentes, quod non peccauerunt in petendo fieri sibi Deos.

QV AESTIO. X.

ALIQUI autem volunt excusare Israelitas dicentes, quod non peccauerunt in petendo Deos, quia in hoc non petebant Deos aureos, aut argenteos conflatiles, sed aliquos viros directores itineris sui. Et patet hoc quia dicitur: Qui nos præcedant, id est qui dirigant nos in via: dii autem aurei dirigere non poterant. Etiam patet, quia istud nomen Helohim, quod est nomen Dei, non solum signat Deum, sed etiam signat Deos, qui homines sunt, ut patet supra septimo cap. ubi dicitur: Ego posui te Helohim Pharaonis, scilicet Deus eius. Et litera Chaldaica translationis dicit: Ego posui te principem vel maiorem Pharaonis. Sed hoc non potest stare: quia litera dicit: Fac nobis Deos. Si autem esset sensus, quod Aaron deberet facere ea, quæ ipsi petebant, & intelligerentur viri per Deos: esset sensus, quod Aaron faceret viros hoc autem non poterat esse, nisi generando, & sic non est villo modo putandum, quod ipsi peterent ab Aaron dari sibi viros in dominos, quos ipse Aaron gigneret: quia hoc non poterat esse usque ad multa tempora, cum illi quos gigneret Aaron essent apti ad dirigendum Israelitas in via. Item si ipsi peterent ab Aaron, ut daret eis viros in directores via, quomodo Aaron ita impertinenter respondebat eis petendo ab eis in aures, & alia vasa aurea? Item dato quod Aaron peteret, quomodo Israelitæ sibi dari? quia ipsi nihil tale intendebant, scilicet ut fierent, dii aurei, aut argentei. Item dato quod omnia ista fierent? ipsi petebant viros sibi dari, quomodo vitulum conflatilem fabricatum adorauerunt dicentes: ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto.

Agypto. Istos ergo Deos conflatiles intendebant. Tales ergo duces itineris petebant, quales duces educebant de Aegypto colebant. Tollite in aures aureas. Licet Aaron potuisset facere aliquem Deum de alio metallo, ut de æneis laminis, aut argenteis: voluit tamen de auro, ut fortè Iudæi auaritia retinendi auri ab incepto opere resisterent. Et non solum petiit aurum quæ erat potissimum in metallis: sed etiam petiit in aures aureas seminarum, quia hoc erat difficile dari, scilicet quod mulier daret ornamenta corporis sui: nam si petiuisset alia vasa aurea, aut argentea ministerationis domesticæ, libentius & magis sine preiudicio dari potuissent: hæc autem ornamenta difficulter darentur: ideo sic statem eorum importunitatem petendi Aaron coercere voluit, sed non valuit: quia preualuit iniquitas eorum in petendo Deos sibi fieri directores via. De vxoribus, & filiarum filiorumque vestrorum auriibus. Ex hoc sequitur quod viri habebant in aures, quia non solum de auriibus vxorum, & filiarum tolli debebant in aures: sed etiam de auriibus filiorum. erat enim ista consuetudo antiqua, ut viri quoque talibus ornamentis vterentur: sed ista non decebant virum, quia forma viri debet esse simplex, & nuda: non compta ut vulgus seminatus. Sic ait Ouid. in lib. Epistolarum, in Epistola Phædræ ad Hippolytum, quæ incipit.

Quam nisi tu dederis est caritura salute. Vbi dicit. Sint procul a nobis iuuenes, ut femina compti.

Et asserit ad me. Scilicet ut ego de ipsis faciam Deum vobis. Fecit populus, quauisserat deserens in aures ad Aaron. Valde ad hoc obediens fuerunt: quia ad omne malum prompti erant: si autem aliquid bonum eis imperasset, non ita cito fecissent, & hoc quia duræ cervicis erant, & sæpè repugnantes dño, ut patet infra in litera, & Deuteronomio nono cap. acceperant autem in aures de auriibus vxorum, & filiarum atque filiarum. & hoc siue isti voluntarie permitterent tollere in aures has de auriibus eorum, siue non. De vxoribus autem quod permitterent eas tolli non multum dubium est, quia ipsæ etiam volebant Deos fieri directores sicut viri, de paruulis autem filiis, & filiabus dicendum est, quod eis inuitis patres auferebant. Quas cum ille accepit. Scilicet quod Aaron accepit in aures aureas a toto populo. Formauit opere fusorio. Id est omnes has in aures redegit in vnam formam, id est in vnum corpus: & hoc opere fusorio, id est fundendo oes has in aures in quadam forma facta de ligno aut terra, vel aliàs sicut fit campana. In Hebræo dicitur hic Beereth, vbi nos dicimus opere fusorio, & signat dno, vno modo idem est, quod saccus vel bursa, & isto modo accipiunt, quarto Reg. quinto capitulo. quando Giezi concurrir post Naaman Syrum, & dedit ei duo talenta argenti, & ligauit in duobus saccis. dicitur autem in Hebræo Beerethin, Id est in saccis. Et ad istum sensum redit dum dicitur: opere fusorio, id est quod fieret iste vitulus in quadam forma fusoria, facta de terra vel aliàs, quia illa est aliquid intra se capax tanquam bursa, vel tanquam saccus. Alio modo accipitur Beereth, Id est stilus ad scribendum, scilicet calamus, Beereth, Id est in stilo vel calamo: quia ista propositiones, scilicet be, & ba, similes sunt: sicut sunt in lingua Latina, in, &, de. De hoc dicitur Isa. ca. octauo, ubi dicitur: sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis, in Hebræo dicitur, Bereeth, Id est in stilo vel cum stilo. Et isto modo est sensus, quod Aaron descripsit ista stilo in aliquo lapide, vel tabula, aut aliàs, scilicet quod formauit figuram vituli in aliquo istorum, & mandauit artificibus, ut simile quid facerent. Sed primus sensus est melior, scilicet quod Aaron accepisset aurea ornamenta, & fecisset formam aliquam de terra, aut alia re, in qua funderentur, & exiret vitulus

Apud anti quis viri quod in aures portabant.

lus secundum compositionem, & figuram rei, in qua fundebantur in aures aurea. & istud primum sequitur litera nostra. *Et fecit ex eis vitulum.* Quia sic erat facta forma, in qua fusa fuerant omnia ista aurea ornamenta. *Conflatum.* Dicitur vitulus conflatus, id est factus per conflationem, scilicet ut per ignis actionem omnes istae aures partes conflarentur, id est in unum redirent. & dicitur conflatus, ut distinguitur contra productilem, vel per diuersas partes fabricabilem. Nam productile opus est quod fit per productionem rei, id est per extensionem rei per malleationem: nam istud est producere, scilicet extendere: & sic fuerunt facti Cherubim productiles, id est per extensionem malleationem, ut patet supra 25. cap. eodem modo, & candelabrum. Aliud est opus, quod fit per coniunctionem partium, scilicet quod fiat de metallina materia, & postea istae partes coniungantur ad faciendum unum. Tertium opus est conflabile, scilicet quando artifex manu sua nihil operatur, sed facta forma fusoria ipsum artificiatum formam recipit materia liquefacta, & istud vocatur conflabile, siue fusorium, quia per fusionem conflationem factum est.

Quare Aaron magis vitulum quam aliam figuram fabricauit.

QV AESTIO. XI.

QV AER ET autem aliquis, quare magis Aaron fabricauit vitulum quam aliquam aliam figuram. Respondent quidam, quod factum fuit propter virtutem cuiusdam laminae, in qua erat vitulus descriptus, scilicet quod cum vellent Hebraei de terra Aegypti recedere, & deberent secum adducere ossa Ioseph, cum adiurati ad huc essent, Sepulchrum vero Ioseph inundatione magna Nili tectum esset, nesciebant ubi ossa eius essent, ideo Moyses in quadam lamina aurea figuram vituli formauit, & proiecta in aquam supernatauit vsque ad locum sepulturae Ioseph: haec autem lamina postea a quodam viro conseruata est, & ad fabricationem Deorum venit. Cunque inter alia frustra auri poneretur ex virtute vituli in ea descripti formatum fuit totum aurum in vituli figuram. Sed hoc non potest stare. Primum quia fundatur ista positio super falso, scilicet quod sepulchrum Ioseph in Aegypto esset in tali loco, ut aqua Nili super illud inundaret, & necessarium esset laminam auream mitti ad cognoscendum locum sepulturae. De hoc magis diximus supra 13. ca. Item presupponitur falsum, scilicet quod ista lamina aurea venerit ad fabricationem vituli aurei: nam dato quod talis lamina aurea fuerit: tamen illa non venit ad conflandum vitulum, quia solum mandauit Aaron adduci in aures, quae erant in auribus vxorum, & filiorum atque filiarum, ut patet in litera. Item supponitur aliud falsum, scilicet quod istae in aures aures in ignem fuissent proiectae, & ex virtute illius vituli descripti fuissent aliae partes auri conflatae in vituli formam, & quod non fuerit factus vitulus iste in forma fusoria: litera tamen dicit quod fuit factus opere fusorio. Item posito quod fuisset fabricatus iste vitulus in aliqua forma fusoria, siue sine forma fusoria, sed sola projectione istorum in ignem, non potest stare, quod virtute vituli descripti in lamina formaretur tota massa auri in vitulum, quia figura non ponitur de formis actiuis, sed qualitates pertinent ad tertiam speciem. Praedicamēti Qualitatis potissime cum figura vituli descripti in lamina per conflationem ignis deperiret. Item quia si talis virtus esset illius laminae inscriptae figura vituli, potius conuertisset ipsam laminam in figuram solidam vituli, sed non faciebat: ergo nec poterat querere totam

massam auri in formam vituli. Alij autem dicunt quod facta fuit figura vituli a proposito ad deriuandum virtutem celestem. Et ad hanc opinionem videtur declinare. Rabbi Abraham Aben Ezra licet tacite, quia & ipse de astrologicis, & nigromanticis aliquid intellexisse videtur. Fiunt autem figurae quaedam metallinae secundum conformitatem figurarum celestium: & quod metallum sit conueniens in complexionem influentiae celestis. Et vocantur istae figurae partim astrologicae, partim magicae. Astrologicae quidem, quia considerato certo aspectu planetarum, aut coniunctione, & ascendente fiunt, & non indifferenter quolibet tempore: talis autem consideratio astrologica est, sic sunt capita ferrea respondentia ad quae sita. Sunt autem partim magicae, quia in fabricationibus talibus quaedam superstitiones obseruantur in ritu demonum quantum ad vestes: & quaedam alia, quae magis suspecta de vera idolatria sunt. Est autem sensus istorum, quia tempus illud, in quo petierunt Hebraei Deos ab Aaron, erat conuenientis influentiae ad recipiendum virtutem celestem magis in figura vituli quam in alia, ideo vitulus fabricatus est. Si tamen ipsi hoc intendebant nesciebant obseruare modum, quia quaecumque figura astrologice facta, ad hoc quod sit talis complexionis corporis illud receptiuum, ut aliqua virtus, vel substantia intellectiua potens ratiocinari ibi esse possit, requirit diuturni temporis dispositionem: non enim erat possibile sic velociter, ut Aaron formauit vitulum, opere fusorio facere aliquam astrologicam figuram, quia non potest reperiri aliqua tam modici temporis influentia, quae ita perfecte aliquam materiam disponeret ad deriuandum aliquam virtutem, qualiscumque illa sit. Aliter autem dici potest quod fuerit factum hoc ad similitudinem Dei magni Aegyptiorum, qui est apibus, quem sepe Hebraei in Aegypto viderant, atque coluerant: suo ergo obtentu vitulus fabricatus est: sed nec solum ipsi intendebant vitulum aureum ad similitudinem Apis bouis, Dei Aegyptiorum sibi fieri, sed etiam quod ille vitulus sicut Apis bos moueretur, ut patet in litera, cum ipsi petunt dicentes: Fac nobis Deos, qui nos praecedant, id est qui dirigant nos in via. Praecedere autem non solum indiget, ut forma corporea sit, sed ut aliqua virtus spiritalis recipiatur in materia tali. Vtrunque ergo volebant, scilicet ut bos ad similitudinem Apis bouis dii magni Aegyptiorum eis fieret, & ut in illo virtus aliqua ad demonstrandum eis viam, & praecedendum eos esset. Aliquis autem fortassis dicit, quod non erat intentio Hebraeorum, ut daretur eis aliquis Deus, qui loqueretur, & posset ambulare coram eis, licet dicitur: Fac nobis Deos, qui nos praecedant: sed est sensus, quod faceret eis Aaron aliquem Deum de auro, vel de argento, etiam si non loqueretur: & iste Deus praecederet eos: non quidem quod iret ante eos demonstrans eis viam, & seipsum mouens, sed quod esset vitulus conflatus, & portaretur ab eis in itinere: tamen quod praecederet eos, scilicet quod illi qui portarent vitulum illum, irent ante oēs alios ostendentes viam: & sic praecedebat arca Domini castra Israelitarum, ut patet Num. decimo capitulo. Arca domini praecedebat castra itinere dierum trium. sic etiam ibat arca domini ad bellum euntibus Israelitis, ut patet primo Reg. quarto, & tunc dicebatur Deus ire ad bellum. Quod patet in verbis, quae dixerunt Philistini cum scierunt, quod arca domini venisset in castra, scilicet: Et cognouerunt quod venisset arca domini in castra: timueruntque Philistini dicentes: vobis, non fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius, vobis, quis nos liberabit de manu Deorum istorum sublimium? hi sunt dii qui percusserunt Aegyptum omni plaga. Sed hoc non potest stare, quia si solum isti dii conflati

tiles sic praecederent ita quod ab alijs portarentur, non dirigerent eos, sed potius ipsi dii portarentur, & dirigerentur ab alijs. Item non concordat hoc necessitati eorum: nam ipsi volebant ire in terram promissionis, & nesciebant viam: quia tota illa terra inhabitata erat, tota solitudo vasta, per quam homines non ambulauerant: indigebant ergo direttore, sed dii illi si essent pure metallini, & ab alijs portari deberent, non poterant dirigere Israelitas in deserto: ergo non petebant ipsi Deos solum metallinos. Item quia discordant ista petitio motu eorum: dicebant namque quod quia nesciebant quid accidisset Moysi viro illi, qui eduxerat eos de Aegypto, volebant quod fierent dii, qui praecederent in quo clarissime innuebatur quod volebant Deos in defectum Moysi: & si Moyses esset in castris non peterent Deos: sed Moyses dirigebat eos in itinere, ideo ad hanc directionem petebant Deos, sed non poterant talem praebere eis ducatum, nisi essent viuentes, scilicet quod aliqua virtus rationalis esset in illis corporibus metallinis, ideo non petebant Deos solum metallicos, quos ipsi portarent: sed Deos metallicos rationales, qui eos in itinere praecederent atque dirigerent. *Dixeruntque.* Hoc refertur ad populum, quia vniuersus populus attendit vituli fabricationem: cum vero de forma fusoria eductus fuit fulgens, quia aureus erat, totus populus inclinauit se ei adorans, & dicens: hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto. Multum enim circa hoc solliciti erant, ut Deum haberent talem qualem petierant, ideo immediate ut eum viderent, cultum diuinum exhibere curauerunt: putabant namque stulti illi Iudei, quod Deus ille aureus talis erat, qualem ipsi petebant, scilicet virtutem aliquam diuinam habens, ita ut praecedere posset eos, sed non erat. *Hi sunt dii tui.* In hoc manifestatur quod dicitur, scilicet quod ipsi putarent vitulum illum aureum diuinam vim habere: nam alius si solum aureum esse putarent, nullatenus dicerent: hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto: cum dii metallini nihil horum efficere possint. *Hi sunt dii tui Israel.*

Quare cum esset vnus Deus metallinus, dixerunt Hebraei pluraliter hi sunt dii, & car.

QV AESTIO. XII.

DICIT Nicolaus, quod licet esset vnus vitulus, tamen pluraliter vocauerunt illum dicentes, quod erant illi dii: & hoc ad reuerentiam illius idoli, quod multum honorare volebant. sic. n. dicunt personae magnae de seipsum: nos volumus, nos mandamus tale, aut tale fieri. Sed non est conuenienter dictum, quia supra cum petierunt fieri sibi Deum, dixerunt: Fac nobis Deos, qui nos praecedant. & tunc non intendebant honorare Deum suum, quia nondum erat, nec sciebant qualis futurus esset: vocauerunt tamen eum pluraliter. Item quia dato, quod poneretur pronomine substantiuum notans personalitatem in plurali, tamen relatiuum, & verbum relatiui non debent poni causa honoris in numero plurali, sed in singulari: hic tamen solum ponitur in plurali, scilicet qui te eduxerunt de Aegypto, ergo non fit ad honorem. Item exemplum quod adducit ad confirmationem de personis honoratis non est conueniens, quia licet in prima, & secunda persona, quae notant dignitatem quandam, & signant pluralitatem propter demonstrationem conuenit, quod ponatur pronomine pluralis numeri ad signandum vnum hominem, ut nos mandamus hoc, siue vos dicitis illud. Non fit tamen hoc in nomine, siue substantiuo, siue adiectiuo, quia licet aliqua persona magna

fit, non dicit de se: nos sumus Episcopi, sed, nos sumus Episcopus, & sic: nos sumus rex, & non sumus reges: quia hoc necessario pluralitatem notat in diuoribus. De nomine adiectiuo patet, quia non dicit aliquis magnus vir: nos sumus iusti, sed iustus. Hic autem nomen substantiuum in plurali positum est, cum dicitur: Hi sunt dii tui: & relatiuum, & verbum eius, ut patet, scilicet qui eduxerunt te de Aegypto. Item quia licet aliquis loquatur de se in numero plurali, quando per primam personam exprimitur locutio: aut nos cum, ad alterum per secundam loquimur, tamen cum de altero loquimur quod fit per tertiam personam, siue sit in nomine, siue pronome tam adiectiuo, quam substantiuo, non fit locutio per plurale, sed per singulare, ut cum dicimus: iste est rex: & non dicimus: isti sunt reges. hic fit locutio in tertia persona cum dicerent Israelites: Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto: ergo non fiebat ad honorem. Dicendum ergo, ut supra dicebatur, quod istud non fit ad honorem, vel aliquam aliam obseruantiam, sed ex conditione linguae Hebraicae, quae nimis in hoc barbarica est: non attendens conuenienter numeros, & genera, nec conuenientiam appositionum, & suppositorum, adiectiuorum, & substantiuorum, antecedentium, & relatiuorum: & tamen debuit hic singulariter loqui, quia de vno loquebatur, pluraliter tamen protulit, & barbarice nimis. *Qui eduxerunt te de Aegypto.* In hoc notantur duo. Primum quod iste vitulus, non solum existimabatur ab eis ut vitulus aureus, sed etiam ut habens virtutem diuinam ad educendum eos de Aegypto: aliis ridiculum esset, nec quisquam, etiam infans, diceret, quod illud aurum, ex quo factus fuerat vitulus eduxerat eos de Aegypto, quia tunc dicerent, quod in aures aurearum vxorum suarum, & filiarum atque filiorum eduxerat eos de Aegypto, quo nihil stultius. Patet hoc, quia vitulus ille aureus factus fuerat ex inauribus vxorum, & filiarum atque filiorum virorum Israelitarum, ut patet in litera. Secundum est, quod ipsi putabant virtutem Dei veri, qui eos per mare Rubrum transduxerat, & in deserto paucis, latere in illo vitulo aureo. Quod patet, quia ipsi viderant manifestissimè, quod Deus patrum suorum eduxerat eos de Aegypto, quia sicut praedicebat eis antequam quidquam faceret, ita postquam praedixerat certissimè faciebat: & dixerat eis Moyses super mare Rubrum, cum Pharaon insequeretur eos a tergo, & praetimore ipsi desperarent, ut patet supra 14. cap. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Quod postea rebus comprobatum est ipsis videntibus, & legentibus, ut patet supra 14. & 15. cap. non poterant ergo dubitare quod ille Deus eduxisset eos de Aegypto, qui talia pro eis faciebat: sed hic dicebant ipsi, quod isti erant dii, qui eduxerant Israelitem de Aegypto: ergo necessario intelligebant virtutem illius Dei latere in illo aureo vitulo: & tunc verum erat, quod ille vitulus, quem colebant, qui a parte nobiliori, scilicet virtute diuina intrinseca denominabatur Deus, erat Deus, qui eos de Aegypto eduxerat, alius totus populus manifestissimè sciret se mentiri: sicut si ego dicerem alicui lapidi: iste genuit me, vel alicui arbori: haec me peperit, & concepit. Hoc autem non est concedendum, quod totus populus vellet publice mentiri se clarissimè vidente, quod mentiebatur: cum in hoc nullam vtilitatem aut aliquod alterum consequeretur bonum. Necessè est ergo dici, quod intelligebat in vitulo latere virtutem Dei, qui eos de Aegypto eduxerat, quicumque ille foret. *Quod cum vidisset Aaron.* Scilicet quod tantum honorem ei impendebat vocantes eum Deum suum eductorem suum de terra captiuitatis, & quod cum tanto affectu mouerentur in illum putauit enim forte Aaron, quod cum ipse eis faceret vitulum

lum illum aureum, qui non mouebatur, nec aliquam virtutem habebat ad dirigendum eos, sicut ipsi petebant, quod negligenter eum, nec vllatenus colerent. Res tamen in contrarium elapsa est, quia cum magno affectu illum coluerunt: ideo Aaron cum vidisset hoc quod contra ipsem suam erat, admirat' aliquantulum est. Sed quia populus insisterat in cultu, fecit eis altare ad honorandum Deum suum, quem volebant:

Aarō quā
tum pote-
rat cona-
batur di-
strahere
Hebraeos
ab inchoa-
ta iniqui-
tate vituli.

semper enim quantum poterat Aaron ex affectu suo eos ab inchoata iniquitate arcere volebat, & sic in rebus demonstrabat, licet occulte. Nam, vt supra probatum est, ipsi petebant Deum, qui praecedere posset eos: ita quod esset ratione vtens, & se mouens, alioque digere potens: ad quod requirebatur, vt per contemplationem astrologicam fieret talis dispositio in illo corpore metallino, per quam virtus aliqua siue substantia spiritalis moraretur, & responderet ad quaesita, atque mouere posset corpus, in quo esset. Vel saltem si purē magicē facere vellet per pacta facta cum demonibus, aut verba aliqua inductiua, vel characteres varios ceteraque demoniorum aut insignia, aut ceremonias faceret: quia satis dici posset quod Aaron aliquid nosset horum, qui moratus fuisset octuaginta tres annis inter Aegyptios, qui in hoc super gentes ceteras excellebant, & non solum ipsi, sed & multae aliae gentes hoc nouerant, vt tangit Aristot. in primo Politic. c. secundo. de Dedalo carpentatore, qui imagines quaedam ligneas fabricabat, & artificiosē spiritu incluso faciebat eas per se moueri, atque trepidare. Noluit autem quidquam horum facere Aaron, ne ad idolatriā allicerentur: sed nulla obseruatione aut astrologica, aut magica facta vitulum aureum pure metallinum eis dedit: non potentes loqui, nec moueri, nisi ab alio moueretur, satis ergo populus illē insipientes moueri debuisse ab impiissimo proposito, viso qd res nō fuisset consecuta effectum, sicut non erat ille talis Deus, qd eos praecederet atq; dirigere posset, sicut ipsi petebant. Et hoc Aaron intendebat, tamen non valuit efficere praualere iniqua eorum atque tenacissima cōceptione. **Aedificauit altare coram eo.** Id est fecit ante vitulum, vt in illo altari victimas offerrent illi, quia sic volebant. Dicit Rab. Salo. qd ista litera intelligitur sic. **Quod cū vidisset Aaron.** cū vidisset Aaron, qd vitulus ille moueret edificauit coram eo altare. Dicit enim quod immediate vt factus fuit vitulus, & educus de forma fuloria ambulauit. Aaron autem cū vidisset hoc, quasi admiratus quomodo sic factū esset, quasi esset dignus magna reuerentia, quia illud erat signum deitatis suae, fecit ei altare, vt offerrentur hostie: quia merebatur sibi offerri. Probata autem hoc per id qd habetur Psal. 106. Erant autem gloriam suam in similitudine vituli comedentis fenem. Vitulus autem comedens fenem non est mortuum quid: sed animal viuens, & se mouens. Sed hoc non potest vllatenus stare. Primo enim cōiunctur falsitas eius ex ipso textu, quem allegauit: nā dicitur ibi: Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli. si autem ille vitulus moueretur, & comederet, necessarium esset vere vitulus, & nō similitudo vituli, & sic scriptura non diceret de eo, qd erat similitudo vituli comedētis fenem, sed vitulus comedens fenem. Secundo quia non poterat vitulus ille aureus moueri nisi demon subintraret eum, aut per exteriora moueret: hoc autem non fieret, nisi a Deo specialiter permitteretur propter maliciam fabricantium: sed Aaron, licet malum ageret, timens tamen agebat: & in quantum poterat intendebat ab inchoata eos iniquitate distrahere: ergo non permitteretur, quod diabolus moueret illum vitulum ad dandam iudeis occasionem errandi. Si autem dicatur, quod Aaron per aliqua pacta tacita cum demonibus, aut ce-

remontas eorum fecerit aliquem introire, aut extrinsecus mouere: dabitur quod Aaron intenderet directē idolatrare, & quod maius erat totum populum ad idolatriam ducere, quod non erat cōcedendum, quia tunc maius erat peccatum Aaron, quam aliorum de populo, & Deus non remisisset ei tale peccatū quantum ad penam temporalem, sed cum aliis mortuus fuisset, & grauius, cum iniquius se gessisset: nec Deus constitueret eum sacerdotem suum: sed Deus remisit ei ad preces Moysi, vt patet Deuter. capit. nono, & constituit eum sacerdotem magnum, vt patet Leuiti. octauo ca. ergo non intendebat ipse hoc malum, nec procuraret tale. Tertiū patet, quia dato quod hoc non intendisset Aaron nec operatione sua praua demon moueret illud corpus vituli, sed Deus eo ignorante permisisset, tamen si postea propter hoc motus cōstituisset ei altare, vt offerrentur ibi victimae, consensisset verisimilē idolatriā, quasi arbitraris aliquid numinis esse in vitulo, propter quod eum honore diuini dignum reputaret. Sed hoc supra improbatum est, & ipsi Iudaei valde conantur eum exculare ab idolatria, ergo ille vitulus non fuit motus. Et si forte dicant, quod Aarō volebat adorare illum vitulum, & facere eum ab aliis adorari, quia viderat miraculum illud de motu eius, non valet, quia moueri sic illum vitulum non erat miraculum, cum quilibet demon, aut angelus bonus posset illum mouere. Et dato quod circa vitulum fieret aliquid quod esset vere miraculum, non ex hoc adorandus erat vitulus, sed Deus, qui facit mirabilia magna solus. Quicumque ergo vitulum ex tali causa adoraret, idolatra esset. Quāto quia iste vitulus non poterat moueri ambulando: nam ambulatio est motus progressiuius: cum animal mouet pedes suos innitendo eis, & flecundo: nunc coniungendo eos breuiori distantia, nunc vero maiori spatio separanda: hoc autē impossibile erat fieri in vitulo illo aureo: nā licet demonem eum rapere posset, & mouere de loco ad locum: tamē pedes eius flectere sicut flecuntur pedes animalis curuando, & porrigendo impossibile ei erat: nam licet eum facilliter frangere posset, & comminueret: partes tamen ita duras tanquam partes teneras neruorum, & carniū complicare impossibile erat: nisi reduceret materiam auri ad tantam teneritudinem, in quanta est caro animalis, aut virgula arboris, quod demones aut angeli boni facere non valerent, nisi liquefacerent aurū: & tunc non maneret vitulus fabricatus: sed liquefieret totum aurum per planum, & verteretur in rudem atq; in formam massam. Quinto quia erat impossibile istum vitulum comedere non solum secundum veritatem, quia ad hoc requirebatur organum comestiuum, scilicet os: & quod esset verū organum, scilicet carneum, & non esset aequiuocē dictum: sicut oculus aut manus lapidea, vel lignea: & qd esset ibi potentia digestiua, & transmutatiua in substantiam rei alendē comedentis, de quibus latē, & vtiliter declarauimus supra septimo cap. cū agebatur de potestate demonum: sed etiam non posset saltem apparenter comedere: nam ad comestionem apparenter requiritur quod id, quod comedit habeat os ad suscipiendum nutrimentum, & videatur habere stomachum, vt possit ibi recipi cibus ad decoctionem, & digestionem, & quod in ista comestione moueatur genus, & caro faciat: haec autem non apparebant in vitulo illo. Primo non erat ibi os, quia fuit factus iste vitulus in forma fuloria, & oportebat totum plenum esse. Vel si dicas quod erat os, quia potuit poni aliquid eminens intra fuloriam formam, quod redderet formam oris saltem: tamen stomachus esse non poterat siue aliquid vacuum in corpore illo: nam cū fuerit factum in forma fuloria, necessarium erat totum solidum

lidum esse, & nihil ibi relinqui concuum vel inane, vt patet p̄sideranti qualiter posset fieri illa forma fuloria. Nec est arguendum de campana, quae fit in forma fuloria, & tamen habet aliquid concuum, quae campana non est vndique clausa, sed in fundo aperta: vitulus autem ad hoc quod perfecte vituli formā haberet, vndique clausus esse debebat: ergo viderent ipsi quod non poterat comedere: quia nihil habebat intra vacuum, vel non solidum, in quo recipi posset cibus. Item non poterat ille vitulus mouere mandibulas, quae requirebantur ad apparentiam comestionis: nam etiam demon si vellet mouere mandibulas eius non posset: quia ille erant partes durae, quia de auro, ideo impossibile erat eas complicari, nisi, vt supra dicebatur, liquefierent, & tunc non maneret figura vituli, sed rediret aurum in rudem massam: saltem est ergo quod vult Rabbi Salomon, quod vitulus ille comederit fenem, & propter hoc ei altare construxerit Aarō. Sed exponendum est, vt supra, scilicet quod Aaron vidit populum multum esse promptum ad colendum, ideo fecit altare ei. Sed hoc non quidem, quia desideraret Aaron complacere populo idolatranti, nec vt ipse coleret, sed quia vidit quod populus ille durus semper asperior in sua iniquitate durabat, & quod occiderent eum, nisi altare construeret vitulo. Vel forte, quia videbat Aaron, quod totus populus simul stans volebat facere altare ad colendum Deū, quem elegerat: & in breuissimo tempore omnes illum facerent: vt ergo aliquo tempore eorum iniquitatem dilaret, vt si forte interim veniret Moyses, & populus ab incepto scelere retrocederet, voluit ipse facere, vt magis in faciendo illud moraretur: prima tamen expositio melior est. **Aedificauit altare coram eo.** Scilicet quod ille vitulus fuit positus in aliquo loco honorabili, non tamen in altari, quia tunc non diceretur altare aedificatum coram eo, sed sub eo, ita quod ipse poneretur in altari, sicut ponuntur nunc statuae representantes sanctos, qui ex hoc seculo decesserunt.

Quare Gentiles non ponebant Deos suos super altaria.

QV AESTIO. XIII.

GENTILES autem non habebant huiusmodi consuetudinem. Et ratio est duplex: Prima quia altaria eorum erant immunda, cum seruirent ad vsus banauos, scilicet vt ponerentur in eis carnes sacrificiorum, & tingebantur sanguine, & omnia, omniaque intestina ibi ponebantur: cum tali autem immundicia non erat iustum esse illum, quem ipsi pro Deo colebant: idem erat de Iudaeis, quia nunc in altari victimas obtulerunt vitulo illi, vt patet infra, ergo non poterat ibi poni vitulus. Secunda ratio erat, quia in altari ponebatur ignis ad denotandum carnes sacrificiorum: si autem ibi ponerentur statuae, si metallinae essent liquefierent, si esset metallum eliquabile: aut si esset vt ferum, & calibs, licet non eliquarentur, tamen deformarentur, & denigrarentur, & quotidiano calore soluerentur: si essent lapidea dissilirent, aut verterentur in calcem: si lignea essent verterentur. Nullatenus ergo in altari poterant esse imagines Gentilium. sic in praesenti, quia si positus fuisset vitulus super altare, cum aureus esset, breuiter calore ignis fuisset totus eliquatus. Debut ergo altare construi coram vitulo auro, sed non debuit poni vitulus in altari. *Et praconis voce clamauit.* Ad hoc quod totus populus sciret id quod Aaron mandabat, fecit illud dici per praconem. In Hebraeo non ponitur quod praconis voce clamauerit. Litera tamen nostra suppleuit quod intelligeba-

tur, quia certum erat quod Aaron non clamaret ita clamore valido, vt cuncti audirent: tum quia tale officium est vile, nec pertinet ad viros honoratos. Nec obstat si arguas de eo, quod habetur Deuter. cap. 1. & 29. scilicet quod locutus fuerit Moyses verba libri huius audientibus omnibus Israelitis, & Aegyptiis, qui cum eis ascenderant. Nam ibi erat necessarium ad confirmationem fœderis, & confirmationem totius populi, quod Moyses loqueretur cum eis: quia non erat aliquis in populo ita reuerendus aut idoneus ad hoc nisi Moyses. Nunc autem ad nunciandum populo, quod sequenti die esset sollemnitas: non erat magis necessaria vox Aaron, quam cuiuslibet de populo: & poterat conuenientius per alium expediri, ne Aaron auctoritatem suam perderet, si banauos officii insisteret. *Cras sollemnitas domini est.* Hoc praeco clamauit coram toto populo, scilicet quod iuit per vicos castrorum discurrendo a principio vsque ad finem: & clamabat, haec dicit Aaron dux noster, quod cras sollemnitas Dei est. Erant namque disposita castra per calles, & isti calles habebant portas in sine sui ad vtranque partem, quasi esset locus vallatus muris, & portis. Quod patet: quia infra dicitur, & stans Moyses in porta castrorum, & postea sequitur: Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum.

An possint excusari Aaron, & Israelitae ab idolatria.

QV AESTIO. XIII.

ALIQVI Hebraei volunt excusare hic Aaron ab idolatria qualicumque modo, & totum Israelitae: & dicunt quod Israelitae non iuerunt ad colendum illud vitulum, sed ad colendum Deum verum: & Aaron ad hoc intendebat eos vocare, cum dicitur: cras sollemnitas est domini: vocat autem Dominum, siue Deum absolute, quod intelligitur de Deo vero: aliās expressum foret de vitulo. Cum autem arguitur contra eos, quod Israelitae puniti sunt grauius a Deo pro hoc facto, & Moyses occidit multos de eis, scilicet viginti tria millia, vt patet infra, quod non factum fuisset nisi peccauissent: ergo dicendum est quod peccauerunt. Respondent quod Israelitae, & Aaron peccauerunt, sed istud peccatum non fuit in colendo vitulum aut faciendo ei aliquam sollemnitatem, sed in sacrificando qualiter non debebant: quia Deus non mandauerat quicquam offerri, & ipsi obtulerunt holocausta, & victimas pacificas. Sed non potest hoc stare. Primo quia cū ipsi petierunt fieri sibi Deos, & dederunt in aures ad fabricandum illos, dato quod nihil vltra fuisset erant idolatrae: quia faciebant primum praecceptum irritum, facientes statuas aut fieri petentes: & hoc quia non licebat eas fieri ad colendum ipsas nec ad colendum Deum in ipsis, vt satis innuitur supra capi. 20. & clausus Deuter. quarto cap. Secundo errauerunt, quia laudauerunt illum vitulum dicentes: isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto. & hoc siue velint intelligi, qd ille vitulus erat pure metallinus: siue velint, qd haberet aliquid deitatis intra se, quia vtrunque est error. Tertiō errabant in idolatria, quia holocausta, & victimas pacificas obtulerunt, cū sacrificium nunquam fieri debeat, nisi Deo. Quāto patet quod errauerint in idolatria, quia Deus de idolatria redarguit eos, & non de oblatione indebitē facta: cū dicitur infra. Peccauit populus tuus, feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt: atque immolantes hostias dixerunt: isti sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de Aegypto. Quinto patet quod non errauerint in via sacrificandi, sed idolatria, quia dicitur infra recess-

recesserunt cito de via, quam ostendisti eis: sed Moyses non ostenderat eis huc utque ritum sacrificandi quantum ad aliquid vetando, vel iubendo: ergo non peccauerunt in hoc. Dederat autem eis regulam de non colendo idola, & non faciendo sculptilia, & specialiter expresserat, quod Deos aureos, & argenteos non facerent, ut patet supra 20. cap. ergo ista est via, contra quam errauerunt. Sexto patet, quod errauerunt in idolatria, quia Moyses volens punire Israelitas peccantes, ut peccarent per ea, per quae culpae processerant combussit vitulum, & redexit in puluerem atque iacens in aqua dedit potum ex ea filius Israel, sed si non peccauerant in fabricando vitulum non daret eis ad bibendum de aqua in qua fuissent pulueres eius dispersi, quia videretur superfluum, & impertinens, sicut si combureret vnum lapidem, & conuerterens in cineres spargeret in aqua atque adhaeret omnem Israelitam. Ex hoc sexto patet clarius, quia Deut. nono cap. ubi ponitur hoc factum, enarratur, quod Moyses dixerit Israelitis. Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est vitulum arripens igne combussit, & in frusta comminuitis & cetera. Ecce ibi vocatur vitulus peccatum Israelitarum: ergo peccauerunt in fabricando vitulum, & sic ram Aaron quam Israelitas peccauerunt in idolatria: & non principaliter in sacrificando, qualiter non deberent. Cum ergo dicitur, *Cras solennitas domini est.* Sensus est quod sequenti die celebraretur festum Deo, quem ipsi Deum petierant, & habebant, scilicet vitulo illi, & dixit Aaron, cras, quia noluit eadem die facere solennitatem offerendo illi victimas, & adorando in iubilatione & choris: & hoc ut si interdum veniret Moyses, disturbarer hac, scilicet ne coleretur. *Surgentes mane.* Hic agitur de solennitate vituli constari. *Surgentes mane.* Hoc ponitur ad magnam diligentiam & exactissimam curam de colendo illum Deum, quia vix sustinebant se cultores Deum illum, ideo immediate accepta licentia surrexerunt diluculo, & vacauerunt culinam eius.

An prima die solennitatis vituli Moyses de monte descendit.

QVAESTIO. XV.

IN isto die vult Nicolaus, quod venerit Moyses de monte, & hoc quia infra dicitur quod quando venit Moyses vidit vitulum, & choros, id est quod totus populus erat in circuitu illius vituli, & canebat: hoc autem ad istum diem pertinet, in quo surrexerunt mane, & obtulerunt victimas atque iubilauerunt coram vitulo: oportet ergo dici quod in isto die venerit Moyses: vel quod non solum in isto die fecerunt solennitatem hanc coram vitulo, sed etiam aliis diebus post, & in his venit Moyses. Satis autem videtur quod eadem die, quae ista fieri inchoata sunt, scilicet cum primò iubilauerunt coram vitulo, & obtulerunt victimas: quia immediate ut peccauerunt, dixit Deus Moysi. & tunc datis tabulis descendit, & inuenit eos iubilantes coram Deo suo, quem nouiter colere inceperant. Ex hoc etiam concluditur, sicut supra, quod ista non incepta sunt fieri in die trigesimo nono, hora sexta, & quod summarentur in die quadagesimo, hora sexta: nam die rum aliquorum spatium requirunt, scilicet quod in die trigesimo nono, hora sexta satan turbauerit aerem, & apparuerit feretrum, in quo iaceret effigies cadaueris Moysi: & quod Aegyptij prouocarentur ad idolatriam: & quod ipsi prouocati Israelitas deciperent eis idem persuadendo: & ab omnibus his Hur contradicens occideretur: & quod Aaron timore commoti vulgi assentiret, & quod peterentur in aures, & quod

colligerent per omnes habitantes in castris, qui satis a se ipsis, vel ab ipso loco saltem, in quo factus est vitulus distabant: quia castra magna terra quantitate occupabant: cum essent ibi plura quam sexcenta milia peditum, praeter tribum Leui, & Aegyptios innumera multitudine, qui cum eis ascenderant, ut patet supra duodecimo cap. Item quod vitulus in forma fuloria fieret, & cum esset eductus clamaretur. Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto: & per castra praconis voce poneretur edictum, siue fieret denunciatio, quod sequenti die erat solennitas Dei illius noui: hac autem omnia fieri oportebat ab hora sexta diei trigesimi noni, usque ad vesperam eiusdem diei, cum sequenti die in aurora, qui erat quadraginta venerint ad iubilandum coram vitulo, & offerendum victimas: sed ista non poterant fieri in tempore ita breui, ergo oportebat dici quod aliquot diebus ante quadagesimum diem, s. forte die trigesimum quinque. vel ante, inchoatum fuisset istud negotium. *Obtulerunt holocausta.* Quis autem obtulerit ista holocausta, & hostias pacificas non exprimitur, sed videtur dicendum, quod sicut supra 24. cap. quia nondum erat datum sacerdotium tribui Leui, obtulerunt holocausta iuuenes de filiis Israel, id est primogeniti principum filiorum Israel, ita nunc cum eodem modo non esset constitutum sacerdotium in tribu aliqua specialiter: & sacrificia offerre erat officium sacerdotum, oportebat ut per illos fieret, quibus ab antiquo pertinebat ius sacerdotale, sed istud ius erat vnum de iuribus primogeniturae: ergo ad primogenitos pertinebat oblatio: & ipsi obtulerunt, sicut supra obtulerant. Qualia autem animalia obtulerint, non constat: nam non erat data lex de modo, & ritu sacrorum quantum ad celebrationem ipsorum sacrificiorum, & quantum ad animalia, quae offerri debebant: quoniam omnia haec fuerunt determinata postea in Leuitico, scilicet quod offerretur de pecoribus tria genera, scilicet boues, oves & hirci. De auibus offerrentur turtures, & columbae, ut patet Leui. primo cap. sed ista post vituli fabricationem, & adorationem data sunt. Non enim potuerunt per illam legem regulari. Redeundum est ergo ad leges pristinas scilicet quod consuetum erat antea offerri: Nec curandum est hic de vanitate gentium, quae turpia sacra dijs turpissimis offerebant. Priapo asinus, Phebo equus, Dianae viscera canis. & sic de ceteris turpibus sacris, de quibus Ouid. in lib. Fastorum, & maxime in prin. primi libri. Nam ista immunda sacrificia non solum Hebraei non immolabant Deo, sed nec ab antiquo viri boni immolare consueverant. Nam Noe cum exiit de arca, de omnibus volucris, & animalibus mundis obtulit domino, & odoratus est dominus odorem suauitatis, ut patet Gen. octauo cap. ad minus ergo dicendum est, quod solum de animalibus mundis Iudei hic obtulissent: quae autem sint animalia munda, sicut hic accipio, patet Gen. septimo cap. ex dictis ibidem: & cum iste esset vir iustus? testimonio Dei, secuti fuissent Iudaei regulam eius in sacrificando, scilicet quod non sacrificarent de immundis, & sic ipsi declarauerunt, ut patet supra octauo cap. cum dicitur: Nunquid abominationes Aegyptiorum sacrificabimus domino Deo nostro? quasi dicat, non sacrificabimus de illis. Et non solum hoc: sed adhuc videtur, quod ista animalia fuerint de bobus, ouibus, aut capris, aut turturibus: quia de istis obtulit Abraham Deo, qui erat pater omnium Hebraeorum: quem valde sequerentur in exemplo facientes ut ipse fecisset: ipse autem supradicta animalia ad mandatum Dei occidit, ut patet Gen. 15. cap. de his ergo solis occiderent. Sed adhuc non videtur quod de omnibus his obtulerint, quia ista oblatio fuit facta ad instar oblationis factae supra

Quis obtulit sacrificia vitulo in die solennitatis eius.

Quae animalia Hebraei vitulo immolauerunt.

in confirmatione legis, ut patet supra 24. cap. ut magis infra apparebit: sed in illa oblatione solum fuerunt oblata boues, & hirci: ita hic fuerunt oblata. Patet hoc quia supra 24. cap. ponitur, quod fuerint oblata vituli. Apostolus tamen ad Hebr. nono capitul. ponit, quod fuerint immolata vituli, & hirci, cum sanguis hircorum, & bouum siue vitulorum, ut dicitur ibidem, aspersus fuerit super populum ad confirmationem foederis legis. De his ergo duobus generibus animalium magis quam de aliis offerendum esse videretur, & de his magis offerretur. *Et hostias pacificas.* Ponuntur hic duo genera sacrificiorum: primò quod vocatur holocaustum: secundum quod vocatur victima pacifica. Est holocaustum cum aliquod totum animal incenditur cum pedibus, & intestinis lotis, & capite: de quo declarauimus supra 29. cap. & habetur Leui. primo capi. hostiae pacificae dicuntur, quae pro pace, siue prosperitate habita, aut quam haberi petimus offeruntur, ut Deus nobis pacificatus concedat quae oramur. Est autem praeter haec genus aliud sacrificiorum, scilicet pro peccato: & istud fiebat in remissionem peccatorum, secundum tamen diuersas caeremonias, ut patet Leui. 4. & 5. capit.

Quare Israelitas solum obtulerunt vitulo aureo duo genera sacrificiorum.

QVAESTIO. XVI.

QVAERET autem aliquis, quare ista duo sacrificiorum genera solum oblata fuerunt. Responderi potest dupliciter: primò quod oblatio facta hic fuit ad exemplum oblationis, quam supra fecerant in confirmatione foederis: sicut enim viderat supra Israelitas Moysen fecisse solennitatem magnam, & obtulisse victimas in duplici genere caeremoniarum, scilicet quaedam in holocaustum, quae totae cremabantur: quaedam vero pacificas, quarum aliquid cremabatur, & aliquid comedebant offerentes: ita nunc eadem obtulerunt. Et quia Moyses non obtulerat supra oblationem pro peccato, ipsi quoque nescierunt offerre pro peccato. Secunda ratio est, quia tunc pro peccato sacrificium offerretur, cum populus aut aliqua priuata persona intelligens se alicuius criminis reum pro se facit offerri, & in ista oblatione speciales caeremoniae obseruantur: isti autem Israelitas nunc quando vitulum fieri petierunt, non erant conscij sibi ipsis alicuius sceleris, propter quod facerent sacrificium offerri: praecipue cum ista sacrificia fierent ad exultationem in dedicatione Dei sui noui: sacrificium autem pro peccato magis habet locum meroris quam exultationis: ideo non congruebat illi solennitati. *Et sedit populus comedere.* Factis sacrificiis in honorem Dei sui ipsi ad comedendum, & gaudendum sederunt. Et fit hic mentio, quod sederint ad comedendum: quasi hoc aliquid speciale sit: nam licet in omnibus aliis diebus comederint: tamen solo manna vescerantur: nunc autem solennitate Dei sui victimas obtulerunt inde quibus ipsi partem carniuum comedebant. Nam non solum inter Iudaeos post datam legem de ritibus sacrificiorum prouenerunt partes hostiarum quaedam offerentibus in hostiis pacificis, ut patet Leui. septimo, & octauo, & decimo nono cap. sed et inter Gentiles hoc obseruatum est, ut comederent offerentes partes sacrificiorum quorundam: & adhuc plures partes proueniebant inter Gentiles quam inter Iudaeos: nam Gentiles etiam adipem sacrificiorum suorum vorabant, qui tamen in omnibus sacrificiis Hebraeorum specialiter Deo referri erant. Et non solum in sacrificiis, sed etiam in animalibus immolationis quado non immolabantur,

ut patet Leui. tertio cap. cum dicitur: omnis adipes domini erit iure perpetuo: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis. Bibebant etiam Gentiles de vino, quod offerebatur diis suis ad libandum sacrificia: de quo Hebraei non bibebant, sed fundebant super carnes sacrificiorum, & similia, aut azymos panes, vel lagana oleo lita: ideo Deus quasi in vituperium magnum loquitur de Gentilibus, & diis eorum atque sacrificiis Hebraeisque ad Gentilium morem conuersis Deu. 32. ca. Surgant, & opitentur eis: de quorum victimis adipem comedebant, & bibebant vinum libaminum. *Comedere ac bibere.* Quia tunc Hebraei splendide comederint solennitatem Dei sui agentes; satis liquet: cum haberent carnes victimarum pacificarum, quibus vescerentur. Sed vtrum nunc bibissent splendide non constat: alijs namque diebus de aquis potum habebant, nunc vero si eundem potum habuerunt, non fuit aliquid speciale aut solenne, sed oportebat vinum haberi ad solennizandum epulas festi magni. Quomodo autem habuerint, satis est difficile. Nam licet de terra Madian, quae erat aequaliter vicina monti Sinai, ut declaratum fuit supra tertio, & quarto capi. vinum afferri potuisset: tamen erat satis difficile quomodo tantae multitudini prouideri posset, ita ut dici posset, quod sedit populus manducare, & bibere. De quo non multum refert vtrum vinum tunc biberint an non: quia vtriusque modus assignari poterit, scilicet quomodo non habuerint vinum, aut quomodo vinum ad bibendum habere poterint. *Et surrexerunt ludere.* Primò Deum suum coluerunt ei sacrificia holocaustorum, & victimarum pacificarum offerendo. Secundò sibi refectioem assumpserunt de carnis victimarum comedendo atque bibendo. Tertio quietem in actione sua voluerunt choreas, & carmina faciendo. Dicunt aliqui quod ludere accipitur hic pro idolatrare, quia ponitur dictionem Hebraicam, quae hic ponitur, scilicet cales, æquiocam ad quatuor, scilicet ad ludendum, ut patet Gen. 21. quod vidit Sara ludentem Ismaelem cum Isaac. Secundò modo accipitur pro coire: & sic habetur Gen. 26. capit. scilicet quod vidit Abimelech rex Gerare per fenestram Isaac ludentem cum Rebecca, id est coeuntem. Tertio accipitur pro occidere: sic habetur secundo Reg. secundo capitul. cum dicitur: Surgant pueri, & ludant coram nobis, & sequitur quod surrexerunt, & omnes infixis gladiis mortui sunt. Quarto accipitur pro idolatrare, & sic est hic, scilicet quod populus surrexit ludere, id est idolatrare. De his autem magis dictum fuit Gen. 21. ca. quia ista non est proprie æquiocatio, quia ludere solum signat quietem quandam, & gaudium, secundum quem actum soluitur homo a curis. Ponitur tamen pro omnibus alijs non quidem secundum suam primam significationem, sed secundum metaphoram transumptam de proprio signato ad appropriata: hic autem proprie accipitur pro quiete, & non pro idolatria. Quod patet ex sequentibus, scilicet quod inceperunt facere choros canendo quando Moyses audiuit vocem vitulatus, & vidit vitulum, & choros: choreae autem illae non possunt dici specialiter idolatrare. Patet etiam, quia si vellet distinguere idolatrationem istorum Hebraeorum ab alijs actibus suis, proprius dixisset idolatrare quando faciebant sacrificia, quam quando faciebant choreas: nam sicut sepe dictum est, nihil est, quod ita specialiter conueniat Deo, sicut sacrificia: quia omnes aliae caeremoniae, quas nos habemus ad Deum, possunt conuenire hominibus, qui existimantur, ut homines: sacrificium soli illi, qui Deus existimatur, aut verè Deus est, ab initio factum est: quia ergo idolatria est seruitus idolorum, id est imaginum: tunc erit propriissima idolatria, quando id, in quo consistit propria Dei seruitus, attri-

Hebraei vero ram idolatriam commiserunt offerendo sacrificia vitulo.

attribuitur idolis: sed in sacrificio consistit magis cultus Dei, quam in aliis ceremoniis: ergo cum sacrificia fierent illi vitulo erat propria idolatria. Et ob hoc ipsi Hebrei volentes honorare Deum suum: ab eo, quod maximi honoris reputabant incepterunt, scilicet offerentes ei holocausta, & victimas pacificas: deinde venerunt ad solacia sua comedentes, & bibentes. Non potest ergo accipi hic ludus iste, qui erat in choreizando, & iubilando pro idolatrare, nisi accipiatur large, scilicet quia fiebat ad honorem idoli: & tunc non solum istud choreizare vocatur idolatrare, sed & maxime offerre holocausta vocatur idolatrare, quia directè, & solum fiebat hoc ad colendum idolum. Holocausta namque offerre uero fiebat ad aliquam quietem, vel delectationem offerentium: quia secundum veritatem nulla erat, sed pure ad seruitium eius, cui offerebantur: ideo pura idolatria erant: chorea autem, licet aliquo modo fierent ad cultum idolorum, quoru solennitas agebatur: tamen non directè, nec totaliter, quia magis fiebant ad gaudium choreantium. In quantum ergo ista cedunt in delectatione hominum, non sunt idolatria: in quantum uero cedunt in seruitutem aliquam, aut honorem idoli sunt idolatria: sed maxima pars istarum chorearum erat propter delectationem ipsoru facientium: ergo minima pars idolatrie ibi erat. Sic distinguit Arist. in octauo Ethic. scilicet quod in sacrificiis choreantes diis obsequium prestant, & sibi ipsis quietem acquirunt. Eodem modo dicitur idolatria in comestione, & potu, quia ipsi comederunt de immolaris hostiis in sacrificio demonum, scilicet de victimis pacificis immolatis vitulo. Dicendum ergo, quod ludere non accipitur pro idolatrare, sed pro delectatione, & quiete, quam accipiebant in choreis.

1. Cor. 10. Deut. 9.

Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens. Vade & descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti, recesserunt cito de via, quam ostendisti eis. Feceruntque sibi vitulum conflatilem & adorauerunt: atque immolantes ei hostias dixerunt: . Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Rursumque ait Dominus ad Moysen: Cerno quod populus iste duræ cervicis sit: dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Aegypti in fortitudine magna & in manu robusta? Ne queso dicant Aegyptij: callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleteret e terra. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui: recordare Abraam, & Isaac, & Israel seruatorum tuorum, quibus iurasti per te ipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas celi, & uniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatusque est Do-

Erichoni? quod dicitur primus cogitum, & argentum inuenit.

minus, ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas testimonij in manu sua scriptas ex utraque parte, & factas opere Domini. Scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. Audiens autem Iosue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Ululatus pugne auditur in castris. Qui respondit: non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio. Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros. Iratusque valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis.

Tabule etiam primi.

76. dist. ca. 1. etiam.

Locutus est autem. Hic ponitur secundum, scilicet peccati perpetrati cognitio. Et hoc dupliciter, quia primò per reuelationem diuinam, secundò per sensus experientiam, ibi. *Et reuersus est Moyses.* Prima in duas. Primò ponitur peccati reuelatio, secundò pene comminatio, ibi. *Rursumque.* Circa primum. *Locutus est autem Dominus ad Moysen.* Ista locutio fuit in die quadragesimo, quando Moyses steterat cum Deo in monte, quod patet: quia Moyses stetit in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ut patet supra 24. ca. & tamen iste dies, in quo Deus locutus fuit ista Moysi fuit dies, in quo descendit de monte: ergo fuit dies quadragessimus, fuit autem ista locutio facta ad reuelandum peccata populi: quia Moyses existens nihil horum, quæ facta fuerant, & fiebant sciebat: imò nec Iosue, qui resederat in parte inferiori montis sciebat quippiam. Quod patet, quia cum ueniret Moyses & Iosue de monte, ait Iosue ad Moysen. Ululatus pugne auditur in castris. cui Moyses respondit non est sonum pugnantium, sed iubilantium in choreis: si tamen Iosue nouisset, quid factum foret, non fuisset sic locutus. *Vade, & descende, peccauit populus tuus.* Id est iam non est opus ut stes hic, quia populus tuus peccauit: & possunt facere ista uerba quasi sensum desperatis de aliqua re, & applicabitur sic. Moyses stabat cum Domino in monte ad recipiendum tabulas legis ab eo, & præcepta directiua populi subiecti Deo, sed nunc populus nolebat esse subiectus Deo præuaricans pactum eius, & colens Deum alienum, ideo iam non erat necesse, ut moraretur Moyses cum Deo in monte ad recipiendum præcepta, quia iam inutiliter darentur, cum non esset, qui reciperet, & sic dicit Deus. *Vade descende, peccauit populus tuus.* Id est vade descende, non sis hic iam mecum, quia inutiliter stares, cum leges, quas tu recipere vis non sint pertinentes populo tuo, quia peccauit, scilicet peccato maximo idolatrando. Vel aliter potest ista litera intelligi per modum punire uolentis, scilicet. *Vade, & descende, peccauit populus tuus.* Id est noueris, quod populus tuus peccauit. *Ideo, vade, & descende.* Id est vade, & descende ad corripiendum eum. Et hoc videtur intellexisse Moyses. Vel si non intellexit saltem sic operatus est, quia immediate ut descendit, occidit 23. millia virorum, ut patet infra. Aliter exponit Rabbi Salomon, scilicet quod Deus dixerit ista Moysi ad humiliandum eum a suo honore. scilicet quæ antequam peccaret populus iste peccato ido-

Idolatriæ erat populus honorabilis, & Moyses erat honoratissimus, quia talis populi dux erat. Cum uero populus ille peccauit, abiectissimus factus est, ideo conuenienter Moyses descendit a toto honore sui ductus: nam nobilitas principatus est ex nobilitate subditorum, & uilitas principatus est ex uilitate subditorum, ut ait Arist. primo Politico. cap. tertio. Sic etiam dicit beatus Ioan. Can. tertio. Maiorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam filios meos in ueritate ambulantes. Erat ergo sensus. *Vade, & descende: peccauit populus tuus.* Id est iam descende de honore tuo, quem habebas existens dux tanti populi, & boni, quia iam peccauit: ideo dignitas pristina ducatus tui non manet. Sed non est iste sensus, quæ Deus uolebat facere in uerbis his. Primò quia cum solum consistat bonitas, siue nobilitas principatus in nobilitate subditorum, eo ipso quo cessat nobilitas subditorum, cessat nobilitas principatus: & non oportebat quod Deus ei diceret descende de honore tuo, quasi non descendisset de honore. Secundò, quia ista magis signant motum localem, quam aliquem motum secundum relationem quandam honoris: quia dato quod descendere posset referri ad descensum honoris, tamen, vade, necessariò signat motum localem: ideo ad descensum de monte referendum est. Tertio, quia immediatè accepit tabulas Moyses, ut dicta fuerunt ista uerba, & descendit de monte: quod non faceret, nisi per ista uerba Deus, imperasset ei motum localem. *Peccauit populus tuus.* Non dixit Deus Moysi, peccauit populus tuus, quasi dicit, non est iste populus meus, qui peccauit: Deus enim uocauit semper populum Israeliticum suum: & sic cum mitteret ad Pharaonem, ut dimitteret dicebat: Dimitte populum meum, ut facerem michi in deserto. Et licet quantum ad uniuersale dominium iste populus Iudaicus esset populus Dei, sicut ipse Deus dixit supra decimo nono cap. Mea est omnis terra: & Plal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius: tamen non erat iste populus specialiter populus Dei per speciale dilectionem, ut patet quia, peccauerat: nam solus erat populus Dei specialis, si bonus esset, & custodiret uerba dei: sed iam nihil horum habebat: ergo non erat populus dei. Patet hoc supra decimo nono cap. cum dicitur: Si ego audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta: sicut ergo recipiendo eum in deum, & pactum faciendum cum eo erat populus Iudaicus populus Dei, ita infringendo pactum, & negando eum non erat populus eius: sic dicitur Dan. nono ca. & post sexaginta hebdomadas occiderit Christus, & non erit populus eius, qui negaturus est eum. Ecce quia ista uerba non vacant a mysterio: quia non solum notatur, quod populus iste contra deum peccauit, sed etiam Moyses ad puniendum Israelitas descendit, quia innuitur Deus eis uehementer iratus: ut pote qui eos iam suos nuncupari nolit. *Quem eduxisti de terra Aegypti.* Deus eduxerat Israelitas de Aegypto, ut sepe in isto libro, & in aliis recitatur, & facta ipsa euidèntissimè comprobant. dicebatur tamen Moyses eduxisse, quia erat dux eorum, & medius inter eos & Deum, & Pharaonem. Deus autem hic totam educationem attribuit Moysi, quia illa habuit malum exitum quasi dicit: Illi qui talia contra me egerunt non fuerunt educi de Aegypto per me, sed tu eduxisti eos: totum enim Moysi imponit quidquid in populo aut bonum, aut malum est: ut ipse uidens omnia sibi incumbere, tanquam suos diligenter castiget, & sic Deus placetur a furore suo. Si autem Deus dixisset: ecce peccauit populus meus, ego puniam eum, non curasset Moyses infligere aliquam penam reline-

Deus non uocabat populum Hebreorum suum populum quoniam peccabat.

quens Deo: nunc uero, quia uocauit Deus istum populum esse populum Moysi, assumpsit Moyses magnam curam puniendi scelus commissum in eo. Et sic placuit ualde Deo, & cessauit ab ira, qua delere uolebat uniuersum Israel. Sic patet de Phinees filio Eleazari sacerdotis magni, qui transfodit Zambri, & Madianitidem cocentes, & placatus est dominus, quia ille habuit curam vindicandi, ut patet Num. 25. cap. & primo Machabæ. secundo cap. *Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis.* Via quam Moyses ostenderat populo Israeliti, fuit uia siue doctrina decem præceptorum, & aliorum caremonialium præceptorum, super que pepigerat sedus atque firmauerat Deus cum Israele, ut custodiret ea. Ab hac autem recessit Israel, quia primum, & potissimum, quod cetera includebat in uirtute infregerunt, scilicet præceptum de non colendo Deos alienos, & non faciendo sculpula: cito autem recesserunt ab ea, quia non steterunt in ea per quadraginta dies, sed in die trigesimo, vel trigesimo quinto, ut supra declaratum fuit, incepterunt petere Deos sibi fieri: istam uiam ostendit eis Moyses, quia licet Deus ista decem præcepta dederit in clangore tubæ, ut patet supra vigesimo cap. tamen Moyses postea locutus fuit cum Deo ad petitionem ipsorum dicentium: loquere tu nobis, & non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur: tu autem magis accede ad Dominum, & audi cuncta, quæ mandauerit dominus Deus noster nobis, loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea, sicut habetur supra vigesimo, & Deuterono. quinto capitulo, sic ergo factum est: & auditis Moyses sermonibus domini retulit eos cuncto Israeli, qui audientes consenserunt, atque pactum cum Domino pepigerunt, & confirmauerunt, ut patet supra 24. capitulo. *Feceruntque sibi vitulum conflatilem.* Hic declaratur in speciali peccatum, scilicet quod peccatum Israelitarum non fuit in aliquo paruo, sed in maximo faciendo contra primum mandatum fabricando Deum, & fuit iste Deus vitulus conflatis, id est factus per conflatilem in forma fusoria aut liquido immisso, de quibus omnibus rationes supra assignatae sunt. *Et adorauerunt.* Hic explicat Deus per singula grauiter huius sceleris, ut uideatur Moysi magis dignum punitione. Fuit enim prima culpa siue gradus, quia fecerunt sibi vitulum conflatilem: nam dato quod hoc solum factum fuisset, erat grauis culpa, & contra primum mandatum, sed nec hoc solum mansit, quoniam secuta fuit alia culpa secunda, scilicet quia adorauerunt eum inclinantes se coram eo tanquam coram Deo suo uero: quod adhuc grauius culpe genus est: nam primum, scilicet fabricatio vituli, vel cuiuslibet alterius statuae non erat peccatum, nisi secundum, quod ad adorandum fiebat: ergo ipsa adoratio in se grauior erat. Si ergo mox ut isti vitulum fabricauerunt penitentes de iniquitate sua inchoata, & concepta, cum non conuissent comminantes in puluerem, vel flammis exurentes, licet peccatum præcedens graue foret, remediabile tamen erat. Nunc autem, quia adorauerant, grandis erat effecta iniquitas. *Atque immolantes.* Istud est tertium grauamen peccati, scilicet quod immolauerunt illi vitulo: nam adoratio erat quædam exhibitio reuerentiae facta illi vitulo aureo: ista tamen aliquando fit hominibus, licet differat ex affectu exhibentis utrum sit latria, vel dulia: Et ideo hoc existente adhuc, non erat plena manifestatio, utrum dicerent istum vitulum esse Deum, uel non: cum autem immolauerunt ei, declarauerunt eum Deum esse, quia sacrificium soli Deo fit. *Hostias.* Duo genera hostiarum obtulerunt, scilicet hostias pacificas, & hostias in holocaustum, ut supra patet. *Dixerunt: isti sunt dii tui Israel.* Ista fuit quarta Pars Secunda.

Deo declarauit Moysi per singula delictum populi Israel ut ipse magis ad puniendum moueretur.

ta aggrauatio peccati: nam dato quod immolassent hostias in vitulo aureo, & per hoc manifestarent eum esse Deum in operis exhibitione, tamen adhuc non manifestabant eum esse Deum in voce: cum autem proclamauerunt esse Deum, qui eduxerat de Aegypto publice eum Deum esse notificauerunt. *Qui te eduxerunt.* Ista sunt verba populi Israel loquentis ad se, ita quod quilibet de populo dicebat ad totum populum: isti sunt dii Israel, qui te eduxerunt de Aegypto: & est hic quintum grauamen peccati. Nam licet dixissent publice illum vitulum esse Deum, & per hoc aliquo modo indirecte tollerent honorem veri Dei: quia istum etiam Deum faciebant, quod ad solum verum, & vnicum Deum pertinet, tamen non tollebant directe honorem veri Dei, quia nihil quod ipse habebat tollebat ei. Cum autem dixerunt, qui te eduxerunt de terra Aegypti: grauissimè peccauerunt, quia cum solus Deus verus eduxisset Israel de Aegypto, & non erat cum eo Deus alienus, vt testatur psalmista: isti dicebant hunc Deum, qui erat vitulus eduxisse eos, quod consequenter tollebat illum verum Deum non fecisse. *Rursumque.* Hic ponitur secundum huius partis, scilicet pene comminatio. *Rursumque ait dominus ad Moysen.* Ista dictio rursum, vel rursum est aduerbiū iterandi, & non ponitur hic proprie: quia iteratio est, quando vnus actus factus fuit, & illo finito iterum alius factus est, hic autem non fuit sic, quia per continuationem conseruatur vnitas rei: si ergo aliquis actus continetur quantumcunque duret, vnicus est, sed ista locutio Dei ad Moysen fuit continuata, quia inter verba superiora, quæ Deus protulerat declarando peccatum Israelitarum, & verba ista, quæ dixit de comminatione pænarum, non fuerunt aliqua alia intercedentia, nec quidquam respondit Moyses, ideo nō ponitur rursum in vi sua. Hieronymus tamen posuit ad faciendum distinctionem cum sit hic caput rationis, quia supra dicebatur de enormitate culpæ, hic subiicitur de comminatione pene: ideo si proprie loqui vellemus, deberet hic poni item, vel præterea, siue etiam, quæ sunt dictiones continuatæ, & additiue, & non rursus, vel rursum, quæ sunt dictiones iteratiue. *Cerno quod populus iste.* Deus verus, qui semper, & vbi que omnia videt iuxta illud Prou. decimo quinto. In omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos. non videbat nunc nouiter, quod populus iste duræ ceruicis esset, quia semper, & antequam iste populus cōditus esset eum duræ ceruicis esse cognoscebat, licet nunc nouiter populus iste duræ ceruicis existeret, cum ante hoc durus non fuisset, quia mandatis Dei non repugnasset, nisi ex eo tempore quo de Aegypto eduxerat eos, quia vsque huc fecerant aliquas tentationes Dei, & murmuraciones in Deum, & Moysen, loquitur tamen Deus eo modo quo homines loquuntur, & eo modo, quo intelligere possunt. nam cum aliquis homo iustus mandatis semel non obtemperat, malus est: non tamen dicimus eum duræ ceruicis. Si autem iterum, & multotiens iteret vias suas, vocatur duræ ceruicis. Sic etiā Deus videns Hebræos ab exitu de Aegypto vsq; huc dictis ei? nō credidisse, vt patet in educatione de Aegypto, quia desperauerunt se posse viuere, & dixerunt magis velle mortuos fuisse in Aegypto cū persequeretur eos Pharaon, vt patet supra decimo quarto cap. Etiam Deum tentauerunt, vt patet in petitione aquarum iuxta petram Horeb, vt patet supra decimo septimo capitu. dicentes: est ne Deus inter nos an non? Etiam mandatis eius non obediuerunt de manna, cum mandauit, vt in die sabbathi non colligerent, & quidam exierunt ad colligendum, vt patet supra decimo sexto cap. Poterat ergo, rationabiliter nunc dicere:

F cerno quod populus iste duræ ceruicis sit, id est per ea, in quibus iste populus sepe mihi repugnauit, ego video quod duræ ceruicis est. Et non solum loquitur Deus eo modo, quo homines loquuntur, sed etiam eo modo, quo intelligere possunt. Nam ideo nobis loquitur, vt intelligamus: si autem Deus loqueretur nobis secundum quod ipse intelligeret, aut illud ineffabile esset aut nobis nullatenus intelligibile: verius tamen est, quod conceptio diuina est ineffabilis, quia si nobis explicari debet, oportebat, vt explicaretur per verba, sed omnia verba signat per modum presentis, præteriti, & futuri, notantia omne, quod loquimur istas tres temporum differentias, quæ mutabilitatem mensurant non effugere, sed conceptio diuina cum sit non habens vllam transmutationem, vt ait Iacobus canonica sua cap. primo, scilicet: Apud quem nō est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio: non habet presens, quod est ad instantis temporis continuatum, nec præteritum, nec futurum: ergo non poterit explicari per verba nostra, quæ sunt signantia cum connotationibus temporalibus: non debuit ergo sic exprimere, vt intelligit, sed vt nos intelligimus. Licet ergo Deus per suam cognitionem simplicem, & æternam vnico intuitu omnia simul comprehendat, & cū aliquis vnus actum malum agit, siue si non agat aliquem malum actum, scit vtrum sit duræ ceruicis, an non: si tamē factio vnico actu malo ab aliquo nostrum ipse diceret, quod ille erat duræ ceruicis, nos tamen cognoscere non poteramus, quia per vnicum solum actum non constituitur aliquis duræ ceruicis, ideo Deus licet cognouisset Hebræos esse duræ ceruicis an tequam quicquam mali operarentur, & cum primo malum operati sunt, hoc idem cognoscebat, tamen non dixit, cerno quod populus iste duræ ceruicis sit, quousq; multotiens Deo repugnauit, ita vt nos quoque clarè videre possimus, quod erat duræ ceruicis consideratis talibus operationibus. *Duræ ceruicis sit.* Est metaphora. Sicut enim ille, qui duræ ceruicis est, nō potest eam flectere, vt audiat verba vocantis, & attendat eum, qui loquitur, ita qui non vult audire verba alicuius, est duræ ceruicis. Vel melius: sicut ille, qui duræ ceruicis est, non potest eam flectere, & caput coram aliquo humiliare: ita qui non flectitur coram mandante, nec domari potest sepius monitus, vel non vult, duræ ceruicis dicitur. Sic dixit eis Moyses Deuteronomij capitu. nono: Et ceruicem tuam durissimam amplius ne indures, & quod ex die, quo eos nosse cepit semper rebelles fuerunt, & contra dominum contenderunt. *Dimitte vt irascatur furor meus.* Nō petit qd dimittat eum quasi teneret eum Moyses, sed loquitur ad modum alicuius patris, qui offensus a filio suo tenet gladium in manu, & signat se velle percutere filium, dicitque astantibus: dimittatis me percutere eum: in quo tamen potius notat qd non vult percutere eum, & qd vult teneri ne lædat. Deus autem offensus ab Israelitis volebat destruere eos quantum ad ea, quæ foris non strabat: sed dicebat Moysi, ne teneret eum. Moyses tenebat Deū non viribus, sed orationibus. Deus namque apud seipsum statutū habet, vt orationes iustas virorum iustorum exaudiat. Cū ergo Moyses, qui vir iustus erat, oraret, Deus eum exaudire debebat: & per hoc Deus tenebatur, ne deleteret filios Israel: dicit autem ei: Dimitte me. in quo innuitur qd Deus velle delere Israelitas, & diceret Moysi, quod dimitteret eum ne orationibus suis obstaret quin deleterentur: sed non erat voluntas Dei, quæ vocatur voluntas beneplaciti, vt Israelitas perirent: quia ista semper completur, & tunc impossibile fuisset eos manere, sed erat voluntas signi, quia secundum mala, quæ patrauerant mortē promerebantur: & sic Deus

Deus hōminib' loquitur eo modo quo intelligere possū.

Per vnicū actum malū nō constituitur aliquis duræ ceruicis.

Amor nō amat nec amatur.

Quare Deo passionē attribuitur cum nihil i eo sit pat'.

non strabat se velle delere eos, non tamen sic disposuerat, & voluntati suæ secundum quam signabat velle eos delere satisfaceret, secundum voluntatem beneplaciti volebat vt Moyses pro eis oraret, vt sic mereretur vitam precibus alterius, & voluntas Dei non maneret irrita, quia tunc videretur irritoria voluntas, quæ mota non complet opus non satisfacta aliquo rationabili motiuo: sicut cum pater filii offensum ei facientem aut grauitur delinquentē occidere non vult, vt tū corrigatur concitatur ad iram contra ipsum, & signat velle eum occidere: vult autem secundū suam rationabilem voluntatem, vt aliquis eum teneat, vel pro filio precetur, vt ira mota aliquid impediens, & satisfaciens habeat, ne cogatur aut per iram non impeditam aliquid supra id, quo volebat punire: aut iram sine aliquo sufficienti impedimento mitigari: quod in contemptum discipline, & auctoritatis diminutionē valde redundat. *Vt irascatur furor meus.* Deus furorem non habet, cum furor passio humana sit: sed est hic figura, quæ vocatur antropopasos, id est conuersio passionum humanarum ad Deū, cum eas de Deo predicamus: & hoc fit vt homines qualitercunque intelligant ea, quæ Deus significare vult: homines autem non puniunt nisi sint irati, licet ira illa virtuosa sit, quæ per zelum est: cum autem nullam passionem habent, punire non possunt: sed sic ordinatum est, vt cum ratio iudicat aliquem puniendum esse, rationabiliter insurgit ille motus in parte affectiua, quæ vocatur ira: & sic est desiderium puniendi. Nam ad multos actus virtutis requiruntur actus passionales, sicut est ad misericordiam, in qua debent commoueri viscera super eum, cui miseremur. Ideo Christus, qui pare vtebatur ratione non insurgentibus passionibus ad obuiandum, quando misereri debuit Lazaro mortuo, quem rursus ad mundi huius miserias reuocabat, quia illa compassio actu passionali indigebat, mouit per imperium rationis partem sentitiuam ad compariendum, vt fieret in ea motus ad lachrymas: sic dicitur Ioan. undecimo capitu. quod Iesus infremuit, & turbauit seipsum, & tunc incepit flere. Homines igitur cum debent punire, necessarium est, vt in eis insurgat motus iræ ad desiderium puniendi: Deus ergo signas quod volebat punire Israelitas delendo eos dixit, quod volebat irasci. *Vt irascatur furor meus.* Non est proprius modus loquendi, quia sicut amor non amat nec amatur: & albedo non dealbatur, nec motus mouetur, vt ait Aristot. secundo Topicorum: ita nec furor irascitur: sed dicitur vt irascatur furor meus, id est vt insurgat, vel accendatur furor meus. *Contra eos.* Scilicet appetendo punire eos: quia ira est appetitus vindictæ, quæ fit accenso sanguine circa cor, vt ait Aristot. in secundo Topicorum. *Deleam eos.* Delere est totaliter destruere, ita quod nihil maneret de eis: sed omnes morerentur simul. non intendebat Deus hoc facere, quia nec iustum erat: nā non peccauerant omnes, & pena solū pro peccatis datur: ergo non erat iustum eos delere: sed dicitur hoc ad notandam magnitudinem iræ Dei, & enormitatem peccati: quia tantum erat scelus, vt non solum ipsi, qui patrauerunt, sed etiam omnes alij, qui cum eis erant, & tota cognatio, & locus ipse, in quo erant, & omnia ad eos pertinentia perire debebāt: sicut fuit in submersione Dathan, & Abyron, quos viuentes terra deglutit cū tota progenie sua, etiam cū paruulis, qui nullatenus peccauerant, & cum tota possessione sua, vt patet Num. 16. & 26. Deuter. 11. ca. sic etiam patet de Acham. qui solus peccauit tollendo furtum de anathemate Iericho: sed tota domus sua, s. filij, & vxor, & possessio perijt, vt patet Iosue septimo cap. *Faciamaq; te in gentem magnam.* Non erat constitutus Deus Moysen in gentem magnam. Non erat constitutus super Exodi

tem, quia tunc constituisset, & impossibile fuisset hoc mutari: Deus enim ex sola bonitate sua præordinauerat Hebræos non delere, ideo ordinauerat Moysen super gentē aliam ducem non constituere. Sed si Deus Hebræicam gentem ex suis demeritis delere præordinasset, Moysen quoque alterius magnæ gentis ducem constituisset, sicut in sua propositione designauit in libro Num. cap. decimo quarto, vbi iterum ponitur simile, cum vellent Deus delere Israelitas: quia murmurauerant, dixit quod vellent delere omnes, & sequitur: te autem faciam in gentem grandem, quæ fortior sit, quā hæc. Hic autem non exprimitur, sed sic etiā intelligendum est, quia Deus non faceret decretere Moysen, sed crescere, cum nihil commississet propter quod decretere meruisset. Sed tunc quæret aliquis, quæ gens esset ista fortior gente Hebræorum, super quam Deus constitueret Moysen in ducem deleta gēte Hebræorum? Responderetur, quod non datur illa gens, nec obligamur dare talem, quia Deus ordinauerat nunquam sic futurum, vt Moyses præficeretur alteri genti, sed soli genti Hebrææ: sed in intelligitur hoc cōditionaliter, vt supra dicebamus, scilicet quod Deus non erat delaturus Hebræicam gentem ex bonitate sua, ideo nec constitutus erit Moysen super alias gentes. Sed si delere debuisset Hebræos ex aliqua causa constituisset Moysen super aliam gentē, & tunc daretur gēs illa, super quam Deus eum constitutus erat, nunc autem non erat danda.

An gens illa, super quam Deus constitueret Moysen futura esset ab eo per seminariem generationem, vel quod esset tantum dux illorum.

QUESTIO. XVII.

ALIQUI dubitant de ista gente, super quam constitutus erat Deus Moysen, si Hebræi deleri fuissent, vtrum esset Moysen per generationem, sicut dicebat Iacob Gene. quadagesimo octauo, de Manasse, & Ephraim, hic quidem erit in populos, sed frater eius minor crescet in gentes. Esse autem Manasse in populos erat per generationem, & non per principatum, scilicet quod constitueretur super populos. Vel vtrum Deus faceret Moysen in gentem magnam, id est super gentem magnam constituendo eum ducem illorum. Responderetur, quod secundum literam nostram satis innuitur, quod deberet eum Deus constituere in gentem magnam, vt esset dux, & dominaretur illi, quia habitudo istius præpositionis in denotat hic super. Sed vtrumque factus esse poterat: nam vt dictum fuit Deus non erat constitutus Moysen in gentem magnam, quia non erat delaturus Hebræos. Si tamen delere eos disposuisset, fecisset Moysen in gentem magnam, & tunc potuisset Deus sic eum disponere, vt magna gens nasceretur ex eo, sicut ex Iacob multæ gentes nate sunt, & sic dicitur de Manasse, quod erit in populos, id est ex ipso gignentur populi Gen. quadagesimo octauo capitu. Vel poterat esse, quod Deus disposuisset quandam gentem magnam, quæ non esset ex terræ Moysi, sed solum præponeretur ei in ducem, & dominum. Quid autem horum verius atque rationabilius sit, responderetur qd melius dicitur, qd Deus constitutus erat Moysen in gentē magnā, si deleuisset Hebræos. constituisset eum ducē magnæ gentis. Et hoc patet, primò quia Deus loquebatur Moysi ad iustitiam faciendū ei, & hoc secundum cōditionem temporis, in quo loquebatur dicebat enim quod delere vellent Hebræos.

bræos, ad quod sequebatur quod Moyſes, qui ante præerat tantæ multitudini, iam nulli viro præſet, cum omnes delerentur: ex quo ſaltem poterat habere motium ad orandum pro eis, ne maneret ſolus. Reſpondet autem Deus, quod licet illam gētem, cui præerat Moyſes, deleret, tamen non maneret ſolus, quia faceret eum ſuper gentem magnam, quæ fortior ſit q̄ hæc. Sicut enim tollebat ducatus, ita dari debebat ducatus, vt fieret ſatisfactio per ſimilia: ſi autem tolleret ei ducatum magnæ gentis, & faceret quod ex eo neſcerentur gentes multe, non correſpondebat. Item dato quod Moyſes futurus eſſet in gentem magnam per derivationem ſeminiſ: tamē quia iam ſenex erat, ſcilicet annorum octuaginta, & modicum victurus erat, ſcilicet annis quadraginta, ſolum vſque quo Iſraelitæ fuerunt in exitu de deſerto, & ingreſſu terræ Chanaan, paucos de ſemine ſuo videre poterat: ſed ſolum nepotes aliquot, quod non correſpondebat intentioni Dei commutanti ſtatum, quem nunc habebat Moyſes in alium ſtatum. Item dato quod gentes multe de ſemine Moyſi exituræ eſſent: tamen non haberet Moyſes in vita ſua aliquam proſperitatē mundanæ dominationis aut honoris, quia maneret ſolus quouſque gigneret novas proles, & in tota vita ſua paucos de filiis ſuis videret: multiplicatio autem futuri poſt mortem eius non faciebat ad proſperitatem, & gaudium præſentis vitæ, in qua ipſe paucos habere de ſuis, & hoſ quidem paruulos: quia quando proles Moyſi ad aliquantam ætatem deueniret, eſſet Moyſes propinquus morti: quia a tempore, quo iſta dicta ſunt, vſque ad mortem Moyſi non fuerunt quadraginta anni integri. Item dato quod Moyſes a tempore iuuentutis gignere inchoaſſet, vt pote quia Deus eū ad hoc deducere intendiſſet, vt eſſet ſuper gentē magnam: tamen non poterat tot poſteros in vita ſua videre, vt diceretur factus in gentem magnam. Ergo non poteſt ſic intelligi per generationem. Item quia ſi Moyſes multos filios genuiſſet ante tēpus hoc, illi eſſent de populo Hebræorum, ſicut & ipſe Moyſes: ſed Deus volebat totum illum populum delere, quia duræ ceruicis erat: ergo filios Moyſi ibi etiam deleret, & non ſtaret multiplicatio per generationē. Item non poteſt vſlo modo ſic intelligi, ſi reſpiciatur litera Nume. decimo quarto capitulo. cum dicitur, faciam te in gentem magnam, quæ fortior ſit quàm hæc: in quo diſtinguitur gens illa in quam Moyſes futurus erat a gente Iſraelitarum: ſed gens futura de ſemine Moyſi non poteſt diſtingui a gente Iſraelitarum, ergo nullo modo poteſt intelligi, quod futurus eſſet in gentem magnam, quæ de ipſo per ſeminiſ derivationem gignenda eſſet. Patet antecedens, quia totum, & pars ſua non conſiſtuntur, ita quod ponantur in numerum, ſcilicet quod per ſe ponatur pars, vt vna res: & totum per ſe vt altera res: impoſſibile eſt enim hoc, cum vnum ſit intrā alterum, & ſi totum contra partem ſuam diſtinguerentur, & connumerarentur tanquā duo, oporteret, q̄ idē contra ſeipſum cōnumeraretur: & idem bis numeraretur, & diſtingueretur. ſ. quia acciperetur pars in ſe ſola vt vnum: deinde iterū acciperetur in toto, cum totum dicatur quod ex partibus ſuis omnibus ſimul ſumptis conſtat: quia totū aliquid perfectum eſt, vt ait Ariſto. primo de celo, & mundo cap. primo. Sed gens, quæ de moyſe per generationem exitura erat, pars populi Iſraelitici fuiſſet: nec eſſe ergo quod eſſet illa aliqua alia gens, q̄ non naſceretur ex Moyſe, nec pertinereſt vllatenus ad gentem Hebræorum, ſed vt eſſet talis, quæ poſſet diſtingui ab illa, & ponere in numerum contra illam, & tūc neceſſarium erat quod Moyſes poneretur tanquam dux gentis illius, & non tanquam genitor. *Moyſes au-*

tem orabat dominum. Licet Deus diceret Moyſi, q̄ dimitteret eum iracſi in gentem illam ad delendum eam: tamen Moyſes inſtanter orabat ne Deus hoc faceret: & hoc erat, quia licet Deus ſecundum voluntatem ſuam ſigni vellet delere cunctos Iſraelitas, ſignās ſe velle delere ſecundum exigentiam culpæ eorum: tamen ſecundum voluntatem beneplaciti nolebat eos delere: ideo volebat vt Moyſes oraret pro eis, vt ſic ſatisfieret aliquid iræ ſue, & non deleret eos penitē de terra. Et patet hoc, quia ſi Deus non mouiſſet Moyſen ad orandum pro Iſraelitis, impoſſibile eſſet, quod pro eis oraret: nam orare pro ſalute alterius ad debituſ finem, actus meritorius eſt ſecundum ſe, & fundatus in radice charitatis, qui non poteſt fieri, niſi Deus ad hunc moueat: quia vt dicit Chriſtus Io. i. 5. capit. ſine me nihil poteſtis facere: ſed oratio Moyſi huiusmodi erat: ergo Deus mouebat eum ad orandum pro Iſraelitis, ne delerentur. Mouebat autem Deus Moyſen ad hoc dupliciter, primò interius incitando, qui motus potentiſſimus eſt, & ſoli Deo conueniens, qui animæ noſtræ illabi poteſt, vt declarauimus ſupra ſeptimo capitulo. cum diximus de poteſtate demonū: & iſto modo mouetur homo, & non videt ſe moueri: & ſic mouebatur Moyſes a Deo interius ad orandum, quāuis exterius ſuaderet ei Deus, ne oraret. Secundò modo mouebatur exterius in verbis Dei, licet indirectè, cum ſcilicet dixit ei Deus: Vaſe deſcende, peccauit populus tuus, quem eduxiſti de Aegypto. In quo eū incitabat ad duo, primò vt pro eo oraret ne deleretur tanquā pro re ſua: quia ſuus populus erat teſtimonio Dei, ſecundò vt eorum curam gereret puniendo paternaliter eos, ne amplius inſoleſcerent, quia Deus omnem filium, quem recipit, corripit, & caſtigat, vt patet ad Hebræ. duodecimo capitulo. & ibidem. Si non corripimini, ergo filij adulteri eſtis, & non filij. Vtrunque autē eo ordine Moyſes egit: primò enim pro eis orauit, ne delerentur: ſecundò multos eorum occidit, vt ceteri a ſimilibus arcerentur. *Cur domine iracſitur furor tuus?* Ideſt quare inſurgit ira, vel furor tuus? quia furor furere, aut iracſi non poteſt: nec eſt intentio Moyſi dicere. *Cur iracſitur furor tuus?* Ideſt quare iracſeris contra Hebræos? quaſi dicat, non habes cauſam, quare in eos iracſaris: nam ſatis notum erat, quare iracſeretur eis, ſcilicet quia coluerant Deos alienos contra pactum factum inter eos, & Deum. Sed eſt ſenſus, quod licet Deus rationabilem cauſam ad iracſendum haberet, & tamen non deberet iracſi, quia hoc redundabat in dedecus eius: quia dicerent Aegyptij, quod non poterat eos ducere in terram, quam promiſſerat eis: ideo interfecit eos in montibus, quam promiſſerat eis: *Contra populum tuum.* Recte perſuadet Moyſes Deo: nam Deus dixerat non eſſe populum ſuum, vt concitaretur in eum, & haberet occaſionem puniendi: & dixit eum eſſe populum Moyſi, & quod Moyſes eduxerat eos de Aegypto, quaſi ad Deum nihil pertinerent, ſed ad ſolum Moyſen. Moyſes autem eſt cōtrario iſtum populum Dei eſſe dixit: & quod Deus eos de Aegypto eduxerat, quaſi totam curam populi illius, & bonum, & malum Deo incumberet, & non Moyſi, vt ſic Deus eos non tanquam hoſtes occideret, ſed tanquam rebelles filios beniuole caſtigaret. Ecce largæ Dei pietas, & benigna voluntas, quæ, & punientis, & miſerentis formam habet. Voluntas Dei in ſigno, ſecundum quam Iudeos delere velle ſignabat, verba hæc foris ad Moyſen proferebat, ſcilicet quod non eſſet Iudei populus Dei, nec ipſe eduxiſſet eos de Aegypto, ſed Moyſes: Voluntas beneplaciti dei, ſm q̄ miſereri volebat, Moyſi interius ſuggerebat, vt diceret Iudeos eſſe populum Dei, & Deū eduxiſſe eos de Aegypto, vt ſic placari poſſet ira eius. *Ecce*

Si Deo nō mouiſſet Moyſen ad orandum in poſſibile eſſet vt ipſe pro eis oraret.

Orationis modus.

Qualiter magna dei pietas, & miſerentis & punientis formam habet.

Ecce pulchra perſuaſio omni flore rhetorico circum amicta, q̄ Deus faciebat, & Moyſen facere erudiebat. *Contra populum tuum.* Quaſi dicat, Domine ſi iſte populus nō eſſet tuus, deberes in eum iracſi quaſi hoſtis, ſed quia tuus eſt, debes ei mitis eſſe ſicut pater: & non ſolum vocaſti eum populum tuum, ſed etiam populum peculiarem, vt patet ſupra decimo nono capitulo. ſcilicet eritis mihi in peculiū de cunctis gentibus. Et non ſolum populus tuus eſt, ſed etiam filius tuus primogenitus ſicut tu ore tuo teſtatus eſ. ſ. filius me⁹ primogenitus Iſrael, vt patet ſupra 4. cap. Debent autem ad hoc attendere orantes, vt præter cordis affectionē, quæ totius orationis radix eſt, vt promeritoria ſit, habere verba dulcia, & paſſionalia quantum potuerint, quæ conſueuerunt humana vifcera commouere: quia hæc non ſolum mouent Deum, quem precamur, q̄ more humano tractari vult, ſed etiam ipſi dicentes ad maiorem affectionem prouocantur, & teneritudinē animi, quæ quantum proſit, ſoli noſcunt, qui experti ſunt. De his diximus Gen. trigefimo ſecundo capitulo. Prouocata autem ſeipſum homo per verba ſua ſiue cōcepta, ſiue expreſſa cum paſſionalia ſunt: ſicut cōſueuit ab aliis hominibus per verba paſſionalia commoueri. Vnde contingit, quod ſi aliquis incidit in infortunia, & calamitoſum ſtatum ſuum verbis teneris & paſſionalibus deſlere ſciat, pronocabit ſe ad magnā triſtitiā, & ſletum, & fiet, vt interdum verba moueant eum, quem res ipſe mouere non valuerunt. Sic fuit de Boetio, qui cum in aliqualem rerum exteriorum mutationem deciſiſſet, quia vir eloquens erat carmine poetico ſuam miſeriam deplorabat. Et ſic vberius in planctum mouebatur, vt patet primo de conſola. metro. primo.

Ecce mihi lacere dictant ſcribenda camene. Et veris elegi ſletibus ora rigant.

Ideſt ſcientiæ poetice, quæ erant in pectore Boetij dictabant ei verba ad exaggerandum dolorem ſuum. Et illi elegi, ideſt verſus facti de miſeria eius rigabant vultum eius veris ſletibus, quia prouocabant eum ad verum planctum. *Quem eduxiſti de terra Aegypti.* Modus autem educationis patet in proceſſu iſtius libri a principio vſque 17. cap. incluſiue. Et ponit iſtam educationem de Aegypto ad magis ſuadendum, quaſi dicat, domine tu eduxiſti gentem iſtam de Aegypto, vt acciperes eam tibi in populum, vt patet Deut. quarto cap. & hoc vt eſſet populus peculiaris ei, vt patet ſupra decimo nono, & Deut. ſeptimo cap. Si autem nunc eos totaliter deleres, iſta educio fuiſſet irrita, quia nō conſequeretur id, quod tu intendeſ bas educendo eos de Aegypto: ergo non debes eos delere. *In fortitudine magna.* Quia talia ſigna, & portenta Deus egit in educatione de Aegypto ſuper Pharaonem, & ſeruos eius, & Deos eius, vt patet ſupra duodecimo capitulo. & Nume. trigefimo tertio, qualia ſolus Deus facere poſſet. *Et in manu robusta.* Iſta eſt metaphora ad intelligentiam noſtram facta, vt more hominum de Deo loquatur ſacra ſcriptura: & eſt iſta metaphora, vt excoſtremus Deum tanquam virum fortem pugnancem, & tanquam per fortitudinem brachij ſui deiſcientem hoſtes. Sic dicitur ſupra decimo quinto ca. Domin⁹ quaſi vir pugnator. Iſta etiam ad perſuaſionē faciunt, quia cum Deus tanta pro Iſraelitis feciſſet exercendo mirabilia magna, vt educeret eos, videret eſſe quoddam ſtultum, quod poſtea deleret eos in montibus. *Ne queſo dicant Aegyptij.* Iſtud eſt magnum motiuum ad hoc, ne Deus deleret Iſraelitas: nam ſi dicerent Aegyptij vel alia gentes, quod Deus eduxerat Iſraelitas de Aegypto in fortitudine magna, vt faceret eos

Alph. Toſt. ſuper Exodi

A populum ſuum, & poſtea quia peccauerant in eum deleuerat eos, non eſſet dedecus vllum Dei, ſed videretur eſſe quedam iuſtitia: non tamen erant dicturi hoc, ſed quod Deus non poterat eos introducere in terram, quam promiſſerat, ideo deleuit eos in deſerto: hoc autem in magnum Dei dedecus redundare videbatur, ideo valde cauendum erat. Perſuaſio iſta habebat duplex ſulcimentum, primum eſt ab ipſis reb⁹, ſecundum erat a voluntate perſuadentis. A reb⁹ autem perſuaſio hic ſit, quia res, quæ hic enarrantur, tales ſunt, vt ſua dignitate nos moueant, nullo alio colore captato, ſcilicet euitatio magna inſaniam. Secundum ſulcimentum erat ex voluntate perſuadentis: nā Moyſes in hoc valde ſe de Deo curare designabat, ſcilicet adhuc magis intendens deuitare Dei inſanationem, quā populū deletionem: talis autem voluntas maxime charitatis eſt: ideo multum promerebatur ſic volens: & ex ipſa volitione nullo alio exteriori intercedenti exaudiri merebatur. *Ne queſo dicant Aegyptij.* Quælibet gens hoc dicere poterat, maximè autem illi, qui de Hebræorum proſperitate dolebāt, atque timebant. Iſta autem erant multæ gentes, ſcilicet Amalechitæ, qui contra eos primò bellum geſerunt, & iam vici fuerant, vt patet ſupra decimo ſeptimo capitulo. Erant etiam Madianitæ, qui propinqui erant terræ illi, per quam tranſibant Iſraelitæ, & poſtea machinati ſunt qualiter eos deleret hoſtiliter contra eos agentes: ideo eos poſtea Iſraelitæ deleuerunt, vt patet Nume. trigefimo primo capitulo. Erant etiam Moabitæ, qui eorum impetum ferre non potentes machinati ſunt dolos, conuocantes Balaam ariolum de Aran, vt malediceret Iſraelitis, vt patet Nume. vigefimo ſecundo capitulo. ideo poſtea in maledictionem datum eſt, ne intrarent Eccleſiam Dei, vt patet Deuterono. vigefimo tertio capitulo. Erant, & Ammonitæ, qui in eadem machinatione cum Moabitæ fuerunt vocantes Balaam: & eadem pena puniti ſunt, vt patet Deuterono. vigefimo tertio capitulo. Erant & Chanaanitæ, & Amorrhæi, ceterique populi quorum virtus elanguit auditis his, quæ faciebant Iſraelitæ in alias gentes, & quæ miracula pro eis Deus faceret, vt patet Iſaie ſexto capitulo. timuerunt & Philithij: timuerunt & omnes conuiciæ gentes. De hoc ſupra decimo quinto capitulo ſcilicet: accenderunt populi, & irati ſunt: & dolores obtinuerunt habitatores Philithij: tunc cōturbati ſunt principes Edom, & robuſti Moab obtinuit tremor, & obriguerunt omnes habitatores terræ Chanaan. Inter hos tamen ſoli Aegyptij erāt, qui maiorem occaſionem habebant ad dicendum hoc: nam ipſi maiores penas luerunt, & grauiora damna quam gentes ceteræ paſſi ſunt. Nam Hebræi eorum ſerui erant, a quibus in ſeruitiis, & tributis magnum lucrum acquirebant. Cum autem educti ſunt de Aegypto, grauem rerum ſuarum Aegyptij iacturam paſſi ſunt, tanquam ſi medietas bonorum totius Aegypti perderetur: penas etiam duriffimas luerunt, vt patet in plagatum decem inſiſtione, & miſerabili eorum tolerantia: & quod ceteris grauius fuit, præcipua pars virorum Aegypti, & equites, equi, & curruſ cum rege ſuo profundo maris Rubri gurgite abſorpti ſunt. Aegyptij ergo, qui omnia hæc euaserunt, ſi audirent Hebræos, propter quos tanta cruciamina iacturamque rerum ſuarum tolerauerāt, in deſerto deletos fuiſſe gauderent, & de Deo illo mordaciter detraherent dicentes, quod non poterit eos introducere in terram, pro qua iurauerat patribus eorum, ideo deleuit eos in montibus. *Callide eduxit eos.* Ideſt fraudulenter. Fraus autem ſatis conſtat ſecundum literam ſequentem, ſcilicet vt occideret in montibus. Iſta litera non multum

Perſuaſio moyſi ad Deum duplex habebat ſulcimentum.

Quare Aegyptij maiorem occaſionem habebant ad dicendum hoc: nam ipſi maiores penas luerunt, & grauiora damna quam gentes ceteræ paſſi ſunt.

Pars Secunda. Q 3 tum

rer hoc autem quod ista subfannatio Aegyptiorum facta erat, non sonat hoc litera: nam si esset sensus, quod educti fuissent in malo tempore de Aegypto, in quo necesse erat exeuntes mori, non diceretur in malo eduxit eos, ut occiderent in montibus, siue ad occidendum in montibus, sed diceretur ut occiderentur in montibus, scilicet quod non occidebat eos Deus, sed ipsa coelestis influenza. Probationes autem, quas inducunt Hebraei non sunt conuenientes ad hoc. Prima quidem de eo, quod habetur supra decimo capitulo, scilicet. Ecce raa, i. malum in oculis vestris. Nam hoc facit sensum, quem litera ponit, scilicet ecce malitia est in oculis vestris, siue in cordibus vestris. Vel (ut litera dicit) cui dubium est, quod pessime cogitatis, & non congruit isti literae, quod Pharaon diceret: Ecce malum multum superuenturum est vobis, quia hoc esset si poneretur Pharaon tanquam consulens eis, & dissuadens exire, quia si tunc exirent de Aegypto, multum malum erat super eos venturum, ideo quod non exirent: non tamen dicebat haec Pharaon tanquam consulens, & dissuadens, sed tanquam malitiam eorum comprobans, & manifestans. Quod patet ex litera praecedenti: dicitur enim quod Pharaon quaesiverit a Moyse, qui non sunt qui ituri sunt ad sacrificandum? Ait Moyse, cum paruulis nostris, & senioribus pergemus, cum filiis, & filiabus, cum ouibus, & armentis: est enim solennitas domini Dei nostri: & ait Pharaon: sic dominus sit nobiscum, quod ego dimittam vos, & paruulos vestros. Et sequitur. Ecce malum, siue raa, i. oculis vestris. i. ecce manifestum est, quod oculum habetis ad faciendum malum, sicut vulganter dicitur. Litera autem nostra lepidius expressit, dicens: Cui dubium est, quod pessime cogitatis? Et sequitur: Non ita fiet, sed ite tantum viri, & sacrificate domino. Nihil ergo ad propositum esset, quod Pharaon diceret: ecce multum malum vobis superuenturum est, sed dicebat quod ipsi malum cogitabant. Alia auctoritas, quae habetur Iosue 5. cap. etiam improprie valde ab eis exponitur: nam illa dependet ab ista: si ergo ista male axponebatur ab eis, nec facit sensum, quem ipsi facere intendebant: ergo nec ista bene exponitur: nam opprobrium, de quo dicitur in textu illo Iosue: dicunt Iudei esse istud malum, quod praeiudiciabant Aegyptij venturum Hebraeis. Sed probatum est, quod nihil tale signet ille textus: ergo nec textus Iosue poterit exponi de tali aliquo opprobrio Aegypti: sed sentus illius literae est, quod apud Iudeos erat magnum opprobrium esse incircuncisum, & nulum maius opprobrium erat, ut innuitur primo Reg. 17. cum David videns Philistheum Goliath exprobrat eum Israel, volens vicem reddere nimis exprobrando dixit: Quis est hic Philisthaeus incircuncisus, qui exprobrauit acies Dei viventis? Et iterum cum loqueretur David ad Saulem ait: Erit igitur Philisthaeus hic incircuncisus, quasi vnus ex eis: hoc autem opprobrium erat in Iudeis, quia omnes quotquot in deserto per quadraginta annorum spatia nati fuerat per varios vias circuncisus non sunt, sed manebant in praepitiis. Hoc autem vocabatur opprobrium Aegypti, quia ex quo exierant de Aegypto fuerant in isto opprobrio. Vel vocatur opprobrium Aegypti: quia Aegyptij istud opprobrium habebant, cum essent incircuncisus: sensus autem iste conuenientissimus est: quia ista dixit Iosue Israelitis, quando circuncidit eos in Galgala, ut patet Iosue quinto capitulo. Sensus autem quem Hebraei volunt, non conuenit literae, quia dato quod Aegyptij praenunciassent sanguinem venturum super Israelitas, quod tamen falsum est, ut declaratum est: tamen non diceret Iosue quod effundendo sanguinem illum in circuncisione abstulerat opprobrium, quod Aegyptij dixerant Israelitis: quia hoc est pertinens ad quadam

superstitionem. Aliqui enim timentes esse fundendum sanguinem de aliquo, quem diligunt, fundunt super eum sanguinem alicuius animalis, dicentes si quis sanguis super te venturus est, iste sit, & non alius. De quo diximus supra quarto capitulo, quando agebatur de eo, quod dixit Sephora, scilicet sponsus sanguinis tui mihi es. Obseruare autem aliquid tale est prohibitu, & dicere aliquid super nos venturum a signis caeli, & propter hoc ne eueniat facere aliquam obseruationem: hoc enim vetuit Deus, ut patet Hier. 10. capitulo. Iuxta vias gentium nolite discere, & a signis caeli nolite timere. Non diceret ergo aliquid tale Iosue, quia in hoc daret aliquam auctoritatem dictis Aegyptiorum circa obseruationes superstitiosas: non est ergo sic exponendum. Alia probatio, scilicet quod Aegyptij praedixerunt per cursum astrorum, quod Israelites in deserto mori debebant, & sic euenit quod omnes mortui sunt praeter Iosue, & Caleb: ergo hoc intelligebatur de illa morte Israelitarum. Respondetur quod Aegyptij non praedixerunt mortem Israelitarum, nec patet hoc ex aliquo loco. Cum autem dicunt quod omnes mortui sunt praeter Iosue, & Caleb, falsum est, quia solum extenditur ad eos, qui erant in numeratione bellatorum, qui computabantur a viginti annis, & supra, ut patet Nume. 14. cap. & sic si forte Aegyptij dicerent, quod omnes in deserto consumendi erant, falsum esset, quia illi, qui erant minores viginti annis, non fuerunt puniti in deserto. Etiam quantumcumque Aegyptij in astris periti essent, non poterant scire de morte hac, quae in deserto infligenda erat hebraeis. Et ratio est, quia ista mors non fuit infligenda naturaliter per effectum creatum ab astris mediare, vel immediate: sed per solam dei voluntatem. Nam ista mors fuit, quia hebraei murmurauerunt contra Deum coequentes, quod educti de Aegypto essent, ut patet Nume. 23. et 14. cap. Et si istud peccatum non fuisset, non fuisset mors infligenda: si ergo diceretur, quod ista mors per astra sciri poterat: quia ea, quae per astra sciunt naturalia sunt: & ea quae naturalia sunt, necessaria sunt, opereretur, quod peccatum per quod ista mors infligenda est necessarium esset, quod falsum est. ergo non poterat sciri mors ista per astra. Corpora enim caelestia sunt vera signa istorum naturalium effectuum in quantum mediate, vel immediate habent causalitatem super ipsa: ideo enim naturales effectus vere signant, quia vere efficiunt ipsos secundum causalitatem agentium subordinatorum: super liberum arbitrium veram significationem non habent: quia actum liberi arbitrii nullum causant: est namque anima seipsam mouens, ut ait Plato: sed quia anima rationalis secundum quandam vnionem, quam habet ad corpus in quantum est affectiua siue sensitiua, consequitur conditionem corporis, in quod corpus influit coeleste, aliquando astrologi iudicantes verum dicunt de actibus liberi arbitrii, scilicet si sic operemur secundum quod per effectus nostros ad operandum inclinamur: & sic posset inclinari de aliquo vtrum erit fornicator, vel occisor, & sic de caeteris, sed hoc per accidens est: non enim iudicatur de libero arbitrio secundum se, sed de parte sensitiua cui consentit liberum arbitrium: si autem liberum arbitrium non sequatur inclinationes passionales, nullam veritatem poterit inuenire astrologus de actibus liberi arbitrii, nisi per accidens, imò oppositum quam iudicauerit, reperiet: Deus autem cum sit liberissimus, & nulli naturali corpori vnitus, quia non est corpus, nec virtus in corpore, propter quod caelesti subdit causalitati, taliter se habet, quod actus eius cognosci non potest, praecipue cum ipse det corpori caelesti esse, causare, & significare. Ad argumentum autem quod fiebat solutum est, scilicet quod falsum super ponit

Corpora caelestia habent dominium super actus liberi arbitrii.

Quo astrologi iudicare possunt de actibus liberi arbitrii.

Apud Hebraeos magnum erat opprobrium incircuncisum esse

ponit: nam Aegyptij non cognouerunt, aut praedixerunt Hebraeos in deserto morituros: supposito tamen quod Aegyptij inuestigantes per astra dixissent Hebraeos in deserto morituros, hoc non intelligebatur de morte, quae Deus eis infligenda erat, cum nec peccatum propter quod infligebatur, aut voluntas Dei infligentis per astrorum motus, &figurationes cognosci possunt, sed de quadam alia corruptione, quae eis in deserto naturaliter euentura esset per influentiam coelestem, quam Deus ab eis sua pietate auerit, sicut auerit mortem regis Ezechiae, quae vere poterat per astra signari, nec astrologus illam praedicens auerteretur, cum sic esset naturaliter superuentura. Quod autem Deus eam auerterit supra naturam potentiam, & actionem fuit. Vel dicendum, quod Deus istam corruptionem praenit, scilicet quod ante eos ex suis demeritis occiderit, quam naturaliter ex caelesti corruptione moteretur. *Ut interfecterit in montibus.* Quasi dicat non poterat eos occidere in Aegypto, ideo eduxit eos, ut occideret in montibus. Siue secundum aliam expositionem, ut moterentur per influentiam caelestem obuiantem itinerantibus in tali tempore. *Et deleteret de terra.* Idest destrueret eos totaliter, ne manerent in terra, nec saltem aliqua radix illorum: falsitas istorum, scilicet quod non posset eos occidere in Aegypto, & quod desideraret eos occidere, supra improbata, & manifestata est. *Quiescat ira tua.* Idest non infligat ulterius, vel iam manus, quam insurrexit. Vel quiescat ira tua, idest non procedat ad actum occidendo eos, sicut comminatus. *Et esto placabilis super nequitiam populi tui.* Idest rogo, quod mitigabis super ista iniquitate, quam commisit populus tuus, vitulum adorando. Ervocat eum populum Dei, ut sic Deus placatus remittat iniquitatem tantquam suis, & non tanquam hostibus. *Recordare Abrahamam.* Volens autem Moyse suadere Deo, ut remittat factam offensam a populo, indicat omnes modos persuasivos, & licet Moyse mereretur coram Deo, ut propter eum remitteret iniquitatem populi, tamen ut vere humilis sua merita non attendens inducebat antiquos patres, quorum merita magna erant, quia seruierant Deo in corde perfecto. *Abraham, Isaac, & Iacob.*

Quare Moyse, cum orauit dominum, posuit in oratione suum nomen Abraham, Isaac, & Iacob.

Q V A E S T I O . XX.

DICUNT Hebraei, quod sit memoria omnium istorum trium ad euitandum triplicem penam. Nam si Deus vellet ignem de caelo mittere super eos, diceretur: Ecce domine, quia Abraham pater noster missus fuit in ignem in ciuitate Hur Chaldaeorum propter te, ut non negaret nomen tuum, & coleret vanitates. Secunda pena erat gladius, & tunc si Deus vellet super eos mittere gladium, dicere poterant: ecce domine, quia Isaac pater noster pro te paratus fuit mori gladio, cum iugulare volebat eum Abraham pater tuus, ut patet Gen. 22. capitulo. Erat tertia exilium duraturum, & si Deus eis penam hanc infligere vellet, dicerent: Ecce clementissime Deus, pater noster Iacob in exilium missus fuit in Mesopotamiam extra domum patris sui, & peregrinatus fuit ibi annis viginti, & hoc ut obediret patri suo propter te. De hoc Genes. 28. & 31. capitulo. Ista autem sunt quadam adaptationes, sed non sunt ad veritatem literae, non enim posita fuerant nomina istorum trium patrum ad euitandas istas tres plagas: quia dato, quod Deus non immitteret super eos aliquam de istis plagis, poterat immittere multas alias, & sic perirent de terra: Moyse autem rogabat, ut non deleteret eos quouis modo. Item

si ista tria nomina ponerentur propter tres poenas vitandas, non oporteret poni, cum rogatur pro remissione alicuius parui peccati, pro quo non debebatur aliqua istarum trium poenarum. Item si ad hoc ponerentur, nunquam deberent poni, nisi cum sunt praecipue pro remissione peccatorum, sed ponuntur etiam cum petuntur aliqua bona fieri: ergo non ponuntur ad euitationem istarum poenarum trium. Dicendum ergo, quod ponitur nomina istorum Patriarcharum propter duo. Primum, quia merita istorum fuerunt magna ante Deum, cum ambularent coram eo in corde perfecto, & in meritis istorum fieret salus posteris eorum. Secundum erat propter factas promissiones, quia istis fuerunt factae promissiones de dando semini eorum terram Chanaan, ut patet de quolibet eorum saepe in Genesi. Si autem nunc deleteret eos non complerentur promissiones factae illis: ut ergo non irriterentur promissiones, non deleas eas: & ad istum secundum sententiam ponuntur proprius, quam ad aliquod alterum, ut explicat litera sequens. *Seruum tuorum.* In hoc notat prima de his rationibus supra positis, quare peccatum remitti debebat, scilicet propter merita istorum, quia erant serui Dei ei in toto corde seruientes. *Quibus iurasti.* Deus promiserat istis dare terram Chanaan, & ut eis firmior videretur esse promissio, iuramento firmavit eam. Vtrum autem verba Dei magis certa sint cum iuramento, vel sine iuramento, & ad quid pertinet iuramentum Dei, dictum fuit Gen. 22. cap. *Per te metipsum.* Iuramentum est ad confirmandam veritatem. Confirmatio autem fit per maiorem auctoritatem, ideo homines per maiorem suum iurant, ut patet ad Hebr. 6. cap. & extra de iure iur. ca. & si Christus Deus autem, quia non habuit maiorem, per quem iuraret, per semetipsum iurauit, ut patet ad Hebr. 6. cap. Istud iuramentum quod Deus fecit per seipsum habetur Gen. 22. cap. cum dicitur: Vocauit autem angelus domini Abraham secundum de caelo, dicens: Per memetipsum iuravi, dicit dominus, quia fecisti rem hanc, & multiplicabo semen tuum. Ista promissio de multiplicando semine in multis locis facta est: sed secundum, quod hic allegatur praecipue in duobus locis habetur Gen. 15. & 22. Gen. 15. dicitur: Suscipe caelum, & numerata stellas, si potes, sic erit semen tuum. Gen. 22. cap. dicitur: Per memetipsum iuravi, dicit dominus, quia fecisti rem hanc, & non peperisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas caeli, & velut arenam, quae est in littore maris. *Sicut stellas caeli.* Volebat Deus declarare multitudinem seminis Abraham, & Isaac, & Iacob, & posuit exemplum in rebus, quae in tanto numero sunt, ut numerari a nobis non possint. Et ponuntur duae res, scilicet stellae caeli, & arena, quae est in littore maris, ut patet Gen. 22. cap. Hic autem solum expressit stellas caeli, & non sunt ista aequaliter multiplicata, quia non videtur esse quasi aliqua proportio inter arenam, quae est in littore maris, & stellas caeli. Non enim sunt in valde magno numero stellas caeli, quae visu notabiles sunt, sed difficulter quis eas enumerare possit, licet quidam astrologus Aracus nomine omnes eas se numerasse iactauit, ut diximus Genes. 15. capitulo. Et ob hoc aliquando Moyse dicit esse Israelitas multiplicatos, sicut stellas caeli, ut patet Deuter. 1. cap. cum dicitur: Quia dominus multiplicauit vos, & estis hodie plurimi, sicut stellas caeli. Aliquando dicitur Iacob progenies quasi arenae maris, vel puluis, ut patet Num. 23. ca. cum dicitur: Quis potest numerare puluerem Iacob, aut numerum stirpis eius? *Et vnuerfam terram hanc.* Ista promissio fuit facta Abraham de possidenda terra Chanaan, ut patet Gen. 13. ca. Lena oculos tuos, & vide a loco, in quo es ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem.

Aracus iactauit se caeli stellas omnes numerasse.

identem omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo usque in sempiternum: idem fuit promissum Isaac, ut patet Gen. 26. c. scilicet: Tibi, & semini tuo dabo universas regiones has complens iuramentum, quod spondi Abraham patri tuo. *De qua locutus sum.* Quia Deus cum ista promissit, fecerat mentionem de terra Chanaan, dicens: Leva oculos tuos a loco, in quo es, & vide ad aquilonem, & cetera. Ecce ibi loquitur de terris illis: deinde subditur quomodo promittat dare istam terram: omnem terram, quam conspicis tibi dabo. *Dabo semini vestro.* Quia cuilibet eorum facta fuit promissio pro se, & semine suo: ideo cum promitteretur cuilibet eorum: dicebatur tibi, & semini tuo. *Et possidebitis eam semper.* Sed non possedit terram istam Israel ultra mille, & quadringentos annos, ut patet inquirenti discursus temporum per historias Gentilium, & Hebraeorum a tempore Iosue usque ad Christi mortem, & paulo post. Istae autem promissiones divinae intelligendae sunt semper cum conditione, scilicet si manserit res in eodem statu, in quo est, quando fit promissio. Sic patet Psal. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea haec, quae docebo eos. Sic etiam patet Iere. 18. cap. scilicet: Subito loquar de gente, & regno, ut aedificem, & plantem illud: si malum fecerit in oculis meis, ut non audiat vocem meam, poenitentiam agam super bono, quod locutus sum, ut facerem ei. *Conditio autem ista, secundum quam promittebatur Iudaeis terra Chanaan, non mansit in eis, quia ipsi non receperunt Christum, in quo maxime peccauerunt: si autem receperunt, & non occidissent, permansissent.* Aliter autem dici potest, quod licet ponatur hic, quod in aeternum possessuri essent terram illam, tamen non intelligebatur simpliciter in aeternum, sed pro magno tempore, sicut erat de quibusdam caeremonialibus veteris testamenti, quae dicebantur esse sempiterna, sicut est de custodia sabbathi, ut patet supra 31. cap. & de circuncisione, ut patet Gen. 17. capit. Haec tamen abolenda erant, dato quod Iudaei Christum receperunt, & tenuissent conditionem, aut statum quemcumque, in qua condicione ista praecipua data fuerunt. Vocatur autem aeternum satis magnum tempus, quantum fuit vltionem huius, quia pluribus quam mille annis steterunt possidentes terram illam. *Placatusque est Dominus.* Id est pacificatus a furore suo, quia merita Abraham, & Isaac, & Jacob, & promissio facta eis, & ardens deuotio promeruerunt, ut ira Dei, quae super populum incanduerat, placaretur. *Ne faceret malum, quod locutus fuerat.* Id est ne infligeret poenam, quam inflicturus videbatur. Non accipitur malum pro malo culpa, quia Deus peccare non potest: sed pro malo poena. Et isto modo Deus multa mala agit, quia multas penas infligit: imo Deus omnia mala agit, cum ab ipso sit origo omnis peccati, ut saltem si punientes ad puniendum non moueat, in eam, ut talem deferatur dirigit, sicut fuit declaratum supra 21. cap. cum dicitur: Sed Deus tradidit eum in manus eius. Et hoc habetur expressius Amos 3. cap. Non est malum in ciuitate, quod dominus non faciat. *Quod locutus fuerat.* Id est quod promiserat, vel dixerat factum, nec tamen accipitur propriissime quod locutus fuerat, quia hoc conuenit ad eum, qui determinate aliquid dicit. Deus autem nihil tale determinauerat, sed loquebatur per modum optantis, scilicet dimitte me, & delebo eos, id est si dimitteres me, deleberis eos. Sive vellem, quod dimitteres me, ut eos deleberis. Et non dixit simpliciter determinando, ego delebo eos. *Aduersus populum suum.* Id est contra Iudaeos innuens se velle eos delere. *Et reuersus est.* Hic ponitur peccati cognitio per sensus experientiam, scilicet per auditum,

Israelite non possedit terram promissionis ultra mille, & quadringentos annos.

Deus non agit malum culpae, sed malum poenae.

& visum. *Et reuersus est Moyses.* Iam erat dies quadragesimus, & populus coluerat suum idolum: ideo dixit Deus Moysi: vade & descende, peccauit populus tuus. Videns tamen Moyses, quod Deus erat iratus nimis, noluit descendere ad populum donec Deus placaret, quia erat superfluum, cum in descensu Moysi Deus totum deleberet exercitum, nisi prius placatus foret, sicut eum placauit Moyses, & post hoc descendens portauit secum tabulas decalogi. Intelligendum tam est de ista placatione Dei, quod non fuit totalis placatio: nam si totaliter fuisset placatus, non oportuisset iterum super eodem facto non iterato orari, ut placaretur, & tamen Moyses post istam placationem descendit in castra, & occidit viginti tria milia virorum de idolatris, & tunc dicitur, quod redierit Moyses ad orandum dominum pro hoc peccato: scilicet locutus est Moyses ad populum: peccastis peccatum maximum: ascendam ad dominum si quo modo eum qui uero deprecari pro scelere vestro. Et consequenter ponitur ibi oratio Moysi. Item Deut. 9. cap. dicitur: Quod postquam Moyses exercuit vltionem in plebem, ascendit, & orauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus suppliciter prostratus coram domino, ut remitteret peccatum hoc: sed si remissum esset totaliter nullo horum opus esset. Cum autem dicitur supra: placatus est dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat, non est sensus, quod Deus placatus esset totaliter a furore, sed quod placatus esset, ne faceret malum, quod dixerat. Malum autem quod Deus dixerat erat, quod volebat delere Israel. Est autem delere, totaliter, & simul destruere: Et hoc facturus erat Deus, nisi merita Abraham, Isaac, Iacob, & Moysi oratio suffragarentur. His autem placatus fuit Deus, ne simul totum populum destrueret, sicut videbatur velle facere a principio, non tamen tollebatur ex hoc quin maneret furor Dei ad interficiendum istos per partes, & quia hoc erat etiam graue, non ausus fuit petere Moyses immediate a Deo in monte antequam descenderet. Nam videbat esse iniusta petitio, quod peteretur, poenam huius tanti facinoris totaliter relaxari sine vlla saltem modica satisfactione peccantis. Subuenit ergo Moyses ad tempus de residua parte poenae, & descendens ad populum exercuit in eos quantum debuit vltionem, & tunc premiffa aliquanta satisfactionis parte Moyses rationabiliter potuit petere a domino totaliter remissionem huius facinoris, & tunc ascendit ad dominum, dicens: Ascendam ad dominum, si quo modo eum qui uero deprecari pro scelere vestro, & tunc placatus fuit Deus totaliter ab ira sua facta quadam alia leui punitione, de qua infra ponitur. *Et reuersus est Moyses de monte.* Ad castra veniens, quae erant circa montem, ipse autem in monte quadraginta diebus cum domino manserat. *Portans duas tabulas testimonij.* Id est duas tabulas lapideas, in quibus erant scripta praecipua decem, quae Deus in monte dederat. Haec enim fuit vna de causis principalibus, quare Moyses ascendit ad dominum in montem, scilicet ut tabulas acciperet. Factae fuerunt ergo tabulae, & sculptae, atque datae ei in die quadagesimo, cum rediturus erat. Vocantur autem tabulae, licet essent lapides, quia tabula non est nomen substantialis speciei, aut naturae, sed nomen figurae, cum in aliquo corpore sic se habent dimensiones, ut valde maior sit longitudo, quam latitudo, & latitudo maior, quam profunditas, vel ad minus longitudo, & latitudo sunt maiores profunditate, licet inter se sint aequales, & pertinet ista figura in numeris, vel in corporibus, qui vocantur laterculi, vel asseres. Multi enim tales numeri sunt, & talia corpora: cum ergo ista figura non solum reperitur in lignis, sed etiam in lapidibus, vocabuntur lapides interdum tabulae, dicentes tabulas lapideas, sicut dicimus

Quare tabulae legis vocabantur tabulae, cum essent lapides.

dicimus tabulas lignneas, quia isti lapides sic erant dolati, ut maior esset longitudo, quam latitudo, & latitudo maior profunditate. Vocantur tabulae testimonij, sive tabulae foederis. Tabulae quidem foederis, quia continentebant fedus, quod pepigit dominus cum Israel, scilicet decem praecipua. Pro his enim pepigit, ut obseruarent, ut patet supra 19. cap. Haec autem decem in tabulis scripta erant, ut patet Deut. 4. & 10. ca. Vocantur tabulae testimonij, quia ipsae erant testimonium contra filios Israel, quod Deus dedisset eis legem, & ob hoc seruabantur diligentissime in arca intra sancta sanctorum. Si enim negarent legem a Deo sibi datam, poterat quicunque vellet probare eis, quod recepissent testimonium tabularum illarum. De modo autem, & fundamento huius probationis dictum est supra 20. c.

Quare in duabus tabulis erant solum scripta decem praecipua decalogi.

QVAESTIO. XXI.

QVAERET autem aliquis de istis tabulis, quare solum erant scripta decem praecipua in illis, cum potuissent multa alia scribi. Et forte omnia, quae data sunt excludendo historicas narrationes, & diuinas promissiones alijque in hunc modum circa quae facta scriptura negotia. Et hoc, quia istae tabulae erant scriptae intus, & foris, ut patet infra. Aliquis autem fortassis respondebit, quod ideo sola haec praecipua scripta sunt in tabulis, quia licet multa alia praecipua Hebraeis data fuerint, tamen eo tempore, quo tabulae scriptae sunt, nulla alia data fuerant. Sed hoc falsum est, quia istae tabulae datae sunt in monte tunc quando Moyses ascendit, & ista ascensio fuit post dationem legis, ut patet ex processu libri huius. Nam primo data fuerunt praecipua decem in monte Sinai in clangore tubae, & postea in eadem die petentibus Israelitis, quia territi fuerant fragore valido buccinae, Moyses ascendit ad Deum, & locutus fuit cum eo praecipua multa, ut patet supra 20. cap. & Deut. 5. haec autem fuerunt ea, quae continentur supra in 20. cap. & in 21. & 22. atque 23. cap. & postea eidem existentibus cum Deo mandauit Deus, ut postquam descenderet in castra, ipse, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores rursus ascendant ad dominum, ut patet supra 24. capit. Et cum descendisset Moyses illa die, quae fuit data lex de monte, narrauit cum ista verba illa in auribus multitudinis, ipsi quoque consentientibus scripta sunt omnia illa verba, atque in sequenti die factis sacrificijs, fedus confirmatum est, & ascendit Moyses ad dominum, & stetit in ista secunda vice cum eo quadraginta diebus, & totidem noctibus, ut patet plenè supra 24. cap. Post hos quadraginta dies cum descendit Moyses ad populum, & adorauerunt vitulum, fregit tabulas, quas ipsa die acceperat. Nec potest aliquis effugere, dicens hic esse anticipationem, aut recapitulationem, ita quod sit mutatus naturalis ordo historiae: nam litera huius capituli demonstrat non fuisse factam mutationem narrationis recapitulando, vel anticipando, quia dicitur hic, cum Deus diceret Moysi, quod peccauerat populus: Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis: ergo necessarium erat, quod iam Moyses eis viam ostendisset: ista autem nihil aliud est, quam praecipuorum traditio, per quae dirigerentur, sed nulla praecipua Moyses tradiderat eis nisi ea, quae habentur supra 21. & 22. atque 23. capit. Ergo illa data erant, quando tabulae scriptae sunt: potuerant ergo illa hic sculpi. Item dato, quod nunc quando tabulae scriptae sunt, nulla alia praecipua data forent: si tamen nulla causa alia oblatet ad hoc, quod ea, quae danda erant scriberentur in tabulis, expectaret Deus, ne scriberet tabulas

las, quousque alia praecipua traderet Moysi. Dicendum ergo, quod eo tempore, quo tabulae scriptae sunt, plura alia praecipua, quam decalogus data erant, sed non oportuit alia scribi. Causa autem multiplex est: prima, non scribebantur haec praecipua, ut constaret, quae erant praecipua, quae Deus dedisset, sed ad probandum, quod Deus Iudaeis aliqua praecipua dedisset: nam constituto, quod Deus praecipua aliqua dedisset, constabat Israelitas obligatos ad obseruationem legis: quae autem erant praecipua illa faciliter comprehendi poterat ex multis argumentis, quae nunc induci non oportet. Si tamen negaretur Deum dedisse legem Israelitis, concluderetur eos obligatos nullatenus fore tanquam nullum esset sufficiens praecipuum eos obligare potens. Hoc ergo solidum esse decebat: ideo ponebatur aliquid quod maneret in signum, quod Deus legem dedisset Israelitis: sed sufficiens signum ad monstrandum Deum dedisse legem, erat in vno, vel duobus praecipuis, aut paucis, cum aequalis potestas sit in condendo vnam legem, sicut in condendo mille: ergo non oportuit omnia data praecipua scribi in tabulis. Alia causa est, quia praecipua illa quaecunque essent, quae in tabulis scripta forent, erant ad indicandum, quod Deus dedisset legem Israelitis, nulla ergo conuenientius poni debuerunt, quam ea, quae Deus dedit per se ipsi populo, sed sola praecipua decalogi per se dedit Deus Israelitis, scilicet sine aliquo ministerio humano: ergo sola haec ibi scribi debuerunt. Alia causa est, quia solum ponebantur praecipua tabularum ad testimonium, & non ad doctrinam, scilicet ut per ea erudiri posset aliquis, quae erant praecipua obseruanda. Quod patet, quia in arca intra sancta sanctorum recondita sunt, a qua nunquam extrahantur, nec aliquis arcam tangere, aut saltem videre audebat, quia videntes moriebantur, ut patet Num. 4. ca. & 1. Reg. 6. de tangentibus patet 2. Reg. 6. solum ergo seruabatur ad testimonium, scilicet quod si necessarium esset educi tabulas illas negantibus Israelitis recepisse a Deo legem, educerentur, & per eas veritas claresceret. Testimonium autem luce clarius, maxime in causis arduis, esse debet, ut nullatenus calumniabile sit: sed nullum erat manifestum toti populo, nisi decem praecipua, quae data fuerunt audiente toto populo per clangorem buccinae Dei: ergo ista sola scribi debebant in tabulis: alia autem praecipua dederat Deus soli Moysi in monte Sinai, & in multis alijs locis, non ergo constabat illa ita a Deo data fuisse, sicut ista decem. Alia causa est, quia ista praecipua decem erant vniuersalia, quasi quaedam principia rationis practicae, sive, ut strictius loquamur, quaedam conclusiones primariae intellectus practici: alia autem praecipua sunt quaedam valde particulares conclusiones iuris positivi diuini, ideo sufficiebat poni illa praecipua, quae omnium aliorum fundamenta erant, quia illis positis videbantur esse posita omnia, quae intelliguntur in illis. *In manu.* Non erant istae tabulae ita ponderosae, quod non posset eas Moyses portare in manibus, & hoc, quia non erant lapides rudes, & grossi, sed facti in modum tabularum, cum scriptura vocet illos lapideas tabulas, id est quia tenues satis erant, ita quod a quolibet faciliter ferri poterant. Quidam tamen dixerunt, quod miraculose duxerat illas tabulas Moyses, quia nullus homo eas portare valeret. Sed hoc nihil est, cum scriptura ipsa non necessiter nos ad ponendum miraculum, peccatum autem est facere per plura quod potest fieri per pauciora, ut patet in 8. Topic. cap. 4. Et cum dicitur, quod portabat tabulas istas Moyses manu, non est sensus, quod portabat eas in vna manu, quia non erant ita paruulae, quod in vna manu portari possent: sed portabat eas in duabus manibus. Sic patet Deut. 9. cap. cum dicitur: Cumque de monte ardente descenderem, & duas tabulas

Tempore quo tabulae Iudaeis datae sunt, multa alia praecipua Iudaeis data erant, tamen non oportuit ea in tabulis scribi.

bulas feceris vtraque; tenerem manu. Scriptas ex vtraque parte. Dicit Rabbi Salomon, quod tabulae erant sculptae ex vtraque parte, non quidem, quod in vtraque parte Deus scripsisset, sed quia scriptura, quae erat ex vna parte apparebat ex altera parte eodem modo, sicut erat in altera. Et si hoc esset, valde mirabile erat propter duo. Primum erat, quod corpus lapidis, quod erat in grosso, & densum monstraret literas, quae erant in vna parte factas esse ex altera: nam hoc non fit nisi in corporibus diaphanis, qualia non sunt lapides. Secundum miraculum erat, quod literae apparerent eodem modo factae, scilicet scriptae ex vtraque parte. Nam dato, quod essent tabulae de aliquo lapide multum lucido, & transluceret, sicut est vitrum: tamen figure quaecumque essent factae ex vna parte non possunt apparere eodem modo in altera parte tanquam essent in illa, sed translucere sunt, sicut videmus in papiris, aut pergaminis scriptis, cum per posteriorem partem literas respicimus, avertit sunt, nec eas legere possumus, si tamen viderentur scriptae ex vtraque parte, ita possent legi per vnam partem, sicut per alteram, non est autem credendum si fuisset tale miraculum, quod scriptura subtraheret. Non est ergo insistendum multum ista positioni.

Quare tabulae legis ex vtraque parte scriptae erant.

QV AESTIO. XXII.

QV AERET ergo aliquis quare tabulae istae duae ex vtraque parte scriptae erant, cum tam pauca scriptura erat, scilicet decem praeciporum, quae satis forte capi possent in vna tabula ex vna parte. Respondent Iudei communiter sequentes Chaldaicam translationem, quod non solum erant in tabulis scripta decem praecipua, sed etiam erant factae expositiones, quas Deus eisdem praecipis dederat, & tunc cum poneretur quilibet praecipuum cum expositione sua, magnam quantitatem tabulae lapideae occuparet, ideo necesse erant duae tabulae scriptae intus, & foris. Et fundamentum suum est, quia dicitur hic portas duas tabulas testimonij manu scriptas ex parte vtraque: hoc autem referunt ad ipsam praeciporum scripturam, & postea sequitur: scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis, id est explanata, ut ipsi glossant, scilicet quod exponeretur quid intendebat, quodlibet praeciporum. Sed hoc falsum est, & confictum a Iudaeis, & ab ipso Chaldaico idiomate, sicut plerumque alia confingunt. Et patet primo, quia ista praecipua sunt primae conclusiones rationis practicae, quae immediate, ut dicuntur, quilibet assentit eis cognoscens veritatem eorum. Non ergo oportet ea exponi, sicut nec prima principia oportet exponi: & ista fuit causa, ut declaratum fuit supra 20. capit. quare Deus ista sola per se ad populum dixit in voce tubae: alia autem dixit per Moysen. Nam Deus volebat, ut praecipua, quae darentur Hebraeis, intelligerentur ab eis, alias nihil proderat, nec ipsi reciperent ea: ista ergo per se protulit nulli exponente, sed populo audiente, quia non indigebant expositione tanquam quilibet forent notissima: quia verum ea, quae postea subsecutura erant, talia erant, quae sine docente, & aequaliter explanante intelligi a populo illo rudi adhuc non poterant, non dedit Deus per se, quia non intelligeret cum ipse non exponeret, sed dedit ea Moysi, ut daret populo, & quando ipse dabat explicabat ea exponens reducendo ad exemplum, sicut patet de praecipis iudicialibus, & caeremonialibus, quae ponuntur supra 21. & 22. atque 23. cap. & consequenter in sequentibus capit. de constructione sanctuarij: non ergo indigebant villo modo talia praecipua expositione, nec Deus daret, quia Deus nihil agit superfluum. Sed argues, quomodo

F ergo doctores omnes exponunt ista praecipua faciētes magnum sermonem super eis, si expositione non indigent. Respondetur, quod alia est expositio, quam dant doctores, & alia, quam recipiunt populares, & quae eis necessaria est, & aliqua praecipua sunt, quae non indigent expositione quantum ad populares, & tamen doctores faciunt expositiones. Et ratio est, quia expositio necessaria in popularibus est, ut cognoscant terminos praeciporum, scilicet quid signet quilibet terminus positus in aliquo praecipito, & quod intelligant complexionem terminorum, scilicet quid signat tota oratio composita. Et hoc, quod sciant ipsi ponere in exemplo reducendo ad operabilia, sicut ista praecipua decalogi de operabilibus sunt, & quod aequaliter appareat eis debitum quidquid mandatur, ita quod ratio praecipiti pateat. Expositiones autem, quas doctores in his praecipis faciunt, non sunt ad aliquid horum, sed sunt ad ponendum quaedam rationes fundamentales, aut suasivas ad haec praecipua, & quaedam similitudines a natura, & determinationes quantum ad aliquos casus, in quibus teneantur praecipua, vel non teneantur: ista autem multum diversa sunt, & primae expositiones conveniunt popularibus, secundae autem non. Si ergo sint aliqua praecipua, quae habeant expositiones istas secundas, & non recipiant primas, non oportet, quod cum dantur exponantur a legislatore, vel promulgatore. Patet autem hoc applicanda aliqua istorum praeciporum decalogi, & aliorum, quae non pertinent ad decalogum. Est namque primum praecipuum: Non habebis Deos alienos. Prima expositio erat hic declarare terminos, scilicet quid dicatur Deus, & quid dicatur alienus. Et quantum ad istam partem cuiuslibet quantumcumque simpliciter notum est, quid signet termini. Etiam complexio terminorum quid significet nota est, scilicet quod non colamus honorando, aut facrificando dijs alienis. Ratio etiam, vel debitum huius mandati, quando dicitur, cuique immediate nota est, scilicet quod sit rationale solum verum Deum colere: ecce ergo quantum ad istud praecipuum non indigent populares aliqua expositione, & si daret non est necessaria. Doctores autem quando istud praecipuum exponunt, non dicunt aliquid istorum: sed dant aliquas rationes, quare teneatur homo colere Deum, demonstrantes ex fundamento perfectionis divinae, & ex debito acceptorum beneficiorum, & quae fit iniuria ei habere Deos alienos, & quando aliquis dicitur habere Deos alienos, vel quibus modis contingat errare contra istud praecipuum, & multa alia in huiusmodi: & sicut applicamus istud praecipuum, ita poterit quilibet faciliter applicare omnia alia praecipua decalogi, scilicet quod non indigeant expositione, ut intelligantur a populo, & tamen doctores convenienter exponunt ea. Praecipua alia indigebant expositione quantum ad ipsos populares: quia quaedam sunt obscura, quia termini eorum sunt obscuri, & tota complexio est obscura, & ratio debiti, scilicet quare debeat fieri, sicut datur in illo praecipito, non patet, in aliquibus autem patent termini, & tamen sentus complexionis non est notus. In aliquibus autem sola ratio debiti non apparet: ideo oportet esse exponentem cum talia praecipua promulgantur. Patent autem in praecipis supra datis de constructione sanctuarij: in quorum quibusdam ipsi termini ignoti sunt. Sentus quoque complexionis ignotus est, quia non sciret aliquis talia praecipua applicare ad factionem, nisi declararentur, ut patet de fabricatione candelabri, & in alijs similibus: non debebant ergo ista dari per Deum, qui solum dabat praecipua, & non exponere, quia tunc non intelligeret ea plenè populus, sed dari decuit per Moysen, aut aliquem alium ministrum, ut cum ista proferret ea magistraliter

Duplex ergo expositio praecipiti

liter declararet. Et sicut patet de illis praecipis pertinentibus ad constructionem sanctuarij: ita est de omnibus alijs caeremonialibus, & iudicialibus: non ergo indigebant praecipua decalogi expositione, quia per se intelligebantur, licet doctores ea aliquo modo exponant. Aliter autem responderi posset adhuc, quod praecipua decalogi non indigent expositione aliqua, nec doctores ea exponunt accipiendo proprie expositionem. Est enim proprie expositio cum aliquid obscurum declaratur, praecipua autem decalogi nota sunt, siue quantum ad terminos, siue quantum ad complexionis sententiam, siue quantum ad rationem debiti: illa ergo, quae doctores dicunt, non sunt proprie expositiones praeciporum horum, sed aliqua quasi extrinseca fulcimenta, aut additamenta. Item non potest stare, quod praecipua fuerint scripta cum expositione, quia cum Deus daret ista praecipua, & eorum expositionem, ita solidissima, atque certissima esset expositio, sicut ipsa praecipua, quia quidquid Deus dicat certissimum est, & equalis auctoritatis esset expositio, & praecipua: sicut ergo servantur praecipua, ita servari debent illa expositio, sed illa non observatur, quia nullo modo apud nos habetur, nec apud Iudeos unquam habita est, ergo nec data est. Item Deus nihil magis scripsit in tabulis, quas dedit Moysi, quam protulit coram toto populo in monte Sinai, ut patet Deut. ca. 9. cum dicitur: Deditque mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continentes omnia verba, quae vobis in monte locutus est de medio ignis, quando concio congregata est: sed in monte Sinai ad populum solum dicta fuerunt ista decem praecipua, ut patet supra 20. cap. & Deut. 5. scilicet quod inceptus dominus loqui in monte in voce tubae, & locutus fuit incipiens, ego sum Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, non habebis Deos alienos coram me. Et cum accessisset ad id verbum: Non concupisces domum eius, bovem, aut asinum, aut omnia, quae illius sunt, cessavit loqui, quia clamavit totus populus ad Moysen, dicens: Loquere tu nobis, & non dominus, ne forte moriamur: & tunc accessit Moyses ad dominum, & inceptus loqui ad eum dominus, nec ultra locutus fuit ad populum: ergo in tabulis illis solum continebantur illa decem verba, quia solum illa locutus fuit dominus, & sic non erat ibi aliqua expositio, quia non fuit eam locutus dominus. Item dato quod in monte Sinai non fuissent data aliqua alia praecipua, aut declarationes praeter ista praecipua decem, si tamen postea scripta fuissent in tabulis verba expositionis, fuissent etiam scripta in libro legis: sed si legatur totus liber legis, non reperientur in eo expositiones illorum praeciporum datae a Deo: ergo non fuerunt a Deo scriptae in tabulis: patet consequentia, quia sicut praecipua decem scripta sunt in tabulis, & etiam in libro legis, quia tabulae non debebant esse in usu quotidiano, ita si aliquid alterum fuisset scriptum in tabulis, scriberetur in libro legis, ut per illum haberetur copia de omnibus scriptis in tabulis: sed non habetur alicubi: ergo nec in tabulis habebatur. Item dato quod Deus dedisset expositiones praeciporum, sicut dedit praecipua, & continerentur expositiones in libris legis, tamen non deberent contineri in tabulis, quia expositiones praeciporum erant ad declarandum praecipua, ita ut legentes per illas intelligerent praecipua: sed per tabulas nullus lecturus erat, quia in arca recodi deberent, ut manerent in testimonium: ergo superfluum erat, dato quod fuissent factae expositiones, quod ponerentur in tabulis, de praecipis autem non potest sic dici, quia praecipua erant ad reddendum testimonium, quod Deus dedisset legem, sed expositiones non erant ad reddendum testimonium: ideo dato quod praecipua, quae erant in tabulis a nullo legerentur, non erant su-

A perflua, quia semper manebat eis finis suus. Quod esset ad reddendum testimonium: expositiones autem cum non essent ad reddendum testimonium, sed solum ad exponendum praecipua, si a nullo legi possent unquam, superfluae essent: sed Deus superfluum nullum agit, ergo nec expositiones praeciporum in tabulis scripsit. Argumentum autem quod ipsi inducunt ex litera in fulcimentum siue positionis, nullum est, scilicet scriptura Dei erat sculpta in tabulis, quia ista litera non sonat, quod scriptura Dei, id est praecipua decem erant sculpta, id est explanata in tabulis, sed quod scriptura Dei erat sculpta in tabulis, id est quod id quod erat sculptum in tabulis erat scriptura Dei: nam verbum, quod ponitur in Hebraeo, ubi nos ponimus istud verbum erat sculpta, signat proprie sculpere, vel cauare, & non signat villo modo exponere, vel declarare, aut interpretari. Et patet, quia tale verbum habetur hic apud Hebraeos, quae habetur supra 28. c. ubi litera nostra dicit: sumeque duos lapides onychinos, & sculpe in eis nomina filiorum Israel. Ibi tamen manifestum est, quod non potest accipi pro exponere, vel interpretari, & sic in eodem capitulo replicatur idem verbum, siue in forma verbi, siue in forma nominis verbalis, cum dicitur, opere sculporis, non tamen dicitur sculpor interpretator, aut declarator. Concludendum ergo est, quod in tabulis illis lapideis non erant praecipua cum expositionibus suis, sed sola praecipua decalogi. Dicendum ergo, quod in tabulis duabus solum erant praecipua decem, & licet ex vtraque parte scripta forent, nihil tamen aliud continebant, & ratio quare istae duae tabulae satis occuparentur intus & foris decem praecipis illis solis erat duplex. Prima erat, quia literae, quae in tabulis illis erant figuratae, erant magnae, sicut consueverunt esse in quibusdam lapidibus super sepulchra antiquorum, & etiam modernorum, & in satis magno lapide paucae literae sunt. Alia causa est, quia ille tabulae non erant magnae, quod patet, quia poterat eas portare Moyses manu sua, ut patet hic, & Deut. 9. cap. si tamen essent magnae tabulae, non possent a Moysese portari. Alia causa poterat esse, ut diceremus, quod in qualibet tabula erant eadem praecipua bis scripta, scilicet semel in vna parte, & semel in altera, & sic tantum occupabant, & dato quod essent satis magnae tabulae: si tamen essent magnae literae, & ex vtraque parte sculptae, vix capi possent in eis. Sed adhuc non obligamur ad hoc, quod bis scripta essent praecipua, quia duae causae superiores sufficiebant, nihilominus tamen, si hanc suscipere voluerimus non obstat.

Quare decem praecipua in duabus tabulis scripta sunt, cum possent scribi in vna tabula.

QV AESTIO. XXIII.

QV AERET autem aliquis circa praedicta, quare in duabus tabulis praecipua ista sculpta sunt, cum potuissent in vna tabula satis sculpi, si illa esset valde magna, & sculperetur intus & foris. Respondetur, quod ad hoc possunt esse duae causae. Prima est, quia cum ille literae, quae sculptae erant in tabulis, essent magnae, si in vna lapidea tabula sculperentur, esset valde magna, & facilius frangerentur propter magnam latitudinem, aut longitudinem, & parvam profunditatem. Nisi etiam esset magna grossities, sicut longitudo, & latitudo, ex quo tabula redderetur valde gravis, & esset difficilis ad portandum, cum ea Leuite Caathite portarent in arca, cum autem fierent duae tabulae, quilibet erat non valde magna, & non habens grossities tantam, quae faceret magnum pondus iuxta correspondentiam longitudinis, & latitudinis non valde magnae.

Alia

Alia tamen adhuc potissima causa est, quia in his præceptis erant quædam præcepta dirigentia in Deum, & alia dirigentia in proximum. Ad assignandam autem rationem dignitatis distincta sunt in duabus tabulis, nè præcepta pertinentia ad proximum iungantur cum præceptis pertinentibus ad Deum, nè videantur esse æqualis dignitatis. Quod autem ista sit causa patet, quia quando tabule diuiduntur, non ponuntur tot præcepta in vna tabula, sicut in alia, quia in vna ponuntur præcepta tria, & in alia præcepta septem, quia tria prima pertinebant ad Deum, & septem sequentia ad proximum. Licet aliter Hebræi, & aliter catholici assignant. Omnes tamen in hoc concordant, quod præcepta pertinentia ad Deum ponantur in vna tabula, & præcepta pertinentia ad proximum ponantur in alia tabula. *Scriptas ex utraque parte.* Scilicet quod erat scriptura bis posita, scilicet quod præcepta ponerentur, quæ pertinent ad Deum in vna parte vnius tabule, & postea in alia parte eadem replicarentur. Sed quia ista non videtur esse necessaria, satis dici potest, quod pars præceptorum ponebantur in vna parte, & pars in altera. Hoc enim firmius est, scilicet quod duo præcepta prima, quæ pertinent ad Deum ponerentur in vna facie tabule, & præceptum tertium de sabbato poneretur in alia facie: nam licet ista præcepta pertinentia ad Deum pauca essent in numero, quam præcepta pertinentia ad proximum, tamen in verbis maiora sunt, vt patet consideranti literam supra 20. capit. nam sicut tibi scripta sunt nihil addendo, nec minuendo in sono tubæ prolata sunt, & in tabulis scripta. In tabula secunda, in qua ponebantur præcepta pertinentia ad proximum, erant septem præcepta, quorum quatuor ex vna parte ponebantur, & tria ex altera parte. *Et factas opere domini.* Aliqui dicunt factas, idest scriptas, scilicet quod opere Dei sine ministerio humano factæ fuerunt, idest scriptæ fuerunt tabule. Alij autem dicunt, quod accipiuntur hic tabulas esse factas ope Dei, idest creatas à Deo nouiter ad hoc, vt in eis scriberentur præcepta hæc. Et dicunt non posse stare id, quod dicebant præcedentes, quia litera dicit, quod istæ tabule erant factæ opere Dei, & postea tanquam diuersum aliquid annexens subdit, & scriptura Dei erat in tabulis sculpta: necessarium ergo illud fecisse Dei, & scripsisse diuersa sunt. Item, quia inter istas tabulas, & secundas hoc interest, quia istæ tabule dicuntur factæ opere Dei, & scriptæ opere Dei, vt patet hic: alia autem dicuntur solum scriptæ opere Dei, vt patet infra 34. ca. & Deut. 10. Ergo oportet dici istas esse creatas nouiter à Deo. Aliter autem, & melius dici potest, quod licet dici possent tabulas has à Deo nouiter fuisse creatas, tamen non est necessarium, & tale miraculum non est ponendum sine necessitate, cum peccatum sit per plura fieri, quod potest fieri per pauciora. Erit autem alius modus conueniens sine miraculo, scilicet quod istæ tabule fuerint creatæ à rerum principio cum alijs rebus, vel postea naturaliter geniti, sicut crystalli gignuntur ex aquis gelidis, & alij lapides præciosi diuersas generationes habent, & non fuerunt à principio dispositi lapides illi in forma tabularum, sed in rudi, atque impolita materia: postea verò cum tempus fuit sculpi præcepta decem, dolauit Deus lapides illos, & scripsit in eis præcepta hæc, & sic non ponetur creatio de nouo quod erat superfluum. Vocatur factio Dei non creatio, sed dolatio, quia modo loquendi scripturæ sacræ qualibet apparatus rei vocatur factio eius, sic patet, quia sæpe dicitur, faciet vitulum in holocaustum, & sic de similibus, idest parabit. Etiam parare, vel polire vngues dicitur facere vngues, vt patet Deut. 21. cap. vbi de muliere captiua, quæ in vxorem accipienda est dicitur litera nostra, quod circūciderit vnguem: litera Hebraica dicit, quod facient vngues.

Iste modus etiam in alijs scripturis consuetus est, vt apud Poetas. Sic patet per Virgilium in Bucolicis Ecloga tertia, quæ incipit.

Dic mihi Dameta cuium pecus an Melibei: Sic ait. Cum facio vitulum pro frugibus ipse venito.

Ad argumenta satis patet: ad primum, quando dicitur, quod ista ponuntur hic tanquam diuersa, scilicet quod Deus fecisset illas, & quod scripsisset illas. Respondetur, quod verum est, nec tamen ex hoc sequitur, quod intelligatur factas opere Dei, idest creatas: sed factas, idest dolatas, & postea scriptas. Ad secundum quando arguitur, quod inter primas, & secundas hoc interest, quia prima sunt factæ, & scriptæ opere Dei: secunda autem solum sunt scriptæ opere Dei. Respondetur, quod verum est, nec tamen sequitur ex hoc primas esse nouiter à Deo creatas: sed fuerint factæ, idest dolatæ opere Dei: secunda autem fuerint scriptæ opere Dei, & non factæ, sed opere Moyfi factæ sunt, idest dolatæ, & præcisæ, sicut patet infra 34. cum dicitur: Ac deinceps præcides tibi duas tabulas lapideas instar priorum. Idem patet Deut. 10. c. Dicuntur factæ opere Dei, & scriptæ istæ tabule, scilicet opere angelorum, qui vocantur Deus, cum ista, quæ hic faciebant angeli, faciebant in persona Dei, & videbatur illa facere Deus. Nam totum quidquid in dando legem factum est, angeli fecerunt, vt patet ad Gal. 3. cap. scilicet lex ordinata per angelos in manu mediatoris. Sic patet Actu. 7. cap. ex verbis Beati Stephani loquentis contra Hebræos, scilicet hic est, idest Moyfes, qui fuit in Ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & patribus nostris. *Scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis.* Idest illa scriptura decem præceptorum, quæ erat in tabulis sculpta, erat scriptura facta à Deo, quasi dicit, non solum erant istæ tabule factæ opere Dei dolantis, sed etiam scriptura ab eo facta erat, & non à Moyse.

Quomodo ordinentur præcepta in duabus tabulis secundum Latinos, & Hebræos.

Q V A E S T I O. XXIII.

VT autem intelligantur tabule istæ quomodo erant scriptæ, considerandum est, quod aliter secundum nos assignantur ista præcepta in tabulis, & aliter secundum Hebræos. Et adhuc inter doctores Hebræos est diuersitas: Nos autem præcepta pertinentia ad Deum ponimus in vna tabula, & præcepta pertinentia ad proximum ponimus in alia tabula, & quia tria nos in Deum ordinant, solum continebantur in prima tabula tria præcepta. Secunda tabula continet septem præcepta, quia septem nos in proximos dirigunt. Hanc distinctionem facit Beatus Augustinus, & consequenter alij doctores nostri. Quidam tamen de nostris imperiti valde dixerunt duas tabulas sic fuisse distinctas, vt in vna tabula ponerentur præcepta affirmatiua, & in alia præcepta negatiua, tabulam autem præceptorum affirmatiuorum primam tabulam dicunt, tabulam verò negatiuorum dicunt esse secundam. Sed hoc valde stultum est. Primum, quia solum sunt duo præcepta affirmatiua, scilicet præceptum de sabbato, & præceptum de honorando parentes, in tabula negatiuorum ponerentur octo præcepta, tunc illa esset satis parua tabula, in qua essent affirmatiua, & alia valde magna. Secundum sequeretur mixtio præceptorum pertinentium ad Deum, & ad proximum: nam in tabula præceptorum affirmatiuorum poneretur vnum pertinens ad Deum, & aliud pertinens ad proximum: & in tabula negatiuorum ponerentur duo præcepta pertinentia ad Deum, &

Opinio quorundam Latinorum stulta.

Tabule in quibus decem præcepta scripta sunt non fuerunt tunc de nouo à Deo creatæ, vt quidam volunt.

& sex pertinentia ad proximum. Tertium inconueniens, & maximum esset, quod mutaretur ordo præceptorum: nam in tabulis talis ordo erat assignando præcepta, qualis fuit in referendo illa, & omnes assignantes tabulas sic assignant: si tamen ponerentur in vna tabula præcepta affirmatiua esset primum præceptum prima tabula de custodia sabbathi, & secundum esset de honore parentum. Et tamen in ordine præceptorum ista erant tertium, & quartum. In secunda tabula essent prima duo, quæ pertinent ad Deum, & tertium esset: Non occides, quod ad proximum pertinet: istud tamen in ordine præceptorum est quintum, non est ergo recipienda talis assignatio tabularum. Inter doctores Hebræos diuersitas est, quia quidam volunt ponere præcepta pertinentia ad Deum in vna tabula, & præcepta in proximum ordinantia in secunda tabula. Alij faciunt æqualem numerum in præceptis, scilicet quod ponunt quinque in vna tabula, & quinque in altera, & est ista positio Rabbi Salomon, & quorumdam aliorum. Figuratio tabularum secundum doctores Latinos est hæc, quæ sequitur.

Prima Tabula.

Non habebis Deos alienos.
Non assumes nomen Domini Domini.
Memento, vt diem sabbathi.

Secunda Tabula.

Honora Patrem.
Non Occides.
Non Mechaberis.
Non falsum Testimonium dices.
Non concupisces vxorem.
Non concupisces Bouem.

Secundum Rabbi Salomon ista est figuratio, quæ sequetur primum: & deinde ponetur secundum alios: nam vt diximus supra 20. cap. ponunt Hebræi, sicut & nos ponimus esse solum decem præcepta, quia textus cogit eos, cum dicitur Deuter. 4. capit. quod in tabulis erant decem verba foederis, ipsi tamen diuidunt præcepta, & coniungunt ea diuidentes, vnum in duo diuidunt, & vltima duo in vnum coniungunt. Nam dicitur in principio: Ego sum dominus Deus tuus, & eduxi te de terra Aegypti, non habebis Deos alienos coram me. Istud totum vnum præceptum est, ipsi tamen in duo diuidunt, dicentes, quod vnum sit hoc, scilicet, ego sum dominus Deus tuus: deinde ponunt aliud, scilicet, non habebis Deos alienos coram me, & secundum hoc sunt quatuor præcepta pertinentia ad Deum: manent autem præcepta pertinentia ad proximum; quæ licet secundum veritatem septem sint, tamen vt non cogantur facere præcepta vndecim copulant duo vltima in vnum, scilicet non concupisces vxorem proximi tui, & non concupisces bouem, aut asinum eius, & coetera, quæ illius sunt. Hoc præsupposito quidam de illis volentes æquare tabulas in præceptis posterunt quinque in vna, & quinque in alia, & quia secundum superiorem assignationem præcepta ad Deum pertinentia sunt quatuor adiungendo illis primum præceptum eorum, qui pertinent ad proximum, scilicet de honore parentum quinque præcepta fiunt. Hanc positionem tenet Rabbi Salomon, & quidam alij, quorum figuratio hæc est, quæ sequitur.

Positio Rabbi Salomon.

Prima Tabula.

Ego sum Dominus Deus.
Non habebis Deos.
Non assumes nomen.
Memento vt diem.
Honora Patrem tuum.

Secunda Tabula.

Non Occides.
Non Mechaberis.
Non Furaberis.
Non falsum Testimonium dices.
Non concupisces.

Sed ista assignatio tabule errat in tribus. Primum, quia diuidit mandatum vnum in duo, scilicet primum ponendo, quod illud sit mandatum: ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te, &c. Nam præceptum, & narratio historica, aut veritatis simplex assertio distinguuntur, quia historica narratio fit per præteritum: nã nulla tãquam gesta narrari possunt, nisi præterita sint. Assertio autem simplicis veritatis est per præsens indicatum, & hoc, quia talis est propositio: ideo necessarium est oratio indicatiua præsentis temporis. Præceptum autem ad futurum magis pertinet: sed hic ponitur simplex veritatis assertio demonstrando, cum dicitur: Ego sum dominus Deus tuus: ponitur etiam rerum gestarum historica narratio, cum dicitur: Qui eduxi te de Aegypto: ergo non est præceptum. Item præceptum est à præcipiendo dictum: ergo oportet, quod in eo aliquid præcipiatur, & detur per modum, qui est præceptiuus, scilicet per imperatiuum, quia imperatiuum, & præceptiuus idem sunt: sed in hoc nihil præcipitur, sed assertitur, aut narratur, & non fit per modum imperatiuum, sed per indicatiuum: ideo non est præceptum. Secundum errat ista assignatio tabule, quia duo præcepta in vnum coniungit, scilicet concupiscere vxorem proximi, & concupiscere res eius: necesse est enim distinguere ista in duo præcepta, quia distinguuntur præcepta iuxta ea, quæ præcipiunt: sed in his duobus diuersa præcipiuntur, ergo sunt diuersa mandata. Est autem diuersitas in istis mandatis ex duobus, in quibus differre possunt aliqua præcepta. Primum est ex parte obiecti, scilicet ipsa res, circa quam actus fit. Et patet, quia in primo istorum mandatorum, nè concupiscamus vxorem, in secundo mandatur, nè concupiscamus domum, aut bouem, aut asinum, ista enim differunt secundum genus, quia vxor pertinet ad res, quæ non possidentur: domus, & asinus, & bos pertinent ad possessionem: vxorem autem nullus possidet, nisi forte dicamus, quod etiam vir ab vxore possidetur, non est autem proprie possessio, vbi qui possidet possidetur. Patet, quia vir non habet potestatem corporis sui, sed vxor, vt patet 1. ad Corin. cap. 7. Alij autem res sunt in genere possessorum: vxorem ergo concupiscimus, vt æqualem, coeteras verò res, vt possessiones: differunt ergo obiecta hic: necessarium igitur est & præcepta ipsa differre. Et si arguas, quod isto modo plura ponemus præcepta quam decem, etiam quam duodecim, quia cum bos, & asinus, & domus, & ager sint diuersa obiecta, erunt diuersa mandata, in quibus ista vetentur concupisci. Sed hoc ridiculum est, & contra textum, quia tunc non essent decem verba foederis solum, vt Deus dixit, sed plura, quam quindecim, & quam triginta, non ergo propter hoc ponenda est differentia inter præceptum de concupiscenda vxore proximi, & concupiscendis rebus eius. Respondetur, quod necessarium distinguuntur ista

Due vltima præcepta decalogi differunt ex obiectis.

ista duo præcepta ex distinctione obiectorum: nam sicut habitus distinguuntur essentialiter per obiecta tãquam per differentias específicas constitutivas, iuxta illud Aristot. 3. de Anima, secantur scientie quemadmodum ea ex quibus fiunt, id est secundum distinctionem obiectorum, circa qua sunt: ita secantur præcepta, quæ sunt aliquid manens habitualiter tanquã conclusio habitata in ratione practica subditorum alicuius dominipræcipientis. Non tamen est intelligendum, quod quælibet differentia rerum, quæ sunt obiecta facere differentiam obiectalem, scilicet obiecta esse distincta. Sed diuersitas rationis cõmunis, secundum quam sunt obiecta facit differre ea, vt obiecta: patet hoc, quia Philosophia naturalis est vna scientia quantum est ex obiecto, tamen sunt in ea res distinctæ in specie, & in genere, vt homo, & lapis, & arbor: sic & in geometria, quæ de magnitudine est, sunt magnitudines differetes genere, & specie, vt figuræ regulares ab irregularibus, & deinde figuræ regulares inter se: sic de Astrologia, & cõteris, tamen quælibet istarum vnica scientia est, quantum ad obiectum, licet quintum ad habitus conclusionum demonstratarum in qualibet sunt multæ scientiæ. Tamen vocatur obiectum cuiuslibet istarum vnum, quia licet multa differentia specie, & genere reperiantur in qualibet istarum, tñ omnia conueniunt in vnica ratione obiectiua, vt in Philosophia naturali omnia conueniunt ad hanc orationem, quæ est esse corpus mobile, & in geometria omnia conueniunt in rationem corporis. Si tamen esset aliquid, quod consideraretur, vt corpus cœlestis, consideratio istorum duorum non poterat pertinere ad Astrologiam, sed necessarium erat diuersas scientias ab his duobus obiectis denominari. Sic autem in proposito domus, & afinus, & ager, & bos differunt in genere, & adhuc magis, quam in genere propinquo, tamen non faciunt diuersa obiecta, nec diuersa præcepta, quia conueniunt in vnica rationem obiectiuam, scilicet res possessa. Nam domus possidetur, & afinus, & bos, & capra, & ager, & famulus, & ancilla, & sic de cõteris, & concupiscuntur omnia hæc ad possidendum: ergo omnia faciunt vnum obiectum, & vnum præceptum. Accipitur autem aliquid istorum cum aliqua alia re, quæ non concidat in hanc rationem obiectiuam, quæ est concupisci, vt rem possessam, & tunc necessario erunt illa, vt duo obiecta, & erunt duo præcepta distincta. Sic est de concupiscendo afinum alterius, & concupiscendo vxorem alterius, nam res quæcunque alterius à nobis concupiscitur ad possidendum, & vt id, in quo est nostra possessio, & dominium. Vxor autem alterius non concupiscitur, vt res possessa, quia nullatenus possideri potest, sed concupiscitur, vt aliquid æquale nobis, sunt ergo duo obiecta, & sic necessario erunt duo præcepta. Item differunt secundo ista præcepta ex parte finis, qui ponit speciem in moralibus, & patet quia res proximi concupiscuntur ad possidendum, & vt in illis sit dominium nostrum, & diuitie: vxor autem concupiscitur ad fornicandum, vt in illa sit nostra fructio: ergo oportet differre præcepta hæc. Item differunt tertio ista pcepta ex differentia speculatiua actus: nam sicut vnus habitus est causatiuus solum vnus generis actuum: ita vnum præceptum, per cuius assuetudinem causatur habitus, est ad vetandum, vel præcipiendum vnum genus, id est vnum modum actus, sed concupiscere quod est ad vxorem alienam, & concupiscere, quod est ad res alienas differunt in specie: ergo præcepta hæc differunt in specie. Quod autem differant isti actus in specie patet, quia actus differit specificè ex obiecto, sicut habitus, vt patet de actibus intellectus, qui licet in eadem potentia sint, quia tñ sunt de diuersis obiectis, vt de speculabili, & agibili, atque

factibili, differunt inter se secundum differentiam obiectorum suorum: hic autem sic est, quod vxor, & res possidenda accipiuntur vt diuersa genera obiectorum: ergo actus ad illa differunt in specie. Etiam patet differentia istorum actuum ex fine. Finis namque in moralibus semper facit differre actus inter se secundum quod ipsi fines inter se differunt: sed hic concupiscere quod est ad vxorẽ, est concupiscere libidinosum actum: concupiscere rem alienam est concupiscere dominari, & possidere: ergo hæc duo concupiscere distincta sunt in specie. Tertio errat ista assignatio tabularum, quia miscet præcepta pertinentia ad Deum præceptis pertinentibus ad proximum, quod inconueniens est. Nam ideo duæ tabulæ factæ sunt, vt præcepta dirigentia in Deum à præceptis ordinantibus in proximum se iungerentur, vt non intelligantur æqualis dignitatis esse. Alij autem doctores Hebræi aliter assignant istas tabulas, ponentes præcepta sola, quæ in Deum dirigunt in vna tabula, & præcepta, quæ in proximum dirigunt in secunda tabula, quia tamen primum præceptum in duo diuidunt faciunt quatuor præcepta in prima tabula, & in secunda sex collocant. Cuius hæc est figura.

Prima Tabula.

Ego sum Dominus Deus.
Non habebis Deos.
Non assumes nomen.
Memento, vt diem Sabbathi sanctifices.

Secunda Tabula.

Honora patrem tuum.
Non Occides.
Non Mechaberis.
Non furaberis.
Non falsum testimonium.
Non concupisces.

Sed ista assignatio tabulæ peccat in duobus. Primo, quia vnum præceptum in duo diuidit, scilicet primum præceptum quod ad Deum pertinet. Secundo peccat, quia duo vltima præcepta de his, quæ ad proximum pertinent, in vnum inconcine copulat: quomodo autem ista non rectè fiant probationes positæ sunt supra. Ista tamen assignatio tabulæ non ita errat, sicut præcedens assignatio Rabbi Salomon, quia illa commiscebat præcepta pertinentia ad Deum aliquibus præceptis pertinentibus ad proximum, ista autem nullum commiscet. Audiens autem Iosue. Hic subicit scriptura aliquam narrationem rerum, quia artificiosè procedit dans intelligi id, quod omittitur ex eo quod præcedit, & hic exprimitur, scilicet quod Iosue erat minister Moyfi, vt patet supra 24. cap. & infra 33. c. dicitur: Cumque ille, id est Moyfes reuerteretur in castra: minister eius Iosue filius Nun puer non recedebat de tabernaculo. Iste ergo Iosue iuit cum Moyse, quando ascendit in montem. Nam licet Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores ex Israel iuisset cum Moyse ad montem, tñ non ascenderunt cum eo, sed manserunt ad radices montis: ipse autem Moyfes, & Iosue ascenderunt in montem Sinai, vt patet supra 24. cap. cum dicitur: Surrexerunt Moyfes, & Iosue minister eius, ascendentesque Moyfes in montem Dei senioribus ait: expectate hic, donec reuertamur ad vos. Deinde ascenderunt Moyfes, & Iosue ad aliquantam montis partem, & mansit ibi Iosue mandato Moyfi: Moyfes autem accessit ad caliginem nebulæ, in qua erat Deus, & vocatus intravit: Iosue autem nesciens quantum moratus esset Moyfes cū Deo, stabat in loco, vbi ei Moyfes confi-

Finis in moralibus facit actus differre.

Non omnis differentia speciei i obiecto facit differre præceptum, sed cõmunis ratio obiecti alterius.

Corpus mobile est subiectum Philosophie naturalis.

Duo vltima pcepta differunt ex parte finis.

consistere iusserat non recedens ab eo, nẽ fortè cõtingeret Moysem descendere de monte, & redire in castra eo non vidente. Transactis autem quadraginta diebus, & totidem noctibus Iosue continuè expectans Moysem venturum vidit eum de montis cacumine descendentem, & associatus ei est: descendebantque de monte pariter. Et tunc fiebat cœlebratio magna, & prima solennitas vituli, & tota castrorum turba varijs concentibus conclamabat. Ante ergo, quàm ad radices montis descenderent, audiuit Iosue populũ canentem in sono turbato propter multitudinem, & fuit ista auditio antequam descenderent ad radices montis. Quod patet, quia dicitur infra, quod cum Moyfes appropinquasset ad castra, & vidisset vitulum, & choros, proiecit tabulas, & confregit eas ad radices montis.

An Iosue semper extiterit in monte Moysem expectans per quadraginta dies.

QVÆSTIO. XXV.

ALIQUI volunt quod Iosue fuit reuersus in castra, & manebat ibi, atque quotidie exiẽs videbat vtrũ veniret Moyfes, & illa die exiuit, & occurrit ei venienti. Sed non videtur hoc verum: primo, quia Iosue debebat comitare Moysem euntem, & redire cum eo, cum ergo nesciret dies aduentus Moyfi, non posset Iosue certo tempore expectare, vt Moysem venientem obuius exciperet. Et dato quod quotidie exiret castra in obuiam Moyfi, si forte veniret, tamen quia nesciebat horam, in qua venturus erat (nisi forte tota die expectaret extra castra in loco, per quem descensus erat) Moyfes posset venire hora, qua Iosue nesciret, & oporteret eũ ire in castra incomitatum. Necessarium igitur est, vt Iosue semper extra expectaret, scilicet in monte nunquam rediens ad castra. Item si Iosue redisset ad castra, & quotidie exiret ad videndum, si rediret Moyfes, non ascenderet quotidie ad altitudinem montis, sed satis erat, quod procederet quotidie vsque ad radices montis, ad quem locum accesserunt seniores Israel comitantes Moysem ascendẽtem, & ibidem expectaret, si forte eum venientem conspiceret: ascendere autem quotidie, aut aliquando ad magnam montis altitudinem aliquid laboriosum, & superfluum erat: sed Iosue, cũ venit Moyfes de cacumine montis, erat in aliquãta montis altitudine, quia ambo descendebant de monte, quando Iosue audiuit voces in castris: ergo expectauerat semper in monte, vbi eum reliquerat Moyfes. Item & fortius, quia quando Iosue audiuit istas voces, non intellexit quid essent, dicens: Vlutatus pugnae auditur in castris, & tamen erat vox cantantium, & laudantium idolum: ergo non fuerat in castris in diebus præcedentibus. Nam, vt supra declaratum fuit, istud opus de fabricatione vituli fuerat inceptum ante per dies quatuor, aut quinque ad minus. Si ergo Iosue à quinque diebus ante in castris steterat, saltẽ quinto die ante hoc sciuerat quid hoc esset, & tamen non sciuit, quia dixit: vlutatus pugnae auditur in castris, & non erat vlutatus pugnae: ergo Iosue non veniebat de castris ad recipiendum Moysem venientẽ: sed stabat in monte expectans in loco in quo eũ Moyfes reliquerat. Audiens autem Iosue. Licet Moyfes, & Iosue simul venirent, tamen Iosue primò audiuit vocem, quàm Moyfes, & hoc, quia Iosue erat iunior, vt potè annorum triginta nouem, quia anno sequenti in quo ad explorandum missus est cum alijs, erat annorum quadraginta, vt patet Iosue decimoquarto capitulo, & hoc fuit vno anno ante illam missionem ad explorandum: Moyfes autem erat tunc annorum octuaginta, ideo melius poterat audire Iosue, quàm Moyfes voces has, quia se-

Quamuis Iosue, & autem Iosue. Licet Moyfes, & Iosue simul venirent, tamen Iosue primò audiuit vocem, quàm Moyfes, & hoc, quia Iosue erat iunior, vt potè annorum triginta nouem, quia anno sequenti in quo ad explorandum missus est cum alijs, erat annorum quadraginta, vt patet Iosue decimoquarto capitulo, & hoc fuit vno anno ante illam missionem ad explorandum: Moyfes autem erat tunc annorum octuaginta, ideo melius poterat audire Iosue, quàm Moyfes voces has, quia se-

nes venientes ad magnam senectutem non audiunt, vt patet Ecclesiastici capitulo vltimo. Licet de Moyse non sit dicendum, quod tantum fuerit mutatus, quia Moyfes erat annorum centum viginti, & non caligauerat oculus eius, nec dentes eius mutati fuerant, vt patet Deuteronomij trigesimo quarto capitulo. Et si arguatur, quod acutus audiuit Moyfes, quàm Iosue, quia Iosue non bene iudicauit putans esse vlutatum belli, Moyfes autem bene iudicauit, dicens: Vocem cantantium ego audio. Respondetur, quod non iudicauit Moyfes vocem castrorum acutius quasi haberet auditum acutiorem, vel melius dispositum: sed quia sciebat, quod populus fecerat sibi vitulum, & coram illo clamabat, sicut supra reuelauerat Deus Moyfi, dicens: Peccauit populus tuus, feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt eũ: atque immolantes hostias dixerunt: isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Aegypto: Iosue autem nõ acceperat hæc à domino, ideo licet audiuisset vocem tamen non iudicauit. Item alio modo potest dici, quod dato, quod Moyfes iudicasset de voce bene, & Iosue non, ex hoc non sequebatur, quod primò audiuisset Moyfes: nam sicut est in intellectu, ita est in modo apprehensionis sensitivæ: in intellectu autem sic est, quod quidam homines facilius ad quamlibet rem intelligendam mouentur, & eleuantur, & ad plura se extendit intellectus eorum, quàm intellectus aliorum. Et tamen intellectus aliorum magis discernit in qualibet re, quàm intellectus istorum, & sunt isti quasi quodam impetu intelligentes, nec tamen ad medullam intelligibilis peruenientes: alij autem licet non ita cœlcriter, tamen maturius, & profundius intelligunt: sic ergo est in potentia auditiva, quod aliqui à longiori spatio voces audiunt, quàm alij: non tamen ita distinguunt vocum proprietates, sicut alij à minori spatio audientes: ita ergo potuit esse, quod Moyfes acutius iudicaret, tamen Iosue prius, & à remotiori voces audisset. Sed adhuc argues, quod non solum Moyfes distinctius iudicauit, sed etiam audiuit ita primo sicut Iosue. Et non valet responsio superior de reuelatione facta ad Moysem, & non ad Iosue, quia non solum sciuit Moyfes, quod illa erat vox cantantium quasi per reuelationẽ Diuinã sciret, sed et auditu percepit, cum dicitur infra: non est clamor adhortantium ad pugnam, nec vociferatio cõpellentium ad fugã: sed vocem cantantium ego audio. Erat igitur ibi auditus. Respondet, quod Moyfes audiuit, & discernuit quæ voces essent illæ: sed nõ fuit immediatè, vt audiuit Iosue: sed cum audiuisset Iosue, & dixisset esse vlutatum pugnantium attendit diligenter Moyfes, cum modicũ ambularent, & ppedit esse vocẽ cantantium. Tumultum populi vociferantis. Licet cantarent corã vitulo, quia tñ totus populus, vel valde magna pars cantabat, erat vox magna, & cõfusa, quæ voces multorum in vnã aperta armoniã redire nõ poterat. Erat autem sicut vox aquarũ multarum rauco impetu sonantium. Et ista fuit causa, quare Iosue non distinguit, an esset cantantium, an pugnantium, nec ideo dixit esse vocem pugnantium, quia videretur esse pugnantium, sed quia nesciuit distinguere quod erat, in peiorẽ exitũ interpretatus est notitate rei commotus. Qui respondit. Quia cum dixisset Iosue esse vocem pugnantium, Moyfes attente considerans, & modicũ pertransiẽs cognouit esse vocem cantantium, & respondit hæc, quæ sequuntur. Non est clamor adhortantium ad pugnam. Respondet dicitè Moyfes ad dictũ Iosue, quia dixerat Iosue, quod audiebat in castris vox vlutatus: Moyfes dicit, quod non est vox pugnae, quia vox pugnae est duplex. scilicet eorum, qui fugiunt, & seipfos hortantur, vt redeant, aut vox eorum, qui vincunt compellentes alios ad fugam: sed neutra harum est, ergo non est vlutatus pugnae. Hoc dicit.

Non est clamor adhortantium ad pugnam. Isti sunt, qui fugiunt, & duces eorum, aut aliqui de alijs volentes convertere vultum suum in hostes, quibus terga verterat, clamant ad alios, ut non fugiant, sed redeant ad pugnam, & isti sunt adhortantes. i. admonentes ad pugnam eos, qui non pugnant, sed fugiebant. *Nec vociferatio compellentium ad fugam.* Vocantur compellentes ad fugam oēs, qui vincunt, & compellant fugere hostes suos, tunc autem ut magis isti incitentur ad persequendum hostes, clamant, quia vox naturaliter multum incitat, maxime voces quadam irata, & voces quorundam organorum musicorum, & tubarum, & classiorum, & lituum: nam & ipsi equi ad pugnam animantur auditis istis vocibus, ut ait Isidorus Etymologiarum lib. 1. Proficiunt etiam ista voces ad magis compellendum hostes in fugam, quia istę voces monstrant magnam animositatem clamantium, & quanto maiorem animositatem persequentium sentiunt fugientes, tanto magis corde paritantes terga vertunt. *Sed vocem cantantium ego audio.* Id est ista vox, quam ego audio, non est aliqua vox pugnatorum, sed cantantium. Et istę voces multum differunt, quia voces pugnatorum durę sunt, & irata, sine vilo armonia cōcentu, impetum animi indicantes. Voces autem cantantium suaves sunt armonico modulamine conceptantes tales, quales valeant animum oblectare. Has voces non solum cognoscebat Moyses, quia a Deo in revelatione acceperat populam idolatrasse, sed quia etiam iam auditu percipiebat, quales essent. Ex predictis sequitur, quod quando Iosue dixit se audire vocem pugnantium, & Moyses respondit esse vocem cantantium, quod non videbant castra, quia infra dicitur: Cumque appropinquaasset ad castra vidit vitulum, & choros. Vel forte non videbat illam partem castrorum, in qua erat vociferatio choreantium. Item patet, quia si quando Iosue audiuit vocem hanc, quam dixit esse pugnantium, videret castra, satis iudicaret vtrum esset vox pugnantium, quia videret vtrum fieret commotio in castris, quę requiritur ad pugnam, & cum non fieret ibi aliqua talis commotio, satis iudicaret posset non esse pugnam in castris: sed non iudicavit, ergo non videbat castra. Vel forte dici posset, quod videbat Moyses, & Iosue castra, sed erat longe locus, a quo videbant, audiebant tamē vocem, quia magna erat, cum totis populis cōclamarer, & non distinguebant secundum visum quid esset. Vel forte, quia licet possent videntes indicare quid esset, papiliones castrorum, id est tentoria fixa perturbabant ne viderent vtrum inter tentoria fieret commotio pugnantium. *Cumque appropinquaasset ad castra.* Scilicet Moyses: vterque appropinquaabat, quia simul pergebant: sed dicitur de Moyse solo, quia actus, qui sequitur ad solum Moysen pertinebat, scilicet quod proiecerit tabulas, & fregit eas: sic ponitur supra 24. cap. cum Moyses simul & Iosue ascenderent in montem, litera solum exprimit Moysen, cum dicit: surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendensque Moyses in montem Dei senioribus ait, exspectate hic, & tamen litera immediate declarat quomodo Moyses, & Iosue simul descenderunt, cum dicitur: hic exspectate donec revertamur ad vos. *Vidit vitulum.* Quia erat vitulus positus in aliquo loco eminenti, & honorabili, quia tenebatur, & colebatur, ut Deus: ideo eum facilius videre potuit. *Et choros.* Dicitur chorus chorea plurium concanentium, quorum quidam cantant, & alij respondēt. Erant autem chori multi, quia populus postquam comedit, & bibit, surrexit ludere, id est facere choreas, & quia non poterant omnes in vna chorea simul canere, fecerunt multas choreas, quę circumfusę erant per aliquod spatium apud vitulum, ut ipsi quietem caperēt, & Deum suum vitulum laudarent. Est autem cho-

rus quoddam instrumentum factum ad canendum, & istud in Grecia inuētum est tempore Iudicis Israel, ut patet per Iosephum in libris antiquitatum. Et non accipitur pro hoc instrumento hic, quia nondum fuerat inuentum: sed accipitur pro congregatis multis ad simul canendum. Et isto modo accipitur in Tragædijs Senecę, & aliorum ubi ponuntur aliqua dicta, & carmina chori, alia autem aliarum personarum, & sic accipit Arist. in 3. Poli. c. 1. quod aliquando vocamus eundem chorum alterū esse, aliquando comicum, aliquando tragicum existētibus eisdē personis. De isto choro secūdo modo dicto accipit hic Moyses. *Iratusque valde:*

Quare Moyses videns vitulum tantum iratus est.

QVAESTIO. XXVII.

QVAERET aliquis quomodo Moyses tantum nunc iratus est visū vitulo, & choris cantantibus, quia nunc non cognoscebat malum, quod factum fuerat nouiter, sed Deus antea ei reuelauerat: si enim nouiter nunc cognouisset, rationabiliter tantum iratus fuisset. Respondetur, quod cognitio mali causat in nobis iram, id est quando aliquod malum esse cognoscimus, irascimur ei volendo illud destruere. Est tamen gradus irę magis, aut minus secundum gradum cognitionis mali. Et quia cum aliquis primò cognoscit magis mouetur cum impetu, & postea cum successione vires impetus cessant, sicut in dolentibus ad primos impetus est magnus dolor, & lachrymę, ita quę eas continere non possunt, postea verò successione exhaustiunt, ita ut modicum quis ploret, & interdum volens emittere lachrymas, non possit: sic etiam de identibus: nam primi impetus in eis fortes sunt, ita ut eos sustinere non possint, & quidam tentantes risum continere eum coeundunt, id est multum ridēt simul, ut ait Aristot. in 7. Ethyc. sed postea omnia hac cessant. Ita in ira, quia ad primam cognitionem de malo iniuria, aut contemptu propter quem surgit ira, ut patet in 7. Ethycor. est ira vehementissima: deinde paulisper tenuatur, donec tota successione exhausta. Sunt autem duo impetus in ira, secundum quod aliquis potest dupliciter habere nouam cognitionem de malo, & ad illos duos impetus fortis est. Primus est cum malum cognoscitur sine sensatione mediata, sed quia nobis enarratur, aut aliquo modo in signo, vel alijs cognoscimus, & tunc oportet magnam iram insurgere. Secundus impetus est, quando est noua cognitio per sensum, scilicet cum malum quod relatione didicimus, nos ipsi nostris oculis intuemur: maxime si non solum factum cernimus, sed fieri videmus, quia tunc maximus impetus est. Moyses autē habuit istas duas cognitiones, & istos duos impetus. Prima cognitio de malo fuit cum Deus reuelauit ei dicens: Peccauit populus, quem eduxisti de Aegypto: feceruntque sibi vitulum cōstatilem: tunc autē in Moyse valde magnus motus irę esse debebat: sed quia diligebat populū Israel, & videbat Deū iratū contra illū: si ipse quoque irasceret nullus deprecaretur pro populo Israel, & Deus deleteret illū: amor ergo vicit irā, & magis habuit vultū pro eorū scelere deprecantis, quę iniquitati eorū iuste indignantis, quia tunc non oportuit in Dei p̄sentia indignari: sed furorē Dei verbis mollibus deprecari. Cum autē descendeat de monte continuabat dolor ille, quē in mōte audito scelere populi conceperat, sed non augebat, quia non insurgēbat noua cognitio, cum autē audiuit vocē cantantium, & non vidit eos: alij illis cognitio de malo sensitua erat, sed non erat ita certa, sicut cognitio, quę fit per visum, quia potuerat esse vox carantium non idolatrantium. Erat quia dato quod cognosceret vox idolatrantium esse non cognosceret resita bona, aut mala esse per auditū, sicut per visum, quia visus plures

Primi impetus doloris, & risus fortiores sunt ceteris, quę sequuntur.

Duo impetus ira.

Quare Moyses magis iratus fuit coram populo cū vidit vitulum quę coram deo.

plures nobis rerum differentias ostendit, ut patet in 1. Metaphy. ideo cum plus diligimus, cum autem appropinquauit, & contemplatus fuit vitulum, qui erat certissimum idolatrię signum, & vidit choros in circuitu eius laudantium eum, maximus impetus irę insurrexit, quia tunc noua cognitio sensitua aduenit, non solum de eo, quod male factum fuerat: sed de eo quod male fiebat. Et tantus fuit iste impetus irę, quod tabulas lapideas, per quibus tanto tēpore laborauerat, cōfregit.

An Moyses, cum iratus fuit populo propter vitulum, quem adorabant, peccauerit, & quando ira propter zelum sit peccatum.

QVAESTIO. XXVII.

QVAERET aliquis vtrum Moyses peccauerit in irascendo nunc, &c. Aliquis respondēbit, quod Moyses vir sanctus erat, de quo non est credendum, quod nunc peccauerit: maxime, quia non est semper in peccato, cum isti impetus, ut plurimum non sunt in potestate nostra. Sed ad hoc obijcietur, quod non valet responsio: nam dato quod Moyses sanctus esset, peccauit, & adhuc quod fortius est, sicut nos quotidie bene operantes in bono crescimus: ita ut quotidie meliores simus: ita Moyses ex continua Dei communicatione in colloquutione crescebat in bonum. Sed Moyses anno quadragésimo exitus de Aegypto peccauit ad aquas contradictionis: ergo ad fortiori poterit nunc peccare, quia erat primus annus. Consequētia nota est, patet antecedentis pars, scilicet quod peccauerit Moyses ad aquas contradictionis Numeri vigesimo septimo capitulo, ubi dicitur: Dixit Dominus ad Moysen: ascende in montem istum Abarim, & contemplant, & vide inde terram, quam daturus sum filiis Israel: cumque videris eam ibis ad populum tuum, sicut Aaron frater tuus, quia offendisti me in deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluisti coram ea super aquas. Sic patet Deuteronomij trigésimo secundo capitulo, cum dicitur: Vide Terram Chanaan, quam ego dabo filiis Israel, & morere in monte, quem ascendens iungeris populis tuis, sicut appositus est Aaron frater tuus in monte Hor, quia prauaricati estis contra me in medio filiorum Israel ad aquas contradictionis in Cades deserti Sin, & non sanctificastis me inter filios Israel. Quod autem istud peccatum esset in anno quadragésimo, patet, quia Maria soror Moysi & Aaron mortua fuit anno quadragésimo exitus de Aegypto in mēse primo, & tamen post mortem eius peccauerunt Moyses, & Aaron, ut patet ex ordine libri Numerorum, quia in cap. 20. Nu. 1. ponitur mors Marię, & postea interpositis quibusdam sequitur de peccato ad aquas contradictionis. Item, quia Israelitę non venerunt ad desertum Sin in secunda vice vsque ad mensem primum anni 40. exitus de Aegypto, ut patet Nu. 20. & 27. & Deu. 3. 2. c. ergo in anno 40. factum fuit hoc peccatū. Iram autē quę nunc habuit Moyses fuit in anno primo exitus de Aegypto mense 4. die decimasima eiusdem mensis. Quod patet, quia in die 6. mensis tertij fuit data lex in monte Sinai in cōputationem, quę habuimus supra 19. & 24. c. Deinde in ipsa die sexta mensis tertij stetit Moyses cū Deo in fronte recipiens p̄cepta, quę hinc supra 20. in fi. & in c. 21. & 22. & 23. & descendit in eadem die ad vesperū, & narrauit hęc populo: cūque consensissent, sequenti die, quę erat dies septima mensis factis sacrificijs, & confirmato federe legis ascendit in montē Sinai ad Deum in eadem die septima, de quibus supra 24. cap. Computando ergo dies 40. ab ipso die consumabatur in die decimo septimo mensis quarti, & in illo datę fuisse.

Alph. Toft. super Exodi

Arunt tabula, & in eodem descendit Moyses de monte, & fregit eas: si ergo in anno quadragésimo peccauit, potuit facilius in anno primo peccare. Item, quia licet ira parua non dicatur semper esse peccatum, tamē ira valde magna peccatum est, quia illa non solum videtur habere vires a natura, sed etiam consummari per consensum: sed ista ira Moysi fuit valde magna, ut patet in litera, cum dicitur: Iratusque valde confregit tabulas: ergo peccauit. Respondetur, quod Moyses non peccauit, quia si Moyses peccasset, fecisset mentionem sacre scriptura: sed non facit mentionem, quod nunc peccauerit Moyses: ergo non peccauit. Patet ista consequentia, quia licet non fiat mentio in sacra scriptura de peccatis omnium hominum, nec etiam de omnibus peccatis eorū, qui viri sancti erant: tamen quando sacra scriptura agit aliquod factum quod malum esse alicuius, condemnat demonstrando esse malum, sed de isto non iudicat sacra scriptura, quod sit malum condemnando vilo modo: ergo non fuit malum. Confirmatur adhuc, quia Moyses peccauit ad aquas contradictionis, & istud erat valde paruum peccatū, scilicet peccatum omissionis, & tamen Deus sepe nominat istud peccatum, ut patet Num. 20. & 27. & Deut. 3. & 32. cap. Et ponit poenam pro hoc, ne ingrediatur in terram Chanaan ultra Iordanem: ergo si istud fuisset peccatum saltem minimū, fecisset de eo aliquam mentionem aliquo modo condemnando illud, aut imponendo aliquam poenam. Ad quod plenius sciendum, considerandum est, quod istud est ira duplex: quadam est ira per zelum, alia est ira per vitium. Vocatur ira per vitium, cum quis alium exosus de eo vindictam desiderat. Et isto modo non solum abominatur homo illud, quod alius egit, sed et id quod est causa, quia ipsam personam directē velle destrucere, & eā odio habet. Ira pro zelo, dicitur quando concupiscit, quia alius male agit, & irascitur malis, quę egit, atque odio habet ipsam malitiam, sed ipsam, qui malitiam agit non detestatur: sed potius ex charitate diligens emendare desiderat. & iste ira se habet, quod si ille, qui peccauit emendare se velit, iam eum non habet odio, sed valde diligit: si autem emendare se nolit persequitur. Et in hoc cognoscere potest quilibet, qui alium exosum habet, vtrum eum ex zelo, vel ex vitio abominetur: nam si quis aliquid abominetur alium sine aliqua actione, quę sit offensua Dei, ira per vitium est. Si autē abominetur eum aliqua actione offensua Dei, considerandum est an postquam se correxerit delinquens de illa offensua, eum habeat odio, & tunc est ira per vitium, quia tunc signum est, quod non solum odiosam habebat malitiam, sed etiam personam. Si autem abolita iniquitate non manet odium, est ira per zelum, & non per vitium. In quo tamen attendendum est, ne propter vitium personę aduertemur, nisi quatenus ad correctionem proficit, & nos tales sumus, qui corrigere possumus, & debemus. Ista autem ira per zelum est licita, & non solum est licita, sed et meritoria, quia est quę aliquis doleat de iniuria Dei, quę fit in peccato, & de malo, quod incurrit homo in peccando: imo quod non dolet, & irascitur peccati, quia peccat, non habet zelū aīarum, nec fraternā charitatē. Maxime autē est necessaria in platis ista ira, quę corrigere debent ex officio suo vitia subditorū, quę corrigere non possent, nisi zelum haberent, & irascerentur peccantibus. Et istum zelum habuit Christus, de quo in Psal. 68. zelus domus tuę comedit me, & opprobria dei tui super me: id est quādo aliquis maledicebat tibi, aut improperebat, ita erat mihi ac si maledictio illa, & improperebat tibi cadent super me. Sic patet Matth. 21. capitulo, cum Iesus factis funiculis in modum flagellorum, eiecit ementes, & vendentes de templo, & cathedras vendentium columbas euertit, & nummulariorum effudit as.

Pars Secunda R 2 Etiam

Quia Iosue au. i. i. i. v. o. ces cantantium non videbat castra.

Chorus uid. fir.

Moylas no peccauit qñ populo idolatrantia erat illa.

Ira duplex: per zelum, & per vitium.

Quo cogitatio potest fieri abominetur: si autē abominetur eum aliqua actione offensua Dei, irascitur per vitium, & per odium.

Quomodo in Psal. 68. zelus domus tuę comedit me, & opprobria dei tui super me: id est quādo aliquis maledicebat tibi, aut improperebat, ita erat mihi ac si maledictio illa, & improperebat tibi cadent super me.

Etiam indignatus Iesus maledicebat ciuitati Capharnaum, & Bethsaida, dicens: vae tibi Capharnaum, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone facta fuissent ea, quae facta sunt in te, poenitentiam egissent in sacco, & cinere. Moyses autem in praesenti iratus fuit, tamen non peccauit, quia fuit ira per zelum, scilicet quod detestabatur iniquitatem Israelitarum. Et patet, quod fuerit ira per zelum, quia si fuisset ira per vitium, ita quod ipse odiosas haberet personas Hebraeorum, quando Deus reuelauit ei, quod peccauerant, non rogasset pro eis, sed rogauit pro eis quousque Deus placatus est, ut patet supra, & facta punitione in eos ascendit iterum ad dominum ad rogandum, & tantum fuit sollicitus, & affectuosus pro salute eorum, quod petiuit se deleri de libro vitae, nisi remitteretur iniquitas Hebraeorum.

Ad primu argu. resp. Ad argumentum primum in contrarium satis patet responso, quia non agit directe contra supradicta: nam in hoc solum probatur, quod potuerit peccare Moyses nunc: nam si in anno quadragesimo, quando erat magis perfectus peccauit: quomodo magis peccare potuisset in anno primo nunc, quod conceditur, scilicet quod potuerit peccare, tamen non peccauit.

Ad secundum. Ad secundum argumentum quando dicitur, quod ira quando parua est peccatum non est, sed si magna sit, peccatum est, quia videtur esse deliberata.

Respondetur, quod, sicut supra dicebatur, ira est duplex, scilicet ira per zelum, & ira per vitium, quae non insurgit in vindictam iniquitatis solum, sed in personam procedit, & ista est duplex, quaedam est leuis, scilicet paruum appetendo vindictam, & ista non est peccatum mortale, alia est magna, & deliberata, & haec est peccatum mortale. De ira autem, quae est per zelum non potest dari ista differentia, quia siue sit magna, siue parua, bona est: ira namque parua per zelum est de paruo peccato, ira autem magna per zelum est de magna iniquitate, & sic non est dicendum, quod ira magna per zelum sit peccatum: sed ira magna per zelum est magnus actus virtutis, si zelus sit discretus: Moyses autem valde iratus fuit, ut dicitur, quod peccatum propter quod irascebatur maximum erat, scilicet idolatria, & nullum maius est, ut patet infra, cum dicitur: Quid fecit tibi populus iste, ut induceres super eum peccatum maximum, rationabiliter ergo se habuit, nec vilo modo peccauit, sed magis meritus fuit.

Ira per zelum siue in magna, siue parua peccatum non est.

Proiecit de manu tabulas. Id est de manibus, quia vtraque manu portabat eas, ut patet Deuteronomij nono cap. In quo notatur, quod licet ipse Iosue esset minister, & puer Moysi, ut patet supra 24. cap. & infra 33. & veniret comitans Moysen, & deberet rationabiliter quodcumque pondus a Moysese portandum esset tanquam minister eius portare, tamen tabulas portabat Moyses, & non Iosue, quia si Iosue portasset eas in manu sua, non proieceret eas de manu sua Moyses: sed si proiecerat eas Iosue, sed Moyses proiecit eas ergo Moyses portabat. Causa autem, quare Moyses non dabat eas portandas Iosue, erat, quia tabulae illae erant sanctissimae: tum quia factae erant opere Dei, scilicet dolatae: tum quia a Deo scriptae erant: tum quia continebantur in eis praecipua, quae Deus dederat Israeli, per quae viveret. Erant ergo ita sanctissimae, quod fas non erat vllum hominem eas contingere praeter Moysen, cui a Deo traditae fuerant. Et confregit eas. Id est fregit in partes minutas. Dicunt quidam impij fimi Iudaei ore impudico: sanctissimum virum Moysen infamantes, quod istae tabulae erant de lapide valde precioso, & postquam contractae sunt accepit Moyses omnia fragmina illarum, & vendidit atque inde nimis ditatus est. O infami Iudaei quomodo in tantam furoris dementia prorumpitis, ut virum iustissimum ore temerario oblatrantes laceretis? Virum enim, qui

Quare Moysi non dedit tabulas legis Iosue portandas.

Apophtheca contra Iudaeos.

F tanta sanctitate pollebar, ut nihil humanum sciret, sed totus Deo intentus cum eo consecratis assisteret, tanta labe sedatis, quanta in infandissimum quempiam vix ponenda foret. Quid enim peius videbatur, quam sacratissimas illas tabulas Dei opere factas, & digito eius conscriptas vendere ad profanos vsus? Cur enim, qui aliter libentissime oblatas pecunias vix acciperet, tanta labe conscientiam polluisse mentimini? Dicitis enim, nec aspiciatis: loquimini & non intelligitis: talia profertis quales estis, quia ex abundantia cordis os loquitur: eadem ergo de alijs quibuscumque suspicamini, quae vos ipsi miserimi (si casus se offerret) faceretis. Absit ergo sanctissimum illum virum, aut egisse aliquid tale, aut saltem suspicatum fore.

Magis autem dicendum est, quod quia tabulae iam fractae ei vsui ad quem factae fuerant iam inutiles erant, in aliquo secretissimo loco occultauerit, ne cuiquam hominum ad eas pateret accessus. Vel ut quidam suspicantur ista fragmina Moyses collegit, & in quadam arca posuit, & haec est illa, quae praecedebat castra, cum mouerentur itinere dierum trium. De quo Numeri decimo capitulo. Quamuis autem istas tabulas Moyses magna ira de populi peccato successus confregit, tamen fuerat praesagium futurorum: bis namque tabulae datae sunt. Primum duae tabulae datae sunt, & contractae: secundum duae aliae tabulae datae sunt, & manserunt. Notat enim quod lex, quae signatur per tabulas, quae continebant legem praecipuorum bis data est.

Primum in monte Sinai cum Deus locutus fuit ad totum Israel. Secundum in monte cum Christus sedens ascendit ad eum discipulis suis aperuit os suum, & docebat eos de regno Dei, ut patet Matthaei 5. capitulo. Primae legis tabulae fractae sunt, quia lex vetus abiit, & noua ei successit, quae non destruetur, quia secundae tabulae stabiles permanserunt. In primis tamen, & secundis tabulis eadem verba scripta erant, quia lex noua eadem continet, quae vetus continebat licet illa altiori modo teneat, quia haec tenet in re, quae alia in umbra tali figura tenebat.

Antabulae fractae fuerint per locum, in quo erat scriptum praecipuum de sabbatho.

QVAESTIO. XXVIII.

DE fractione tabularum aliqui irrisorie fabulantur, quod fractae fuerint per sabbatum, quod locus fracturae erat, ubi mandatum de sabbatho scriptum erat. Est autem horum apparens motium, quod praecipua illa, quae in tabulis scripta erant, omnia erant pertinentia ad ius naturale tanquam primae conclusiones eius: praecipuum autem de sabbatho quod inter ea positum erat, per parte sua maiori ceremoniale erat: ea autem, quae naturalia erant, manere debebant, quod verum aliquid ceremoniale habebant non erant mansura, quia ergo omnia praeter sabbatum mansura erant, dicunt tabulas fractas per sabbatum. Sed istud dictum ridiculum est. Si enim per sabbatum tabulae fractae sunt: hoc solum contingere poterat in prima tabula, in qua erat praecipuum de sabbatho, quod autem de alia tabula, in qua sabbatum nullum erat? Saltem irridendo respondebis, credo te nihil habere, quod conicias: nam cum illa tabula non haberet praecipuum aliquod de sabbatho, vel aliud quodlibet ceremoniale, sed omnia essent in ea moralia, necessarium erat, aut non frangi, quod falsum est, quia ut litera dicit, Moyses non solum fregit tabulam, sed tabulas, scilicet vtranque: si autem fracta fuit, cum solum essent ibi praecipua naturalis iuris, necessarium erat per illa fractam fuisse tabulam, & tunc ratio adaptationis de fractione per sabbatum nulla erit, quia non solum erat in sabbatho, sed etiam in alijs.

Quamuis Moyses iratus fregit tabulas legis manserunt tamen moysi fuit mysticum.

Item

Ita non solum in prima tabula fracta fuit per sabbatum, sed etiam necesse erat fieri per aliquod de praecipuis alijs duobus pertinentibus ad cultum Dei, quia ut supra declaratum fuit, erant tabulae scriptae ex vtraque parte, ita quod in vna parte erant quaedam praecipua, & in alia parte altera, in prima igitur tabula in qua erant tria praecipua pertinentia ad Deum, quorum tertium, & vltimum erat de custodia sabbathi, necessarium erat duo praecipua prima poni ex vna parte tabulae, reliquum autem de sabbatho poni in altera parte tabulae: si ergo per sabbatum frangeretur, necessarium erat & per aliud praecipuum eiusdem tabulae in altera facie tabulae frangi. Item, quia istae tabulae cum proiectae fuerint impetuose de manibus non solum per vnicum locum, sed etiam in partes minutissimas dissiuissae credendum est.

An Moyses peccauerit tabulas legis frangendo.

QVAESTIO. XXIX.

QVAERES autem circa hoc vtrum Moyses peccauerit frangendo tabulas legis datas a Deo. Et videtur quod peccauerit, quia tabulae erant iam sanctissimae, quia a Deo factae, idola erant, & scriptae, quod nefas erat aliquem hominem, nisi dignissimum eas tangere, sicut declarauimus supra, quia non dedit eas Moyses Iosue ministro suo ad portandum, quanto magis frangere eas nefas esset? Item agere aliquem temerarie vitium est, maxime in viris perfectis, sed Moyses erat vir perfectus: imo in illo tempore, nec postea magnis temporibus ququam ita perfectus fuit: ergo facere temerarie aliquid in ipso vitium erat: sed frangere subito ad vnum motum irae tabulas, pro quibus quadraginta diebus cum domino moratus in monte expectauerat, erat quaedam temeritas: ergo peccauit Moyses in frangendo. Item si aliquis de subditis alicui regi dno literam ab eo destinatum conculcet, aut refecet, magnam iniuriam facit mittenti, & magno cruciatu dignus est: quomodo magis si aliquis literam a Deo missam contemnat, & destruat dignus est magna pena incidens in valde magnam culpam, quia longe magis est eternam, quam temporalem ledere maiestatem, ut patet extra de haereticis in cap. vergentis: sed illae tabulae erant literae a Deo missae ad faciendum fidem, quod Deus dedisset legem Israelitis, & non solum litera Dei quasi in illa contineretur id quod Deus mandabat Hebraeis seruare, sed quod magis est, erant illae tabulae factae opere Dei, & scriptae opere Dei, ut patet supra: ergo contemnere istas tabulas erat magnum vitium, quanto magis frangere eas: sed Moyses contempsit eas, ergo peccauit. Respondetur, quod Moyses non peccauit frangendo tabulas, quia si Moyses peccasset in hoc, cum scriptura enarrat hoc factum, & condemnaret illud demonstrans Moysen peccauisse: sed scriptura non condemnat hoc factum: ergo non fuit peccatum. Patet, quia Moyses ad aquas contradictionis deserti Sin modicum peccauit solum omittendo facere, quod facere debebat, & tanta pena inflata fuit, ut non intraret in terram promissam ultra Iordanem, ut patet Num. 27. ca. & Deut. 3. & 33. cap. Item si in hoc facto fuisset peccatum, cum ipsum sit in se valde durum, frangere tabulas datas, & scriptas a Deo: necesse erat positam fuisse penam magnam: sed nulla posita, ergo non erat peccatum in hoc. Ad hoc autem considerandum est, quod Rabbi Salomon, dicit quod cum Moyses descenderet de monte circa radices montis respexit tabulas, quas manibus suis portabat, & vidit, quod volabant literae, quae inculptae erant tabulis, & manerent tabulae lapideae rudes non habentes aliquam literam, & quia sic

Aph. Toft. super Exodi

inutiles erant, cum ipse dare fuissent solum propter literas, quae in eis scriptae erant, ira motus fregit eas, tanquam inutiles. Sed hoc satis fabulosum esse cuique patere potest, confingit enim istam fabulam Rabbi Salomon, sicut multas alias commentatur. Praesupponit enim quod iratus sit Moyses, quia vidit volantes literas de tabulis, & tabulas manere planas, nihil habentes de sculptura: sed falsum est, quia non iratus fuit propter hoc, ut patet in litera. Item, quia hoc quod est volare literas potest dupliciter intelligi. Vno modo, quod figurae illae, quae erant sculptae in tabulis lapideis fugerent volantes per aere. Aut quod aliqua pars lapidis, quae erat apud superficies enolauerit, & in illa parte essent literae sculptae. Primum modo accipiendo enolare, literas impossibile est enolare, quia figure non sunt aliquid tale ens, quod a subiecto recedere possit, aut sine subiecto vllatenus esse. Secundum modo accipiendo poterat esse aliquo modo, tamen nec multum stat. Dicendum ergo, quod Moyses ideo fregit tabulas, quia iratus erat, & iste actus fuit factus satis rationabiliter, & Moyses ad hoc fuit specialiter motus a Deo ad praesagium futurorum. Quod autem Moyses iuste iratus fuerit apparet, quia irascebatur pro maximo scelere facto contra Deum, scilicet pro idolatria. Fuit et fractio tabularum post iram satis rationabiliter facta, quia in tabulis illis continebatur foedus, quod pepigerat Deus cum eis, & quia ipsi infregerant illud quantum ad partem potissimum, scilicet in primo mandato de non habendo, nec faciendo, aut colendo Deos alienos: non ergo indigebat populus talibus legibus cum eas violasset: violauit ergo Moyses pactum in tabulis scriptum cum populo violasset foedus factum cum dno. Videbat ergo Moyses, quod tantum scelus magna punitione luendum erat, nec sic adhuc populus ille manere posset, nisi Deus multum exoratus concederet: si autem Deus remitteret peccatum illius populi, facile erat alias tabulas dari, quae essent foederis non violati: haec autem antea de honestate erant, quam datae, non deuit ergo eas conservari, aut publicari, sed aut nullas haberi, aut alias reconciliato populo inuolati foederis obtineri, quod sic factum fuit. Etiam fuit motus Moyses a Deo ad faciendum hoc in praesagium futurorum, scilicet quod prima tabula non manebat, sed contractae sunt, quia lex prima data in monte Sinai non mansit, quia lex ei noua successit. Ad argumenta in contrarium responderetur. Ad primum quod dicitur, quod illae tabulae, ut potest a Deo factae, & scriptae erant aliquid dignissimum, quod non licebat cuiuslibet hominum contingere, sed dignissimo: si ergo nefas erat a quolibet alio contingi, magis esset nefas eas frangi. Respondetur, quod licet a Deo factae, & scriptae essent tabulae haec: tamen infringi eas non fuit vitium, quia iam inutiles erant: si enim quisquam eas in contemptum confregisset, incurrisset grauius culpam: sed quia Moyses vidit eas inutiles, cum populus non obseruaret contentum in eis, sed iam id quod potissimum erat violasset, debuerunt & tabulae violari, ut aliae succederent, quae non violarentur. Similis ratio est de obseruatione legis veteris, quia leges dominorum temporalium obseruantur, & in magno honore habentur: ergo in maiori honore, & obseruatione debet haberi lex a Deo data: sed lex vetus fuit data a Deo, ergo debet haberi in maiori obseruatione, & tamen non habetur, quia non obseruatur. Causa huius est, quia lex vetus incepit esse inutilis adueniente tempore Messiae: ideo licet foret a Deo data, tamen non debuit obseruari: sic de tabulis primis, quia illae fuerunt datae, & scriptae a Deo, quia tamen factae scelere idolatrie inceperunt esse inutiles, quia populus non obseruabat eas, frangi debuerunt.

Doc. resp. ad quast.

Ad argu. resp. ad 1.

Si Moyses fregisset tabulas legis ex obtemperanti grauius peccasset.

Partes Secunda. R. 3. Ad

Ad secundum argumentum. Illud te...

Ad tertium argumentum. Illud te...

Ad tertium argumentum. Illud te...

Arripiensque vitulum, quem fecerant, combussit, & contriuit usque ad puluerem...

Hercules primus Argivus virtuosus dicitur...

Interfectio facta propter vitulum contumacem.

Quare Moyse fregit tabulas ad radices montis.

QV AESTIO. XXX.

QVOD autem tabule apud radices montis fracte fuerint, causa duplex fuit.

Arripiensque. Hic ponitur tertium principale, scilicet peccati cogniti examinatio...

atum est, ut in eo sceleris pateret indicium, in quo sceleris patratum fuerat.

Quare Israelita biberunt aquas, in quibus fuerat aspersus cinis vituli combusti...

QV AESTIO. XXXI.

SED quare aliquis quomodo Israelita bibere voluerunt de illa aqua, quia sciebant...

Quid efficebat pulvis vituli combusti in aqua parata...

Quomodo tremor occupaverat omnes in laos...

Quomodo aurum virtute ignis in puluerem redigatur.

Ad ultimum autem vitulus iste combustus est. In quo considerandum, quod licet maior pars populi circumfusa esset...

Alph. Tost. super Exodi

Pars Secunda R. 4 ratio

ratio est, quia cum postea Moyses cum Leuitis occidissent magnam partem populi, scilicet viginti tria milia, & non occidissent alios, necessarium est, quod in istis aliquod signum viderent, propter quod magis apparent isti occidendi, q̄ alij. Daretur aliis, q̄ isti à casu occiderent, quos occiderent non attendentes quis mereretur, aut quis meritus non esset. Hoc autē magnum valde inconueniens est. f. occidi hominem non discussa causa, propter quam occiditur, q̄ hoc est hominem bestiis exequare, quæ sine vlla causa p̄ sola nostra voluntate occiduntur. Necessario erat igitur aliquod signum, sed quod signum esset dubiū est. Rabbi A-
Opinio Rabbi A- ben Ezra.
 Abraham Aben Ezra vult, q̄ cum illi, qui confererāt huic sceleri bibebant de aqua illa, incurrebant in quandam egritudinem, q̄ manifestabat eos deliquisse, non peccantibus autē aque dulces fiebant, sicut erat de ceremonia Zelotypiæ, in qua dabatur aqua mixta cū terra de pulvere panimenti sanctuarij, & super illam aq̄ dicebantur multe maledictiones, & benedictiones. Et tunc mulier suscepto vase, & bibita aqua, si deliquisset rumpebantur viscera eius per femora, licet nō statim fieret: si autem non deliquisset benedicta erat mulier in abundantia prolis. De ista cęremonia h̄ Num. 5. c. Alij volunt, q̄ isti, qui peccauerant insigniebantur barbis aureis. f. q̄ cuiuscumq; coloris barbæ antea fuissent, si peccauerat, subito in colorem aureum vertebantur. Hoc tamen differebat, q̄ qui magis deliquerat magis insignitus erat, qui autem minus non tātum insigniebatur, qui ad fabricandū vitulum cęteros incitauerūt, super alios insigniti sunt, qui verō voluntariē adoraue-
Altorum opinio.
 runt ab alijs suati, minus quā istī notas sceleris acceperunt, qui verō ab alijs quasi coacti ad adorandū inducī sunt minus omnibus insigniebantur. Quodcūque tamen signum esset, hoc constat, q̄ illud manifestum erat, ita vt Leuitę procedentes per calles castrorum non deberent accuratissime inquirere quis peccasset, vt ab eo expeteret vltionē, sed manifestum esse deberet, vt sine aliqua inquisitione cunctis pateceret.

An Aaron biberit de aqua, in qua erat cinis vituli combustū aspersus.

QV AESTIO. XXXII.

DE Aaron autem queritur, vtrum biberet de ista aqua. Et potest responderi, q̄ sic, quia cunctis ad bibendum data est aqua, vt pateret quis huius sceleris reus esset: sed Aaron erat multum suspectus de hoc scelere, cum ipse esset dux populi in absentia Moyfi, & ipse ad petitionem populi fabricasset vitulum: debebat ergo principaliter ipse bibere. Item, quia cum Moyses cęteros Israelitas cogeret ad bibendum, vt patet cum dicitur: Et dedit ex eo potum filijs Israel, quia si dicat, q̄ non biberunt ipsi sponte: sed Moyses dabat eis. i. compellebat eos ad bibendum: si ergo non compulisset bibere Aaron, Moyses multū videretur in hoc fauorabilis, & acceptor personarum, quod erat contra iustitiam distributiuam. Dicendum ergo, q̄ ipse Aaron, & omnes Leuitę, sicut cęteri de Israel biberunt, tamen non fuit inuentum signum aliquod sceleris ex potu illo. De Aaron patet, quia si inuentum fuisset signum sceleris, ipse sicut omnes alij de populo, qui peccauerant, perijisset: sed nō perijt, ergo non fuit in eo inuentum signum. Fortē respondebis, q̄ Aaron bibit, & inuentum fuit in eo signum sceleris, & tamen non fuit interfectus, quia illi, qui exequiebantur istam vltionem erant Leuitę, & non tangerent Aaron, quia erat nobilissimus, & princeps in tota illa tribu, cum esset per lineam primogenitorum Leui maior, ideo ipse sacerdos magnus constitutus est. Sed hoc non po-

test stare, quia si apparuisset signum in Aaron, q̄ peccasset, licet esset princeps tribus illius, occideret, quia sic mandauit Moyses, vt patet infra, scilicet ponat vir gladium super femur suum: Ite redite de porta vique ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximū. Et infra sequit: Cōsecratis hodie manus vestras domino vnusquisq; in filio, & fratre suo, vt detur vobis benedictio. Item si Aaron bibisset de aqua, & apparuisset in eo signū sceleris, siue esset infirmitas, siue color aurearum barbarum, & non occideretur, maneret infamis inter alios, qui non manebant notati de hoc crimine, & sic nunquam fuisset assumptus ad summum sacerdotium, in quo requirebatur homo mundissimus ab omni infamia immunis: sed assumptus fuit in summum sacerdotium, ergo nō apparuit in eo signum sceleris quod in cęteris apparebat.

An Aaron peccauerit in fabricatione vituli.

QV AESTIO. XXXIII.

AD euidentiam pleniorē huius dubitationis inquire oportebat, vtrum peccauit Aaron in fabricatione vituli an non: si autem non peccasset in fabricatione, ablata erat cōtrouersia. f. q̄ licet bibisset de aqua, non appareret in eo aliquod signum, quia in solis peccantibus hoc apparebat. Si autem dicitur, q̄ peccauerit in fabricando, oportebat aliter responderi. De ista dubitatione declarabitur fortē Deut. 9. cap. vbi de ista materia agitur. Sed saltem in vna ratione patet intentus. f. quod Aarō peccauerit: nam magis debet aliquis omnia mala pati, quā malo consentire: sed fabricare vitulum ad colendum, vt Deum, erat cōsentire malo, quod populus facere intendebat: nam dabatur eis aliquis fauor: ergo magis debuisset Aaron sustinere mortem, quā talia fecisse, siue sustinere populi molestias: fecit ergo peccatum. Item, qui inducit peccatum super aliquem, peccat: sed Aaron induxit peccatum super Israelitas, ergo peccauit. Patet antecedens, quia dicitur in litera: Dixit Moyses ad Aaron, qd tibi fecit populus hic, vt induceres super eum peccatū maximum. Item Deus nulli irascitur, nisi iuste, cum iustus sit, & adhuc non semper irascitur cū peccamus, vt patet Psal. 7. cum dicitur: Deus iudex iustus, fortis, & patiens nunqd irascitur per singulos dies? Sed Deus iratus fuit valde cōtra Aaron, ergo iuste iratus fuit: sed non est ira iusta contra aliquem, nisi cum peccauit: ergo Aaron peccauit. Antecedens patet Deut. 9. cap. cum dicitur: Aduersum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere, & pro eo sum similiter deprecatus. De peccato autem Aaron dicendum est, quod non fuit tale, sicut peccatum populi, quia populares peccauerunt multipliciter. Quidam peccauerunt suadendo alijs, vt fabricarent Deos, atque colerent. Alij peccauerunt solū, quia persuasi ab alijs libenter coluerunt. Alij autem, qui minimum peccauerunt, licet non ducerentur totaliter voluntariē ad petendum, nec colendum, tamen petierunt, aut petendum, & factum vitulum aliquo modo coluerunt. Ista autem est verē idolatria, & directē, licet differat secundum gradus magis voluntarij, & minus voluntarij: ideo peccatum istud non est remissum quantum ad poenā temporalem: peccatum Aaron non fuit in petendo vitulum fieri: imō quantum potuit disturbauit, licet nō auderet publicē repugnare, formidans sibi mortem à populo inferendā. Etiam Aaron non coluit, q̄ sciebat nullo mō esse Deum, nec ei vllū honorē tribuit. Etiam non peccauit Aarō, vt vltimi de popularibus, qui licet aliquo mō inuiti, coluerunt tñ Deū illum cōflatilem.

Aaron

Peccatum Aaron nō fuit, sicut peccatum populi vitulum colentis.

Peccatum Aaron in fabricatione vituli, quod fuit.

Aaron autē quā tuncq; populū timuerit nunquā tamen ad tantum perducī potuit, vt eum, quem ipse ex auro conflauerat, vt deum coleret, aut existimaret. Fuit ergo peccatum Aaron, quia timore mortis ductus dedit occasionem populo complendi iniquitatis suam. Nam etiam nihil operante aut sciente Aaron ipse populus malū quod postea parauit inchoauerat. Fecit ergo timore ductus vitulum conflatilem, & fecit altare ad constituendum vltionem hostiarum super illud. In his autem quantum ipse disturbauerit saltem indirectē iniquam populū intentionem, supra profequendo literam declarauimus. Fuit ergo iniquitas Aaron, quia timore ductus fabricauit vitulum petentibus filijs Israel: cum enim hoc malum esset, debuisset potius omnia mala pati quā malo consentire. Et si hoc in quolibet homine esse debet, precipue tamen in prelati quia magnum zelū habere debent, & nullo modo malum consentire: sed potius mori cum ipsi debeant cęteros ab iniquitatibus remouere: hoc autem peccatū licet aliquo modo esset idolatria in quātum permittebat idolatriam: & dabat occasionem perficiendę idolatrię iam cępre: tamen non erat idolatria vera, quia non creditur Aaron illum esse Deum, nec eum, vt Deū coluit. Meruit ergo remissionē penę temporalis peccatum Aaron, & non meruit peccatum aliorum popularium, quia erat directē idolatria. Dicendum ergo quod Aaron bibit de aqua, in quam proiecti fuerant pulueres vituli combusti, & non fuit aliquod signum sceleris in eo apparens, sicut in cęteris hominibus, quia licet fuerit aliquod scelus, tamen Deus remisit, quia eum disposuerat ad summum sacerdotium. Etiam quia pro eo rogauit Moyses, vt patet Deutero. nono capit. cum dicitur: Aduersum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere, & pro illo sum similiter deprecatus. Ergo istud peccatum non fuit ita directē idolatria, sicut peccatum populi. De Leuitis alijs dicendum est, quod biberunt de aqua illa sicut alij de populo: tamen in nullo eorum apparuit aliquod signum sceleris, quia vitulum fieri non petierunt, & factum non coluerunt, nec colentibus consenserunt: ideo abiectis cęteris primogenitis Israelitarum, loco eorum Leuitę suscepti sunt, vt habetur Nume. tertio capi. & hoc patet infra in litera, quia Leuitę non fuerunt puniti, sed punitores, cū dicitur: Et stans Moyses in porta castrorum ait: si quis est domini iungatur mihi: congregatique sunt ad eum omnes filij Leui. Et postea sequitur: Ponat vir gladium super femur suum: ite, & redite de porta vique ad portam castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximū suum: feceruntque filij Leui iuxta sermonem Moyfi, cecideruntque in die illa viginti tria milia hominum: & ait Moyses, consecratis hodie manus vestras domino. Dixitque ad Aaron. Postquā ponitur quid fecerit Moyses ad examinationem sceleris totius populi, hic ponitur quomodo redarguit peccatum Aaron fratris sui. Et arguit Moyses Aaron, quia vidit eum culpabilem, & verissime sic erat, quia pro nulla re debuisset tolerare malum, quod populus petebat, vt ipse talia faceret. Quid tibi fecit hic populus. Loquitur hic Aaron ad modū irati, quia verē iratus erat ira, quæ est perzelum. Iratorum autem mos est de manifestissimis inquirere: sciebat enim Moyses quod nihil potuisset facere populus Israel Aaron, propter quod Aaron deberet eum inducere in tantum peccatum: nā dato q̄ ei maximas intulissent molestias, non erat causa sufficiens ad hoc quod veller inducere eos in tale peccatum, sed ad exaggerandum quarelam in Aaron durē in eum inuehendo, loquitur hęc. Quid tibi fecit hic populus. Quasi dicat, quare ita fuisti crude-

lis in istum populū inducendo in eum peccatum hoc maximum, propter quod maxima eis pena infligi debeat? nam non potuit contra te tantum errare, vt deberes tantum malum inducere super eos. Vt induceres super eum. Non induxit Aaron peccatum istud super populū, quasi ipse compulisset populū colere vitulum mandans ei, vt colerent, vel quod fabricaret, & postea induceret populū ad peccandum colendo: sicut fecit Ieroboam rex primus in Israel super tribus decem: nam fecit duos vitulos, quorum vnū posuit in Dan, & alium in Bethel: & induxit populū ad adorandū, vt patet tertio Reg. capit. duodecimo: Aaron autē, nec mandauit, nec principaliter fecit: sed populo petente, & quasi mandante timens fecit, vt in superioribus declaratū fuit: non ergo erat conquerendum de Aaron, quasi ipse peccatū principaliter induxisset: sed quia populo volenti malum facere, licet inuitus occasionem prębuisset. Peccatum maximum. Litera Hebraica non ponit peccatū maximum in superlatiuum, sed peccatum magnum: & adhuc si attendatur proprietas linguę Hebricę, nō dicitur peccatum magnum, quasi ponatur in neutro genere, aut masculino, sed ponitur in feminino, vt si diceretur apud Latinos in feminino genere feci peccatum magnum: ita in Hebræo si poneretur in masculino genere, vel neutro diceretur. Aul. gadol. Id est peccatum magnum: sed ponitur in feminino genere tam substantiuum, quā adiectiuū, & dicitur. Auna. guedola. Id est peccatum magnum. Sed hoc nihil interest, quia sit proter barbariem incomptam idiomatis Hebræicę differt quantum ad hoc quod vocatur peccatum magnum in Hebræo, & in litera nostra vocatur maximum. Et eadem differentia est in litera infra, cum dicitur: Peccastis peccatum maximum. in litera Hebraica dicitur peccatum magnum. litera tamē nostra cautē posuit peccatum maximum, quia secundum veritatem maximum est. Nam secundum iustitiam distributiuam, & conmutatiuā quando consideratur quantitas offēnsę, fit in comparatione vnus ad alterum, ita quod sint duo aut plures offendentes: siue comparādo solum offēnsam ad poenā debitam, semper iudicatur quantitas ipsius offēnsę per magnitudinem eius, cui fit offēnsa: sed in peccato idolatrię fit iniuria Deo taliter, qualiter non fit in aliquo aliorū peccatorum: ergo istud maximum est. Patet enim, quia alia peccata sunt contra proximōs directē, & dicuntur in Deum in quantum sunt contra leges datas ab eo: vel contra instinctum rationis practicę ab eo nobis insitæ: istud tamen dicitur directē in Deum: vel quia negat verum Deum, quem nos colimus esse verum Deum, affirmans Iouem, & Martem, vel quosq; de alijs esse Deos: aut saltem eum honorem, qui soli Deo deberetur, multis alijs tribuit in quo totum præiudicium Deo fit, quia ei honor adimitur, & quia cōtra leges eius agitur. Si autem respiciantur omnia alia, idolatrię reperietur, quod in nullo eorum ita directē agitur cōtra Deum. De his autem, in quibus agimus contra proximū satis notum est, scilicet in septem præceptis de his, quia solum est iniuria Deo in quantum nō obeditur legibus ab eo datis: siue in voce, & scripto, siue in ratione practica. Non tamen venit ei præiudicium quasi ex actu isto malo aliquod damnatum, aut honoris diminutio ei proueniat, aut videatur prouenire: nā si ego fornicer, aut furor, nullus honor Deo adimitur: si tamen sim idolatra, directē tollo honorē diuinum vocando alium Deum, & non illū, & alium cum eo. Alia autem sunt præcepta, quæ etiam nos dirigit in solū Deum, vt præceptum de non assumendo in vanum nomen domini, & præceptum de obseruatione sabbathi: & in his quidquid peccatur, contra Deum.

Quomō idolatria ē peccatum maximum.

In peccato idolatrię reperietur, quod in nullo eorum ita directē agitur cōtra Deum. Deo fit: q̄ ei honor adimitur.

In prece-
ptis primis
tabule so-
lum contra
Deum pec-
catur, &
nihil con-
tra proxi-
mum.

Deum peccatur, contra proximum autem nihil: ta-
men non possunt ista vocari peccata maxima, quia non
sunt peccata directè contra Deum, sicut aliud de idola-
tria: nam si aliquis nomen domini in vanum recipiat,
aliqualem iniuriam ei facit: quia nomen suum glorio-
sum debet in magna reuerentia haberi, cum autem
in vanum assumitur, debita ei reuerentia admittitur:
nec tamen propter hoc dicimus Deum verum non esse
Dei, masculines Iouem, Martem, Saturnum, aut
Aesculapium esse Deos: vel eum esse Deum, sed alios
cum eo esse Deos, & esse ei æquales: In idolatria au-
tem hæc omnia sunt: maius ergo valde est peccatum
idolatriæ, quàm n assumere nomen Dei in vanum. Est
etiam præceptum de sabbatho directè in Deum, &
quidquid in eo peccatur, in solum Deum peccatur: ta-
men ista offensio non est magna: nam quod ego non
obseruam de sabbatho, licet sit offensa facta Deo, quia
agitur contra legem a Deo datam, tamen non ex hoc
nego eum esse Deum, aut adimo ei aliquem hono-
rem faciendum alium Deum æquale ei. Nec est illa detra-
ctio reuerentiæ nominis eius. Nō est ergo alicuius mo-
mētū violatio sabbathi comparatio peccato idolatriæ.
Rectissimè ergo litera nostra vocauit idolatriam pec-
catū maximum, licet in Hebræo nō habeatur maxi-
mum, sed magnum. *Cui ille respondit.* scilicet Aaron
videns dure inuicti Moysem in ipsum, respondit hæc,
quæ sequuntur. *Ne indignetur dominus meus.* Aaron
erat frater Moyse ex eodem patre & matre: & erat ma-
ior eo tribus annis, vt patet supra septimo cap. vbi dici-
tur: eum Moyse, & Aaron ingressi sunt coram Phara-
one, erat Moyse annorum octuaginta, & Aaron an-
norum octuaginta tres. Erat etiam multum prece-
lens Aaron super Moysem ratione primogenituræ: ex
qua habebat primogenitus multa iura super alios fra-
tres: de quibus diximus Gen. 25. & 27. cap. tamen hic
non loquebatur Aaron tanquam maior Moyse, sed
tanquam subditus eius. Et hoc duplici ratione. Pri-
ma quia Moyse erat propheta domini specialiter: quæ
ad eum solum loquebatur Deus, ipse ad Aarō postea.
sic dictum fuit supra quarto capitu. ipse loquetur pro
te ad populum, & tu eris ei in his, quæ ad Deum perti-
nent: & supra septimo cap. dicitur: Ego constitui te
Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta
tuus. Secundò quia Moyse fuerat constitutus a Deo,
vt dux populi, & ordinator eius, & index quantum ad
omnia. & non solum vt iudex, sed etiam vt pater, & vt
mater: quia dicebat ei dominus. porta eos in sinu
tuo sicut solet nutrix portare infantulū, & duc in ter-
ram, pro qua iurauit patribus eorum, vt haberet Nume.
vnde decimo cap. Tertium erat, & potissimū, quia
Moyse erat nūc terribilis, & coram toto populo vitu-
lum conculcauerat, atque combusserat, & in puluere
comminuens sparsit in aquam, & totus populus corā
eo tremebundo vultu pauitabat, atq; ad mandatum
eius omnes de aqua illa, quam vehementer horrebāt,
biberunt: timuit ergo & ipse Aaron velut sceleris sui
pater, ne Moyse, qui ita eū dure in inuehebatur, vellet
inducere super eum propter peccatum grande puni-
tionem grauissimam: motus ergo timore eum vrbani-
um faciebat, & vocabatur Moysem dominum suum,
& sic eum placaret: nam respōsio mollis frangit iram,
& sermo durus suscitatur furorem, vt patet Prou. 15. cap.
Ne indignetur dominus meus. Id est rogo te domine mi, ne
irascaris contra me, quia ego non peccaui tantum in
hoc, sicut tu meditaris. *Tu enim nosti populum istum.*
Inducit Aaron quod petebat, scilicet ne irasceretur
Moyse in eū grauer: & hoc, quia iste populus erat
malus, & petierat ab eo, vt faceret eis Deos: ipse au-
tem impetum eorum ferre non valēs, quia existima-
bat eos ruituros in eum, si petitioni eorum non assen-

Aaron vo-
cauit Moy-
sem dñm
suum cum
esset ma-
ior etate
Moyse.

firet, fuit timore inductus ad assentiendum facien-
dumque quod petebant. Et hoc est, quod dicit hic
Aaron, scilicet. *Tu nosti populum istum.* Non est pro-
batio, siue inductio petitionis suæ immediate, sed pro-
batio cuiusdam probationis, sicut in syllogismo ad in-
ferendos conclusiones ponimus præmissas, & rursus
ppriarum præmissarū ponimus probationes. Petiti-
o autem Aaron erat, quod non irasceretur ei Moyse:
hoc autem sic confirmari debebat. Populus iste venit
ad me, & petiuit importanè vt fabricarem ei Deos:
ego autem timens fabricari, Nunc autem istam pro-
bationem confirmat, scilicet quod venerit ad eum to-
tus populus petens Deos sibi fieri: nam forte Moyse
posset dubitare vtrum populus tale quid petisset. Pro-
bat autem verisimiliter Aaron hoc arguens ex per se
notis, aut magna experientia cognitio ipsi Moyse di-
cens: domine quia cognoscis, quod populus iste pro-
nus sit ad malum: ideo venit, & petiuit Deos sibi fie-
ri. *Tu enim nosti populum istum.* Quasi dicat, etiam si
non diceretur: domine mi quod iste populus malus
sit, & semper in malum pronus: tu cognoscis, quia
sepe expertus es: nam cum exiissent de Aegypto, &
vidissent Pharaonem super se venientem, desperan-
tes dixerunt Moyse. Nunquid non erant sepulchra in
Aegypto? quare eduxisti nos vt moreremur in solitu-
dine? vt patet supra decimo quæ in isto cap. Murmurauit
etiā populus iste iterum in solitudine in Mara cum in-
uenissent aquas amaras, vt patet supra decimo quinto
capit. murmurauerunt etiam iterum cum defecisset
panis in deserto Sin contra Moysem, & Aaron dicen-
tes: Vtinam mortui essemus per manum domini in
Aegypto, quando sedebamus super ollas carniū, &
comedebamus panem in saturitate: cur induxisti nos
in desertum istud, vt occideritis omnem multitudi-
nem famem vt patet supra decimo sexto ca. Repugna-
uit etiam populus iste mandato Dei, quia de manna
colligebant vltra mensuram Gomor impositam. Et
quia in sabbatho exhibant ad colligendum manna cō-
tra prohibitionem Dei, vt patet supra decimo sexto
cap. & contra Deum murmurauerunt pro aqua in Ra-
phidim, vt patet supra decimo septimo capit. & ideo
Moyse videns hæc, cognoscebat eos esse pronos ad
malum, & contententes contra dominum, vt patet
Deute. nono capit. scilicet de eo loco, quo egressus es
de Aegypto vsque ad locum istum semper contra do-
minum contendisti. *Pronus sit ad malum.* Id est pronus
ad omne malum, ideo verisimile est, quod ipsi inci-
tarent me ad hoc malum, vt facerem eis vitulum ad
colendum. Vel dicuntur proni ad malum, id est ad
idolatriam: ita quod specialiter essent inclinati ad idola-
triā. & hoc sciebat Moyse, quia in Aegypto colue-
rant Deos secundum cæremōnias Aegyptiorum, &
ex hoc sciebat Moyse eos inclinos esse ad idolatriā.
Dixeruntque mihi: fac nobis Deos. Id est quia ista gens
ad malum idolatriæ prona est, dixerunt mihi, vt face-
rem eis Deos: quasi dicat, si non fuisset gens inclinata
ad malum, cum haberet Deum suum verum, non pe-
teret sibi fieri Deos aureos. Vel aliter dixit mihi gens
ista quod facerem eis Deos: & hoc satis verisimile
est istam gentem peccauisse: quia erat prona ad ma-
lum, id est ad Idolatriam. *Fac nobis Deos.* Licet in plu-
rali dixerint, tamen vnum Deum petebant, vt declara-
tum fuit in principio cap. huius, quos Deos isti petie-
runt, vel ad quem finem, & quare fuerint moti ad pe-
tendum, & de multis aliis huiusmodi dictum fuit in
principio cap. huius. *Qui nos procedant.* Id est qui de-
monstrent nobis viam euntes ante nos, scilicet quod
ille Deus siue vnus esset, siue multi, esset rationalis, &
potens eis imperare, & coram eis per se ambulare.
Hoc enim ipsi petebant, licet non fuerint facti eis ta-

les

les dij. De hoc etiam supra declarauimus, quomodo
isti dij possent præcedere hæbreos in itinere. *Hic enim
Moyse, qui nos eduxit de Aegypto nescimus quid acciderit.*
Quia per dies triginta, vel triginta quinque, moratus
fuerat Moyse extra castra, quādo ista dixerunt Iudei:
& putauerunt Moyse mortuum esse, quia non de-
terminauerat eis tempus, in quo venturus esset: om-
nia hæc exponantur sicut supra exposita sunt. *Quibus
ego dixi, quis vestrum habet aurum.* Videbam importuni-
tatem eorum, & si eorum intentioni non consentirem,
me subito laniarent: ideo volens aliqualem indirectè
impedire, cognoscens auaritiam eorū petiui aurum,
nam credidi quod dare nollent: & sic committeretur fa-
bricatura Deorum: sed nec sic obtinuit Aaron, quia
præualuit iniquitas Hebræorum. Et non habetur sic
supra sicut hic: quia supra dicebatur: Tollite inaures
quæ sunt in aures vxorum vestrarum, & filiarum, atq;
filiorum, & afferte ad me. hic autem ponitur aurū vni-
uersaliter, & non ponitur quale aurum esset. In quo
minus Aaron facit ad propositum suum quā loquen-
do sicut supra: nam nihil est quod cum maioribus diffi-
cultate darent Israelitæ quā ornamenta aurea penden-
dentia in auribus eorum: citius enim vasa aliqua aurea
darent: ideo petens inaures petebat id, quod magis dif-
ficile videbatur, & quod magis distrahere posset
Iudeos a fabricatura Deorum. & sic est intelligenda
ista litera: licet vniuersaliter ponat aurum. Nam mo-
dus sacræ scripturæ est, vt postquam aliquid plene, &
determinatè narrauerit, si contingat illud idem nar-
rari debere, qualitercunque narrat, etiā si breuissimè.
Hic autem noluit explicare inaures vxorum, & filio-
rum, & filiarum cum supra explicauisset, sed posuit au-
rum vniuersaliter. *Tuleruntque, & dederunt mihi.* Id est
tulerunt inaures aureas omnium vxorum filiorum, fi-
liarumque suarum, vt fabricaretur eis Deus. *Et proiecit
illud in igne.* Ecce mutatus est modus loquendi hic,
& supra: nam dicebatur supra quod Aaron accipiens
a toto populo inaures formauit eas opere fusorio: hic
autem dicitur quod proiecit in ignem aurum, & exiit
factus vitulus aureus præter intentionem eius. Hæc
autem duo totaliter repugnare videntur.

An Aaron habuerit intentionem fabrican-
candi vitulum.

Q V A E S T I O. XXXIIII

VIDAM autem volentes totaliter excusare
Aaron dixerunt, quod Aaron non habuit inten-
tionem fabricandi idolum: sed accepit aurum, & pro-
iecit in ignem, vt ibi periret: sed diabolus præter in-
tentionem Aaron formauit vitulum ex auro. Sed hoc
non potest stare, quia literæ manifestè supraposite in
principio capit. contradicunt, scilicet quod Aaron for-
mauit istas inaures opere fusorio, id est in quadam for-
ma, siue vase fusorio: sed non poterat formari tale vas
fusorium, & fundi in eo aurū illud, nisi esset a proposito:
ergo Aaron intendebat facere vitulum magis quàm aliud
animal: causa supra assignata fuit. Item patet hoc,
quia Aaron non ausus fuisset aurum in ignem iacere,
vt periret, quia tunc populus in eum factus atrocior su-
bito illum dilaniaret: quia perdidisset aurum, & nō fe-
cisset idolum. facilius enim sibi remitti posset si popu-
lo petente Deos fieri, & offerente aurum facere no-
luisset, quàm si accepit aurum in ignem iacens per-
didisset, quia tunc videretur hoc fecisse intentione no-
cendi eis. Dicendum ergo, vt vult litera posita in prin-
cipio huius capit. scilicet quod Aaron accepit inaures
aureas a toto populo, & facta forma fusoria ad vituli
imaginem infudit ibi, atque factus fuit vitulus. Cum

A autem dicitis: quare ergo hic dicitur quod Aarō proie-
cit aurum in ignem? Potest dupliciter responderi. Quare Aa-
ron mutauit
uit ventu-
tem literæ
mentiendo
Moyse.
Vno modo quod Aaron tenuit hic culpam suam, quia
quia Aaron tenuit valde, quod Moyse vellet ei infli-
gere aliquam grauem penam, vt dicitur supra: Ne in-
dignetur dominus meus. & si forte confessus fuisset
factum suum totaliter secūdo quod res gesta se ha-
buit, timebat quod Moyse irasceretur valde. Pollia-
uit ergo factum suum quantum potuit, & erat inten-
tio sua dicere, quod ipse non intendebat facere vitulū,
sed perdere aurum, ideo proiecit aurum in ignem aurum,
quod non erat ad fabricandum sed ad perdendum il-
lud: tamen egressus fuit vitulus, id est apparuit factus,
licet ego non intendebam facere vitulum, nec putauit,
quod inde fieret. Sed in hoc mentitur Aaron: quia
Aaron me
daciū.
non proiecit aurum in ignem, sed formauit opere fu-
sorio, vt patet supra. Satis admiror qualiter Aaron sic
publicè mentiri non erubuit: erat enim toti populo
notum, quod ipse in forma fusoria vitulum fabrica-
set: negabat tamen coram Moyse, in quo si Moy-
se vellet a populo inquirere veritatem rei, clarif-
simè comperisset Aaron fuisse mentitum, quæ erat
maxima confusio in tanto viro, qui erat dux populi: &
per hoc merebatur magnam penam incidere, sed timor
eum induxit ad hæc subeundum: nihil enim est quod
non expleant improbus amor, & timor. Alio mo-
do potest dici, quod Aaron enarrauerit Moyse rem ge-
stam secundum omnem veritatem: tamen scriptura,
quæ breuiloqua est, quia supra istam narrationem po-
tuerat, hic eam breuiter tangit, & aliquantulum obli-
uere, ita quod videatur repugnare narrationi superiori:
& satis rationabile est hoc, quia satis erat durum, quod
Aaron ita publicè mentiretur, cum notorium esset in
forma fusoria eum fabricasse vitulum aureum. Etiā
quia si ipsa non intendisset vilo modo fabricare vitu-
lum, sed destruere aurum, cum factus fuisset vitulus a
dæmone, vel alijs, non fecisset ei Aaron altare, nec
mandasset, quod ei celebraretur solennitas sequenti
die fabricationis suæ: sed hæc omnia fecit, ergo intē-
derat fabricare vitulum. Dicendum ergo isto modo
quod Aaron confessus fuit se fabricasse vitulum in forma
fusoria, licet hoc non volens, sed coactus saltem con-
ditionali coactione fecerit, & cum dicit, quia proiecit
aurum in ignem: non est sensus, quod proiecit super
prunas ad hoc quod perderetur, sed quod posita fue-
rit forma fusoria latens sub terra, & supra ponerentur
carbones vitii in aliquo vase magno contentissimo eorū,
& esset perforatum inferius aut posset per angusta for-
amina aurum liquefactum decurrere in formam fu-
soria in infra latente: & sic formaretur vitulus aureus
proiciendo aurum super carbones, quod est proiice-
re in igne. Patet hoc in fusione campanarum. Idem
ergo est formare vitulum opere fusorio, quod proiice-
re aurum in igne: quia ad formandum opere fusorio
necesse erat aurum in igne poni. *Egressusque est hic vi-
tulus.* Id est ex hac fusione factus fuit iste vitulus: non
quidem quod egressus fuerit quasi a casu præter intē-
tionem meam, sed quia talis forma fusoria facta est,
talis vitulus inde exiuit. *Videns ergo Moyse populum, quod
esset nudatus.* Hic ponitur quartum principale, scilicet
peccati examinati puniatio. Et fuit ista puniatio ad prouo-
candum misericordiam Dei, quia cum populus iste
tam grauer peccauisset, donec aliquantulum pro offen-
sa facta puniretur, non audebat Moyse totaliter pete-
rea Deo deleri peccatum populi huius quantum ad
penam: & quia erat prælatus, & pater totius populi
Moyse habens vtranque gladium, potuit, & debuit
punire iniquitatem populi quantum cognosceret po-
terat, imò si non puniisset eos, peccasset: quia negli-
geret id quod officij sui cura exigebat. *Videns Moyse,
quod*

Cōcordā-
tia literæ.

quisque gladium super femur suum: sed certum est, quod non posset quilibet ponere gladium super femur suum, sed soli iuvenes fortes ad bellum. Ad secundum quando arguitur de Aaron, quia Aaron erat de tribu Leui, tamen peccauit in fabricatione vituli, ergo falsum est illud, quod nullus de tribu Leui peccauerit in hoc, quia si non peccauisset Aaron, non increpasset eum Moyses, sed valde increpauit eum, ut hic patet: ergo peccauit. Respondetur quod Moyses stetit cum domino in monte, & nesciebat aliquid de peccato populi, nisi quantum ei Deus reuelauit. De Aaron autem forte reuelauit ei, quod fecerit vitulum nihil addendo, scilicet vtrum spontaneus, vel coactus, & tunc quod quando Moyses descendit ad populum putans Aaron spontaneè egisse redarguit eum. Vel forte, quia Deus nihil reuelauit vtrum Aaron fabricasset vitulum: & postea Moyses descendens in castra comperit Aaron fecisse vitulum, & nihil ultra inquirens redarguit eum. Magis tamen dicendum est, quod Deus reuelauit Moysi peccasse populum colendo vitulum, & quod Aaron timore populi ductus fabricauerit illud ad petitionem populi. Et patet hoc, nam si Moyses audiuisset siue a Deo, siue a populo, quod Aaron fecisset eis vitulum, & non audiuisset aliquid alterum: putaret quod Aaron voluntarie fecisset, & eum fortiù increparet, sed ista increpatio, quæ hic ponitur secundum magnitudinem sceleris idolatriæ, quod omnium maximum est: non est alicuius quantitatis: ergo Moyses increpans Aaron sic audiuera Deo quod iste fecerat timore inductus. Item si Deus non indicasset Moysi, quod Aaron frater eius peccasset in fabricando vitulum, non orasset pro eo, quia qui non peccauit, non indiget, ut pro eo oretur, sed orauit Moyses pro Aaron: ergo Deus ei declarauit quod peccauerat. Itè Moyses vidit eum stare in monte, quod Deus iraice retur populo Israelitarum, & hoc pro peccato: & vidit quod etiam contra Aaron vehementer Deus iratus fuit: ergo cognouit eum per Dei reuelationem peccasse. De hoc patet Deuteronomio nono capitulo, scilicet, aduersum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum contere, id est quando ego vidi Deum in monte iratum, non solum vidi eum iratum contra populum, sed etiam contra Aaron. Dicendum ergo quod Moyses redarguit Aaron, quia peccauit: non tñ quia peccauit in idolatria directè, sed quia peccauit indirectè: nam Moyses non redarguit Aaron tanquam mandauerit fieri vitulum, aut compulerit populum ad adorandum, aut quia ipse eum esse Deum crediderit, vel quia eum saltem inuitè adorauerit: quia hæc omnia directè sunt idolatria. Aaron autem nihil horum egit, sed solum timore ductus fabricauit vitulum, sed nec eum Deum credidit, nec tanquam Deum coluit, & sic manet quod Aaron non peccauerit in idolatria, sed in aliquo quod aliquo modo, scilicet indirectè pertinet ad idolatriam. Ad tertium argumentum pro ista parte, quando dicitur quod Deus irascitur iuste: sed ipse fuit iratus Aaron, ergo iuste fuit iratus: & sic peccauit. Respondetur, quod Deus fuit iratus iuste Aaron, & ipse peccauit, tamen non peccauit in idolatria directè colendo idolum, aut spontaneè fabricando: nec de hoc eum Deus habuit exosum, sed quia cum debuisset potius omnia mala pati, quam malo consentire, non fecit, sed timore mortis fecit vitulum aureum: ergo peccauit, & de hoc redarguitur. Sed nos hoc dicimus de peccato verè, & directè idolatriæ, scilicet quod nullus de tribu Leui commiserit verè idolatriam, quia nec Aaron commisit verè idolatriam, sed indirectè. Et si adhuc arguere velles, quod ille, qui inducit peccatum magnum super alios, peccat, sed Aaron induxit peccatum magnum super totum populum:

De reuelatione Moysi in monte existenti populum peccasse, & Aaron timore populi vitulum fabricasse.

Ad tertium argumentum. Deus iuste iratus fuit Aaron, quia peccauit, sed non peccauit directè in idolatria.

ergo multum peccauit. Maior patet: quia si aliquis malum faciat, & alius ei consentiat, uterque peccat, & reus mortis est: quantomagis, qui dedit occasionem peccandi, qui videtur esse principium a quo est motus: de hoc ad Rom. primo cap. & extra de iniuriis, & dano dato cap. si culpa, scilicet quod qui occasionem dandi dat, damnum dedisse videtur. Patet minor, scilicet quod Aaron induxit peccatum istud super populum, quia dicitur supra in litera: Quare induxisti super populum istud peccatum maximum? Respondetur, quod possumus concedere quidquid concluditur, scilicet quod Aaron peccauit: nec tamè sequitur ex hoc quod fuerit idolatra, de quo peccato hic agitur. Sed quia aliter posset contra istam responsonem instari: respondeatur aliter, scilicet quod Aaron induxit peccatum super populum, scilicet peccatum idolatriæ. Sed de ista inductione peccati distinguendum est, quia aut Aaron induxit istud peccatum super populum, ita quod fuerit causa prima a qua motus, aut induxit peccatum, quia propter aliquam negligentiam eius, aut timorem introductum est, & ipse non introduxit. Si primo modo Aaron induxisset peccatum super populum, esset verè idolatra: & magis quam populus adhuc, scilicet quia aut ipse fieri vitulum mandasset, aut ipse voluntarie fecisset, aut coli iussisset, aut ipse voluntarie coluisset dans alijs exemplum colendi: sed non fecit Aaron aliquid talem, nec Moyses redarguit Aaron isto modo introduxisse peccatum in populum. Secundò modo dicebatur introducere peccatum super populum, ut potè quia cum ipse esset prælatus, deberet vigilare super gregem suum, ne aliquod malum in plebe fieret: si verò negligentia eius aliquod peccatum in plebe introductum fuit, ipse peccat, & dicitur introducere peccatum eius tanquam causa deficiens: sicut absentia nauæ est causa pereundi nauem, ut ait Aristoteles secundo Phisicorum. Et isto modo non potest excusari prælatus, quia non est bona excusatio si lupus ouem comedat, & pastor hoc nesciat, ut ait Beatus Gregorius in Registro. & habetur extra de regu. iuris cap. quamuis canie. Etiam si subditi aliquod peccatum facere incipiant, & executio eius finiri non potest, nisi interueniat voluntas prælati: si tunc prælatus ad hoc sponte non accederet, quia tamen subditi imitantur ei, aut inferrent iniuriam personæ, aut rerum iacturam, & ob hoc accedit eorum malis inceptis præstans consentium ad finiendum peccatum. Sic autem Aaron peccauit, quia licet ipse non inchoauerit peccatum hoc, populus tamen inchoauit volens colere Deos, & petens eos sibi fieri, quia tamen non poterat hoc fieri, ut ipsi volebāt nisi Aaron, qui erat rector populi assentiret: impulerunt eum ad hoc, ut assentiret, & faceret vitulum, qui timore ductus fecit. Si enim quia ipse non aduertebat populus fecisset sibi Deos, peccabat Aaron: non tamen propter hoc erat idolatra, sed solum negligens circa idolatras: quod satis graue peccatum erat. Si autem ipsi introducerent peccatum idolatriæ, & ipse postea timore mortis perficeret fabricando vitulum, licet non coleret ipse eum nec, crederet esse Deum, quia tamen faciebat id, in quo alij idolatrant, peccabat: licet non esset directè idolatriæ peccatum. Ad quartum argumentum principale, cum dicitur, si nullus de Leuitis peccasset, nullus de eis mortuus fuisset, cum infligeretur ista mors pro idolatria perpetrata, sed mortui fuerunt multi de Leuitis: ergo peccauerunt. Respondetur, quod non mortui fuerunt aliqui de Leuitis, & quando dicitur: Consecratis hodie manus vestras vnusquisque in fratre suo, & filio. Dicendum quod accipitur frater large pro fratribus, qui sunt de filiis Israel: nam omnes Hebræi inter se vocantur fratres, ut patet Deuteronomio 15. cap. cum dicitur:

Non est bona excusatio si lupus ouem comedat, & pastor hoc nesciat.

Ad quartum argumentum. Quia cum dicitur: Si nullus de Leuitis peccasset, nullus de eis mortuus fuisset, cum infligeretur ista mors pro idolatria perpetrata, sed mortui fuerunt multi de Leuitis: ergo peccauerunt.

dicitur: Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa. Et si dicas, quod licet possit stare pro ista parte: tamen non potest stare in quantum dicitur, quod isti consecrauerunt manus suas in filiis suis, quia non vocantur filij sic in transferralibus per cognationes. Respondetur, quod sicut patet multipliciter dicitur, ita filius dicitur multipliciter: accipitur ergo hic filius non pro filio carnali, sed pro eo, quem aliquis tenerimè diligit, ut filium, & est minor eo: minores namque filij nuncupantur, sicut maiores appellatur patres: & isto modo quilibet occidit fratrem suum, & filium, quia isti Leuitæ diligebant alios de alijs tribubus, quia erant ex eodem genere Iacob: tamen ad mandatum Moysi, ut obedirent Deo occidebant eos. Aliter autem responderi potest, sicut respondet quædam glossa Hebræica, scilicet quod sunt hic fratres Leuitarum secundum carnem: & tamen non erant Leuitæ, utpote cum moriebatur Leuita, licitum erat uxori suæ virum de altera tribu accipere: & tunc filij inde nati non erant Leuitæ, quia filij sunt de tribu, & progenie, de qua est pater, quia nulla femina computatur ut medium ad continuandum generationem, sed sunt omnes continuationes, & denominationes linearum per viros: illi tamen, qui de hac femina nascuntur erant fratres eorum, qui prius nati fuerunt de viro Leuita. Isti etiam aliquo modo vocantur filij Leuitarum, quia licet non sint filij Leuitarum immediate, scilicet quod non habent patres Leuitas, habent tamen auos leuitas, & sic Leuitæ occiderunt aliquos fratres suos, & filios: tamen nullus de Leuitis mortuus est, aut peccauit in idolatria. Si autè aliquis dicere vellet, aliquos de Leuitis peccasse, & fuisse occisos, posset respondere ad supradicta non multum difficulter, & tunc illa litera inferior, scilicet consecratis manus vestras vnusquisque in fratre, & filio suo, intelligeretur de carnalibus, scilicet quod multi de Leuitis reperiebant aliquos filios suos insignitos signo sceleris, & occidebant eos, vel fratres, & similiter occidebant. Et cum dicitur: vnusquisque vniversaliter in tota sua vi, ita quod nullus esset de Leuitis, qui concurreret cum Moysè ad vltionem istius sceleris, qui non occidisset fratrem suum, & filium. Hoc tamen non est credibile, quia multi Leuitæ ibi essent, qui nec filios, nec fratres habebant. Quibus ait: Hec dicit Dominus Deus Israel. Ideo dixit eis hoc præponendo auctoritatem mandantis, quia erat difficile mandatum compleri: nam quod ipsi occiderent tot viros, & feminas, maximè eos, qui erant cognati sui, videbatur esse scelestissimū, & contra naturalem pietatem: nisi ergo interueniret diuina auctoritas, quæ super omnia est: non deberent ad hoc Leuitæ, vel alij homines moueri. Hec dicit dominus Deus Israel. Vtrum ista dixerit Moysi in voce, An reuelauerit ei cognitione intellectuuali, Vel solum eum ad hoc inclinauerat dando ei voluntatem faciendi hoc, non constat. Vel forte si nullum istorum existeret, sed Moyses tanquam prælatus, & habens vtrumque gladium sciens iustum esse, quod illi, qui in talibus deliquerat, talia paterentur, ideo licet Deus non diceret ei alio modo prædictorum, quia tamen scit omnè iustum a Deo esse, & potestatem iudicatiuum sibi a Deo collatam, verè dicere potuit: hoc mandat Deus Israel, sicut si aliquis executor legis datæ a Deo videat aliquem deliquisse contra eam, posset secundum veritatem dicere alteri: Deus mandat tibi, ut occidas istum hominem: etiam si Deus non mandet specialiter, cum lex ista mandans taliter punire sit a Deo, & potestas, quæ habet iste iudex ad cognitionem causarum, vel institutionem penarum sit a Deo, quæ ois potestas a Deo est, ut patet ad Rom. 13. cap. Quod quid ergo fiat per pote-

statem huius conuenientem huic legi per mandatum Dei sit. *Ponat vir gladium.* Id est quilibet de vobis, qui est vir apud accipere arma, ponat gladium super femur, id est cingat ensē. Quando enim nobis ensē præcingimus super femur illum collocamus. Et dixit ista Moyses, quia quando primo vocauit Moyses existēs in porta castrorum, & dicens: si quis est dominum ingatur mihi, id est si aliquis habet zelum Dei, veniat ad me: omnes Leuitæ, quia non peccauerant, conueniunt ad eum, & quia nesciebant ad quid vocarentur, non portauerunt secum arma. Cum autem Moyses vidit eos apud se, mandauit eis, ut quilibet iret in tentorium suum, & acciperet gladium, scilicet præcingeret sibi ensē, & redirent ad eum, ut oēs simul irent per vicus castrorum, & occiderent delinquentes. Et hoc est, quod dicitur. *Ponat vir gladium super femur suum.* Id est præcingat sibi ensē ponendo eum super femur suum. Et dicitur, quod quilibet vir ponat gladium, & non mandatur quod accipiat, aliqua arma bellica, quia hic solum erant necessaria arma officina sua, & non defensiva: nam ut supra declarauimus, tantum Deus in peccatores terrorem tremoremque incusserat, ut non auderent se aliquo modo defendere, aut occidentibus repugnare: licet impendentes super se cernerent gladios: alij quoque qui non peccauerant non audebant defendere peccantes a tribulatioib⁹, licet essent eorum cognati: quia vtrumque corda Deus coegerat punitare. Non portabant etiam alia arma offensiuā, quemadmodum sunt sagitta, arcus, & tela, & lanceæ, fundæ, & alia genera offensiuorum armorū, quia omnia hæc præter gladios sunt ad offendendum procul, & pertinent propriè ad fugientes, scilicet quoniam hostes fugientes sunt vertentes terga, vel cum percussores ad eos, quos percutiunt, accedere formidant: hic autem neutrum eorum erat. Primò non erat ibi fuga eorum, qui percutebantur, quia tanto tremore, & mentis stupore eos Deus percusserat, ut irruentes hostes formidarent, sed non fugerent. Secundum etiam non erat, quia Leuitæ percutientes sine vlla sui offensione ad peccantes accedebant, cum illi tanquam oves ad occasionem ducerentur, & tanquam agni coram percussoribus obmutescerent: soli ergo gladij, quibus coninus res gerenda erat, necessarij erant. *Ite, & redite de porta vsque ad portam.* Vocantur portæ castrorū initia callium, quibus peruenitur extra castra. Incipiebant ergo Leuitæ in vna porta castrorum, id est in principio vnius callis, & transibant per totam callem occidentes omnes insignitos signo sceleris parati: & cum peruenirent ad alteram portam castrorum, id est ad finem eiusdem callis, redibant per alteram callem & sic faciebant euntes, & redeuntes donec finiretur omnes calles castrorum. *Per medium castrorum.* Id est per calles, quæ erant in medio castrorum. *Intra ipsa castra.* Et occidat vnusquisque fratrem, & amicum. Litera non declarat hic condiciones eorum, qui occidi debebant, sed indifferentem ponit. Sed non potest vilo modo sic intelligi, quia tunc aut omnes occiderentur, aut nullus: sed intelligitur, quod aliqui occidi debebant, & aliqui non: nam illi, qui peccauerunt petendo Deos fieri, siue adorando vitulum factum debebāt mori, quia propter eos fuerant introducti ad percutiendum isti Leuitæ: qui autem non offenderant in hoc, offensionem nullam pati debebant in hoc. Item satis hoc datur intelligi ex litera superiori, cum Moyses existens in porta castrorum clamauit, scilicet. Si quis domini est, iungatur mihi: id est si aliquis est pertinēs ad Deum, qui non offenderit eum, veniat ad me: videtur ergo quod isti, qui non offenderant Deum, iungebantur Moysi ad occidendum eos, qui erant contra Deum: sed adhuc existente hoc, si nihil vltius esset, litera esset

Quare leuitæ cum accesserint ad occidentes idolas Hebræorum non portauerunt arma defensiva.

effet diminuta: ideo intelligendum est, quod Moyſes mandaret eis, quod irent, & redirent per medium caſtrorum, & quemcunque reperirent inſignitum charactere ſceleris parrati necarent. Dicitur tamen. *Occidat vnusquisque fratrem, & amicum.* Exprimendo iſtos ſpecialiter, quia de aliis peccantibus manifeſtum erat, quod deberent occidi: & manifeſti erant illi in characteribus, quia innati fuerunt eis per aqua potu conſperſa puluere aureo. Erat tamen dubium, quia quando aliquis reperiret aliquem fratrem ſuum, aut filium, vel amicum, qui peccaſet, putaret quod non deberet eum occidere: mandat ergo Moyſes quod occidat indifferenter quemcunque occidendum repererit. Erat autem ſpeciale in hoc peccato idolatrie: nã in ceteris non tenebatur accuſare pater filium, aut filium, aut vir vxorẽ, aut fratrem fratrem, aut amicum amicum: in hoc autem ſi filius, vel filia vxor vel aliquis de aliis ſolicitaret hominem dicens: *Eni, & eam* atque ſeruiemus diis alienis, debebat eum accuſare, & ipſe primo lapidare debebat eum, vt patet Deutero. 13. cap. Quomodo autem accipiantur hic fratres, & proximi, & filii dependet ex dictis in ſuperioribus: ſi enim accipiantur, quod nullus de Leuitis peccauit, nec aliquis de eis mortuus eſt: dicendum erit quod accipiuntur fratres & filij non prout ſunt carnales, ſed prout pertinent ad gradum amoris, ad quem filij, & fratres. Sed adhuc iſte modus forte non multum coheret literẽ, quia dicitur hic. *Et occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.* Si enim ſolum diceretur, quod quilibet occideret fratrem, & filium ſicut infra dicitur: adhuc ſtaret conuenienter iſta poſitio, ita quod iſta eſſent nomina affectionum, & non cognationum: ſed cum diſtinguuntur hic frater, & amicus, & proximus, quorum aliqua ſunt nomina cognationum, & alia nomina affectionum, oportet quod ponantur aliqua pro affectionibus, & aliqua pro cognationibus. Melius ergo reſpondendum eſt accipiendum ſicut accipiebatur in gloſ. Hebraica de filiis mulieris. Leuita mortui, quorum primi quos ſuſceperat Leuita ex vxore ſua erant de genere, & tribu Leui: illi autem quos accipiebant viri aliarum tribuum ex hac vxore Leuita mortui erant pertinentes ad aliam tribum, & erant fratres ſecundum carnem Leuitis, & occidendo illos dicebantur occidere Leuita fratres ſuos: & eodem modo de filiis, vt declaratum fuit ſupra. De proximis autem, & amicis: ſatis patet quia vnus homo vnus tribus poteſt eſſe amicus, & proximus hominis alterius tribus. Si autem acciperetur, quod aliqui de Leuitis peccauerunt, & aliqui mortui fuerunt: accipiantur fratres, & filij, pro filiis carnalibus, ſcilicet quod aliquis de Leuitis euntibus cum Moyſe ad vltio nẽ huius ſceleris occidit fratrem ſuum ex eodem patre, & matre, & filium ſuum carnalem. *Feceruntque filij Leui iuxta ſermonem Moyſi.* Scilicet quod iuerunt per ſingulas calles caſtrorum occidẽtes oẽs, quos characterẽ ſceleris inſignitos reperiebant. *Cecideruntque in die illo quaſi viginti tria millia hominum.* Ideſt mortui ſunt in die illa. Qui enim gladio percuſſi moriuntur, cadere dicuntur: quia per mortem cadũt, cũ ante erecti incederẽt, qũ percuſſi moriuntur. Dicuntur hic 23. millia in illa die deſeciſſe gladio: non eſt intelligendũ qd iſti cõputentur hic ſolum viri, ſed oẽs quotquot moriebãtur, ſiue eſſent viri, ſiue femine: ſiue parui, ſiue magni.

Textus litera Latina diſcrepans ab Hebraicã numero interfectorum defenditur.

QV AESTIO. XXXVI.

ISTA litera videtur repugnare literæ Hebraicæ, quæ dicit. *Ceciderunt in die illa quaſi tria millia hominũ.*

F Dicunt aliqui rationem huius diuerſitatis eſſe, quia computantur in litera Hebraica ſolum illi, qui fuerunt occiſi tanquam principales in ſcelere idolatrie: in litera noſtra computantur ſolum illi, qui fuerunt peccantes, & occiſi ſiue eſſent magis principales ſiue minus principales. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum, quia ſi litera Hebraica poſuit tria millia virorum, qui principaliter coluerunt vitulum, quomodo auſus foret aliqũs trãſlator noſter ponere 23. millia colligendo omnes? Item quod fortius eſt, ſi poſuit litera Hebraica tria millia virorum, quis diceret trãſlatoribus noſtris, aut vnde ſcire poterãt, quod fuerint in ſumma omnes occiſi in iſta vice viginti tria millia hominum? Alij concordant aliter, vt Rabbi Salomõ, ſcilicet quod fuerunt viginti tria millia occiſi: quia fuit mors triplex in iſta Hebraicã pro hoc crimine. Prima fuit, quod multi mortui ſunt potu aquæ illius conſperſe pulueribus aureis. Secunda mors fuit clades inducta per leuitas occidentes gladio. Tertia fuit per peſtem a Deo immiſſam. Tunc igitur dicunt iſti concordantes, quod occiſione facta per Leuitas mortui ſunt tria millia virorum, & de his loquitur litera Hebraica, ſed accipiendo oẽs tres plagas ſimul ſumptas mortui ſunt in eis viginti tria millia virorum. Sed rursus iſta poſitio patitur eadem inconuenientia, quæ patiebatur prima poſitio, ſcilicet quod non auderet trãſlatoreſ noſtri ponere viginti tria millia, ſi reperiffent tria millia in litera Hebraica, quia non erat eis collata tãta auctoritas. Secunda ratio fuit, quia non videtur vnde potuiſſent trãſlatoreſ noſtri imaginari, ſcilicet quod eſſent viginti tria millia in oĩbus tribus plagis: niſi forte ſic reperirent in Hebræo. Item quia non proprie diceretur in litera noſtra ceciderunt in die illa viginti tria millia referendo ad omnes tres percuſſiones, quia in percuſſione hoſtili, quãdo quis gladio moritur cadere dicitur, quia cũ antea ambulare per mortem cecidit. In aliis autem duabus percuſſionibus, ſcilicet in infirmitatibus natis ex potu aquæ vituli, & ex peſte non proprie dicuntur cadere. Aliter autem forte poſſet melius tolli hoc inconueniens, ſcilicet quod trãſlatoreſ noſtri primi erraſſent, quia cũ in Hebræo ſolũ tria millia ponantur, in litera noſtra ponuntur viginti tria millia additis viginti. Occaſio autem huius erroris eſſe poterat, quia vbi nos dicimus viginti tria millia in Hebræo dicitur. *Quiſoſet aleſim.* Ideſt quaſi tria millia. Si enim deberet poni viginti tria millia ſicut in litera noſtra, oportebat ibi poni dictionem ſignificantem viginti: ſed non ponitur. Item ſi deberet poni tria millia: litera ſtare ſic. *Seloſet aleſim.* Ideſt quaſi tria millia, quia hæc dicitio (ſeloſet.) in Hebræo ſignat tria. preponitur autem ei quedam litera, quæ vocatur Caph cum puncto, & facit qui: & cũ iſta pars adiungatur ſequenti ſecundũ regulam legendi in dictionibus Hebræis dicimus (quiſoſet.) & ſignificat iſta dicitio, qui, in Hebræo, ideſt quaſi. Et ſic dicitur (quiſoſet) Ideſt quaſi tria. Sic habetur in aliis locis, quod mutato puncto iſta dicitio, qui, ſignat quaſi. Sic patet ſupra vndecimo capit. vbi dicit litera noſtra: Media nocte ingrediar Aegyptũ. in Hebræo dicitur. *Quãzor halaila.* Ideſt quaſi in medio noctis, & ſupra duodecimo capit. vbi litera noſtra dicit, quod exierũt filij Iſrael de Aegypto ſexcenti ferme millia peditum. Dicitur in Hebræo: *queſes meot,* ideſt quaſi ſexcenti. Qui autem trãſtulerunt reſpicientes illam literam Caph, quæ præponitur huic dictioni, ſeloſet, non legunt eam quaſi faceret, qui, cum puncto ſibi addito, & ſignaret quaſi. ſed acceperunt eã ſolam, & legerunt vltimus literam Hebraicã ſic (ſeloſet aleſim) ideſt tria millia: illa autẽ litera Caph apud Hebræos ſignat numerum ſicut quedam apud nos litera faciunt, & ſignat

Vide Epistolã D. Ieronymiad Damascum & 15. d. c. Sancta R. Ecclesia.

ſignat viginti, trãſlatoreſ ergo noſtri acceperũt eam pro viginti, & cũ vltra dicitur. *Seloſet aleſim.* Ideſt tria millia trãſtulerunt noſtri dicẽtes viginti tria millia. eſt tamen error, quia in libris Hebraicis in textu eorum nunquam ponuntur literæ ſolæ ad ſignandum numeros ſed dictiones numerales, vt pote non ponitur, I. ad ſignandum quinquaginta, vel c. ad ſignandum centũ, ſed ponuntur iſta duo nomina numeralia, quia quaginta, & centum. Qui enim acutius ſpeculantur hanc putant eſſe cauſam erroris. Dicit tamen aliquis quod non eſt iſta cauſa erroris ſiue alienius deniatio nis, ſed ideo litera noſtra ponit viginti tria millia, quia Apoſtolus primo ad Corinth. ca. 10. ponit viginti tria millia. Sed iſta non eſt valde conueniens reſponſio, quia Apoſtolus ponit ſicut eſt in litera Hebraica, ideo dubium eſt de litera Apoſtoli ſicut de litera Hebraica, quia ipſe Apoſtolus ſcripſit Epistolam illam Hebræo idiomate. Non obſtantibus ſupradictis dicendum, quod iſta aſſignatio deniatio nis non eſt conueniens, quia cũ in Hebræo ponatur (quiſoſet aleſim) ideſt quaſi tria millia, ſi acciperetur a noſtris trãſlatoribus Caph. litera pro viginti maneret (ſeloſet aleſim) ideſt tria millia tunc eſſet neceſſario in litera noſtra ſic: Ceciderunt in die illo viginti tria millia, & non poneretur ibi quaſi, ſed ponitur in litera, quia dicitur: Ceciderunt in die illa, quaſi viginti tria millia: ergo neceſſarium eſt, quod litera noſtra accepiſſet, qui, dictionem Hebræam p quaſi, & non pro numero viginti. Erit ergo neceſſario error in aliquo alioſ. in defectu literæ Hebraicæ: nam licet libri Hebræorum, vt communiter magis correkti ſint, quã libri modernorum Chriſtianorum: tamẽ aliqui errores defectuum, & mutationum ſunt in eis ab antiquo. Et patet hoc per ipſoſmet Hebræos Talmudiſtas, qui teſtimonium perhibent quod biblia ſua ſit deprauata in quindecim locis per (irquin cofrin) ideſt per errorem ſcriptorum. Sicut ergo in aliis locis corruptionem ipſi cõcedunt, ita erit in quibusdam, quos ipſi neſciunt, aut non fatentur. Et cũ deberet eſſe in litera ſua, quaſi viginti tria millia: deſicit dicitio hebraica ſignans viginti, & dicitur quaſi tria millia, quando verò primi noſtri trãſlatoreſ ab Hebræorum bibliis aſſumpſerunt, non erat deprauatus ille locus, & dicebatur: Ceciderunt in die illa, quaſi viginti tria millia. *Et ait Moyſes.* Expleta autem vitione ſceleris in eos, qui manifeſtius peccauerãt, & characterẽ ſceleris in ſigniti erant, mandauit Moyſes ceſſari a cede eorum. Et dixit laudans eos, & dans occaſionem bonę ſpei de eo, quod egerant, ſcilicet. *Conſecraſtis hodie manus veſtras.* Hic pronunciat aliquo modo Moyſes ſacerdotium totius populi primogenitorum tranſferendum ad eos: & hoc quia dicit eos conſecraſſe manus ſuas: nã conſecratio ad ſacerdotes pertinet, & ad ſacerdotales veſtes, vt patet ſupra 29. capit.

Quomodo Leuita in die occiſionis manus ſuas conſecrauerunt.

QV AESTIO. XXXVII.

ET dicitur: conſecraſtis hodie manus veſtras, ideſt ſicut quando ſacerdotes conſecrari debent, conſecrantur per ſanguinem arietum, in quo tinguntur extremitates pollicum pedis dextri, & manus, & extremitates auricular, vt patet ſupra 29. cap. & Leuit. 8. cap. ita vos conſecraſtis hodie manus veſtras in ſanguine fratrum veſtrorum, & filiorum: & iſtud eſt ſacrificium Dei. Nam ſicut vltima holocauſtorum, & ſacrificiorum eſt Deo placens, ita quod iſti occiderint peccatoreſ ad mandatum Dei per Moyſent erat Deo acceptabile: ideo iſti conſecraſſe manus dicebantur, Alph. Toſt. ſuper Exodi

& obtuliſſe ſacrificium. Vel aliter quod Moyſes pronunciet eis hic futurum ſacerdotium in tribu eorum. Ad ſacerdotem autẽ, vt ritẽ miniſtraret, duo requirebantur, ſcilicet vt conſecraretur per ſignationem extremitatum pedum, & manuum, & auricularum. Secundum quod benedicatur, ideſt quod ſiant ſuper eũ quædam aliæ ceremoniæ, quæ vocantur benedictiones. Primum autẽ iam habebant iſti: quia dicebat eis Moyſes: conſecraſtis manus veſtras vnusquisque in ſanguine fratris ſui, & filij. Secundum ſibi deerat eũ dicitur vt detur benedictio, quaſi dicat ad hoc quod ſitis ſacerdotes, ſolũ deſt vobis benedictionum ſolempnitas, i. alię ceremoniæ factę in celebritate ordinationis ſacerdotũ. Præcedens ſenſus melior eſt, ſi qd dicantur conſecrate manus eorũ ad ſimilitudinẽ ſacerdotum: & qd ſicut oblatio ſacerdotũ munda eſt, ita occiſio facta p iſtos fuit munda coram Deo, & accepta. Et patet quia non debet intelligi qd toti tribu Leui pronuncietur Moyſes cõſecrationem, & miniſtrationem ſacerdotalem: quia licet tota tribu ad cultum Dei fuerit applicata, ſolus tamen Aaron cum filiis ſuis conſecrati ſunt, & miniſtrauerunt vt ſacerdotes, vt patet ſupra 29. & Leuiti. 8. cap. In Hebræo dicitur. *Compleuſtis hodie manus veſtras.* Quia quãdoque ponitur in litera conſecrare, ponitur in Hebræo complere. Nã conſecratio manuum nihil aliud erat, niſi expletio quarundam ceremoniarum circa manus ſacerdotales, vt conuenienter ad faciendum ſacrificia, ſcilicet tingere eas ſanguine, & quãdam alia: cũ verò manus ſic complerẽt, dicebantur conſecrate: quia omnes ceremoniæ requiſitæ ad conſecrationem expletæ erant in eis. Vel dicuntur manus conſecrate, quæ aliquod ſacrũ faciunt: iſti autem faciebant aliquid valde ſacrum, ſcilicet iuxta mandatum Dei occidere peccatoreſ: ergo manus conſecrateſ habebant. Et dicuntur conſecrate Deo, quia propter eũ iſtam cẽdem exercuerunt in cognatos, & contribulos ſuos. *Vnusquisque in filio, & fratre ſuo.* Ideſt vnusquisq; conſecrauit manus ſuas Deo occidendo fratrem ſuum, & filium. Quomodo autẽ accipiantur hic frater, & filius, ſupra declaratum fuit, & dicitur de iſtis ad expreſſionẽ maioris meriti, quia licet alios occiderent, qui non pertinebant ad eos, ſcilicet latenus aliqua attinentia propinqua: tamen non erant ita placentes Deo, ſicut cum occidebant eos, qui ſibi attinebant, ſcilicet fratres, filios, & amicos quomodoque accipiantur, quia durum opus iſtud eſt. Et dicitur: Vnusquisque in fratre, & filio: non quod quilibet occideret fratrem, & filium: quomodoque accipiantur frater, & filius: nam licet quilibet ad hoc præſto eſſet: non tamen occurreret cuiſlibet illorum occidere fratrem, & filium. *Vt detur vobis benedictio.* Ideſt vt Deus benedicat vobis: Et tenetur ly, vt, pro &, ſcilicet conſecutiũ: & non quod dicat cauſam finalem, quia ipſi quando inceperunt occidere peccatoreſ inſignitos characterẽ ſceleris, non fecerunt ad hunc finem, vt Deus benediceret eis, ſed vt obedirent Deo placentes ei: ſed ex hoc quod ipſi obedierunt Deo: in hoc conſequitur benedictio, ſcilicet qd Deus benediceret eos: & ſic eſt ſenſus: Conſecraſtis manus veſtras vnusquisque in fratre, & filio, ideſt occidendo filium, & fratrem, & hoc vt detur benedictio, ideſt propter hoc Deus vobis dabit benedictionem quam be ſuam. Secundum quod vult Rabbi Salomon, & benedictio alij Hebræi, benedictio iſta fuit, quod tribus Leui ſe iungeretur ab aliis in miniſterium ſanctuarij corã domino: nam alia peccauerãt in idolatria, ideo primogeniti de illis, ad quod pertinebant iura ſacerdotum ſecundũ antiquorum conſuetudinem, reprobatũ ſunt: & horum loco tota Leuitica tribus aſſumpta eſt, & ob hoc, cũ omnes primogeniti redimerentur

Ad conſecrationẽ ſacerdotũ in vet. teſt. duo requirerebantur.

Quam benedictio nem dedit Deus Leuitis Idolatram occidentibus.

de duodecim tribubus, & darentur pro primogenitis duodecim tribuum omnes Leuitę tam primogeniti, quā non primogeniti, & superfuissent de primogenitis duodecim tribuum ducenti septuaginta & tres ultra numerum Leuitarum: pro quolibet illorū fuerunt dati quinque sicli in redemptionem & isti sicli concessi fuerunt Leuitis, vt pater Num tertio cap. qua si pro omnibus primogenitis Israel seruirent Leuitę. *Facto autem die altero.* Hic ponitur Moyſi pro delicto populi deprecatio. Deinde subiungitur diuina reſpoſio ibi. *Cui reſpondit dominus.* Circa primum. *Facto die altero.* Scilicet post occiſionem idolatrarum: nā Moyſes deſcendit de monte Sinai die quadraginta postquam aſcēderat, & illa erat dies prima, qua fiebat magna ſolennitas Deo ſuo vitulo aureo, & erat iam hora ſexta, aut forte plus cum deſcendit, & venit in caſtra: quod patet, quia eadem die populus ſurrexit mane ad offerendum ſacrificia Deo ſuo, obtuleruntque holocausta, & hoſtias pacificas, post hæc autem ſederunt ad manducandum, & bibendum: nouiſſimē autem ludere ſurrexerunt, vt dicitur ſupra in litera. Cum autem venit Moyſes iam comederant, & & iudebant cāntantes, & chorizantes, cū dicitur ſupra: cūque appropinquasset ad caſtra vidit vitulum, & choros. Aliquāta ergo pars diei tranſierat, cum illi iam vacaſſent epulis: & post epulas iam iudebant: niſi forte dicamus, q̄ iſti in temperatiſſimi, & ſoli carnali voluptati vacātes in mane cibos inceperant deuorare. Acceſſit ergo Moyſes ad caſtra die quadraginta hora ſexta, vel quaſi: & videns vitulum, & choros, immediatē vitulum arripuit conculcans, & dehonestans illum atque comburens: nouiſſimē in puluerem redacto illo pulueres in aquas ſparſit, totumque populum illico potare de eisdem aquis coegit: cūque videret eos, qui peccauerant inſignitos: ira commotus in eos vocauit leuitas, & ambulantes per medium caſtrorum, ſcilicet per calces, viginti tria millia quaſi hominum occiderunt. Hęc autem omnia eadem die, qua Moyſes deſcendit de monte incepta, & conſummata ſunt: ſequenti vero die conuocauit Moyſes populum, qui relictus fuerat: & dixit eis hæc, i. peccaſtis: & quod volebat aſcendere ad dominum, vt oraret pro illis.

Utrum Moyſes aſcenderit in montem oraturus Deum die quo dixit.

QV AESTIO. XXXVIII.

SED vtrum in isto die, in quo Moyſes dixit ſe velle aſcendere ad orandum pro populo aſcenderit non apparet: quia litera ſequenti cap. de locatione tabernaculi Moyſi extra caſtra eſt incerta, an per recapitulationem, vel rectum ordinem dicatur, ex cuius fundamento dependet: vtrum eadē die vel post aliquos dies aſcenderit. Dicendum videtur, ſicut magis declarabitur ſequenti cap. quod licet in ſequenti die postquam Moyſes iſta fecit in populo vocauerit reliquos de populo, & dixerit ſe velle aſcendere ad orandū pro eis, tamen quod non aſcendit in eadem die, ſed inter ciderunt aliquot dies. *Locutus eſt moyſes ad populum.* Erant enim deiolati pro ſtrage facta in eos, & adhuc peiora eis ob hanc culpam ſuperuentura ſuſpicabantur: ideo Moyſes volens eos conſolari ad modum boni prælati, qui post vinum mordacitium inſundit oleum lenituum: nam ſicut nec prælati debet totaliter miſereri neminē p̄na debita coercendo: ita poſtquam peccanti condignam aut aliquantam pro ſcelere p̄nam impoſuerit, debet eum conſolari in viſceribus

bus charitatis. In quo notetur quod nō puniuit eum zelo vindictę, & quaſi hoſtem, ſed vt bonus efficiatur tanquam filium ad ſe pertinentem. Et quia nulla maior conſolatio eſſe poterat populo, quā vt timor ille, quem de futuro expectato malo conceperant, tolleretur, ad hoc erat quod Moyſes diceret ſe oraturum pro remiſſione illius. *Peccaſtis peccatum maximum.* Reducit eis ad memoriam peccatum ſuum, vt ſemper de illo conterantur, quia dolor de commiſſis maxima pars ſatiſfactionis ſceleris eſt: non enim ſolum per dolorem de peccato culpa abſtergitur, & p̄na mortis æternę adimitur, ſed etiam temporalis p̄na, aut minuitur, aut interdum tollitur. Vocatur peccatū maximum, quia (vt ſupra declaratum eſt) non eſt aliqua offenſa, quæ ita directē repugnet Deo ſicut idolatria, nec quę ei tantum bonum, iuxta exſtimationē noſtram, adimat. In Hebræo tamen vocatur peccatum magnum, & adhuc ponitur in feminino genere, ſcilicet (auena guedola) i. deſt peccatum magnum, ſi lingua Latina talia conſentiret: ſed quędam barbaries Hebræici ſermonis eſt, vt ſupra declarauimus.

Quomodo Moyſes dixerat Iſraelitis, quod peccauerant peccato maximo, cum iam eſſet remiſſum.

QV AESTIO. XXXIX.

SED quæres quomodo Moyſes dixit populo, peccatiſſimum peccatum magnum, cum tū iam peccatum abolitum eſſet, quia peccantes occiſi fuerunt. Reſponderet aliquis, quod loquitur Moyſes ad totum populum narrando factum illorum, ſcilicet quod peccauerant: nec tamen ex hoc ſequitur quod hoc peccatum non eſſet ablatum: ſicut aliquis, qui verē punitur, & forte per aliquam reuelationem ſcit ſibi eſſe remiſſa peccata, dicere poteſt: ego peccaui grauiſſimē: ſed contra hoc inſtabitur, quia hoc non ſufficit: nam dicitur immediatē: Aſcendam ad dominū, ſiquo modo qui uero eum deprecari pro ſcelere veſtro: ſi autem ſcelus dimiſſum eſſet, non erat neceſſe deprecari p̄ dimiſſione illius: imō qui ſcit ſcelus ſibi eſſe dimiſſum, male agit orando, vt remittatur, quia ſic non credit bonitati Dei, quæ remiſit ſcelus: cum ergo ex p̄na in ſiſta ſciretur eſſe remiſſum peccatum vel dato quod non eſſet adhuc remiſſum: tamen illi, qui peccauerant mortui erant: quomodo ergo Moyſes dicere poterat populo, quod volebat aſcendere ad deprecandum pro ſcelere eorum? Reſponderi poteſt dupliciter: primō quod licet occiſa fuerunt viginti tria millia hominum ferē: tamen non fuerunt mortui adhuc omnes peccatores, ſed qui magis peccauerant puniti ſunt. Et patet eſſe veriſimile, quia videtur, quod cum dicitur populus petiſſe Deos ſibi fieri, & ad eorum inſtantiam factus fuerit vitulus, atque poſtea per omnia caſtra voce præconis proclamatum eſt, vt omnes ad ſolennitatem Dei venirent ſequenti die, & viginti tria millia hominum inter viros, & ſeminas, ſenes, iuuenes, & pueros non erat quaſi pars notabilis in tanta multitudine, quanta erat in caſtris Iſrael computando omnes tam viros, quā ſeminas duodecim tribuum, & tribus Leuiticę, & Aegyptiorum aſcendentes cum eis, qui erant quaſi innumerabiles. Non ſolum ergo iſti peccauerunt in idolatria, ſed etiam multialij, & iſti adhuc relinquebantur impuniti. Volebat igitur Moyſes aſcendere ad orandum pro peccato iſtorum manentium. Etiam totus populus peccauerat, quia licet nollet omnes

omnes colere vitulum, nec illum fieri petiſſent: quia tamen reliquo populo petenti conſenſerunt non repugnantes eis, cum tenerentur ad repugnandum in tali facinore: merebantur ergo omnes mortem, ſed illis, qui directē peccauerunt in idolatria, fuit inſiſta mors: iſtis autem qui per negligentiam peccauerunt, aut aliquid, ſaltem leuiter conſentiendo, non fuit immediatē inſiſta mors: tamen manebat obligatio ad mortem cum facinus ſuum deletum nondū eſſet, ideo conueniens erat, vt Moyſes aſcenderet ad orandum pro eis, aliās Deus totam Iſraelitarum gentem deleteret. Alio modo reſponderi poteſt, q̄ iſtud peccatum idolatrię eſt ita atrociffimum, quod nō ſolum ipſi, qui per ſe egerunt, ſed etiam poſteritas eorum, & cognatio, & populus, in quo ſunt, & locus in quo habitant deſtrui debent: ſicut eſt in crimine leſę maiestatis, vbi puniunt filij pro patribus, vt patet extra de hereticis in c. vrgentis. licet ergo illi ſoli, qui mortui fuerunt cadentes gladio peccauerint in idolatria, & tamē omnes alij pro hiſpuniri debebant. Et patet hoc, quia manifeſtum eſt, quod non peccauerunt omnes de populo. Nam Leuitę non peccauerunt, vt ſupra patuit: & de aliis tribubus multi fuerunt, qui non peccauerunt, tamē Deus dicebat ſe velle delere omnem populum Iſrael, vt patet ſupra, cū dicitur: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos: te autē faciam in gentem magnam. Et ibi de hoc eſt magis dictum. Quocunque modo ergo dicatur, ſemper manebat peccati populi, pro quo neceſſe erat orari, alioquin Deus deſtrueret populum.

Quomodo Moyſes orare volebat dominum pro peccato populi cum iam placatus eſſet dominus.

QV AESTIO. XL.

SED adhuc quæres, quomodo Moyſes dicit ſe velle aſcendere ad orandum, vt remittatur peccatum populi, cum iam remiſſum fuiſſet: quia dicitur ſupra: Placatus eſt dominus ne faceret malum, quod locutus fuerat aduerſus populum ſuum. Reſponderetur, q̄ Deus placatus eſt, nec tamen propter hoc peccatum populi totaliter remiſſum eſt, ſed ſolum remiſit Deus quantum ad hoc ne deleteret ſimul totum populum: non tamen remiſit iniquitatem totaliter: ideo adhuc manebat p̄na cui libet inſiſtenda, ita quod omnes occideret, licet non omnes ſimul. Ideo quando nunc aſcendit Moyſes in montem ad orandum pro remiſſione peccati, difficiliorem habuit Deum ad remittendum, quā in prima vice. Quod patet, quia in prima vice ſolum petiit ſemel, & ſtatim Deus conſenſit: nam in quadageſimo die cū Moyſes de monte deſcenſurus eſſet, dixit ei Deus quod peccauerat populus eius, & conſeſſum orauit, & immediatē remiſſum eſt: deſcenditque in eadem die de monte: cum autem ſecunda vice orauit fieri remiſſionem delicti, ſtetit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus cōtinue proſtratus in terra coram domino, vt remitteret iniquitatem, vt habetur Deu. 9. cap. cū dicitur: Et procidi ante dominū ſicut prius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens propter peccata veſtra, quæ geſiſtis coram domino. Ratio hui⁹ eſt videtur, quia magis remiſit Deus in ſecunda vice, quā in prima. Inſte ergo difficilius ad cōcedendum eſſe debuit: nam in prima vice ſolū remiſit ne oēs ſimul deleteret, & tamen manebat ei p̄na aſſumenda de ſingulis, qui peccauerat, aut de toto populo, quod pauliſper, & per intervalla eos deſtrueret: in ſecunda vice remiſit iniquitatem eorum, ſcilicet q̄ non deſtrueret eos p̄ partes: quia tunc eodē modo periret populus, & hoc fuit

Quare in ſecunda vice cū Moyſes oro populo orauit difficiliorem habuit Deū.

Alph. Toſt. ſuper Exodi

A difficile: ideo Deus voluit, vt maiori tēpore laboraret Moyſes orans pro remiſſione hæc: ſed adhuc non totaliter hoc cōceſſit, quia promiſit ſe puniturum poſtea peccata eorum, cū dicitur infra. Ego autē in die viſtionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Sed adhuc contra iſtam ſolutionē obijcietur. I. q̄ in ſecunda vice, qua ſecit Moyſes cum Deo, non ſolū rogauit ne deleteretur totus populus per partes, & tempora, ſed et ne ſimul deleteretur: quod patet Deut. nono cap. cū dicitur: Et iacui coram domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar ne deleteret vos vt fuerat comminatus, & orans dixi: domine Deus ne diſperdas populum iſtum, & hereditatē tuam &c. Si autem conſiderentur diligenter verba orationis Moyſi, ſatis patet quod orabat ne deleteret eos ſimul. Ad hoc reſponderi poteſt dupliciter. Vno modo, q̄ licet Deus placatus fuiſſet q̄n primō rogauit eſt Moyſes: timuit tū ne eſſet facta poſt illam remiſſionē aliqua mutatio in populo, propter quā mereret prior Dei ſententia redire ſuper eos: ſicut ſi nunc Deus alicui penitenti parcat: ſi tamen poſtea redit in vitium, aut ſi aliqua mutatio in eo a priori ſtatu, in quo Deus remiſit iniquitatem, redit ira Dei ſuper eum. Iſta ſententia patet Deut. 9. cap. cū dicitur: Et iacui corā domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: quibus eum ſuppliciter deprecabar ne deleteret vos ſicut fuerat cōminatus. Et ante hoc in eodē cap. dicitur: Timui. indignationem, & irā illius, qua aduerſum vos cōcitatus deletere vos voluit. Alio modo dici pot̄ q̄ Moyſes orauit dñm, ne deleteret Iſrael: nō ſolum pro hoc peccato, ſed etiā pro oibus alijs peccatis. Sic dicitur Deut. nono cap. & procidi ante dñm, ſicut prius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens, & aquam non bibens propter omnia peccata veſtra, quæ geſiſtis contra dñm, & eum ad iracundiam prouocaſtis. *Aſcendā ad dominum.* Deus habitabat in monte, quia ibi erat in caligine nubis, & ignis, & ibi loquebatur Moyſi cum quaereret aliquid: cum igitur orare debebat pro populo, oportebat eum aſcendere in montē Sinai. *Siquo modo.* I. deſt ſi aliquo modo. *Quinero eum deprecari pro ſcelere veſtro.* I. deſt obtinere veniam pro peccato veſtro. In hoc demonſtrat Moyſes difficultatem in remiſſione huius peccati: nā peccatum erat valde magnū, cum dixerimus, q̄ eſt maximum: non ergo facilius poterat obtineri venia: & ſic fuit ſatis difficulter impetrata, quia quadraginta diebus, & quadraginta noctibus manſit cum domino orando eum ſuppliciter proſtratus in terra. Et cū dicit. *Siquo modo potero deprecari eum pro ſcelere veſtro.* Sunt verba dubitantis: & non dubitabat Moyſes vtram poſſet deprecari pro ſcelere hebræorum, quia hoc in ſua poſtate erat, ſed vtrum id quod deprecabatur poſſet obtinere: & rursus non eſt putandum q̄ Moyſes in hoc dubitaret: nā dubitare de eo quod petimus vtrum Deus dabit, eſt modicitas fidei, & vitium magnum eſt, quia oportet omnia conſidere bonitati Dei. Nam ſicut non dubitamus Deum omnia poſſe, quia potens eſt: ita nec dubitare debemus eum eius bonitate nobis bono animo petentibus quidquid petierimus elargiri. Nam bonitas, & potestas Dei æquales ſunt. Qui autem dubitat ſe accepturum quod petit, bonitati Dei iniuriam agit, cui diſſidit. Semper ergo quodcumque petentes conſidere debemus, quod accipiem⁹. Cum ergo Moyſes eſſet ita bonus vir, non eſt ſuſpicandum, quod ipſe dubitaret ſe accepturum: nam dato q̄ Deus diſpoſuerit aliquid, q̄ petimus nō dare nobis, tū vult q̄ nos confidamus, q̄ dabit nobis, q̄ cōſidere q̄ nobis dabit eſt multum attribuere bonitati eius, ſi q̄ licet nos mali ſimus tanta eſt bonitatis eius exuberantia, quod nobis dabit quidquid bono corde petierit populus, & hoc fuit

Pars Secunda § 2 non

non confidamus quod nobis dabit quod petimus, aliquid eius bonitati subtrahimus: quia putamus non esse tantam eius bonitatem, ut nobis malis beneficiat: cum ipse tamen dicat de se, quod pater celestis facit solem suum oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos, & peccatores, ut habetur Mat. 5. cap. ideo Moyses semper confidebat in domino, quod id quod peteret, ei tribueret. Et licet peccauerit ad aquas contradictionis, tamen confusus est in domino, quod ei remitteret peccatum: & non solum quantum ad peccati culpam, sed etiam quantum ad penam denunciata, scilicet quod non intraret in terram promissam ultra Iordanem: & instanter hoc confidens petebat quousque, Deus dixit ei: Sufficit tibi, nequaquam ultra loquaris mihi de hac re: nec enim transibis Iordanem istum: & sic licet Moyses a Deo non esset recepturus quod petebat, quia forte bonum non erat, vel Deus disposuerat aliquod melius, tamen in petendo confidenter merebatur. Hic ergo dicendum est quod confidenter petierit, scilicet intendens, quod Deus ei daret, quod petebat. & sic necessarium est dici: nam si forte dubitasset de eo quod petebat, an Deus daret sibi vel non, impossibile erat, quod Deus daret sibi, quia Deus disposuit, nunquam dare nisi confidentibus. Et patet hoc per petitionem beati Petri: nam cum discipuli ambularent in nauicula, & viderent per noctem Iesum ambulantem super fluctus, putauerunt esse phantasma: cum declarasset se eis dixit Petrus: Domine si tu es Iesube me venire ad te super aquas: cunq; incepisset ambulare super aquas, mergerebatur, & clamauit ad Iesum, ut eum saluaret, ad quem Iesus: modice fidei quare dubitasti? quasi dicat, ideo non obtinisti quod volebas, quia dubitasti, ut patet Mat. 14. cap. & Iacobus in canonica sua cap. primo testatur neminem posse aliquid obtinere, nisi confidenter petat non dubitans se accepturum quod petit, cum dicitur: Qui indiget sapientia petat a Deo, qui dat omnibus affluentem, & nemini impropert, & dabitur ei: postulet autem in fide, nihil hesitans: qui. n. hesitat similis est fluctui maris, qui a vento mouetur & circumfertur: non ergo aestimet homo ille, quod accipiat aliquid a Deo: sed Moyses accepit a Deo in ista vice quod petebat, ut patet Deuteronom. nono capitu. cum dicitur: Exaudiuit me, & hac vice. Ergo petiuit confidenter: sed ista verba, que de se important dubitationem, solum referuntur quantum ad ostensionem grauitatis peccati. Pro sceleris vestro. Scelus magnum peccatum est, & hoc est idolatria, quod est maximum peccatorum, ut probatum fuit supra. Reuersusque ad dominum. Non in eo die, in quo ista dicta sunt ad populum, sed in aliquibus diebus post: quia alias non bene cooptare tur litera sequentis capit. ut patebit. Obsecro, peccauit populus iste. Istud verbum obsecro refertur ad posteriora: & est sensus: O domine iste populus peccauit contra te faciendo vitulum aureum, sed obsecro, ut dimittas iniquitatem eorum. Peccauit populus iste. Primo ponit peccatum, quia iustus in principio sermonis acculator est sui, ut patet Pro. 18. capi. maxime quia Deus humiliatis parcat, superbis autem resistit. Necessarium etiam erat, quod Moyses peccatum narraret, quia veniam de illo petebat, quae non poterat conueniēter peti, nisi poneretur id, de quo venia petebatur. Peccatum magnum. Supra vocauerat istud peccatum maximum: hic autem vocat illud peccatum magnum: in Hebraeo autem semper vocatur peccatum magnum nec variatur quidquam: litera autem nostra variat, nec in hoc multum refert, cum vtrunq; verum sit. Feceruntque sibi deos aureos. Non ponuntur ista tanquam distincta facta, scilicet quod sic peccatum magnum quod isti fecerunt, & aliud sit fecisse vitulos constatales, sed est specificatio, scilicet fecerunt peccatum magnum,

scilicet quia fecerat Deos aureos. Non est putandum quod plures Deos aureos fecerint, quia vnicus vitulus fuit. litera tamen hebraica vocat pluraliter istos esse Deos, sicut declarauimus supra, scilicet fac nobis Deos, qui nos precedant. Aut dimitte eis noxam hanc. Ideo istud peccatum. Et accipitur hic noxa large pro omni peccato: leges tamen humane accipiunt specialiter noxam quantum ad quendam modum occisionis: & sic dicitur: tenetur de noxa, & non de homicidio, & aliquas vocant noxales actiones. Aut si non facis, dele me. Istud argumentum videtur procedere per deductionem ad inconueniens, quia inconueniens erat quod Moyses deleteretur de libro, in quo scriptus erat: sed ipse volebat deleri, nisi remitteret hanc noxam populi: ergo Deus remittere deberet, vel saltem inclinaretur ad remittendum: non. n. concluditur necessario, sed est argumentum probabile persuasuum: nam in hoc differunt argumenta rhetorica ab aliis aliarum artium. Dele me de libro, in quo me scripsisti.

An quando Moyses dixit Deo dele me de libro nra: diceret quod deleteret eum de libro legis, vel de libro praelectionis. Et quid est liber vita, & mortis in Deo.

QVAESTIO. XLI.

HOC de libro vitae exponitur a multis diuersimode: vno modo dele me, id est si non vis dimittere iniquitatem huius populi, dele me de libro legis huius, in quo scriptus sum: quasi dicat, ego nolo denominari legislator istorum, si omnes sunt perituri, quia nullum bonum est me esse legislatorem eorum, qui cōfessim perituri sunt. Denominatur enim lex a Moyse, ut patet Deuter. 3. capit. scilicet legem dedit, siue praecepit nobis Moyses. & Io. primo cap. dicitur: Lex per Moysē data est. & Mala. 3. cap. dicitur: Memortote legis Moysi serui mei. Ista est sententia Rab. Sal. Sed non conuenit, primo, quia non erat adhuc lex scripta, de qua Moyses peteret se tolli: nam solum fuerant scripta praecepta decem, & alia iudicialia atque ceremonialia, quae habentur supra 20. & 21. & 22. & 23. quia de eis dicitur supra 24. cap. quod scripsit Moyses vniuersos sermones domini: & mane conuergens edificauit. Et loquitur de ipsis praeceptis, quae verboteenus recitauerat coram populo, de quibus ibi agit. Non ergo peteret Moyses se deleri de eo, quod non erat. Item dato quod multa alia scripta fuissent, in quibus poneretur nomen Moysi, ut patet in toto isto lib. in quo sepe nominatur Moyses, tamen non tolleretur id quod Moyses volebat tolli, scilicet quod non vocaretur legislator. Hoc autem non reperitur in libris Moysi in aliquo loco, nisi Deuteronomij capitu. trigesimo tertio, cum dicitur: Legem praecepit nobis Moyses, & illud nondum erat scriptum: ergo non poterat deleri. Patet, quia illud fuit scriptum, & recitatum in anno quadragesimo, mensē vndecimo, quando Moyses mori debebat, ut patet Deuteronomij trigesimo primo capitu. Item Moyses non peteret a Deo fieri quod ipse facere poterat, sed si nomen suum erat scriptum in libro legis, vbicumque esset ipse poterat delere: ergo non peteret a Deo quod deleteretur in tali casu. Item Moyses habebat pro maximo malo perditionem huius populi, ergo ipse comparare debebat maximo damno, quod pati poterat: quia non conuenienter aliquis comparare poterit perditionem rei magna alicui rei parui momenti: sicut non conuenienter diceretur, nollem quod occideretur pater meus pro vno denario, cum mors patris, scilicet

Opi. Rab. Sal. reicitur.

Dele me de libro legis, vel de libro praelectionis.

scilicet occisio sit reputada in maximo dolore: sed deleri nomen Moysi de libro isto dato quod scriptum foret ibidem, non erat magnum malum: ergo non petebat hoc. Item nullus petiit sub distinctione ea, quorum vnum necessario sequitur ad alterum, quia nemo dicit, aut da mihi hominem, aut da mihi risibile: cum vtrunq; idem sit. Distinctiua autem conuinctio, ut ait Boetius, in modo signandi hoc sapit, quod inter ea, quae cadit, simul esse non permittit: sed sic intelligendo, ut intelligit Rabbi Salo. vna pars petitionis sequitur necessario ad aliam: ergo non erat ista intentio Moysi petentis. Patet hoc, quia ista lex dabatur ad directionem Israelitarum: Si autem Deus non remitteret noxam hanc, deleteret oēs Israelitas saltem per partes, sicut fuerat comminatus: deletis autem illis non maneret lex, quia lex solum erat ad illos, & non ad alias gentes: necessarium ergo erat quod si Deus non remitteret noxam hanc, quod deleteretur lex tota Moysi, & nomen Moysi in ea esset: non ergo erat ista intentio Moysi. Item non potest stare, quia dicitur: Dele me de libro, in quo me scripsisti: ergo liber ille, de quo se Moyses deleri petebat a deo scriptus erat, sed Deus non scripserat legem Moysi, sed ipse Moyses: ergo non petebat se deleri de libro legis. Sole tabulae decalogi, quae sunt pars potissima legis, dicitur scripte opere Dei, & facte, ut patet hic: nam iste iam fracte fuerat per Moysē ad radices montis, ut patet supra in litera. Nec potest obijcere de secundis tabulis, quae non fracte fuerunt, quia iste nondum fuerant data a Deo. Data namque sunt in fine istorum quadraginta dierum, quibus orauit pro peccato populi, ut inuenerit infra 34. cap. Item quia dato quod prima mansissent, non erat in eis scriptum nomen Moysi, sed sola decem precepta, in quibus non habetur nomen Moysi. Item in isto libro, de quo Moyses se deleri petebat erant scripti oēs, qui peccauerant, & qui peccare poterant: sed in libro legis Moysi non erant scripti, qui peccauerant: ergo non petebat se deleri de libro isto. Patet antecesserim prima pars, quia infra cum Deus respondit isti petitioni Moysi, dixit: Qui peccauerit in me, delebo eum: & non poterat deleri, nisi scripti forent. Alia pars patet, quia si inquiratur totus liber Moysi, non reperitur nomen na viginti triū millium, qui occisi sunt: non ergo potest stare positio Rab. Sala. Aliter exponit Rab. Abraham Aben Ezra, & declarator secretorum eius Rab. Abraham Francus. Dele me de libro; in quo me scripsisti. Ideo occide me: & est sensus: Ego diligo tantum istum populum, quod si ipse deleteretur, ego quoque mori vellem. Sed hoc non potest stare, quia licet mori sit deleri, tamen non est deleri de libro aliquo, nec est modus loquendi quemis, ut mors dicatur delitio de libro. Ad hoc autem aliquis respondere posset ex applicatione huius expositionis, quam fecit Rab. Abraham Francus super Aben Ezram. Dicit enim quod liber Dei est quadam rota celestis, in qua sunt multa astra influentia in haec inferiora, & per motum illius rotae causatur mors, & vita, & generatio atque corruptio horum inferiorum, & mensuratur duratio rerum, quae gignantur per illius rotae motum. Est ergo sensus: Dele me de libro, in quo me scripsisti. i. fac per motum illius rotae quod moriar. Sed hoc non potest stare, primo, quia rota celestis nulla conuenienter dicitur liber: liber namque ad memoriam fit, ne res per obliuionem, & memoriae labilitatem deleantur: rota autem celestis non habet proprietatem reducendi in memoriam, sed operandi in fluendo in corpora elementaria: ergo non debet dici liber. Itē non bene dicitur quod aliquis sit scriptus in rota illa celesti, quia rota celestis non habet influentiam specialiter pro aliquo, sed operatur super omnia indifferenter, siue multa sint, siue pauca, siue talia, aut talia: liber aut id quod a proprietate libri dicitur, continet res specialiter. Item

Alph. Toft. super Exodi

non conuenit applicatio sententiae. f. dele me de libro, in quo me scripsisti. i. fac ut per motum illius rotae moriar, quia rota illa mouetur naturaliter, cum per eam fiat generatio, & corruptio, & breuitas, atque longitudo mortis, & vita: sed Moyses non exposcebat, ut naturaliter moreretur, quia mors sua naturalis non preueniri poterat, & si forte Deus eum tunc occideret, sicut ex sententia istorum videtur innui, non occideret eum per motum illius rotae naturaliter, sed supernaturaliter. i. per voluntatem Dei agentis supra cursum nature. Dicendum ergo est quod Moyses petebat se deleri de libro praelectionis Dei. i. domine si tu vis istum populum delere, etiam deleas me de libro praelectionis Dei, quia si ipsi tanta mala patiuntur, ego quoque cum eis pati volo. Et de isto libro dicitur Psal. 68. Deleantur de libro viuentium, & cum iustus non scribantur. De hoc dicitur Danie. septimo cap. de antiquo dierum, qui ad iudicandum sedet, & libri coram eo aperti sunt. De hoc etiam Apocal. vigesimo cap. cum dicitur: Et mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vita, & iudicati sunt mortui ex his, quae erant in libris. Sciendum autem, quod Deus omnia, quae sunt continet in se simplici cogitatione sua immobiliter vertens: quis sit, & quia illa non traduntur obliuioni sicut ea, quae in mentibus nostris sunt per deletionem specierum intelligibilium, aut indispositionem earum, metaphoricē vocatur liber: nam sic res ibi immobiliter manent, ut in libro. Cum autem omnia in dei libro sunt, quae de omnibus curat, & cuncta dirigit: praecipue tamen homines in libro Dei scripti dicuntur, quia de eis magis curat quam de aliis rebus, cum omnia propter eos considerit: sic enim ait Apostolus ad Corinth. primo cap. nono. Non est Deo cura de bobus, sed de hominibus, scilicet principalius. Et sicut in libris magnorum dominorum officiales sui, & milites, ceterique seruitores scripti sunt quantum ad gradum dignitatis suae, & modum mercedum, quas a dominis suscipiunt: ita in libro Dei dicuntur omnes homines scripti secundum quod Deus homines ad aliquid disponit, siue bonum, siue malum. Et iste est liber magnus, de quo Apocali. vigesimo cap. & potest vocari totum continens. iste tamen in duos libros diuiditur: nam Deus disponit oēs homines ad aliquid, scilicet quod quosdam ex mera sua liberalitate, & bonitate ab aeterno ordinauit ad bonum, ut sint sancti immaculati, quae cum eo in aeternum erunt, quos perire impossibile est. Et vocat hos Apostolus sanctos secundum propositum Dei, ut patet ad Rom. octauo cap. Quibus omnia quaeunque agant siue bona, siue mala cooperantur in bonum, & vocantur isti praedestinati. i. ab ipso ordinati ante secula, ut felices cum eo sint. Alij sunt homines, quos Deus, non ordinauit ad istud bonum aeternum felicitatis, sed reliquit eos in manu consilij, & sicut de eis ante secula, quod in fine dierum suorum condemnabuntur, quia in malo voluntarie finituri sunt. Hos autem communi nomine praescitos a Deo nuncupamus. Et restitumē quidē ista vocabula eis imposita sunt, ut primi praedestinati, secundi praesciti nuncupentur: quia praedestinus intellectum, & voluntatem dicit: praescitus solum intellectum. In quo notatur radix differentiae praedestinationis, & praescientiae: nam praedestinatio idem est quod praedeterminatio, & est actus liberi arbitrij, scilicet quod Deus ordinauerit aliquē ad bonum: praescit solum dicit intellectum. i. praecognitus a deo a seculis, quod in malo finitur est. Et ista vocabula signant id quod cōter dicitur, scilicet quod praedestinatio habet causam a Deo, & non a nobis: praescientia autē quantum a Deo nullam causam habet, nisi deficientē: nam praedestinus ad felicitatem aeternam praedeterminatus

Pars Secunda.

S 3 est

Liber vitae

Quantus lib. dei ora scriba sint principaliter tamē hoies quae de eis principaliter curam habet.

Praedestinatio habet causam a deo non a nobis.

est a Deo. Quod autem Deus predestinavit, vult ut salvetur: & quia ipse vult immobiliter, sic erit: causa ergo huius est totaliter: prescientia autem solum intellectus dicit. Quod Deus cognovit aliquos finituros in malo, & per hoc damnandos: & tñ nō dicitur preordinare eos, ut sicut predestinat sine praparar aliquem ad bonum volens q̄ in bono finiat, & sit felix: ita aliquem ordinat ad malū, ita q̄ sit infelix. sed solum cognovicit, q̄ iste homo, vel ille erit infelix: nō ex aliquo quod Deus de eo statuerit, sed ex eo quod ipse voluntarie ageret, ideo isti non possunt vocari prarordinati a Deo, sicut vocantur presciti a Deo, quia tunc esset sentus, q̄ Deus ordinasset illos ad malū p̄nē eter nū, & ad culpam precedentē promeritoriam illius ma li. Nec etiam illi, qui predestinati sunt, possunt dici solum presciti: nā licet istud nomen prescitus non repugnet eis, quia verum est, q̄ Deus prescit de eis q̄ finiet in bono, & q̄ erunt felices, tamen nō explicat totum, qd̄ pertinet ad predestinatos: nam si solum esset ex parte Dei prescientia, p̄ cognitio, & non preordinasset nos ad vitam eternā, volendo q̄ essemus felices, & conferendo gratiā, per quam mereamur illam felicitatem, nūquam illuc irem⁹, quia ut ait Christus Ioan. 15. ca. sine me nihil potestis facere: sed vita illa felix nō potest acquiri, nisi aliquid agamus, per quod mereamur illam: ergo non possunt illā habere, nisi Deus daret nobis causalitatem ad habendū: in aliis autē non prestat aliquam causalitatem, sed solum cognoscit quid ipsi de malo facturi sunt: cum ergo isti dixerim⁹ de sine ad dierisā disponant, oportet esse in duobus libris scriptos. In hos. n. duos libros magnus ille scinditur liber: prim⁹ vocatur liber predestinationis, siue liber vitę, quia in eis scripti sunt qui ad vitam eternam acquirendā prarordinati sunt. De hoc dicitur Ps. 68. Deleantur de libro viuentium. Alius vocatur liber prescientię, vel mortis, quia qui in eo scripti sunt, mortem eternam habituri sunt, vel de eis a Deo cognitum est quod in malo finient. Et licet ambo isti sint libri Dei, quia Deus solus istos libros habet in suo magno armario eternitatis, tamen primus vocatur specialiter liber Dei, sicut innuitur hic ex verbis Moysi. f. Dele me de libro tuo. i. de libro predestinatorum. Nam nō potest intelligi dictum hoc de libro magno Dei, quia de hoc impossibile est q̄ aliqua res deleatur: nā quomodocunq; se habeat aliqua res, necesse est, ut semper sit in intellectu illo eterno: aliās non posset Deus regere, & p̄seruare a proposito, cū non cognosceret ea: nec etiam potest intelligi de libro tuo. i. de libro prescitorum, quia deleri de illo libro non est malum, sed summe bonum: solum ergo vocatur hic liber Dei liber predestinationis. In quo me scripsisti. Hic prar-supponit Moyses se esse predestinatum, de quo rarissimi hoies aut quasi null⁹ certus est. Sic ait Salomon Eccl. 9. cū dicitur: nescit homo vtrum vel odio, vel amore dignus sit, sed cūcta in futurum reseruantur incerta. Et patet q̄ dicatur hoc de sine hominis. s. vtrum finaliter erit dignus amore quantum ad hoc, q̄ sit felix, vel vtrum sit dignus odio quantum ad hoc, q̄ sit damnatus: nam si intelligatur de his, quę in presenti in nobis sunt, falsum est: nā clarissimē scit aliquis se esse in odio Dei, quādo seipsum certissimē scit esse i peccato mortali, de quo dubitare homo non potest. Item quia in eadem auctoritate dicitur: sed cūcta in futurum reseruantur incerta. siue homo bonum vel malum nunc agat, nescit vtrum odio, vel amore dignus sit, quia nescit finem suum, in quo stat vtrum sit futurum salix, vel damnatus. Hoc ergo qd̄ aliis hominibus cōmuniter ignotum est, Moysi notum erat, scilicet quod scriptus esset in libro prardestinatorum.

Liber predestinatio nis est liber vitę.

Liber prescientię e lib. mortis

Nullus potest esse certus de prardestinatione sua.

An per reuelationem cognouit Moyses se esse predestinatum.

Q V A E S T I O. XLII.

SED quares quomodo potuerit Moyses cognoscere q̄ predestinatus esset. Respondetur, quod hoc cognouit per aii⁹ reuelationem diuinam, quia Deus ei dixerit ad dandum ei de seipso magnam confidentiam. Magis tamen dicendum est, quod Deus nunquam ei dixerit, sed quia Deus monstrauit Moysi seipsum, ut cognosceretur ab eo per essentiam, cognouit in eo quomodo erat in libro predestinatorū, & multa alia, & isto modo Apostolus Paulus, qui diuinam essentiam vidit in raptu, vt tenent omnes doctores catholici, & aequaliter elicitur ex verbis eius secunda Corinth. 12. capitul. cognouit se predestinatum, & quasi certus de salute sua finali loquitur I multis epistolis, vt patet ad Rom. 8. ca. f. Quis nos separabit a charitate Christi? Et concludit ibi, q̄ nihil eum poterit separare a Christo, sed qui scit se non separandum a Christo, vel non posse separari a Christo, scit se esse predestinatum, quia necesse est talem secundū q̄ huiusmodi esse beatificandum: ergo Paulus sciebat se futurum beatum, & predestinatum. Et in Epist. prima ad Thessa. cap. 3. & serē in pluribus Epistolarum suarum loquitur quasi de certitudine sue felicitatis, qd̄ est scire se predestinatum: iste autem conuenientior modus est: sciens ergo Moyses se a Deo p̄destinatum, petebat, quod aut Iudeos liberaret a pena sceleris patriati remittendo eis, aut eum deleteret de libro predestinationis.

Quomodo Moyses petiit se deleri de libro vitę, cum ille sit indelebilis: & quomodo in libro vitę, & mortis alqui dupliciter sunt scripti.

Q V A E S T I O. XLIII.

SED circa hoc aliquis queret, quomodo Moyses petat se deleri de libro Dei: nam in hoc presupponit posse aliquid deleri de libro Dei, quod videtur inconueniens: cum sit liber Dei simplex eius, eterna q̄ conceptio. Respondetur q̄ Moyses petebat id, quod possibile erat, fieri deletionem in lib. Dei: nam, vt dictum est, in libro magno Dei, in quo omnium hoium fines, & facta noscuntur, duo libri minores sunt. s. liber secundum predestinationem, siue liber vitę, & liber mortis, scilicet prescitorum, in quolibet autē horū potest fieri deletio, & inscriptio, & hoc multoties: nā isti libri dicuntur Dei clara, & firma cognitio meritorum cuiuslibet hominis, & dispositio p̄parantis ad premium pro eorum meritis: quicunque. n. bene operat in lib. vitę scribitur, qui autem malē in lib. mortis, siue prescitorū. Sed operatio bona, aut mala potest se habere dupliciter. s. quia aut in presenti bene operant, & nō finituri sunt in bona operatione, aut quia bene operantur, & finituri sunt in ratione, & bona operatione, vel quia nunc malē operantur: & tñ in bono finituri sunt. accipientes autē primo modo dicuntur aliqui scripti in lib. vitę s̄m presentem iustitiam, quia in presenti boni & iusti sunt, & virtus sua exigit, vt tunc ibi scribant, & tñ non sunt predestinati, quia non sunt prarordinati a Deo ad felicitatem eternam, nec in bono finituri sūt. Est ergo aliquem scribi in libro vitę secundum presentem iustitiā taliter se habere, q̄ actus sui presentes sunt promeritorij vitę eterne, s. q̄ si nūc moreretur, iret ad vitam eternam: & Deus secundum istum statum ordinat eum ad vitā eternam existimando eū dignū ea. Alij autem sunt in libro vitę secundum firmam predesti-

Qui scribi in libro vitę s̄m presentem iustitiā taliter se habere, q̄ actus sui presentes sunt promeritorij vitę eterne, s. q̄ si nūc moreretur, iret ad vitam eternam: & Deus secundum istum statum ordinat eum ad vitā eternam existimando eū dignū ea. Alij autem sunt in libro vitę secundum firmam predesti-

Qui in lib. mortis scribuntur secundū certissimā p̄scientiam nunquam inde delentur.

Conclusio de lib. vitę & mortis siue de p̄destinatione.

perona operantur, sed interdum mala, vt videmus quodidie: & quia quilibet s̄m quod mala operatur est dign⁹ morte eterna, & s̄m quod in tali statu est, a deo ordinatur in mortem eternam: necesse est hunc scriptum esse in libro mortis s̄m presentem iniquitatem. Eodē modo dato, quod aliquis sit vltimare damnandus, necesse erit, quod ille script⁹ sit in libro mortis s̄m certam prescientiam, & iste semper erit ibi scriptus, quia aliās daretur quod ea, quę scribuntur secundum Dei scientiam essent mutabilia, quod non conuenit: iste tamen aliquando bonum operatur, & tunc necesse est, vt ille mereatur vitam eternam, & Deus eum ad vitam eternam ordinet, secundum quod sic operantem: & si tunc moreretur acquireret felicitatem eternam. Hoc autem est esse scriptum in libro vitę secundum presentem iustitiam: ergo necessarium est hunc esse scriptum in libro vitę: & sic erit in duobus libris: scilicet in libro vitę secundum presentem iustitiam, & in libro mortis secundum certam prescientiā. Et propter hoc dicitur, quod in libro vitę aut mortis aliqui sunt scripti intus, & aliqui foris. Illi sunt scripti intus, qui secundum firmam dei cognitionem, aut in bono, aut in malo sic finituri sunt: ideo in libro vitę sunt intus scripti, qui a Deo prarordinati sunt, vt sint cum eo sancti, & immaculati in eternum. In libro mortis sunt intus scripti, quos certissima Dei p̄cognitio nouit in malo finituros: exterius scripti sunt in libro vitę quos presens iustitia vita eterna dignos efficiat, sed sic consummaturi non sunt, aut non semper sic operantur. in libro mortis aut prescitorum foris scripti dicuntur, quorum scelera, que nunc sunt mortem eternam coexigunt: licet sic iste finiturus non sit, aut non sic operetur. Ex quo sequuntur duo corollaria. Primum quod liber Dei intus non deletur: extra tamen deletur: nam si assumatur liber Dei s̄m vitam, aut predestinationem, illi qui in⁹ scripti sunt s̄m firmam Dei predestinationem scripti sunt, ideo impossibile est deleri: illi autem, qui foris descripti sunt inscribuntur secundum presentem iustitiā: ita quod opera, que nunc habent promeretur vitam eternam, tamen quia isti mouebuntur a iustitia illa, necesse est eos deleri, quia iam nō habent presentem iustitiā, sed presentem iniustitiā. Eodem modo, qui in libro mortis intus scripti sunt secundum firmam prescientiā scripti sunt, & impossibile est eos deleri: qui autem foris scripti sunt ponuntur s̄m presentem iniquitatem. Et quia iste, qui nunc malus est, mox penitebit cōuersus de via sua mala, necesse est vt sit bon⁹, & ista iniquitas erit secundum presentem iniustitiā, atq; deletur adueniente bonitate. Secundum corollarium est, quod nō dicuntur predestinati oēs scripti in libro predestinatorum: nec dicuntur presciti omnes scripti in libris prescitorum: cuius ratio est, quia predestinati sunt, qui a Deo certissimē ordinati sunt ad vitam eter nam: sed illi, qui scripti sunt in libro predestinatorum secundum presentem iustitiam, siue foris, nō sunt predestinati, quod patet, quia isti mutandi sunt cum s̄m solam presentem iustitiam boni sint. Quod autem sint isti in libro predestinatorum patet, quia sunt in libro vitę cū aliquando boni sint: & hi esse dicuntur in libro vitę secundum presentem iustitiam: liber autē vitę, & predestinatorum idem est. Idem est de libro prescitorum, quia illi dicuntur presciti, qui s̄m de certissimū iudiciū in malo finient, & condemnabuntur: q̄ aut aliquando mali sunt, sed in bono p̄summabuntur, Alph. Tost. super Exodi Pars Secunda S 4 sunt

Quid sit scribi in libro vitę s̄m presentem iustitiā.

stant in libro mortis, siue praescitorum *fm* presentem in iustitiam, siue iniquitatem: & tamen non sunt praesciti, quia in bono finient. Patet ex hypothesi, ergo non sunt omnes praesciti, qui in libro praescitorum conscripti sunt, quia in bono finient, ut patet ex hypothesi: ergo non sunt omnes praesciti, qui in libro praescitorum conscripti sunt: quia in bono finient, sed foris. Secunda conclusio est: quod possibile est quempiam bis scriptum esse in eodem libro simul, & patet, quia quilibet homo aut est scriptus in libro praedestinato, aut praescitorum, & hoc secundum firmam: & tunc dicitur quod aliquis sit scriptus in libro praedestinationis secundum firmam Dei ordinationem, scilicet quod in bono finiturus est, & beatificandus est, potest scribi in libro praescitorum secundum presentem iniustitiam, quia erit malus, & mutabitur. Et sic erit, ut iste, qui nunc malus est, efficiatur iterum bonus, & iterum malus, & sic multoties varietur, iuxta illud Rom. 24. ca. Sepies in die cadit iustus, & resurgit: sicut ergo iste erat nunc in libro praescitorum secundum presentem iniustitiam, quia ista iniustitia praesens non maneat in eo: ita si aliquis sit scriptus in praedestinationis libro secundum firmam praedestinationem: adhuc potest nunc bonus esse, & iterum malus, & postea bonus, & sic fieri transmutationes quousque ultimae iste finiat in bono. Cum ergo ista iustitia, quam nunc habet non sit manura, non potest mereri homo secundum eam vitam aeternam simpliciter, sed pro nunc: nec Deus aliquem ordinat simpliciter ad vitam aeternam pro tali operatione, sed ut nunc. Necessario ergo dicitur iste esse scriptus in libro vitae secundum presentem iustitiam quantum ad istam operationem, & scriptus in libro vitae quantum ad firmam praedestinationem secundum quod Deus ordinavit istum in bono finiturus, & ipse verissime in bono finiturus est. Eodem modo est de libro praescitorum: si enim aliquis sit scriptus in libro praescitorum secundum firmam Dei praecognitionem, necesse est ut in malo finiat, ut sic: iste tamen potest operari bonum, & malum, & fieri in eo diversae variationes usque ad mortem, ita quod nunc bonus sit, postea vero malus, & rursum bonus faciendo crebras mutationes. Si igitur ille, qui in malo finiturus est, nunc bonum operetur, est necessario scriptus in libro vitae secundum presentem iustitiam, quia non finiturus est in illa bonitate: ita si finiturus est damnandus, & nunc malus est, sed in hac malitia finiturus non est, sed iterum rediturus ad bonum, rursusque ad malum delapsurus, ista malitia, quam nunc habet, non est malitia *fm* certam praescientiam, quia in illa finiturus non est, sed est malitia secundum praesens tempus, ideo *fm* illam non ordinatur habere eam ad malum aeternum simpliciter, sed ut nunc habens: nec Deus illum ordinat ad poenam aeternam simpliciter secundum illam malitiam: necesse est ergo quod secundum istam malitiam sit scriptus in libro praescitorum secundum presentem iniustitiam: & sic erit dupliciter scriptus simul in eodem libro, scilicet secundum certam praecognitionem Dei, & secundum presentem iniustitiam. Ex hoc sequitur corollarium, scilicet quod aliquis sit scriptus intus & foris in eodem libro. Patet quia qui est scriptus in libro praedestinatorum secundum firmam praedestinationem est scriptus intus, qui autem est scriptus *fm* presentem iustitiam est scriptus foris: sed aliquis est scriptus in libro vitae secundum firmam praedestinationem, & *fm* presentem iustitiam: ergo est scriptus in eodem simul intus, & foris. De libro praescitorum idem patet, quia aliquis est scriptus intus, qui est scriptus in firmam praecognitionem mali, in quo finiturus est, & est ille scriptus foris, qui est scriptus secundum presentem iniustitiam: sed aliquis

est scriptus simul in libro praescitorum *fm* firmam praecognitionem, & presentem iniustitiam: ergo est simul scriptus intus, & foris. Aliud corollarium. Necesse est quemlibet virum esse scriptum in libro Dei intus, & foris: siue in eodem libro siue in diversis, nisi sit vir immobilis ultimae. Patet quia necesse est de quolibet homine, quod ille sit scriptus in aliquo libro intus: nam aut est ultimae damnandus, & tunc est in libro praescitorum *fm* firmam praescientiam: aut est salvandus ultimae, & tunc est in libro praedestinatorum *fm* firmam praedestinationem: sed quilibet modus istorum est ad hoc quod aliquis sit scriptus intus: ergo quilibet homo est scriptus in aliquo libro Dei intus. Patet etiam quod sit scriptus foris: nam homo dum adhuc vivit, licet in bono aut malo ultimae finiturus sit, in medio tempore variatur ad omnia: & sic poterit bene operari, ita quod postea mutetur: & tunc est scriptus foris in libro vitae, siue libro praedestinatorum: si ergo sit scriptus in libro praedestinatorum *fm* firmam Dei praedestinationem, est scriptus intus: si autem bonus sit nunc, & postea mutetur in malum rursus rediturus ad bonum, dicitur esse scriptus in libro vitae foris, & sic erit in eodem libro scriptus simul intus, & foris: si autem sit scriptus in libro mortis siue praescitorum *fm* certam praescientiam, quia in malo finiturus est, dicitur scriptus intus in libro praescitorum: si autem nunc malus sit postea ad bonum rediturus, & ultimae placaturus ad vitam, & scriptus in libro mortis *fm* presentem iniustitiam: quod est esse scriptum foris: simul ergo erit scriptus intus, & foris in libro praescitorum. Quod autem in duobus libris aliquis sit simul in vno scriptus interiorius, & in alio scriptus exteriorius, patet, ut si aliquis sit ultimae in malo finiturus: & tamen nunc bene operetur, quia tunc est in libro praescitorum interiorius, & in libro praedestinatorum exteriorius, vel si aliquis sit ultimae salvandus, & nunc male operetur, est in libro vitae interiorius, & in libro mortis exteriorius: omnes ergo isti semper scripti sunt intus, & foris, siue in eodem libro, siue in diversis: aliquis autem est, qui solum scriptus est intus. Et iste est, qui iam mutari non debet, ut viri valde boni, vel qui in bono ultimo sunt, aut viri valde mali, vel qui in ultimo malo suo sunt. Viri valde boni sunt, qui boni sunt, & ad malum nunquam mutabuntur, sed in hac bona operatione, & consuetudine, quam habent finient dies suos, ad malum nunquam prolapsuri: tales in libro vitae scripti sunt *fm* firmam praedestinationem, quia in bono finient, & non possunt dici isti scripti in libro mortis *fm* firmam praescientiam, quia repugnat eundem in bono finiturus esse, & in malo: nec est in libro mortis *fm* presentem iniustitiam: quia actualiter malus non est, sed vir bonus: nec est in libro vitae *fm* presentem iustitiam, quia bonum quod nunc habet non mutabitur, quia iam morietur, & *fm* hoc fuit simpliciter praedestinatorum ad vitam aeternam, quia Deus praedestinavit eum in hoc bono finiturus, & *fm* hoc praecognovit eum habiturus vitam aeternam: solum ergo manet iste unus modus inscriptionis, scilicet quod sit scriptus in libro praedestinatorum, & non foris in aliquo libro. Valde mali vocantur qui mali sunt, & ab illo malo nunquam mutabuntur: hi autem necessario in libro mortis scripti sunt, vel libro praescitorum: cum ultimae in malo finituri sint: & non possunt dici isti scripti in libro praedestinatorum, quia tunc essent ultimae salvandi, quod includit contradictionem, scilicet ultimae, scilicet eundem ultimae salvari, & ultimae damnari: nec est scriptus in libro praescitorum foris, quia non est bonus secundum presentem iustitiam: sed malus est actualiter: nec est etiam in libro mortis *fm* presentem iniustitiam, quia praesens iniustitia, vel iniustitia est illa, quam aliquis habet in qua tamen finiturus non est: sed iste finiturus est in hoc malo, quod nunc habet: ergo

Aliquis scriptus est in intus, & foris in libro praescitorum.

Valde mali, qui nunquam a malicia mutantur sunt scripti solum in libro praedestinatorum.

Qui mali sunt, & in bono finient dies suos in libro vitae scripti sunt.

ergo non vocatur praesens iniustitia, sed certissima praesentia, quia secundum istam malitiam ultimam Deus praecognovit eum condemnandum: solum ergo iste erit in libro mortis secundum firmam praescientiam, quod est scriptum esse intus, & non erit in libro aliquo altero intus, vel foris. Illi etiam, qui non sunt valde mali, nec valde boni, possunt interdum esse solum scripti intus in vno libro, ut patet, quod aliquis fuerit semper bonus, & postea ad vnum actum malum devoluatur in quo finiat, non potest vocari valde malus, quia usque hactenus bene operatus est, & nunc incipit male operari, & brevissime in illo finiturus est. Alii sunt non valde boni, quia hactenus mali extiterant, nunc vero boni effecti sunt, & cito in illo bono finient, quilibet autem horum solum scripti sunt in vno libro intus. Nam illi, qui non sunt valde mali, & tamen facient vnum malum in quo finient, quando in illo malo sunt, non possunt dici scripti in libro praedestinatorum, cum certissime in malo finituri sint, nec sunt in libro praedestinatorum foris, quia non sunt mali secundum presentem iustitiam, nec sunt in libro praescitorum foris, quia non sunt mali secundum presentem iniustitiam, sed secundum iniustitiam, in qua finituri sunt, solum sunt igitur scripti in libro mortis intus. Ideam de illis, qui non sunt valde boni, sunt tamen in ultimo actu bono, in quo finient, quia tunc non sunt in libro mortis finituri, nec in libro vitae secundum presentem iustitiam, quia non est bonum illud quod habent mutandum, sed in eo finient. Ex his sequitur corollarium, quod licet aliquis possit esse scriptus solum intus in aliquo libro, impossibile tamen est eum scriptum esse foris in aliquo libro. Prima pars patet, quia ille, qui valde malus est, quia semper malus est, & in malo finiet, necessario est scriptus in libro vitae mortis, & non est in libro vitae, nec foris in libro vitae, nec foris in libro mortis, & ille qui valde bonus est, quia in bono finiet, est necessario scriptus in libro vitae praedestinatorum, & non est in libro vitae praescitorum, nec foris in libro praedestinatorum: ergo solum est in libro vitae praedestinatorum, ut probatum fuit in praecedenti conclusione. Secunda pars, scilicet quod impossibile sit solum aliquem scriptum esse foris in aliquo libro, ita quod non sit in aliquo, quia necessarium est de quolibet, quod aut sit finiturus in bono, aut in malo, si in bono finiturus est necessario est scriptus in libro vitae, scilicet per firmam praedestinationem, si autem in malo finiturus sit necessario in libro praescitorum scriptus est intus. Scribi autem foris in libro vitae est esse bonum in presenti, sed non esse finiturus in bono: scribi in libro mortis foris secundum presentem iniustitiam est esse malum in presenti, sed non finiturus in malo, & sic daretur, quod aliquis sit finiturus, & tamen nec in bono, nec in malo, & quod nec ultimae beatificabitur, nec ultimae damnabitur. Nam ad hoc, quod quisquam damnetur, aut salvetur, intra aliquem librum scriptum esse necesse est. Tertia conclusio est, quod aliquis scriptus in libro vitae secundum certam praedestinationem potest deleri, & qui scripti sunt in libro mortis secundum certam praescientiam aliquando delentur. Patet, quia dupliciter aliquis scriptus est in libro mortis, aut in libro vitae, scilicet secundum praedestinationem, aut praescientiam, aut secundum presentem iustitiam, aut presentem iniustitiam, qui in aliquo libro scripti sunt secundum firmam praedestinationem impossibile est, quod deleatur de illo secundum praedestinationem, ita quod efficiatur, quod iam non sit secundum praedestinationem in libro vitae, quia cum esse scriptum in libro vitae secundum firmam praedestinationem nihil aliud sit, quam Dei

Ab aeterno secundum voluntatem beneplaciti elegisset hunc, ut esset cum eo sanctus, & immaculatus, & ordinasse eum, ut in bono fineret. Si deleretur de illo libro secundum praedestinationem Deus mutaretur a proposito suo, & ordo ab eo statutus cassaretur. Aut si diceremus Deum semper suum aeternum tenere propositum cogere, confiteri eum esse impotentem ad perficiendum quod desideret, quorum quodlibet totaliter impossibile est. Sic etiam, qui in libro mortis secundum firmam certamque praescientiam scriptus est, deleri non potest, quia nihil aliud est aliquid esse scriptum in libro mortis, aut praescitorum secundum firmam praescientiam, quam quod Deus ante secula cognoverit hunc in malo finiturus: si autem iste esset incerta, quia falsum tenuisset cum aliter rei exitus comprobasset, qui autem secundum presentem iustitiam in libro vitae scripti sunt aliquando delentur, quia licet nunc bonus sit quisquam, & secundum hoc necessarium sit in libro Dei secundum presentem iustitiam, quia tamen poterit immediate mutari ad oppositum prolapsus in malum, poterit deleri de libro vitae, & scribi in libro mortis secundum presentem iniustitiam. E contrario autem, qui est scriptus in libro mortis secundum presentem iniustitiam potest deleri, quia poterit converti ad dominum, & rursus scribetur in libro praedestinatorum secundum presentem iustitiam. Qui autem secundum praedestinationem in libro vitae scriptus est, licet non possit deleri ab eo secundum praedestinationem, scilicet quod non sit secundum praedestinationem, potest tamen deleri ab eo, non sit secundum presentem iustitiam, quia, ut praedictum fuit in secunda conclusione, potest aliquis scriptus esse in duobus libris simul, scilicet quod in vno sit secundum certitudinem ultimam, & in alio secundum presentem statum. Ita etiam potest esse scriptus in eodem libro bis simul, scilicet in libro praedestinatorum, aut praescitorum, ita quod aliquis sit ultimae in bono finiturus, & sic erit in libro praedestinatorum secundum firmam praedestinationem, & quod sit bonus nunc, a qua bonitate cito mutabitur, licet postea in ea redeat, erit scriptus in libro vitae secundum presentem iustitiam, & quia iste, qui scriptus est in hoc libro vitae secundum praedestinationem, & etiam simul scriptus secundum presentem iustitiam in eodem, & potest deleri ab eo secundum presentem iustitiam: ergo qui scriptus est in libro vitae secundum praedestinationem, potest deleri ab eodem, non quidem ut scriptus secundum praedestinationem, sed ut scriptus secundum presentem iustitiam, & si forte scriptus esset in libro vitae solum secundum praedestinationem impossibile erat eum quovis modo deleri inde. Eodem modo se habet circa eum, qui est scriptus in libro mortis secundum praescientiam certam, quod postea inde deleri. Nam si in malo finiturus est, erit scriptus necessario in libro mortis, aut praescitorum, & quia poterit etiam nunc malus esse, a qua malitia mutabitur in bonum postea ad malitiam rediturus, erit etiam scriptus in libro praescitorum secundum presentem iniustitiam, & sic erit dupliciter scriptus, sed ab illo libro deleri potest secundum presentem iniustitiam, cum redeat ad bonum: ergo qui scriptus est in libro praescientiae, aut mortis, certissime deleri potest ab illo, non quidem quod deleatur secundum certam praescientiam, ita quod iam non maneat, sed delectetur a libro certae praescientiae secundum presentem iniustitiam: ideo si solum scriptus esset in illo secundum praescientiam certam non posset deleri. Quarta conclusio est, quod qui est scriptus in libro vitae secundum firmam praedestinationem, non potest scribi in libro mortis *fm* certam praescientiam, &

Qui scripti sunt in libro vitae *fm* presentem iustitiam aliquando delentur.

Qui scriptus est in libro mortis *fm* praesentem iniustitiam potest deleri.

Quid sit scribi in libro vite.

& qui scriptus est in libro mortis secundum certam præcognitionem non potest scribi in libro vite secundum firmam prædestinationem. Nam esse aliquem scriptum in libro vite secundum firmam prædestinationem est, quod Deus ordinaverit eum ad vitam æternam, & quod certissimè in bono finiturus sit: sed aliquem in bono finiturum esse, & in malo finiturum esse includit contradictionem veram: ergo impossibile est esse scriptum in libro prædestinationis secundum certam præcognitionem, & scribi rursus in libro mortis secundum certam præcognitionem, & è contrario impossibile est, quod aliquis scriptus in libro mortis secundum firmam præcognitionem, scribatur in libro vite secundum prædestinationem, quia eandem contradictionem includit, quam supra diximus. Potest enim aliquis scriptus in libro mortis secundum firmam præcognitionem scribi in libro vite secundum præsentem iustitiam, quia ista non includunt contradictionem. Nam esse scriptum secundum prædestinationem solum dicit, quod in bono finiet, & habebit vitam æternam, non tamen dicit eum esse nunc bonum, aut malum. Scribi autem in libro mortis secundum præsentem iniquitatem est nunc esse malum solum, nec tamen dicit, utrum in bono, an in malo finiet, & sic bene stat, quod aliquis in bono finiturus sit, quod notat scriptum esse in libro prædestinationis, & quod nunc malus sit, quod notat scriptum esse in libro mortis secundum præsentem. Et è contrario potest aliquis scriptus esse in libro mortis secundum præcognitionem, & in libro vite secundum præsentem iustitiam. Quinta conclusio. Qui scripti sunt secundum præsentem iustitiam in libro vite non possunt simul scribi in libro mortis secundum præsentem iniquitatem. Pro quo sciendum (ut patet ex supradictis) quod sunt duo libri, scilicet liber vite, siue prædestinatorum, & liber mortis, id est præcitorum, & in quolibet istorum potest aliqis dupliciter scribi, quia aut secundum ultimam certitudinem, aut secundum præsentem statum, & sic erit quadruplex modus scribendi, scilicet secundum prædestinationem certam in libro vite, & secundum præsentem iustitiam in libro vite. Tertius secundum certam præcognitionem in libro mortis. Isti quatuor modi non coniunguntur, ita quod de aliquo dicantur simul omnes, quia in istis includitur hominem esse totaliter bonum, & totaliter malum, sed impossibile est aliquem simul esse totaliter bonum, & malum: ergo nec habebit ista quatuor simul quilibet. Item ista quatuor faciunt duas plenas contradictiones, sed de nullo verificatur una contradictio, ergo nec verificabuntur duæ. Patet quod includat duas contradictiones, quia esse in libro vite secundum prædestinationem aliquem scriptum, & esse in libro mortis secundum præcognitionem eundem hominem includit contradictionem. Alia contradictio includitur in hoc, quod aliqis est secundum præsentem iustitiam in vno libro, & secundum præsentem iniquitatem in alio libro simul. Nec possunt tres modi istorum verificari simul de eodem: nam si dicatur, quod aliquis est scriptus simul in libro vite secundum prædestinationem, & in eodem libro vite secundum præsentem iustitiam, & quod sit scriptus in libro mortis secundum certam præcognitionem. Nam tunc necesse est dare vnam contradictionem, quia hoc quod est esse scriptum secundum certam prædestinationem in libro vite, & esse scriptum secundum certam præcognitionem in libro mortis contradicunt. Vel si dicatur, quod sit scriptus in libro vite secundum prædestinationem, & secundum præsentem iustitiam, & in libro mortis secundum præsentem iniquitatem. Nam hoc includit etiam contradictio-

nem vnam, scilicet esse in libro vite secundum præsentem iustitiam, & in libro mortis secundum præcognitionem iniquitatem, siue ponas contrariè, scilicet in libro mortis secundum certissimam præcognitionem, & præsentem iniquitatem, & secundum præsentem iustitiam in libro vite. Quocumque verteris tria ponas semper sequitur contradictio: non ergo poterit tres modi simul prædicari de eodem. Si autem prædicentur duo modi est diuersitas, quia aliquando possunt verificari, & aliquando non. Si enim prædicentur duo modi pertinentes ad eundem librum, poterit verificari, & si prædicentur duo modi diuersi duorum librorum, poterit verificari propositio: si autem prædicentur duo modi eiusdem generis duorum librorum, non verificabitur propositio. Exemplum primi, ut quod dicamus aliquem scriptum in libro vite secundum certam prædestinationem, & secundum præsentem iustitiam, ut declarauimus in secunda conclusione, & quod aliquis sit scriptus in libro mortis secundum præsentem iniquitatem, & secundum certissimam præcognitionem, ut patet in eadem conclusione. De secundo modo patet, scilicet quando dicuntur duo modi scripturæ duorum librorum, & sunt diuersi, ut si dicatur de aliquo, quod est scriptus in libro vite secundum certissimam prædestinationem, & quod est scriptus in libro mortis siue in libro præcitorum secundum præsentem iniquitatem. Nam hoc satis conuenit: poterit enim aliquis esse prædestinatus à Deo, ut habeat vitam æternam, & finiat in bono dies suos, tamen quod nunc male operetur: secundum autem quod est prædestinatus ad vitam æternam, sit in libro secundum prædestinationem Dei: secundum quod nunc est in peccato, est scriptus in libro mortis secundum præsentem iniquitatem: ergo erit sic in duobus libris diuersimodè. Vel è contrario, quod aliquis sit in libro mortis secundum certam præcognitionem, & quod sit in libro vite secundum præsentem iniquitatem, quia licet nunc bene operetur secundum quod competit esse in libro vite quantum ad præsentem iustitiam, tamen è in futuro in malo finiet secundum quod competit scriptum esse in libro mortis secundum firmam præcognitionem. De tertio quando duo modi scripturæ duorum librorum, qui modi pertinent ad idem genus patet exempli, scilicet quod aliquis sit scriptus in libro vite secundum certam prædestinationem, & quod sit in libro mortis, siue præcitorum secundum certam præcognitionem: nam iste modus impossibilis est, quia semper includitur contradictio. De isto modo, qui est dicendo esse aliquem scriptum in libro vite secundum prædestinationem, & in libro mortis secundum certam præcognitionem, supra probatum est, quia est dicere aliquem finiturum esse in bono, & finiturum esse in malo. Eodem modo si accipiantur alia duo, scilicet quod dicatur esse aliquis in libro vite, siue prædestinatorum secundum præsentem iustitiam, & in libro mortis secundum præsentem iniquitatem simul. Nam impossibile est, quod aliqis simul operetur bonum, & operetur malum: sed esse in libro vite secundum præsentem iustitiam est esse bene actualiter operantem, esse in libro mortis, aut præcitorum secundum præsentem iniquitatem, aut iniustitiam est actualiter male operari: ergo impossibile est simul aliquem esse in libro vite secundum præsentem iustitiam, & in libro mortis secundum præsentem iniquitatem. Cum autem accipitur vnus modus istorum quicumque possibilis est, ut supra dictum est, scilicet quod sit secundum prædestinationem in libro vite, aut quod sit secundum præsentem iustitiam in libro eodem, & sic de alijs duobus modis. Hec autem quantum ad librum Dei dicta sunt, utrum contingat aliquem deleri de illo, & qualiter contingat deleri.

Quomodo

Impossibile est aliquem esse in libro vite secundum præsentem iustitiam, & in libro mortis secundum præsentem iniquitatem.

Quomodo scribitur in libro Dei non tamen aliis cui omnes simul conueniunt.

Quomodo Moyses petebat se deleri de libro vite, cum sciret se esse prædestinatum, & prædestinati non delentur, & an in hoc peccauerit, & fecerit contra charitatem.

QUESTIO XLIII.

SED adhuc circa Moysen est dubitatio qualiter petierit se deleri de libro vite. Nam Moyses sciebat se scriptum in libro vite secundum prædestinationem certam Dei: sed istam impossibile est tolli, quia tunc tolleretur ordinatio eius, atque cognitio, quod impossibile est, quia diminueret Dei perfectionem. Item non videtur, quod Moyses peteret, quod deleretur quantum ad præsentem iustitiam: nam deleri de libro vite quantum ad præsentem iustitiam est, quod aliquis, qui nunc iustus erat, & per hoc erat dignus vita æterna, & secundum hoc Deum ad vitam æternam ordinabat, quod cessaret esse iustus per peccatum mortale, & desineret esse scriptus in libro vite secundum præsentem iustitiam, petere autem peccare mortaliter, est contra charitatem, & in nullo casu contra charitatem agendum est: ergo non videtur, quod Moyses peteret se deleri de libro vite quantum ad præsentem iustitiam. Item dato quod esset possibile aliquem deleri de libro vite quantum ad certam Dei prædestinationem, tamen non deberet aliquis hoc petere, quia contra charitatem militat: nam licet in poenis temporalibus aliquis velle debeat subire aliquam poenam, ne anima alicuius peccet eternaliter, & quia magis debeo diligere alterius animam, quam vitam meam, tamen non debeo diligere animam alterius magis, quam animam meam, quia hoc esset dilectionis ordinem præuaricari, cum nemo debeat alterum magis, quam seipsum diligere: ideo dato quod esset possibile animas omnium sanctorum, qui nunc sunt in vita æterna, & animam ipsius Beatisimæ Virginis petere eternaliter, nisi anima mea periret eternaliter, citius deberem eligere omnes illas perire, quam perire animam meam: imò si eligerem, quod anima mea eternaliter periret, ne omnes anime perirent, peccarem mortaliter, præuaricando ordinem charitatis, sicut si magis diligerem corpus meum, quam animam meam. Respondent aliqui, quod verum est quidquid innuitur in superioribus argumentis, scilicet quod ille, qui scit se in libro Dei scriptum quantum ad firmam prædestinationem, quod non potest petere se deleri, cum sciat impossibile esse, etiam quod peccati esset mortale petere ista, dato quod fieri possent. Dicunt tamen quod Moyses ista petiit, quia turbatus erat, & nesciebat utrum esset impossibile tunc quando petebat, quia ira impedit animum, ne possit cenere verum, ut ait Cato, & sic quælibet alia mentis perturbatio. Sed hoc non est conuenienter dictum, quod Moyses conspectui Dei assistens tantam turbationem incurret, ut nesciret esse hoc impossibile quod petebat, & quod ignoraret hoc esse peccatum mortale, in quo erat tanta perturbatio charitatis: maxime, quia delictio sua de libro vite nulli erat utilis, quia ipse delendus erat, cum ipsi destruerentur iuxta petitionem, & sic sua delictio non proderat illis. Nam si Moyses dixisset, domine si vis eos occidere rogo te, ut deleas me de libro tuo potius, quam occidas eos, adhuc rationabilius dictum esse videretur, quia alicui prodesset sua delictio, quam nunc, cum nullo modo prodesset, licet adhuc in illo casu erat mala petitio, quia contra ordinem charitatis, cum magis se diligere deberet Moyses, quam omnes Hebræos, licet pro eis deberet vitam exponere, & omnia durissimorum genera sustinere: non ergo pateretur

Aliquorum responsio.

Responsio diu Augustini.

Doc. resp.

Moyses se cunctisua electione nolebat deleri de libro vite, & salute Iudeorum.

Quare scriptura vratur se pe parabolice loqui.

A diuina illa collocutio hominem ita mente perturbatum, cum ad videndum, & colloquendum Deo requiratur summa mentis attentio, quam tollit quælibet perturbatio passionalis. Augustinus autem hoc factum fuisse ait ex magna confidentia, quia Moyses erat confidentialis Dei, quia iam cum eo steterat iterum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & multotiens: imò semper cum volebat aliquid à Deo petere Deus aderat ei respondens. Ex tanta ergo familiaritate confidebat, & loquebatur ad Deum: Aut dimitte populo huic noxam hanc, aut dele me de libro tuo, quasi dicat: ego sum certus domine, quod non delebis me de libro tuo, ita ergo vellem, quod certificares me, quod dimitteres populo huic noxam hanc. Et ista responsio satis conuenienter posita est: aliter tamen dici potest, quod Moyses nolebat se deleri de libro vite pro saluatione Israelitarum, vel cum ipsi delerentur, nec etiam si totus mundus periret, nisi ipse deleretur, nec ipse hoc petebat: sed est talis locutio ad indicandum desiderium suum de salute Iudeorum. Et isto modo Christus declarauit desiderium partis sue inferioris, scilicet sensitiue reformidantis dolores sibi venturos, quos plenissime præcognouerat, petens ne moreretur, sed transferretur calix ab illo, non tamen erat sic in parte volitiua rationali, quia secundum illam Deo consentiebat plenissimè, & mortem subire eligebat, quam ante secula determinauerat. Pars tamen sensitiua timore humano pauitabat, dicens: Tristis est anima mea usque ad mortem. Sic Moyses desiderabat salutem Iudeorum intensè, tamen secundum suam electionem non velle ipse deleri de libro vite pro salute Hebræorum, nec omnium hominum. Et isto modo loquuntur sepe homines dicentes: si non das mihi hoc, occidar. Vel dicitur, magis vellem mori, quam incidisse in talem defectum: sed tamen si esset ad casum iste magis eligeret carere re illa, quam peti, & multis alijs, & incidisse in illum defectum, & alios, quam mori. Dicuntur tamen ista ad signandum intentionem desiderij, & in isto sensu ab audientibus accipiuntur. Ideo dato, quod ipse in se falsè sint quantum est ad virtutem signati ipsarum, tamen non iudicantur esse falsa ab audientibus, quia eas in hoc sensu accipiunt, & ipsi loquentes veraciter desiderium magnum talium rerum habent, quod expriment per locutionem illam parabolicam, quæ excedit veritatem rei. Et sic dicebat Rachel ad virum suum Iacob videns, quod non conciperet, Genesis trigésimo capitulo. Da mihi liberos alioquin moriar, est sensus: si non das mihi liberos, ita dolebo ac si morerer: sed secundum veritatem potius elegisset Rachel viuere non habendo filios, quam habere filios, & confestim mori. Frequentatur autem iste modus loquendi parabolicus in scripturis, quia consentiunt modo loquendi vulgari, sicut patet Iudith vigésimo capitulo de filijs Benjamin, quod ita ad certum locum fundis iaciebant, ut capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. Est ergo istorum verborum intentus monstrare magnum desiderium Moysi de salute Hebræorum: quasi dicat: domine ita intente afficior ad salutem huius populi, quod videretur mihi ita esse durum populum hunc mori, sicut si de libro tuo deleret. Sed ipse secundum veritatem magis eligebat, quod totus Israeliticus populus deleretur secundum corpus temporaliter moriendo, & etiam quod omnes eternaliter damnarentur, quam quod ipse solus eternaliter infernali carceri traderetur.

Cui

Cui respondit Dominus: Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum istum quod locutus sum tibi. Angelus meus praecedet te. Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. Percussit autem Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

Cui respondit Dominus. Hic ponitur secundum, scilicet divina responsio: nam licet Moyses proposuisset desiderium suum in hac forma loquendi, tamen Deus non recipiebat talem petitionem, sicut nec ipse Moyses intendebat hoc. Qui peccaverit in me, delebo eum de libro meo. Quasi dicat, non est petitio tua iusta, scilicet quod tu delearis de libro meo, quia de libro meo nemo deletur, nisi qui peccat: tu autem non peccasti, ideo non est iustum te deleri: alij autem, qui peccaverunt, aut peccabunt, delebuntur de libro meo: quasi dicat, licet scripti fuerint in libro meo per aliquam bonam operationem, scilicet quando acceperunt legem meam, tamen quia peccaverunt iam deleri sunt. In hoc autem demonstratur, quod non intelligatur liber iste pro libro legis Moysae, quia tunc esset sensus, quod in lege Moysae essent scripti omnes homines, & quando aliquis peccaret, deleteret eum Deus: alioquin non posset intelligi vera esse verba Dei, scilicet qui peccaverit in me delebo eum, nisi essent omnes scripti in libro illo: nam dato quod non essent omnes ibi scripti, alijs peccaret, & non deleteretur, quod est contra intentum literae: sed in libro legis Moysi non est aliquid tale scriptum: ergo non intelligitur de illo. Etiam non potest accipi delatio de libro pro occasione, sicut accipiebat Rabbi Abraham Aben Ezra, quia tunc quandoque, aliquis peccaret, statim occideretur, quod falsum esse patet, & Ezech. 18. cap. apparet, cum dicit: Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat. consequentia patet, quia litera dicit, qui peccaverit in me, delebo eum, id est quandoque aliquis peccaverit in me, delebo eum. Dandus est ergo aliquis liber, de quo cum homines omnes ibi scripti sunt, quilibet deletur, quando peccat, & iste est liber ille Dei, in quo sunt praedestinati, & praesciti, & intelligitur ista delatio quantum ad presentem iustitiam. Nam in libro illo Dei, quem accipit hic Moyses, & est liber vitae, scribuntur aliqui dupliciter, scilicet quidam secundum certissimam praedestinationem, & isti non delentur, quia quidquid eveniat, cooperatur eis in bonum, quia secundum propositum Dei vocati sunt sancti, ut ait Apostolus ad Roman. 8. capit. ita quod quaecumque mutatio dissona fiat in vita eorum, tamen in bono finituri sunt, quia Dei infinita benignitas eis gratiam apponet in fine, ne deficiant, quia eos elegit ante mundi constitutionem conformes fieri imaginis filij eius: alij sunt scripti in libro vitae secundum presentem iustitiam, id est quia licet in bono finituri non sunt, sicut Deus de eis praecognovit ante saecula, tamen nunc boni sunt, & eorum bonitas facit eos nunc dignos vitam aeternam, & si sic morerentur, indubitate acquirerent vitam aeternam, isti autem deleri possent, quia poterunt esse mali, quando voluerint, & tunc desinet iustitia praesens, secundum quam erant scripti in libro vitae, & sic per quodlibet mortale peccatum deletur homo de libro vitae quantum ad praesentem iustitiam, & de hac loquitur hic Deus, scilicet. Qui peccaverit in me delebo eum. Id est quicumque aliquis commiserit mortale peccatum, ego delebo eum de libro meo secundum presentem iustitiam, in quo ante scriptus erat secundum bona opera praesentia, & non solum delentur de libro vitae illi, qui sunt scripti in eo secundum iustitiam presentem, sed etiam si sunt scripti secundum praedestinationem certam, quia alijs daretur, quod aliquando peccaret homo mortaliter, & non deleteretur de libro vitae. Sciendum est, quod ille, qui deletur de libro vitae, aut ante peccatum istud, quod nunc egit, fecerat aliquid alterum non mediante inter utrumque conversione ad Deum, siue aliquo opere charitatis, aut peccavit nunc, & ante hoc stabat in charitate: si autem ante hoc peccaverat, ita quod erat extra charitatem, siue ille homo sit scriptus in libro mortis secundum firmam praesentiam, siue in libro vitae secundum certam praedestinationem, non potest deleri de libro Dei: cuius ratio est, quia per peccatum deletur aliquis de libro Dei secundum presentem iustitiam: si autem iste non redeat ad charitatem non rescribetur in libro Dei, & sic non erit scriptus donec convertatur, qui autem non est scriptus in libro Dei, non potest deleri de illo: sed iste non est scriptus in libro Dei, cum non redijt ad charitatem, ergo non potest deleri. Ideo dicendum quod si aliquis nunc in gratia existat, est scriptus in libro Dei secundum presentem iustitiam, & si a charitate recedit, etiam cadit a libro vitae, scilicet quod deletur de illo: si autem post hoc milie, aut secundum quemlibet numerum peccet mortaliter in nulla istarum vicum deletur de libro Dei, cum in eo scriptus non sit: sed solum in prima, quando cadit a charitate. Si autem ante istud peccatum erat in charitate, erat scriptus in libro Dei, & cum mortaliter peccat, primo deletur de libro vitae, & sic non est sensus, quod quandoque aliquis peccat mortaliter, deletur de libro vitae: sed quando peccat mortaliter, & ante hoc erat in charitate, & tunc procedit argumentum quod fiebat, scilicet quod si illi, qui sunt scripti in libro vitae secundum firmam praedestinationem, quando primo peccant mortaliter decedentes a charitate, aliquando peccaret aliquis mortaliter, & non deleteretur de libro vitae, & sic essent maiora privilegia eorum, quod essent scripti in libro vitae secundum firmam praedestinationem, quam eorum, qui scripti sunt in libro mortis, siue praescitorum. Item si non deleterentur illi, qui sunt scripti in libro vitae secundum firmam praedestinationem, de libro vitae, quando mortaliter peccant quantum ad presentem iustitiam, daretur, quod manebant in presenti iustitia, quia non est dare medium, querendo an aliquis homo sit iustus secundum presentem iustitiam, an non: sed isti ante peccatum mortaliter, in libro Dei, qui est liber vitae erant secundum presentem iustitiam, scilicet quod non solum illa opera, quae ultimatae facturi sunt, constituent eos vita aeterna dignos, sed etiam ea opera, quae nunc faciunt: ergo si non delentur de libro Dei secundum presentem iustitiam, necesse est, ut maneat in eo secundum presentem iustitiam, cum ibi ante essent secundum istam presentem iustitiam: ergo erunt in peccato mortali, & erunt scripti in libro Dei secundum presentem iustitiam. Esse autem in libro vitae secundum presentem iustitiam, est quod Deus aliquem ordinet ad vitam secundum ea opera, quae habet nunc: ergo aliquis secundum mortalia peccata a Deo disponderetur ad vitam aeternam, quod est impossibile. Necessario ergo dicendum est, quod quando quis peccavit, & ante hoc erat in charitate, quod deletur de libro Dei secundum presentem iustitiam, & quantum ad hoc non differt utrum sit secundum certam praedestinationem in libro vitae, an secundum certissimam praesentiam in libro mortis, aut praescitorum. Et sic qui aeterna Dei electione praedestinati sunt, delentur multotiens de libro vitae quando peccant decedentes a charitate: non tamen delentur in quantum sunt ibi

Contra Rabbi Abraham Aben Ezra.

Qui sunt scripti in libro vitae secundum certissimam praedestinationem non delentur. id est supra.

tiam, in quo ante scriptus erat secundum bona opera praesentia, & non solum delentur de libro vitae illi, qui sunt scripti in eo secundum iustitiam presentem, sed etiam si sunt scripti secundum praedestinationem certam, quia alijs daretur, quod aliquando peccaret homo mortaliter, & non deleteretur de libro vitae. Sciendum est, quod ille, qui deletur de libro vitae, aut ante peccatum istud, quod nunc egit, fecerat aliquid alterum non mediante inter utrumque conversione ad Deum, siue aliquo opere charitatis, aut peccavit nunc, & ante hoc stabat in charitate: si autem ante hoc peccaverat, ita quod erat extra charitatem, siue ille homo sit scriptus in libro mortis secundum firmam praesentiam, siue in libro vitae secundum certam praedestinationem, non potest deleri de libro Dei: cuius ratio est, quia per peccatum deletur aliquis de libro Dei secundum presentem iustitiam: si autem iste non redeat ad charitatem non rescribetur in libro Dei, & sic non erit scriptus donec convertatur, qui autem non est scriptus in libro Dei, non potest deleri de illo: sed iste non est scriptus in libro Dei, cum non redijt ad charitatem, ergo non potest deleri. Ideo dicendum quod si aliquis nunc in gratia existat, est scriptus in libro Dei secundum presentem iustitiam, & si a charitate recedit, etiam cadit a libro vitae, scilicet quod deletur de illo: si autem post hoc milie, aut secundum quemlibet numerum peccet mortaliter in nulla istarum vicum deletur de libro Dei, cum in eo scriptus non sit: sed solum in prima, quando cadit a charitate. Si autem ante istud peccatum erat in charitate, erat scriptus in libro Dei, & cum mortaliter peccat, primo deletur de libro vitae, & sic non est sensus, quod quandoque aliquis peccat mortaliter, deletur de libro vitae: sed quando peccat mortaliter, & ante hoc erat in charitate, & tunc procedit argumentum quod fiebat, scilicet quod si illi, qui sunt scripti in libro vitae secundum firmam praedestinationem, quando primo peccant mortaliter decedentes a charitate, aliquando peccaret aliquis mortaliter, & non deleteretur de libro vitae, & sic essent maiora privilegia eorum, quod essent scripti in libro vitae secundum firmam praedestinationem, quam eorum, qui scripti sunt in libro mortis, siue praescitorum. Item si non deleterentur illi, qui sunt scripti in libro vitae secundum firmam praedestinationem, de libro vitae, quando mortaliter peccant quantum ad presentem iustitiam, daretur, quod manebant in presenti iustitia, quia non est dare medium, querendo an aliquis homo sit iustus secundum presentem iustitiam, an non: sed isti ante peccatum mortaliter, in libro Dei, qui est liber vitae erant secundum presentem iustitiam, scilicet quod non solum illa opera, quae ultimatae facturi sunt, constituent eos vita aeterna dignos, sed etiam ea opera, quae nunc faciunt: ergo si non delentur de libro Dei secundum presentem iustitiam, necesse est, ut maneat in eo secundum presentem iustitiam, cum ibi ante essent secundum istam presentem iustitiam: ergo erunt in peccato mortali, & erunt scripti in libro Dei secundum presentem iustitiam. Esse autem in libro vitae secundum presentem iustitiam, est quod Deus aliquem ordinet ad vitam secundum ea opera, quae habet nunc: ergo aliquis secundum mortalia peccata a Deo disponderetur ad vitam aeternam, quod est impossibile. Necessario ergo dicendum est, quod quando quis peccavit, & ante hoc erat in charitate, quod deletur de libro Dei secundum presentem iustitiam, & quantum ad hoc non differt utrum sit secundum certam praedestinationem in libro vitae, an secundum certissimam praesentiam in libro mortis, aut praescitorum. Et sic qui aeterna Dei electione praedestinati sunt, delentur multotiens de libro vitae quando peccant decedentes a charitate: non tamen delentur in quantum sunt ibi

Quidam dicunt, quod si aliquis nunc in gratia existat, est scriptus in libro Dei secundum presentem iustitiam, & si a charitate recedit, etiam cadit a libro vitae, scilicet quod deletur de illo: si autem post hoc milie, aut secundum quemlibet numerum peccet mortaliter in nulla istarum vicum deletur de libro Dei, cum in eo scriptus non sit: sed solum in prima, quando cadit a charitate.

Quidam dicunt, quod si aliquis nunc in gratia existat, est scriptus in libro Dei secundum presentem iustitiam, & si a charitate recedit, etiam cadit a libro vitae, scilicet quod deletur de illo: si autem post hoc milie, aut secundum quemlibet numerum peccet mortaliter in nulla istarum vicum deletur de libro Dei, cum in eo scriptus non sit: sed solum in prima, quando cadit a charitate.

ibi secundum certam praedestinationem, sed in quantum sunt secundum presentem iustitiam, quia tamen bis simul in eodem libro scripti sunt, poterit una scriptura de levi, alia non deleta. Delebo eum. Cum delerit fiat de libro vitae quantum ad presentem iustitiam per peccatum mortale, cum nos peccem mortaliter, nos delemus nos ipsos: dicitur tamen Deus delere nos, quia nihil aliud est nos esse scriptos in libro Dei secundum presentem iustitiam, quam quod Deus iudicet, vel ordinet hunc ad vitam aeternam secundum haec bona, quae nunc operatur: delere autem eum de libro vitae quantum ad presentem iustitiam est, quod non reputet eum dignum vita aeterna secundum opera, quae nunc agit, & quia istud ordinare, vel reputare est a Deo, dicitur Deus nos scribere in libro vitae, & nos delere. Tu autem vade, & duc populum istum. Respondet Deus Moysi distrahens illum a proposito: stetit enim Moyses cum domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ut patet infra 34. cap. & Deuter. 9. cap. orando pro remissione peccatorum populi huius, & Deus in principio respondit sibi aliquo modo durè, dicens: Qui peccaverit in me delebo eum, tu autem vade, & duc populum istum, id est licet tu petas deleri si populus iste destruitur, ego non faciam: sed eum, qui peccaverit in me delebo: tu tamen de hoc non cures, sed vade, & duc populum istum de loco isto, angelus meus praecedet te: postea vero in fine quadraginta dierum placatus est dominus, & remisit iniquitatem populi derelinquens in futurum aliquid de vindicta sceleris huius, & tunc concessit aliquid quod a principio petitionis non concesserat, scilicet quia a principio dixerat: angelus meus praecedet te, & postea in fine concessit, quod ipse praecederet, ut patet sequenti capitulo. Etiam quia & hac vice exaudivit super punitione, & a principio non exaudivat: quod non exaudiret a principio satis innuitur hic. Quod autem in fine exaudiret, patet Deuter. 9. cap. Tu autem vade, & duc populum istum. Quasi dicat, non cures de hac petitione. si deleam te si delentur sum eos, sed vade, & praecede populum istum, scilicet sicut fuisti vique huc ductor eius, ita nunc sis praecedendo eos.

An Moyses duceret populum Israel.

QVAESTIO. XLV.

SED dices quomodo Deus dicebat Moysi, quod duceret populum, quia non dirigebat ipse populum, nec ad mandatum eius movebantur, aut figebatur castra, sed ad motum nubis, ut patet Num. 9. quia ea instante figebant tentoria, & ea mota movebant castra. Respondetur, quod Moyses vocatur ductor Israelitarum, quia ad mandatum eius cuncta fiebant in magna gente illa: nam ipse erat princeps super totam multitudinem illam, & iudex, & omnia iurgia per manum eius terminabantur: erat ergo ductor, id est capitaneus, etiam quantum ad directionem itineris ipse aliquid faciebat de tribubus, & vexillis, quae praecedere debebant, & quae subsequi, & si arca praecederet, vel non: nam si ipse non esset dans eis modum procedendi, aut aliquis alius capitaneus, mota nube non concordarentur ad motum, aut ipsa manente non concordarentur ad manendum. Qua locutus sum tibi. Id est duc eum ad terram, ad quam praecipi, ut duceres, scilicet ad terram Chanaan. Angelus meus praecedet te. Hic videtur Deus antiprophora respondendo ad id, quod Moyses posset obijcere. Diceret, n. domine madas mihi, ut ducam populum istum in terram Chanaan, & ego nescio eam, nec viam eius unquam ambulavi: respondet Deus, angelus meus praecedet te, qui te diriget, & loquitur de angelo, qui movebat columnam nubis: nam si angelus aliter esset non assum-

Angelus Deus quod dicitur Moyses.

pto corpore, aut non mota columna non viderent eum Israelite, & sic non posset eos dirigere: necesse ergo erat, quod aut appareret in humana effigie, aut assumeret aliquod aliud corpus, vel moveret, ut per motum corporis cognosceretur angelus. Corpus autem humanum accipere non debuit, quia daret occasionem idolatrie: videntes enim Hebraei angelum in forma viri, quem Deum esse putarent nescientes facere differentiam inter angelum & Deum, adorarent eum in effigie corporata, & fabricarent sibi statuas, quae esset imago illius Dei, & imaginem quoque colerent, quod erat vera idolatria. Verum ergo Deus hoc angelis, ne appareret in humana effigie, ne deciperent: sic dicitur Deuter. ca. 4. Custodite diligenter animas vestras: non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem. Debit ergo accipere tale corpus quod movendo non esset aliqua occasio idolatrie, tale erat columna nubis, quae non exprimebat imaginem rei viventis, nec in figura, nec conditione materiae. Per hanc autem columnam convenienter dirigebantur Hebraei, quia videbant eam moveri, & sequebantur eam: in hac autem erat angelus Dei movens eam, ut patet supra 14. cap. cum dicitur: Tollenique te angelus Dei, qui praecedebat castra Israel, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum stetit. Nec potest intelligi ista litera de aliquo alio angelo praecedente, quia ille non videretur ab Israel, ut dirigeret, nec etiam erat necessarium poni talem angelum, cum quidquid ille facere deberet, faciebat alius, qui ambulabat in columna nubis: sed Deus non facit aliquid frustra: ergo nec poneret aliquem alium angelum, cum ille, qui erat in nube, sufficeret. Ego autem in die ultionis. Cum Deus hic remittere vellet Iudaeis peccatum fabricationis vituli, noluit totaliter remittere penam, sed supra eam quam Moyses dederat in fluxit amplius, & dicit. Ego autem in die ultionis. Id est licet mandem tibi, quod ducas populum istum in terram, de qua locutus sum, tamen non ex hoc est intelligendum, quod nullo modo pro ista culpa aliqua poena infligenda sit, quia ego in die visitationis, siue ultionis visitabo hoc peccatum eorum.

Qua fuit dies ultionis super Iudaeos, quam Deus hic comminatur, scilicet an captivitas Babylonica, vel Romanorum.

QVAESTIO. XLVI.

QVAE autem fuerit dies ista ultionis. Respondet Rabbi Salomone, quod omnis dies, in quo aliquod malum patiebantur Hebraei, erat dies ultionis, quia in qualibet afflictione, quam sustinebant, remittebatur aliquid de illa culpa, quae persolvebatur illis penae parti cula. Sed ista expositio non multum convenit, quia hic videtur assignari certum tempus, cum dicitur: Ego autem in die ultionis. id est esset ab eo statuta aliqua certa dies, in qua vellet accipere vindictam de eis pro reatu vituli. Alij dicunt, quod ista dies ultionis fuit tempus captivitatis Babylonicae, quia in illa fuerunt Iudaei multum puniti. Sed hoc non convenit, quia ista captivitas habuit speciales causas, ex quibus infingeretur, ut a prophetis multotiens narratur, inter quas non erat aliqua fabricatio idoli in Horeb. Item quia Deus non puniit peccata patrum in filios ultra quatuor generationes, ut patet infra 34. c. l. puniens peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam generationem: sed ab hoc tempore usque ad captivitatem Babylonicam fluxerunt anni plures, quod ostingenti, quibus multae generationes transierunt. l. plures quae 15. aut 20. ergo non erat ibi istud peccatum puniendum.

si loquebatur erat angelus motus nubis.

In directione populi Israel non oportet ponere alium angelum ab eo, quod erat in columna nubis.

Opi. Rabbi Salomone rejicitur.

Alia opinio confutatur.

Alij

Alii capiunt diem ultionis pro tempore destructionis Ierusalem per Romanos, quia ibi acerrime fuerit puniti, occisi, venundati, atque dispersi: plerique aut magna fame succubuerunt. Sed non conuenit hoc ex causis supradictis. Primum, quia ad tempore huius fabricationis, & adorationis vituli usque; ad Romanorum irruptionem in Ierusalem, quae fuit anno 42. post mortem Saluatoris Iesu, transierunt multae generationes, ut potest colligi per lineam Saluatoris, quae describitur ab Abraham usque; ad ipsum Christum. Item causa huius captiuitatis, & deletionis urbis assignatur Luc. 19. c. p. Christum: sed alia est, cum dicitur: videns autem Iesus ciuitatem fleuit super illam, & dixit: uenient dies super te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt vndique; & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & subditur causa huius. s. eo quod non cognoueris tempus visitationis tuae. i. nolueris aduertere ad tempus, in quo Christus venit ad predicandum tibi, & te conuertendum. Fortè dici poterat, quod vocatur dies ultionis tempus illud, in quo mortui sunt omnes Israelitae, qui erant in deserto exeuntes de Aegypto à 20. anno, & ultra praeter Caleb & Iosue, de quo Nu. 14. & Deut. 1. ca. Et si dicas, quod illa pena fuit inflata ex alia causa. s. ga. murmurabant contra dominum, quod eduxerat eos de Aegypto, & volebant constitare ducem super se, & reuertere in Aegyptum, ut patet Nu. 14. ergo non pro isto scelere. Respondetur, quod Deus non semper dat penas, quae sunt culpe: sed interdum referat eas pro alio tempore, & cum aliquis peccauerit semel fortè non punit eum, & cum iterum peccat dat simul penam amborum peccatorum: sic patet Deut. 9. ca. quia pro peccatis tentationis incredulitatis, & murmurationis, quae habuerat Israel contra dominum ante fabricationem vituli, Deus non punierat eum, cum autem fabricauerit vitulum pro omnibus simul Israelis delectare volebat: sic enim dicitur: Et proci di coram domino, sicut prius 40. diebus, & 40. noctibus propter omnia peccata vestra, quae gessistis contra dominum. Quasi dicat, non solum pro peccato vituli solo eum ad iracundiam prouocastis: timui enim indignationem illius, & iram, qua aduersus vos concitatus delere vos voluit: sic ergo potuisset esse ibi, quia quum murmurauerunt contra dominum inflixit Deus eis penam pro illa murmuracione, & pro peccato vituli, & omnibus praecedentibus. Sed magis dicendum est, quod iste dies ultionis fuit aliqua propinqua, in qua punierit Deus Israelitas in vindictam huius sceleris, & patet in litera sequenti. s. percussit igitur Deus populum pro reatu vituli, quae fecerat Aarō. Necessarium est referri ad istam percussione propter duo. Primum, quia Moyses enarravit eam factam. Secundum, quia ponitur expressa causa punitionis. s. p. reatu vituli. Et ex hoc patet, quod non intelligatur ista dies ultionis de captiuitate Babylonica, aut destructione Ierusalem facta per Romanos, aut de poena inflata murmurantibus, de qua Nu. 14. nam in singulis illarum exprimitur causa specialis, ex qua fierent illae punitiones, & non dicebat aliquid de reatu fabricationis vituli: hic autem ponit specialiter reatus fabricationis, & adorationis in hac punitione: ergo intelligenda est litera de quadam alia punitione, quae non sit aliqua illarum. Item, quia si diceret, quod dies ultionis fuerit captiuitas Babylonica, aut deletio Ierosolymitana, vel poena murmurantibus, & volentibus in Aegyptum redire inflata, non reperiretur quid esset ista poena, quae hic sequitur. s. percussit dominus populum pro reatu vituli, sed oportet dari istam punitionem fuisse pro reatu fabricationis vituli inflatam, ergo non oportet dari aliam fuisse. Item satis videtur, quod non fuerit aliqua de alijs penis nominatis: sed quod fuerit alia. s. ista quae sequitur. Percussit & c. conuenienter namque coaptatur ista, ut comminata poena describatur denunciatio eius iam facta: sic n. est hic, quia cum dominus

Pena inflata Iudaeis pro fabricatione vituli non fuit captiuitas Babylonica, nec destructio Ierusalem, sed aliqua specialis.

dixerit: ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum, quae est comminatio: deinde narratur poena inflata, cum dicitur: Percussit autem dominus populum pro reatu vituli, quem fecit Aaron. Item non debet poni pluralitas sine necessitate: sed ponere, quod captiuitas Babylonica fuerit poena huius sceleris, aut deletio Ierusalem, est ponere aliquid extraneum, & non est necessarium poni, cum hic ponatur punio facta pro illo scelere: ergo non est assequendum fuisse illam Babylonicam, aut Romanam destructionem in Iudaeos. Item necessarium est, quod ista litera sequens intelligatur de punitione, quam Deus inflavit Israelitis pro peccato vituli, quia ipsa litera clare hoc ponit. s. percussit dominus populum pro reatu vituli: sed ista non est captiuitas Babylonica, nec Ierosolymitana destructio, quae istam narrat hic factam Moyses postquam Deus eam futuram comminatus est: ergo non fuit dies ultionis captiuitas Babylonica, aut destructio Ierusalem. Ego autem in die ultionis. Fuit iste quidam dies satis propinquus huic tempori, in quo ista dicta sunt, qui a Deo assignatus erat ad vindicandum scelus adorationis vituli. *Visitabo hoc peccatum eorum.* Visitare dicitur venire ad videndum aliquem: Deus etiam sic facit, quia ex hoc quod immediatè post perpetracionem sceleris non punit, non dicebatur videre illud peccatum, nunc autem, quae redijt ad puniendum, dicitur visitare. *Percussit ergo dominus populum.* Hic ponitur poena inflata, quae supra fuerat comminata. Fuit autem ista percussio populi facta in Horeb, & erat pestis quaedam, quae crassabatur in Hebraeos illos, qui relictis fuerant de idolatrantibus, quos non consumperat gladius Leuitarum, & fuit antequam recederent de monte Horeb satis cito postquam ista dicta sunt. Vnde Rabbi Salomon dicit, quod fuit triplex poena inflata pro hoc facinore. Prima fuit mors inflata in potu aquarum conspersarum pulueribus vituli aurei, quia ut ipse asserit, quidam mox ruptis visceribus perierunt. Secunda fuit occisio facta per Leuitas. Tertia fuit pestis quaedam immissa a domino, de qua dicitur hic. Nicolaus autem dicit, quod litera supra posita in qua dicebat, quod occisi fuerant 23. milia concordari potest cum litera Hebraica per istum modum, quae cum litera Hebraica solum ponat tria milia hominum: intelligendum est de illis, quae Leuitarum gladio ceciderunt: accipiendo tamen eos, qui in alijs duabus inflactionibus penae mortui sunt, accedunt ad 23. milia hominum. Sed hoc non potest stare, ut supra probatum est: nam translator noster non auderet mutare quantum ad hoc literam Hebraicam, & in istam: nam cum solum intellexerit litera Hebraica de cadentibus gladio Leuitarum, ut ipsi volunt, & fuerunt isti tria milia hominum, dato quod translator noster sciret quot erant morientes in alijs duabus inflactionibus penarum, non auderet ponere, quia tunc daretur, quod ipse ponere posset veritates quaslibet rerum gestarum, quas ipse nosset, licet non essent in litera Hebraica. Hoc tamen erat non transferre, sed librum edere, quod non conueniebat, quia tunc non esset maioris auctoritatis Biblia nostra, quam alijs de alijs libris factis à Ieronymo, cum non fortiret auctoritatem à Biblia Hebraeorum, in qua nihil tale esset. Praecipue cum ipse dicat in Prologo super Genesim, quod incipit: Desiderij mei, se transulisse Bibliam secundum veritatem Hebraicam, & in nullo ab eius sententia deuiasse, ad quod inducit probationes Hebraeorum, dicens: Quod quarantur codices Hebraeorum, in quibuslibet ciuitatibus, & sic reperietur, sicut in translatione hac, quae ista est reperitur: nullo modo ergo ipse aliquid in sententia adderet quibus verum sibi esse constaret, ne auctoritatem Bibliam nostram demeret, & in cassum ipse laborasset, nisi interdum cum litera Hebraica breuis est ex improprietate idiomatis illius barbarici supplet Ieronymus. aliqua verba, nunquam tamen nisi illa necessario intelligantur ex his, quae in litera posita

Rabbi Salomon dicit res plures fuisse inflatas pro facinore vituli.

Ieronimus non addidit, aut diuersificauit aliquid in Biblia nostra à Biblia Hebraica praeter ea, quae intelliguntur.

posita sunt, quia quod subintelligitur non deest, ut ait Priscianus lib. 2. maioris voluminis. Sic patet Gen. 4. ca. cum dicitur in litera: Dixit Cain ad Abel, egrediamur foras, cumque essent in agro, cōsurrexit Cain aduersus Abel. In litera Hebraica habet: sic dixit Cain ad Abel: cumque essent in agro cōsurrexit Cain ad Abel fratrem suum, & non habet ibi egrediamur foras: Ieronymus autem suppleuit, egrediamur foras, quia alias nesciremus quid Cain dixerit fratri suo Abel. Quod autem dixerit ei: egrediamur foras, satis ex litera ipsa innuit: nam dicitur in principio literae: dixit Cain ad Abel, & postea in litera Hebraica sequit: Cumque essent in agro: illud aduerbiū cumque cum verbo coniunctiui modi signat, quod quae dicebat Cain ad Abel id quod dicebat non erant in agro. Et postea sequitur, quod fuerunt in agro. s. cumque essent in agro: quasi dicat, non erant in agro, quum Cain locutus fuit ad Abel: sed postea cum fuerunt in agro insurrexit Cain in Abel. Alia loca similia reperiantur suppleta à Beato Ieronymo, & hoc solum quum suppletio ipsa satis intelligi datur ex verbis literae Hebraicae praecedentibus, vel subsequenter: ita quod vir sapiens considerans illam literam, diceret debere illud suppletum subintelligi: hic autem non subintelligebat: nam dato, ut ipsi volunt, quod gladio Leuitarum cecidissent tria milia: quomodo inueniebatur, quod essent 23. milia collecta ex illis tribus plagis in inflactionibus? nullatenus quidem videtur. Item dato quod Beatus Ieronymus non multum prudenter attendens vellet ponere numerum istum pereuntem in tribus plagis, si ei aliquo modo notum esset, dato quod non poneret litera Hebraica: vnde hoc cognoscere posset, ut 23. milia hominum simul collecta forent? non videtur quidem esse aliquis locus autenticus ita solidus, ut ab eo poni deberet in loco isto, quia veritas huius libri. s. Bibliae totius est solidissima. Ideo nulla veritas est in ea, nisi solidissima, veritates autem translatae ab alijs libris aliorum auctorum non sunt ita solidae, nec eis ita assentimus. Item, quia dicitur, ceciderunt: cadere autem non pertinet ad quoscunque morientes, sed ad eos, qui gladio, aut armorum percussibus moriuntur, qui verò morerentur peste, aut ruptis visceribus, non dicuntur cadere, sed mori solum: ergo illa 23. milia hominum refert Ieronymus ad cadentes gladio Leuitarum. Item & fortius, quia in litera dicitur: ceciderunt in die illa 23. milia, sed manifestum est, quod non fuerunt istae plagae in eodem die illatae: ergo solum refertur ad plagam illatam per Leuitas. Patet quod non fuerint eadem die: nam Leuita percussit Israelitas in die quo descendit Moyses de monte ferens primas tabulas, ut patet supra ex processu literae: sed plaga ista, quam Deus intulit, fuit postquam ascendit Moyses ad Dominum in secunda vice, ut patet hic, quia facta die altero. s. postquam Moyses fecerat ultionem in Israelitas ait: ascendam ad dominum, si quomodo quiuero eum deprecari pro scelere vestro. Et post hoc ascendit, & locutus est cum Deo. Dixit autem ei Deus: Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. Et sequitur: Percussit autem dominus populum pro reatu vituli: nullo modo ergo stare potest illa sententia Nicolai. s. quod concordetur litera Hebraica cum litera nostra per istas tres plagas inflatas, sed concordanda est litera, ut supra diximus super eandem partem. Dicit etiam Nicolaus, quod potest vocari hic dies ultionis dies iudicij, quia usque ad ipsum diem manent adhuc quaedam peccata purganda, & quod pars huius peccati de fabricatione vituli ibi purganda est. Sed hoc non est rationabiliter dictum, quia aut isti, in quibus purganda manet pars istorum peccatorum de fabricatione vituli, aut erunt viuentes illo tempore, quo veniet dies iudicij, aut erunt mortui: si autem erunt viuentes, & sint de genere illorum: non est vilo modo verum,

Expositio Nicolai de die ultionis.

aut verisimile, quod in eis puniantur peccata ista, quia aut illi, in quibus purganda erunt peccata haec, erunt Christiani ad Christum conuersi de Iudaismo, aut erunt Iudaei adhuc manentes in Iudaismo: si sint Christiani conuersi, non est in eis talis culpa punienda, quia omnia in Baptismo delentur facinora. Item quia multi de istis, qui ad Christum conuersi sunt, à multis ante temporibus conuersi essent, ut potè à quinq; vel sex generationibus: ita quod iam nescirent se ex Hebraeis fuisse, & quod ipsi punirentur pro eo, in quo nescirent se, aut progenitores eorum peccasse, irrationabile valde est. Si verò dicatur, quod isti, qui partem huius praenae in die iudicij tolerare debent Hebraei sint, qui adhuc in Hebraismo permancant. Dicendum quod non potest stare, quia tot generationes ex hoc tempore fabricationis vituli transierunt usque ad tempus iudicij, quod iam non punirentur filij pro peccato parentum, quia Deus non punit in aeternum peccata parentum in filios, sed usque ad certas generationes. Item & fortius, poena quae datur filijs pro parentibus, est poena temporalis: nunquam enim aeternaliter filij pro patribus damnantur, vel solum poena illa est in vita, post vitam autem nulla est. Cuius ratio est, quia si puniuntur filij pro peccato actuali patrum hoc est in quantum habent aliquid à patribus, scilicet corpus quod deriuatur de substantia patris: sed post mortem iam non manet illud, quod à patre receptum est, quia non manet corpus illud coniunctum animae, vel si post iudicium reuocatur non manet eadem affectio poenae cognationis, sicut manebat in vita, ideo non est iustum puniri filium pro patre, sed omnes poenae quae post iudicium erunt, & in die iudicij, erunt post mortem, & pertinent ad damnationem aeternam: ergo non punientur ibi filij pro patribus. Si autem dicas, quod in die iudicij punietur in mortuis pars istius reatus. Aut isti mortui erunt ipsi, qui in monte Horeb adorauerunt, & perierunt fabricari Deos, aut erunt aliqui descendentes ab eis: non potest dici, quod isti sint descendentes ab illis, quia ut probatum est non puniuntur filij pro peccato patrum post mortem, sed in vita solum. Si autem dicatur, quod punietur pars culpae huius in eis, qui peccauerunt per se idolatrantibus in monte Horeb. Quare de istis, aut in Paradiso sunt, aut in purgatorio, aut in inferno: si in Paradiso sunt, nulla purgatio in eis fit, quia locus ille non recipit nisi purgatissimos: Si autem in purgatorio erant, iam cessabunt in die iudicij, quia purgationis locus est usque ad iudicium, postea verò aut totale malum, scilicet aeternum, aut beatitudo immensa: purgatio verò nulla erit: ergo non poterunt puniri in die iudicij in purgatorio pro hac labe: si autem illi sunt in inferno, non solum ibi erunt post diem iudicij, sed etiam ibi fuerunt ex tempore mortis suae, quae per multos ante annos praecessit: nam omnes hi in solitudine mortui sunt, nec intrauerunt Terram Chanaan. Isti igitur non incipient puniri pro hoc peccato in die iudicij, nec potest vocari illa dies ultionis, quia ex die quo mortui fuerunt, & infernali carceri mancipati sunt inceperunt puniri pro hoc peccato, & pro omnibus alijs, quae commiserunt, de quibus in saeculo perfectè non penituerunt. Non potest ergo vilo modo vocari dies ultionis dies iudicij, nec aliqua alia, sed solum illa, quae supra assignata est, scilicet in qua Deus immisit pestem super residuos de peccantibus, qui Leuitarum gladium euasere. Pro reatu vituli. Id est pro peccato.

Quomodo

Quomodo in quolibet peccato assignantur quinque, scilicet actus, culpa, macula, reatus, & pena, & qualiter ista differunt inter se. Et a quo Deus, & sacerdotes absolvant. Et de circumstantiis actuum humanorum qualiter aggravent peccatum.

QVAESTIO. XLVII.

NON facit hic differentiam Beatus Ieronimus inter peccatum, & reatum, sed differentia est: nam in peccato, siue in actu malo, vt melius dicamus, assignantur quinque, scilicet peccatum, culpa, macula, reatus, & pena. Peccatum dicitur ipse actus positivus, in quo fundatur ratio mali, & hoc solum est quantum ad peccata commissiōnis: quaedam autem sunt alia, quae vocantur peccata omissionis, in quibus non reperitur aliquid positivum, & coincidit peccatum, & culpa: omnia autem alia reperiuntur tam in peccato commissiōnis, quam omissionis, & hoc est sicut quidam assignant. Sed melius assignari potest, quod non computetur peccatum inter ista, sed sit aliquid ambiens ista continendo in se, & tunc dicemus, quod sunt quinque in peccato, sicut ante dicebamus, scilicet actus peccati, culpa, macula, reatus, & pena. Actus vocatur id positivum, quod in peccato reperitur, scilicet ipsum coire, quando fundatur in eo ratio peccati, aut percutere, & sic de coeteris: & iste actus peccati, quia est aliquid positivum, non est malum, & non potest fieri, nisi Deus ad hoc adiuvet specialiter influendo. Et patet, quod sit in peccato aliquid, quod secundum se non sit malum, quia idem actus est in peccato, & in actu honesto: nam sicut vnus actus coeundi cum quadam foemina est bonus, vel licitus, ita cum alia est malus, & illicitus, etiam cum sint idem totaliter coeuntes, scilicet idem vir, & eadem vxor: quia aliquando coeuntes isti bene agent, & aliquid peccabunt mortaliter, vt si in loco sacro: ergo iste actus, qui est absolutus, coire est positivus, & in ratione sua non includit malum, siue culpam: Secundum quod considerat in peccato est culpa, & non est culpa aliqua pena temporalis, aut aeterna in peccante, nec est actus peccandi, sed est quaedam deviatio a debita rectitudine actus: nam ratio nostra dat nobis quasdam leges circa agibilia, & illae sunt regulae, vel rectitudines: observando autem modum illarum sunt in debita rectitudine actus, id est facimus omnia, quae precipiunt in regulis illis ad rectitudinem actus. Sunt praeter has aliae leges positae, quarum quaedam sunt Diuinae, vt Evangelice, vel Prophetice, vel Apostolicae: aliae Humanae, vt Canonice, vel Civiles: omnes istae sunt quaedam rectitudines actus. Idem determinantes sunt quid actus sint recti, & consistit ista rectitudo actus per quaedam, quae non sunt in substantia actus, sed aliquo modo actum attingunt, & vocantur vulgariter circumstantiae, quia circumstantia est in circuitu actus determinans eum respectu aliquorum extrinsecorum, & non intrat substantiam actus, & has tangit Arist. in 3. Ethic. scilicet quid, & quantum, & qualiter, & cum quo, & ad quem, & vbi, & pro quo, & quoniam. Quis est, qui agit, scilicet status personae, quia persona faciens aggrauat aliter. n. circa eundem actum peccat religiosus, & aliter simplex sacerdos, & aliter laicus, & aliter sapiens, aliter insipiens, aliter praelatus, aliter subditus. Nam ad diuersa tenentur isti, cum sint diuersi status personarum, & aliter peccat vir, aliter foemina, maxime circa actum libidinis. Licet etiam ad istam hoc extendatur. Circa alias etiam passiones. Magis enim ceteris paribus, in eodem actu viri, quam foeminae, peccant: in tantum quod Arist. in 7. Ethic. dicit foeminas non esse proprie incontinentes, viros autem sic, quia foeminae carent opinione vniuersali, vel habent eam valde debilem propter imperfectionem naturae, & comparat ibi foeminas ad

viros bestiales, qui propter naturam locorum, aut influentiam specialem nascuntur tales, quemadmodum sunt plures circa pontum, vt ipse ibidem asserit: nam sicut illi non proprie vocantur mali, quia malitia est aliquid humanum, isti autem prauitatem bestialem habent, quae valde minor est malitia humana, & hoc gaudent vniuersalibus opinionibus, sicut bestia, quae enim incontinentes non sunt, solis fantasias, & memorijs viuientes, vt ait Arist. in eo. 7. Ethic. Est ergo hoc generale, quod facit grauitate in actu, vel tollit, persona, id est conditio, vel status, aut professio personae. An quod sit circumstantia actus. Quid etiam circumstantia est, vt ponit Arist. in 3. Ethic. Et si forte arguas, quod non ponatur vilo modo, vt circumstantia, quia idem non est circumstantia suspicius, sed quid si agnat ipsam substantiam actus, ergo non est circumstantia. Item, quia circumstantia est aliquid quod circumstat, id est quod ponitur in circuitu actus, sed idem non est extra seipsum, ergo non est quid circumstantia actus. Respondetur, quod si accipitur quid proprie, non est circumstantia, sed solum est circumstantia per considerationem ad intellectum nostrum. Quod si quis nos facimus aliquid quod malum est, & putamus nos non facere illud, & si putarem? facere illud esse peccatum, & aggrauaretur actus: sed quia non putamus illud facere, non est ita grauis, vt potest, sicut dicit Arist. quidam audierunt ad quodam magistro suo Phylosophum secreta, quae iurauerunt conseruare in secreto, & postea cum putarent se dicere alia verba non attendentes dixerunt illa: sic nos interdum aliqua audiuimus, quae sub secreto retinere debemus, vel quia vidimus, & talia erant, quae filii debent: postea tamen non attendentes, quia oblitum sumus, dicimus illa, & postea dixisse non uissemus. Sic etiam ponit exemplum de illo, qui ducit alium ad iaciendum tela, aut artem gladiatoriam, & cum ostendit exemplariter qualiter debet telum iacere disponendo illud in manu, & extendendo brachium, non intendens projicere interdum projicit, & tunc quia non agit a proposito, licet alicui noceat, non imputatur illud, sicut si a proposito fecisset ludo gladiatorio. Idem evenit quia magister interdum docere intendens putat se non percutere, & percutit. Et sic in his est error circa quid, & est circumstantia: non quidem quod ipsum quid, id est ipse actus sit circumstantia, sed putare se facere hoc, vel illud est circumstantia eius, quod sit, quia aliter se habet id, quod sit, quando agens putat se agere id, aut quando putat se non agere id. Et quantum est circumstantia: nam in eodem actu contingit magis agere, & minus agere: minus ledere, & magis ledere, sicut magis furari, & minus furari: magis conuitiari, & minus, & magis percutere, & minus, & sic de coeteris. Haec autem multum grauat, quia tantae culpae poterit esse vnus actus, sicut mille propter modicum fecisse, & multum fecisse. Alia circumstantia est Quoties, quia licet non sit circumstantia alicuius vnus actus in se, cum nullus actus fiat multotiens: est tamen quaedam circumstantia peccantis, quia aggrauat magis eum, & quilibet actus in quantum magis iteratus est maioris culpae est. Alia circumstantia est Qualiter, & ista tangit multa, vtrum morose, an celeriter, quia mora in actu delectabili causat maiorem delectationem, & accuratam: velocitas autem facit minus delectari, quia minus delectabili vacamus. Et de isto non potest dari certa cognitio, & de modo agendi, & conditionibus accessorijs ad modum agendi, vel de modo eius delectabilis, quod assumit: ideo considerando circumstantiam istam, quae est Qualiter oportet ipsum peccantem, & confessorum attendere oes species actuum peccati. Nam si consideretur peccatum in gule, multis modis agendi respicit, qualiter: in modis apparandi cibos, in modis comedendi, & alijs, quae sola experto patent. De

An quod sit circumstantia actus.

Exemplum Aristot.

Circumstantia quatuor.

Quoties.

Qualiter.

Circumstantia cum quo.

Circumstantia ad quem.

In actu venereo non solum agens facere peccatum differre speciem sed et patiens.

De actu libidinis sunt multa pertinentia ad istam circumstantiam tam ipsi modum actionis considerati solum ex parte actus, quam modi considerati ex parte agentis, aut passivi, & alia quae cuiuslibet consideranda relinquuntur. Sic etiam de omnibus alijs peccatis ista circumstantia, Qualiter, multis implicita est. Alia circumstantia est. Cum quo, scilicet quod erat instrumentum agendi, vel instrumentum patiens, quia interdum ad patiendum requiruntur instrumenta, id est vasa, de quo ad libidinem aliquid tangit. De instrumento agendi generale est ad multa, & aliquis actus cum vno instrumento non censetur culpabilis quidquid inde eueniret, & si sit cum alio instrumento, quod damnable actus, vt ponit Arist. exemplum in 3. Ethic. si quis percutiens alterum impetendo eum percutiat hasta rotundata, aut lanceata, id est vtrum habeat mucronem ferri, quod vocatur lanceatum esse, aut solum habeat contum non habentem ferrum, sed extremitatem ligni. Et ibidem vtrum aliquis lapide, aut pomicone percuterit: lapides enim laedunt pomicones autem non nisi acciderit aliquid speciale. Et idem est, quod nos communiter dicimus, si aliquis percussit alterum varangulo, aut lapide: quia percussio facta varangulo non est nociua, facta autem lapidis ictu, ad mortem est. Iudicabuntur ergo actus differre, vtrum malo animo, an bono fiebant ex instrumentis, & in se mali, aut non mali sunt, vel punibiles, aut venia digni ex conditione instrumenti. Alia circumstantia est. Ad quem, id est quae est persona patiens. ista. n. est magna circumstantia, non solum grauis factum: sed etiam faciens differre, vt in actu venereo: nam si aliquis cum matre coeat, scelestissimum est, si cum sorore infandum est, & ad aliam modam pernitens, & sic de alijs gradibus consanguinitatis, & affinitatis secundum maiorem, aut minorem propinquitatem ad radicem consanguinitatis, quae est pater, vt ait Arist. in 8. Ethic. etiam aliud, si cum soluta, aliud si cum maritata: aliud si cum virgine, aliud si cum corrupta, & aliud si cum moniali Deo dicata, vel aliqua muliere pertineat ad aliquam professionem specialem, & aliud si sit coitus masculorum, & aliud si sit coitus brutalis cum pecoribus, & in his infinita ferme differentiae: de quibus melius silentium existimo: cum virginibus enim Deo dicatis sacrilegium est, cum consanguineis incestus, cum virginibus violenter cognitis raptus, cum maritatis adulterium, cum solutis simplex fornicatio. Quae species sunt differentes in hoc actu ex circumstantia personali, scilicet. Ad quem, siue quis sit patiens. Non solum agens in actu venereo facit differre speciem actus, sed etiam patiens, sicut si quis cum matre, aut consanguinea, vel affine voluntarie coierit, incestum committit: ita ipsa foemina, quae cognoscitur incestum committit: & sicut si quisquam secularis cognoscit virginem consecratam Deo, scilicet monialem, committit sacrilegium: ita & ipsa virgo committit sacrilegium: & sicut cognoscens virginem non violenter committit stuprum, ita & virgo voluntarie cognita committit stuprum. Patet hoc ex penis datis: quia leges humanae, & diuinae, scilicet canonice, eandem penam vtriusque imponunt, scilicet alicui cognoscenti consanguineam suam, & consanguineam suae: & corruptori monialis, & ipsi moniali: & sic de ceteris: dum tamen status personarum sint recepti earundem penarum. Quod dico, quia secularis cognoscens monialem plectitur pena ciuili capitali: si autem clericus secularis, aut religiosus eam cognoscit, non poterit recipere eandem penam, scilicet capitalem, quia ecclesia non facit iudicium sanguinis. Circa homicidium autem, & quamlibet iniuriam generaliter consideratur status personae, cui intertur iniuria, & conditio, aut gradus attinentiae, & hoc siue

quantum ad magnitudinem, & paruitatem, aut quantum ad faciendum differre specie. De faciendum magnitudinem, & paruitatem patet, quia si percutiatur rusticus, non est tantum vitium, sicut si percutiatur rex: ideo dicit Arist. in 5. Ethicorum, vbi tractat de iustitia commutativa, quod si rusticus percutiat regem, non solum oportet repercuti, sed puniri, id est capitaliter plecti: si autem rex percutiat rusticum non oportet, quod rex repercutiatur, sed minorem quandam aliam penam pati. Sic in eis contrapassum est iustum simpliciter. Facit etiam differre secundum speciem, vt si quis occidat patrem, aut matrem, parricidij crimen est, & maximum inter omnia homicidia: si autem clericos occidat, aut percutiat, sacrilegium est, quod non est in secularibus, & sic de ceteris: quia in regem agere occidendo, aut percutiendo crimen laesae maiestatis est: in alijs autem aequalibus non est crimen laesae maiestatis. Alia circumstantia est. Vbi, id est in quo loco fuit factus talis actus, quia interdum aggrauant loca quantitate peccati, interdum vero mutant speciem. De aggrauatione, vt si maledixi alicui in occulto, vel publice, vel occulte: vel si percussus in loco, vbi securus esse debebat: aut in loco, vbi non debebat esse securus. Mutat etiam speciem, vt si aliquis furetur rem non facram de loco sacro, sacrilegium est: si rem eadem res auferretur de loco non sacro, non est sacrilegium, sed furtum simpliciter: & si aliquis percussit alium in loco sacro effundendo sanguinem, sacrilegium est: si autem extra locum sacrum, non est sacrilegium. Item si aliquis cognoscat foemina aliquam in loco sacro, est sacrilegium: in alijs autem locis poterit esse fornicatio simplex, & nunquam vocabitur sacrilegium. Alia circumstantia est. Quando: nam tempora faciunt ad paruitatem, & magnitudinem peccati: & tollendum suspensiones, aut exaggerandum eas. Nam maius est peccare in die festi, quam in die profana: nam dies festi cultui diuino deputati sunt. Tunc ergo grauius contra Deum agitur, quando in eo offenditur, in quo speciali honorari debebat: nam ablata magnitudine, vel paruitate actus mali in seipso, siue sit fornicari, siue occidere, aut vacare comellationibus, & ebrietatibus, est quaedam alia grauitas: quia propter circumstantiam temporis agimus contra aliquid praecipuum, contra quod antea non agebamus: nam colere festa praecipuum est, qui autem impedit vacationem die festi, peccat: sed ille qui peccat in die profesto non impedit vacationem debitam fieri Deo in die festo: qui autem peccat in die festo tollit, vel impedit vacationem debitam Deo, ergo grauius peccat. Etiam tollit suspensiones peccati, aut exaggerat, & constituit alicui actum punibilem, vel non punibilem secundum legem humanam tam canonicam quam ciuilem: si enim aliquis homo reperitur colloqui alicui foeminae in tempore diurno, etiam si de illis alijs suspitio esse possit: tempus tamen diminuit eam: si vero per noctem ei colloquatur, magna suspitio est. Item si quis percussit atque occiderit per noctem eum, qui perdidit domum suam, etiam si veniat ad furandum, & non ad occidendum, non habetur reus homicidij: si autem per diem domum perdidit occidatur, qui occidit, reus habetur homicidij, quia ille non iudicatur venisse ad occidendum, sed ad furandum. de hoc supra vigesimo secundo capitulo: & extra de homicidio voluntario, vel casuali capitulum: si perdidit. Alia circumstantia est. Pro quo, siue Ad quid: & ista est circumstantia dicens finem: nulla autem est in actu, quae magis mutet naturam actus, quam ista: nam aliquid ad vnum finem factum est valde bonum: ad alium finem factum est malum. Pars Secunda. T Facit

Actus peccati de se non est malus, & non potest fieri, nisi Deus ad hoc adiuerit.

In quo consistit rectitudo actus humani & de circumstantiis eius.

Prima circumstantia actus quis.

Foeminae secundum Arist. non sunt proprie incontinentes.

Circumstantia vbi.

Circumstantia quando.

Circumstantia ad quid.

Facit etiam magnam differētiā in magnitudine boni, & mali: quia quando duo fines boni sunt, unus poterit facere actum valde bonum: alius autem faciet minus bonum, & tanta vis est huius circumstantiā in moralibus, quō nō est aliquis actus (quantumcumq; de se bonus sit) qui ex fine malus esse non possit, & multi actus sunt, qui de se mali videntur, qui aliquādo ex fine boni redduntur. quod non facit aliqua alia circumstantia. Ratio huius est, quia finis in agibilibus est sicut principium in speculativis, siue suppositio in mathematicis, vt ait Arist. 7. Ethic. sicut ergo in speculativis tota veritas, & necessitas atq; contingentia conclusionum dependet ex veritate, & necessitate, vel contingentia principiorum: ita in moralibus ex bonitate, vel malitia finis actus bonus vel malus redditur specialius q̄ in alijs circumstantiis. Hæ autem oēs superius enarratæ sunt circumstantiæ actuum nostrorum, i. aliqui modi, qui nō sunt intra essentiam actus, sed aliquo modo actum attingunt, & eum bonum vel malum reddunt: sunt autē istæ circumstantiæ se habentes ad actum quemadmodū se habent alia prædicamenta ad substantiam: nam substantia est verè ens, & quod quid est, vt ait Arist. in 1. Phys. alia autem prædicamenta sunt entia: quia entis, vt patet in princ. 7. Metaph. nam ibi dicitur, q̄ quantitas dī ens: quia est in odo substantiæ in quantum eā quantificat: qualitas est ens, quia substantiā qualificat, & sic de alijs prædicamentis: sunt. n. omnia modi quidā, vel limitationes substantiæ: ita actus cum sit quasi quædā substantia, habet multas limitationes, quæ pertinent ad diuersa prædicamenta: nam si respiciantur circumstantiæ supra posite, reperientur pertinere ad multa prædicamenta, & sic diuersimodè limitabunt ipsum actū. Istæ ergo sunt rectitudines actus, i. id, in quo actus sit rectus, vel non rectus: nam aliqua circumstantia finis facit actum licitum, & alia facit eum malū. Quædā circumstantia tps, vel loci, aut personæ, vel instrumenti, aut patientis, & sic de cæteris faciet actum esse bonum, & alia faciet malum. Ad hoc autē, q̄ actus sit bonus, oportet omnes istas circumstantiās se debite habere. Ad hoc verò, q̄ malus actus sit, solum requiritur vna malè se habere. Vnde si quis direxerit oēs circumstantiās, & in vna errauerit, actus est malus: vt potè si ille, qui agit actū aliquem, est persona cōueniens, & patiens est persona cōueniens, & locus debitus, & tps congruum, & instrumentum agendi rei, quæ sit, accommodatū, & oīa alia obleruentur, si tñ non fiat p̄ finem, ad quē debet, non erit actus licitus. Sic etiam si ponatur finis bonus, & omnes aliæ circumstantiæ bonæ, & deficiat quæcūque earum, actus malus est, quia vt ait Arist. in 2. Ethic. loquens ex sententia Pythagoricorum, cui ipse assentit, peccare (vt Pythagorici dicunt) infiniti est, i. contingit fieri infinitis modis: bonum autē solum vno modo fit. Sic. n. dicit Dionys. q̄ bonum fit ex integra causā, malū autē ex defectibus singularibus, i. ad bonum requiritur integritas oīum circumstantiarum, i. q̄ omnes sint præfentes, malum autem fit ex singularibus defectibus, i. ex defectu cuiuslibet circumstantiæ singularis, i. solius: K etiam si nulla alia deficiat. Redeantes ergo ad id, quod inceperamus dicēdum, q̄ culpa est deuiatio à rectitudine debita i esse. Erat rectitudo bona habitudo oīum circumstantiarum alicuius actus: declinare autē ab hac rectitudine, quam obseruare obligamur, siue ab ipsa ratione obligante sic, vel sic agendum fore, aut ipsi legibus positis diuinis, vel humanis, est culpa: ideo quia ista rectitudo erat debita in esse, vt potè aliquis fornicatus fuit, hoc est peccatum, & est actus positiuus, qui est coire: est etiam culpa, i. deuiatio à rectitudine debita in esse, quia iste actus, qui est coire fin se non est malus, nec bonus: ad hoc tñ, q̄ sit bonus requiruntur plures circumstantiæ, i. cum qua debet, qñ debet, vbi debet,

In moralibus ex bonitate, & malitia finis actus bonus, vel malus red dicitur.

Ad hoc, vt actus sit bonus oportet oēs circumstantiās rectè se habere. ad malū autē sufficere vnam defectū.

Culpa qd sit.

F & ad quem finem oportet &c. Iste autem qui fornicatus est, deuiat à rectitudine, quia coit non cum qua debebat, & non propter finem debitum, & propter hoc dicitur, quod culpa nihil est, quia est ens priuatiuum, scilicet non egisse qualiter debet: sicut. n. cæcitas est priuatio circumstantiæ debite in esse, id est quæ debebat inesse huic actui positiuo: sicut. n. oculus aliquid positiuum est, ita iste actus coire est actus positiuus. Et sicut fornicatio est aliqua forma positiuā: ita cum qua debet, & qñ debet, & vbi debet sunt determinationes positiuæ, quia habent veram realitatem. Et sicut esse cæcum, est sola priuatio visus potentia in oculo, qui est subiectum aptum ad habendū visum: ita nō tanquam oportebat est priuatio per se huius positiuæ circumstantiæ, quæ est cum qua oportet: ad quā aptus natus erat iste actus, qui est coire, i. q̄ poterat eā recipere. Erit ergo qualibet culpa vera priuatio, & propriè dicta in subiecto apto nato: quia culpa est formale in peccato, & ipsa est non ens, i. quia non est aliquid positiuum, dicimus q̄ peccatum non est ens positiuum. Semper. n. constitutum, vel compositum, aut illatum sequitur naturam partis leuioris, i. si aliquid constituitur ex absoluto, & respectiuo erit respectiuum, quia respectiuum est minoris entitatis quā absolute. Et si aliquid componitur, aut cōstituitur ex priuatio, & positiuo cadit in naturā priuatiui, quia priuatiuum est minoris entitatis quā positiuum: & sic cæcus, cum dicat subiectum, quod est positiuum, & priuationem ipsam, quæ est cæcitas, computatur inter entia priuatiua, & non inter positiuā. Peccatum etiam isto modo constituitur, saltem loquendo large. Vel dicit duo, i. subiectū, quod est actus positiuus, & ad culpam, quæ est priuatio. Est autem culpa hic tanquam forma, & actus tanquam materia, & quia culpa est priuatiuum, vocatur peccatum ens priuatiuum, licet habeat subiectum, aut materiam positiuam. Sic & in illatione si vna præmissarum est necessaria, & alia contingens, conclusio sequitur contingens, quia minoris entitatis, & perfectionis est contingens quā necessaria. Tertium quod est in peccato, est macula, & ista est manens. Duo autem supra dicta sunt transeuntia, scilicet actus positiuus, in quo fundatur culpa, quia actus illi velociter transierit etiam culpa transijt. Licet aliqui in hoc errent dicentes post actum elapsam culpam manere, & hanc esse, quæ in poenitentia deletur. Falsum tamen est. Quod sic clarissimè patet, quia culpa, vt supra est probatum, est priuatio propriè dicta in subiecto apto nato, & determinatio, sicut erat cæcitas. Sicut igitur cæcitas, licet sit priuatio, quia tamen est in subiecto, non potest esse non existente subiecto, i. oculo: ita culpa cum sit priuatio circumstantiæ debite in esse, habet subiectum, qui est actus positiuus. Non manente ergo actu positiuo, non manebit culpa, quæ subiectatur in eo. Patet hoc, quia impossibile est cæcitatem esse non existentem aliquo oculo: nec aliquis dicere hoc posset, nisi insanus, & nō intelligens terminos: ergo æqualiter impossibile est manere culpam, non manente illo actu, in quo fundabatur, vt in subiecto, quia vtraque est priuatio propriè dicta. Etiam cum generale sit, q̄ accidens coexistat suum subiectum, & sine illo existere non possit, quia dependet ab illo: iuxta illud Arist. in 7. Metaph. scilicet quod accidentis esse est in esse, id est in subiecto esse: tamen accidentibus priuatiuis, largè vocando ea accidentia, magis conuenit hoc, quod est non manere sine subiectis. Nā licet naturaliter accidentia positiuā absoluta sine subiectis suis esse non possint, per potentiam tamen infinitam qualis est potentia Dei, possunt manere accidentia hæc sine subiecto, sicut oculis videmus testante nobis orthodoxorum sententia: acci-

Culpa est priuatio p̄ priè dicta in subiecto apto nato.

Cōpositū, aut illatū sequit̄ naturā leuioris partis.

Tertiu pri cipale in peccato macula post peccatum.

Quantū oīa accidētia subiectū coexistant: accidentia in priuatiua magis illud coexistunt.

accidentia tamen priuatiua sine subiectis manere etiā per potentiam diuinam est impossibile: quia includit contradictionem. Nam accidentia absoluta, licet non sint entia fixa, scilicet per se existentia, vt color, sunt tamen aliquod ens mobile, siue inhaerens, quia ergo præter actualem inhaerentiam, quam habet istud accidens ad subiectum, & existentiam in illo: habet in se esse proprium sui generis ablata illa actuali inhaerentia per potentiam diuinam suppletentem locum subiecti, in quo est inhaerentia, manet esse suum individuale illi accidenti, & in eo quidditas generis: priuatio autem non est ens fixum sicut substantia: sicut ens mobile, vel inhaerens: sicut accidentia absoluta positiuā: sed est priuatio alicuius accidentis positiuū, scilicet potentia visus, vt cæcitas: nec enim cæcitas habet aliquod esse generis sui, cum non sit aliqua quidditas simplex, aut composita, quæ sit genus ad priuationes: sed solum est cæcitas priuatio in subiecto determinato. Ablato ergo determinato subiecto, illa cæcitas non poterit esse priuatio formæ positiuæ in illo subiecto determinato: ergo nihil erit. Sic culpa est priuatio circumstantiæ debite in esse in subiecto determinato, scilicet in hoc actu: ablato ergo isto actu non poterit esse priuatio circumstantiæ ad istum actum determinatum, & cum nihil aliud sit culpa, necesse est, vt transeunt actum culpa nō sit aliquod ens, nec priuatiuum, nec positiuum. Non ergo potest absolueri aliquis homo à culpa per sacramentum confessionis, nec Deus potest absolueri à culpa per contritionem de malo habitam ad eum: quia absolueri est tollere aliquod vinculum: vinculum autem est ens, aliter enim non ligaret: sed culpa non manet transeunte actu, imò postea nec est ens positiuum, nec priuatiuum: ergo non ligat, nec potest quisquam eam tollere. Nam sicut per potentiam aliquam, siue finitam, siue infinitam, non potest culpa manere transeunte actu: quia est priuatio in illo subiecto determinato: ita non potest per aliquam potentiam absolui culpa postquam transijt actus, quia includit contradictionem, scilicet non ens vllō modo ligare, & posse tolli. Quando tamen Ecclesia tota cōfiteretur, q̄ per contritionem remittitur culpa, vel q̄ sacerdotes simplices absolunt à culpa, & summus Pontifex plenariè à pena & culpa, accipiendæ sunt istæ propositiones in sensu sano, ad quem profert eas tota fidelis Ecclesia, i. q̄ per contritionem Deus tollit culpā, aut per contritionem remittitur culpa, id est q̄ per contritionem deletur reatus, vel obligatio ad mortem æternam, qui reatus mansit pro culpa, & cum dicitur, q̄ summus Pontifex absoluit à pena & culpa, id est q̄ absoluit à reatu, vel obligatione manente p̄ qua obligatio erat ad mortem æternam, & absoluit à pena, i. quæ debebatur penitenti in hoc seculo, vel purgatorio loco penæ æternæ, quam habere debuerat nisi penitisset, & q̄ sacerdos simplex absoluit à culpa, id est q̄ absoluit solum à reatu, vel obligatione mortis æternæ, quam incurrerat peccator per culpam, quæ iam transierat. Sunt ergo ista duo transeuntia, i. actus peccati, & culpa, alia duo manent, i. macula, & reatus. Macula autem est tertium, quod erat in peccato, de qua dicere inceperamus, & nihil aliud est macula, quā quædam deturpatio imaginis Dei in nobis manens post culpam: nos enim in nobis imaginem Dei gerim⁹, & similitudinem, vt habetur Gen. 1. c. Constitit autē hæc imago in tribus potentijs aīæ, i. in intellectu, voluntate, & memoria cum tribus actibus suis, vt magis dictū fuit Gen. 1. c. Hæc autem imago i nobis est ornata per gratiam, vt placeat Deo sponso suo: non est enim gratia in intellectu, aut voluntate solum, vel in vtroq; sicut sunt virtutes morales, aut theologica: nam charitas in voluntate sola est: fides autem in intellectu: vel

Imaginē dei in nobis deturpatio est, quæ est deturpatio imaginis per priuationem gratiæ, manet post culpam in anima quousque iterum peniteat, & ad gratiam redeat. Et licet ista macula sit priuatio sicut culpa: tamen culpa non manet, & macula manet, quod accidit ex natura subiecti. Nā subiectum culpæ est actus, & ipse transijt: ergo necessarium est culpam transire. Macula autem habet pro subiecto imaginem Dei: imago autem manens est cū fundetur in tribus potentijs animæ manentibus: ergo macula manens erit, & semper durabit, donec iterum per penitentiam recuperet peccator gratiam, quam amisit. Quartum quod est in peccato est reatus, & de reatu obligatio quædam quæ innascitur à culpa. Et de reatu obligatio quædam quæ innascitur à culpa. Et de reatu obligatio quædam quæ innascitur à culpa. Et de reatu obligatio quædam quæ innascitur à culpa.

Quo intel ligit̄, q̄ p̄ contritione remittitur culpa.

Tertiu in peccato e macula. Macula quid sit.

Charitas i voluntate sola est: fides in intellectu.

A si vellemus dicere in libero arbitrio: spes in voluntate, gratia autem totam essentiam animæ perficit, in qua reperitur imago: ista pulchritudo, vel ornatus imaginis Dei in nobis est debita in esse, i. nos obligamur ad habendum illam pulchritudinē, quia licet gratia causetur à Deo solo: est tamen in potentia nostra, q̄ habeamus gratiam: quia si disponamus nos ad illā, quantum possum⁹, necessariò veniet in nobis fin regulam Dei ad nos: cum autem aliquis peccat, deturpat imaginem Dei: quia priuat eam ornatum illo gratiæ fin quē placebat Deo, & statuit eam nudam, & deformem: veluti si quis aliquam feminam pulchram cunctis vestimentis suis nudaret, detegeret ignominiam eius, & statueret eam deformem. Magis adhuc deformatur anima cum gratia tollitur, quā cum mulier suo ornamento priuatur: & sicut si quis spueret in imagine regis, valde esset reus mortis: ita cum quis imaginem summi regis, quæ intra se est deturpat spoliando eam toto ornato, quem Deus ei contulerat: magnam iniuriam facit Deo, & ex hoc est reus mortis. Sic ait Apostolus 2. ad Cor. 4. c. Templum Dei sanctum est, quod estis vos: si quis violauerit templum Dei, disperdet illum Deus. Dicitur autem violare templum Dei, id est animā suam, quæ est templum Dei, scilicet reddere. Non. n. potest esse aliud templum Dei in nobis, nisi imago Dei, quæ est in anima nostra. Qui ergo istam imaginem deturpauerit disperdet illum Deus: ista autem macula, quæ est deturpatio imaginis per priuationem gratiæ, manet post culpam in anima quousque iterum peniteat, & ad gratiam redeat. Et licet ista macula sit priuatio sicut culpa: tamen culpa non manet, & macula manet, quod accidit ex natura subiecti. Nā subiectum culpæ est actus, & ipse transijt: ergo necessarium est culpam transire. Macula autem habet pro subiecto imaginem Dei: imago autem manens est cū fundetur in tribus potentijs animæ manentibus: ergo macula manens erit, & semper durabit, donec iterum per penitentiam recuperet peccator gratiam, quam amisit. Quartum quod est in peccato est reatus, & de reatu obligatio quædam quæ innascitur à culpa. Et de reatu obligatio quædam quæ innascitur à culpa. Et de reatu obligatio quædam quæ innascitur à culpa. Et de reatu obligatio quædam quæ innascitur à culpa.

Cū q̄s peccat Dei imaginem deturpat.

Quid est reatus Dei in nobis.

Quartum principale quod est in peccato e reatus.

Deus peccantib⁹ i-pōnit legem late obligatoris.

voluptatis in medio lignorum pomiferorum dixit: De omni ligno paradisi comedere, de ligno sciencie boni & mali ne comedas: quacunq; enim die comederis morte morieris, id est si comederis transgrediendo mandatum meum, quod est peccare mortaliter, non oportet, q; ego obligem te tunc ad mortem: sed quacunq; die comederis, morte morieris, id est in quocunq; tempore, vel quacunq; hora comederis, morte morieris, i. eris obligatus ad mortem eternam, & temporalis, s. q; ipso facto incurrationem mortis: & sicut est de isto peccato primo, ita de omnibus alijs, s. q; quocunq; tempore homo peccaverit est ipso facto obligatus ad mortem eternam, & iste reat; manet post culpam, sicut manebat macula, & iste est, a quo absoluitur homo per contritionem a Deo, vel de quo dicuntur sacerdotes aliquo modo absolvere p sacramentum penitentiae: quia est positivum, & est vinculum. Ab alijs autem non potest homo absolui: imò includit contradictionem ex terminis aliquem absolui ab aliqua re nisi a reatu. Nā dato q; actus positivus esset manens, & culpa esset manens, & quod magis est, dato q; esset positiva, & macula esset positiva, nullo modo posset absolui ab istis, aut ab aliquo istorum: repugnat. n. ex terminis, quia absolui est tolli aliquod vinculum: non ergo potest quis absolui nisi a vinculo. sed actus peccati nō est vinculum, nec culpa, nec macula, nec pena: ergo dato q; omnia ista essent manentia, & positiva, nō possent absolui homines ab his, sed solum a reatu, quē est obligatio ad mortem, & vinculum quoddam. Et de isto reatu communiter dī, q; transiente actu, manet reatus. Quintum, & vltimū in peccato est pena, & istud est magis extrinsecū quā cetera. est autem pena, quā directē sequitur ad peccatum, s. pena eterna, quia vt dictum est de reatu, eo ipso quo aliquis peccat, obligatur ad mortem eternam: pena autem purgatoria non est directē pro peccato, sed ex relaxatione, quia cum deberetur isti peccanti pena eterna inferni pro peccato, quando conteritur, Deus remittit ei penam eternam, & cōmutat in quādam penam purgatoriam, quā temporalis est ipfis animabus. Est ergo ista pena indirecta, & per accēs ipsi peccato: imò si peccatum puniretur, sicut puniendū erat directē: nunquam daretur ei ista pena, sed eterna. Item pena, quā temporaliter infliguntur nobis vivētib; non sunt directē pena peccatorum: nam pena, quas temporaliter patimur, aut sunt nobis imposita, & nos eas voluntariē toleramus, sicut sunt satisfactioes penales a confessoribus iniuncta, aut sunt pena nobis involuntaria, quales sunt pena, quas Deo agente patimur: aut permittente, & dirigente toleramus. Primò modo pena non sunt debita pro peccato, sed sunt in relaxationem: nam sicut confitentibus, & contritis commutatur pena eterna in penam temporale purgatoriam, ita si vellent suscipere, quidquid pro peccato in purgatorio pati debebant, in vita praesenti cōmutabitur, & mitior erit pena, quia magis satisfaci vna dies pena quam aliquis spontaneē tolerat, quā multi dies pena, quos involuntariē suffert. Si autem accipiantur secundò modo pena infligē nobis a Deo agente, aut permittente, manifestum est, q; illa non sunt pena directē pro peccato, quia per istas penas nō fit relaxatio futurae s. in se, id est quantum tales sunt, nisi forte aliquis eas patienter toleret propter Christū, & in remissionem peccatorum suorum: quia iam ex merito patientiae proficiunt: aliās tamen non sunt cōmutatio pena aeternae in ipsas. imò si bene consideretur, non est aliquo modo satisfactoria ista pena, quē sic temporaliter infligitur a Deo pro pena inferni, siue eā patienter toleret, siue impatienter: nam si aliquis eam impatienter toleret, nihil prodest ei ad aliquam pena

Quintum principale in peccato est pena.

Quintum principale in peccato est pena.

relaxationem, nec aeternae, nec alicuius alterius: si autē toleremus eam patienter, oportet q; sumus in charitate, quia aliās bonum nullum agere possumus, nisi in charitate sumus: quia est ipsa radix merendi. Si autem in charitate sumus, iam absoluti sumus a morte aeterna, & solum manet nobis purgatoria. Tunc ergo ista temporalis, quam patimur, erit ad alienationem pena purgatoria, & non ad alleviationem pena aeterna: Pena ergo temporales nullo modo proficiunt ad relaxationem aliquam, vel commutationem pena aeterna. Tunc ergo arguet aliquis, q; non sit pena temporalis directē pro peccato mortali infligita: nam pena aeterna infligitur pro peccato: ergo nō debet infligi alia pena, cum illa non mutetur: si enim illa mutaretur, sicut est in relaxatione facta in confessionibus, adhuc bene staret, sed non mutatur: quia si maneat peccatū mortale semper illa manet: sed illa non mutatur, quia peccatum mortale manet: ergo non infligitur poena temporalis in relaxationem illius. Probatur p̄na, quia cum infligatur pena aeterna pro peccato, non debet inferri alia pena: nam vt dicitur Num. 1. c. Non incidat dominus bis in idipsum: vel vt alia litera h̄t: Non insurget duplex tribulatio. si tamen daretur pena aeterna, & pena temporalis, insurgeret duplex afflictio: ergo non debet vtraque dari pro peccato. Respondetur forte, q; sicut est in iudicijs, q; aliquando pro eodē delicto datur duplex pena, vt q; flagelletur, & occidatur, & hoc quia vna earum non est sufficiens. Respondetur, q; hoc non potest stare: nam si pena aeterna non esset sufficiens pro peccato, esset iustum aliam infligi: sed si sufficiens est pena aeterna pro quolibet mortali peccato, ergo non oportet infligi temporalem: nam si dicitur, q; peccatum eo q; fit in Deum, est infinitum, ideo q; debet esse pena infinita, satis erit responsum, s. q; pena aeterna infinita dicitur quia nunquam finitur: ideo non erit necesse addi quandam aliam penam. Et sic dicendum est, q; pena aeterna est sufficiens pro peccato mortali, ideo non debet aliqua alia pena addi, & si aliquando infligitur illa non est tanquam pars punitio nis debita pro delicto, sed tanquam aliquid exhortativum ad exendum de peccato, quia penis afflictū interdum mali coguntur suam iniquitatem deferere. Et si dicas, q; quidam sunt iam indurati, & ad bonum nunquam conuertendi, & infliguntur istis mala non tanquam incitamenta ad correctionem: sed tanquam principia aeterni doloris: sicut fuit de Pharaone, qui in malo finiuit, cum obstinatus esset (vt inuuit scriptura) vt patet supra 9. c. & ad Rom. 9. & tamen hic incepit puniri, & in penis vitam suam terminavit in mari rubro extinctus, vt patet supra 14. c. Etiam de Herode, qui malus fuit, & in fine dierum suorum grauissimē peccans, scaturiens vermibus, & terribili factore vita defunctus, vt patet Act. 12. Idem de Antiocho Epiphane, qui similiter in doloribus, & calamitatibus diem clausit extremum tartareo carceri mancipandus, vt habetur 2. Mach. 9. c. Respondetur, q; pro quolibet peccato pena debita est pena aeterna, & est sufficiens pena pro eo, nec oportet aliam dari: sed quia contingit aliquem multotiens peccare mortaliter, & pro quolibet peccato in solidum, siue per se debetur poena aeterna: si ergo millies aliquis peccat mortaliter, millies ei debetur poena aeterna. Tunc de quantitate huius poenae transfert Deus aliquid in vitam istam, vt sit aliorum exemplum, quod miser miserabiliter finierit. Si autem vnum esset peccatum, non oportebat dari hic penam pro illo, & in inferno, sed solum in inferno. Licet ad hoc aliter, & optimē dici potest, quod in pena peccati mortalis sunt duo, intensio, & extensio. Intensio quidem quod multum acriter puniatur, vel non tam acriter. Extensio q; puniatur in aeternum.

Pena temporales nullo modo proficiunt ad relaxationem poenae aeternae.

Pro vno peccato mortali nō datur poena temporalis: sed poena aeterna.

Quantum

Quantum ad extensionem non est dare magis, & minus, quia si aliquis peccauerit mortaliter, & in illo peccato vitam finiuit: siue illud peccatum maximum foret, siue minimum: si vtrunque dari posset, aut alterū eorum, non posset per maiorem durationem manere in inferno quam in aeternū pro maximo peccato: nec per minorem durationem manere in inferno, quā in aeternum pro minimo peccato: Quantum ad intensiōem differt, quia qui modicum peccauit licet mortaliter, parua pena punietur, licet aeterna, & qui multū peccauit, magna pena punietur, & aeterna. Licet ergo aliquis peccauerit mortaliter multis vicibus, vel vna tū, & non possit tolli, quin in inferno sit minor illa pena in duratione quā aeterna, tamen poterit diminui quantum ad intensiōem. Et sic si Deus aliquem qui vltimatē damnandus est, in praesenti magnis penis temporalibus afficiat: quantitas istarum penarum minuetur de intensiōe pena, quam in inferno tolerare debebat, licet aliquando per accidens ista pena tpalis faciat ad augmentū maioris pena in inferno: quia per istas penas mali blasphemant de Deo, & maiora cruciamina promerentur: quia iam maiora sunt peccata: tamen per se semper diminuantur pena. Vnde dato q; aliquis egisset omnia peccata, quae egit, & omnes blasphemias, & murmurationes contra Deum, quas fecit pro illatione penarum, non illatis penis temporalibus, tunc necessariō essent in inferno maiores pena quā si nullas in saeculo sustinisset. Et si dicas, q; istae pena, quae sustinentur in praesenti non proficiunt eis, quae sine charitate tolerantur. Rōdetur, q; ad merendum requiritur, q; actus sit in charitate, vel toleratio difficultatis. Ad satisfaciendum tamen, non requiritur, q; fiat in charitate: sed qualitercunq; fiat satisfaciemus: alioquin teneremur obseruare praecipua cum charitate, quod falsum est. Patet cōsequantia, quia tenemur obseruare praecipua moralia in omnibus operationibus nostris: si autem non satisficeremus debito nisi operando ex charitate: ergo ad quacunq; tenemur obseruanda teneremur ex charitate. Dicendum ergo est circa supradicta, q; pena, quae directē venit pro peccato mortali, est pena aeterna: pena autem temporalis non est directē, sed ex commutatione debita pro peccato: vt purgatoria, vel temporalis, quae non datur directē, vt pena peccati: sed vt admonitio quaedam alia autem, quae datur malē agentibus, qui finiunt in penis vitam suam, & postea aeterno damnantur supplicio, non datur, vt pena temporalis, sed vt principium pena aeternae: ita q; tota continetur ac si iam internali carceri detentus esset, quando ista pena infligitur. Haec igitur quinque sunt, quae circa peccatum consideranda sunt, & quae continent ipsam peccatum. Quando autem Hiero. dicit hic. Quod percussit Deus populum pro reatu vituli: Accipit reatum pro culpa: licet proprie accipiatur pro obligatione ad penam. Vocatur autem reatus vituli, i. culpa, quam commiserunt in faciendo vitulum. Quem fecit Aaron. Hoc refertur ad vitulum, & non ad reatu: nam si fecisset Aaron reatum vituli, i. culpam, vel peccatum, quod fuit in fabricando vitulum, & adorando non puniretur populus pro reatu vituli, quia quilibet punitur pro culpa sua: sed hic punitus fuit populus, & non Aaron: ergo non refertur ad reatum, sed ad vitulum, quia vitulū fabricauit Aaron, & est reatus, vel culpa vitali in duobus, s. i fabricando, & in adorādo. In fabricando qd ē, quia populus peccauit petendo, vt fieret eis Deus, qui praeccederet eos. In adorādo, quia adorauerunt eū curuantes se corā eo, atq; dicentes: Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de Aegypto. Ponitur tñ hic. Quem fecit Aaron. Ad memorandum peccatum Aaron in faciendo: peccauit. n. quia debuisset potius mori quā talia fabricare, & ob hoc Deus ei iratus, Alph. Toft. super Exodum

Pena ista si non sit equalis q; ad intensiōem: sed bene q; ad extensioem.

Quo pena temporalis minuitur poena aeternam.

Pena temporalis quae datur, vt principium poenae aeternae.

delere eum volebat, nisi Moyses rogasset pro eo, vt patet Deut. 9. c. de quo supra latius dictum est.

CAPITVLVM XXXIII.

UOCVTVSQ. est Dominus ad Moysen, dicens: Vade ascende de loco isto, & populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti, in terram, quam iuravi Abraham, Isaac, & Iacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Et mittam praecursorem tuum angelum, vt eijciam Chanaanum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, & intres in terram fluentem lacte, & melle. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis est, ne forte disperdam te in via. Audiensque populus sermonem hunc pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Dixitq; Dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel: Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum a monte Horeb. Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitque nomen eius tabernaculum fæderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fæderis extra castra: Cumque egredieretur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs: & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, respiciebatque tergum Moyli donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum fæderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium. Loquebaturque dominus cum Moysē, cernentibus vniuersis, quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabantque & ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autem Dominus ad Moysen. facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cumque ille reuertetur in castra, minister eius Iosue filius Nun. puer non recedebat de tabernaculo.



88. dist. c. 5. V. nō ac.

36. dist. ca. fi. 11. q. 3. c. summo pe. 7. hic est, & per Archi. de re iudi. lib. 6.

Num. 22.

8. q. 1. cap. Moyses.

Locus. Posita supra ascensione secunda Moyfi ad dñm in montem, & responsione Dei ad eum in generali, hic ponitur magis in speciali. Et in partes duas diuiditur. Quia primò ponitur responsio, & mandatum Dei durum. Secundò ponitur responsum gratiosum, ibi. *Dixit autem Moyfes.* Prima in duas, quia primò ponitur dura responsio: secundò populi increpatio, ibi. *Dixit dominus.* Circa primum. *Locus est dominus.* Ista locutio fuit in monte Sinai, quia ascendit Moyfes ad dñm ad petendum remitti iniquitatem populi, sicut ante dixerat præcedenti ca. Ascendam ad dñm, si quo modo quiuero deprecari eum p scelere vestro. Dominus autem responderat ei ad quandam petitionem de deletione sua de libro vite non multum insistens illi responsioni, sed conuertit se ad aliud, quod non petebat Moyfes, scilicet dicens ei: Tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi, & cum illud dixit dominus Moyfi, continuauit ei totum, quod hic continetur de educatione populi, & de responsione Moyfi quantum ad directionem angeli, scilicet quod non educeret eos angelus Dei, sed Deus: sed Moyfes mutauit istum ordinem, & interposuit quædam alia historica. & sic fiunt hic magnæ diuisiones historiarum, & reuoluciarum, quæ causâ intricacionis magnæ sunt obsecratis quantum ad intellectum, & non sunt ista facta ex imperitia Moyfi, sed ex necessitate rei, quia hic cõueniunt ad idem tempus res gestæ, & verborum prolatio: quodcumque ergo præponatur, vel postponatur non refert, quia semper erit anticipatio, & recapitulatio. Hic autem si Moyfes tenuisset ordinem in dicendo, continuando verba Dei secundum quod Deus dixit, quando dixit illud, quod supra habetur: Tu autem vade, & duc populum istum in locum quò locutus sum tibi, subiunxit totum, quod est à principio huius ca. vsque ad illum locum. *Dixit dominus ad Moysem.* Quia tota est vna verborum contextio: sed Moyfes discindit istam narrationem, quia primò eam incepit in præced. ca. *Tu autem vade, & duc, &c.* Deinde interposuit quandam historicam narrationem, scilicet quomodo Deus percussit Israelitas pro vitulo, quem adorauerunt, & de nouo redit hic ad continuandum verba Dei de ductione populi in terram Chanaan, quam inceperat, & ne ista ratio videatur acephala, apponit ei caput, scilicet *Locus est dominus.* Non tamen est intelligendum, quod alia locutio sit ista quam locutio illa, quam inceperat supra, scilicet *Tu autem descende, & duc, &c.* Quod patet, quia Deus solum dicebat aliquid Moyfi præcipiendo, & nõ dicebat ei aliquas historicas narrationes, sed inter illam locutionem superiorem de ductione Israelitarum in terram Chanaan, & istam, quæ continuatur illi, interponitur historica narratio: ergo non dixit ista Deus sic Moyfi, sed Moyfes tenuit istum modum in recitando ea, quædam præponens, & quædam interponens. Et quia (vt dictum est) anticipatio, & recapitulatio disturbant maxime intellectum legentium in sacra scriptura, & in alijs libris, & in isto cap. fit quædam recapitulatio, & anticipatio, ideo considerandum est in quo fit. **K**

An tabernaculum paruum, quod Moyfes extra castra extendit fuerit post primas tabulas: an post secundas.

QVAESTIO. PRIMA.

QUOD autem non teneatur hic continuus ordo narrationis patet, quia hic dicitur in principio huius c. & in fin. præcedenti de his, quæ respondebat, & loquebatur Moyfes in monte, & in fine huius, & in principio sequentis dicitur de eodem, vt patet inuenti literam: in medio autem ei dicitur de tabernaculo,

F quod statuerat Moyfes extra castra, in quo habitabat gloria domini, & ipse Moyfes, & Iosue manebant in eo. Manifestum est autem, quod istud tabernaculum non fuit factum in monte Sinai, ita quod Moyfes in secunda vice, qua ascendit in montem fecerit istud tabernaculum in monte: nam istud tabernaculum non erat in monte, sed apud castra, ideo nõ potuit esse in istis quadraginta diebus secundis, quibus Moyfes stetit in monte. Item quia quando Moyfes manebat in isto tabernaculo exibat, & veniebat in castra, & rursus veniebat à castris in tabernaculum illud, sed cum Moyfes stetit in monte his quadraginta diebus, non descendit donec consummati sunt: ergo non erat in monte tabernaculum. An patet infra 34. & Deut. 9. c. dicitur, quod isti quadraginta dies fuerunt cõtinui, quibus Moyfes fuit ante Deum prostratus in terram. Item quia quoniam Moyfes exibat de isto tabernaculo, manebat in eo Iosue minister eius ad custodiam, sed Iosue non stetit cum Moyse supra montem istis quadraginta diebus: cum Moyfes staret solus cum Deo intra caliginem nubis. An patet in litera. Item quando Moyfes redibat de castris ad tabernaculum illud, videbant filij Israel tergum Moyfi euntis, & videbant qualiter Deus in columna nubis loqueretur ei atque adorabant existentes in ostijs papilionum: sed quando Moyfes stabat in monte, non videbant filij Israel qualiter loquebatur cum Deo. quia mons erat caligine adopertus, vt patet supra 24. cap. & Deut. 9. ergo non fuit hoc tabernaculum in monte. Item quando Moyfes manebat in hoc tabernaculo, omnes, qui habebant aliquas questiones. e. in castris, exibat, & veniebat ad tabernaculum illud, & ibi Moyfes iudicabat eis in causa illa: sed dum Moyfes fuit in monte nõ ascendit aliquis illuc: ergo nõ fuit in monte hoc tabernaculum. Hec omnia auctia parent infra in litera. Necessario ergo dicendum est, quod istud tabernaculum fuerit extantum per Moysem extra castra, quando occidit idolatras antequam ascenderet ista secunda vice in montem: aut quod fuerit extantum postquam descendit in secunda vice ferens secundas tabulas. Si dicatur primum, erit ordinis mutatio per recapitulationem: si autem dicatur secundum, erit mutatio per anticipacionem.

Quo tempore facta sunt ea, quæ in hoc cap. narrantur.

QVAESTIO. II.

CIRCA hoc ergo quærendum est, quo tempore ista fuerint, an postquam descendit de monte in secunda vice ferens tabulas secundas, an in prima vice postquam descendit, scilicet quando occidit idolatras. Dicendum autem videtur, quod istud tabernaculum, quod hic ponitur fuit locatum per Moysem extra castra antequam ascenderet secunda vice ad montem: nam licet ista litera videatur indifferens ad anticipacionem, & recapitulationem, magis tamen conuenit ei recapitulatio, quia licet hic inchoentur ea, quæ Moyfes cum Deo locutus fuit in monte: tamen potissima pars eorum ponitur infra narrationem de tabernaculo isto, vt patet in fi. huius c. & in toto c. sequenti, in cuius fine dicitur, quod postquam stetit Moyfes cum Deo diebus quadraginta, accepit secundas tabulas, & venit in castra, & immediatè sequitur de fabricatione tabernaculi, & oblatione popularium ad faciendum illud, vt patet in prin. 25. c. & infra. Item quia Moyfes non tenebat semper istud tabernaculum extra castra, sed solum incepit tenere propter populi desertacionem, quia populus peccauerat, & erat in ira Dei. Volebat igitur ab eis recedere, ne videretur eis dare fauorem in scelere patri.

parato, & vt sic confusi priuati consortio eius tanquam excommunicati manerent, & sic magis de delicto cõtererentur: sed quando peccauerunt, & punit eos Moyfes antequam ascenderet ad rogandum pro eis in secunda vice, erant in ira Dei, quia nondum fuerat remissa iniquitas eorum, & postquam Moyfes descendit de monte in secunda vice ferens secundas tabulas, erant iam reconciliati Deo: ergo non habebat occasionem recedendi ab eis, & figendi tentorium extra castra: in prima autem vice habebat occasionem deferendi eos quantum ad aliqualem communicationem: quia nõdum erat remissa iniquitas, & vt contererentur: ergo in prima vice antequam secunda vice ascenderet in montem fuit facta ista fixio tabernaculi extra castra. Itè quando Moyfes secunda vice descendit de monte portans secundas tabulas venit ad populũ, & publicauit eis mandata Dei de fabricando tabernaculum, & quod offerrent præcepit: inceptumque est opus tabernaculi, & ipse præerat artificibus, vt non errarent in opere, sed si haberet tentorium extra castra ipse solus cum Iosue, nõ posset interesse artificibus fabricantibus: ergo dicendum quod tunc manebat in castris Israel, & ista tabernaculi extensio extra castra fuit, antequam ascenderet Moyfes in monte secunda vice, & fuit sic factum quoniam Moyfes descendit de monte prima vice ferens primas tabulas die quadagesimo postquam ascenderat in die, quo totus populus faciebat festum magnum vitulo, & eodem die combussit vitulum, & dedit potum Israelitis de aqua conspersa pulueribus aureis vituli, & occidit viginti tria milia de idolatris. Et tunc sequitur in litera: Facto autem sequenti die dixit Moyfes populo, quod volebat ascendere ad orandum pro eis ad dominum, & tunc recessit de castris, & extendit tabernaculum foris: mansitque aliquot diebus sic antequam ascenderet ad orandum dñm in monte, & sic ascendit: cum verò descendisset secunda vice ferens secundas tabulas legis, descendit in castra, & conuocauit multitudinẽ filiorum Israel, atque præposuit eis negociũ præceptorũ Dei de constructione tabernaculi, & venit atque habitauit intra castra sicut ante consueuerat, vt præfisset artificibus tabernaculi. Hoc aliqui putauerunt satis rationabiliter loquentes. Sed nõ est totaliter verum. Huiusmodi autem veritas ponitur infra super partem. *Moyfes quoque, vade & descende.* Non descendit immediatè Moyfes cum dicta fuerit ista verba. Quod patet, quia nõ fuit ista vltima responsio Dei: nam hic rñdit durè, & postea rñdit mollius: nam hic dixit, quod iste populus erat duræ cervicis, & quod non ascenderet cum eo, ne forte deleteret in via: postea tamè rñdit perete Moyse deducturum eos in via, inter quas rñsiones videntur intercidisse aliqui dies, vt Moyfes Deum suppliciter oraret, duram illam responsionem emolli.

Quot diebus Moyfes stetit in monte cum Deo, an ter quadraginta, vel bis quadraginta.

QVAESTIO. III.

DE diebus autem quibus Moyfes stetit in monte dubium est. Aliqui dicunt fuisse ter quadraginta dies, & hoc quia Deut. 9. ca. vbi magis explicatur in litera de hoc videntur poni ter quadraginta dies. Primò namque dicitur: Et ascendi in montem, vt acciperem tabulas lapideas, & perseueravi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens. Et infra dicitur. Iterum, & procidi ante dñm, sicut prius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens, & aquam non bibens. Et infra iterũ dicitur: Et iacui ante dñm quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar. Et Alph. T. ost. super Exodi

A sic sunt dies centum viginti, quibus Moyfes stetit in monte. Sed hoc non potest stare, nec litera illa hoc probat: quia si stetit ter quadraginta diebus in monte Sinai cum domino, cum priores quadraginta dies, fuerint ad hñdas primas tabulas, & secundi quadraginta dies; fuerunt ad hñdas secundas tabulas, & ad supplicandum coram dño pro peccato Israelitarum, de terijs autem quadraginta diebus non poterit reperiri ad quid fuerint. Nec obstat, si dicas, quod secundi quadraginta dies, fuerunt ad orandum pro peccato populi coram dño, vt patet Deut. 9. ca. ita quod omnes illi quadraginta dies, transferint in sola oratione, & pro recipiendis secundis tabulis fuerint necessarii alij dies, & sic poterunt assignari terij quadraginta. Nam pro recipiendis tabulis non fuerunt necessarii quadraginta dies: nõ nec tres, quia litera sequentis c. l. ac deinceps præcide tibi duas tabulas inftar priorum, & scribam super eas verba, quæ habuerit tabule priores, quas fregisti: esto paratus mane, vt ascendas, & sta in monte Sinai, & sic in duobus diebus fuerunt expletæ secunda tabula, scilicet in vna die dolauerit eas Moyfes, & in sequenti die eas scripsit Deus: non ergo fuerunt 40. dies ad accipiendũ secundas tabulas solum. Item non inuuit hoc litera Deut. 9. c. nam licet ibi ter ponantur 40. dies, tamen non iunt distincti, sed replicantur, quia primi sunt de acceptatione primarum tabularum, & secundi sunt de tempore, quo stetit Moyfes in monte orando cum dño pro peccato Israelitarum: tertij autem iidem, quod primi sunt, sed replicantur, quia interdum multa repetuntur in sacra scriptura pp anticipationes, & recapitulationes. Et patet quia dicitur: Et procidi coram dño sicut prius 40. diebus, & 40. noctibus panem non comedens, & aquam non bibens pp oia peccata vestra, quæ gessistis contra dñm. Et cum iterũ dicatur de 40. diebus, repetuntur iidem 40. & dicitur: & iacui coram dño 40. diebus, & 40. noctibus, quibus cum suppliciter deprecabar, ne deleteret vos, vt fuerat cõminatus, & orans dixi, &c. solum ergo 40. dies, bis colliguntur ex 9. c. Deut. l. 80. dies. Nam si ideo, quia ter repetuntur 40. dies, ter 40. dicendi sunt, oportebit dici fuisse quater 40. i. 160. dies, quia quater repetitur iste numerus 40. dierũ. Nam in c. 9. ponitur ter numerus iste, vt probatũ fuit, & in c. 10. sequenti iterũ repetitur cum dicitur: Ego autem steti in monte sicut prius 40. diebus, exaudiuitque me. Sed nullus dicit esse 160. dies Moysem egisse cum dño in monte: ergo nec dicendum est cum mansisset in monte ter 40. diebus. Ad plus autem pñt reperiri dies bis 40. & aliqui paucius, nõ tñ ter 40. & hoc si dies, in quibus receptæ fuerunt tabulæ secunda computentur extra illos 40. dies, quibus orauit Moyfes ad dñm pro peccato populi: si autem computetur intra illos 40. erunt dies solum bis 40. Sed vtrũ in illis computari debeant, dubium est. Vt n. q. computari debeant intra 40. dies, quibus orauit sicut inuuit litera infra 34. ca. in fine, cum dicitur: Dixit dñs ad Moysem: scribe tibi verba hæc, quibus tecũ, & cum Israel pepigi factus. Facit ergo ibi cum dño 40. dies, & 40. noctes. Et sequitur: Cumque descenderet Moyfes de monte Sinai tenebat duas tabulas testium, &c. Et sic primò dicit scripsisse tabulas, quæ cõpleuissent 40. dies, & 40. noctes. In contrariũ vñ Deut. 9. c. vbi ponuntur isti dies 40. solum ad orandũ pro populo, cum dicitur: Et iacui coram dño 40. diebus, & 40. noctibus, quibus cum suppliciter deprecabar, ne deleteret vos: si ergo in istis 40. diebus semper stetit Moyfes coram dño in monte, non data fuerunt tabulæ in his 40. diebus, quia quoniam fuerunt datae descendit Moyfes de monte ad presentandũ eas, & ad cõmonendũ populũ ne aliquis vir appareret in monte in die illo, nec bestia pascerent e contra, vt patet infra 34. ergo extra illos 40. dies cõputandi sunt dies, in quibus tabulæ secunda datae sunt. Ista inquam tenui alijs, & est satis solida, & apprens ex rextu aliquatet. Pars Secunda. T 4 Sed

An dies in quibus Moyfes recepit secundas tabulas cõputentur inter sedos 40.

Sed adhuc conuenienter dici possit, q̄ intra istos quadraginta dies fuerint datę tabule, & sic fuerunt solum quadraginta dies bis, scilicet quadraginta pro primis tabulis, & quadraginta rogando pro peccato populi, & recipiendo secundas tabulas. huic consonat satis litera Deut. 9. & 10. c. nam cum in 9. c. dicatur: Et iacui coram domino quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, subditur in principio c. 10. si in tempore illo, si intra quadraginta dies dixit dominus ad me: dola tibi duas tabulas lapideas, sicut fuerunt priores. Quidam autem Hebrei dicunt stetit Moyse in monte ter quadraginta dies, si centum viginti, quia recepit legem in die tertio mensis tertij, qui est apud nos Maius, cū ipsi incipiant in lunatione propiniori æquinoctio vernali in mese Martio: computantes autem ab illo tempore vsque ad decimum diem mensis Septembris, in qua celebratur festum expiationis, vt patet Leuit. 23. c. faciunt ipsi centum viginti dies, si ter quadraginta: dicunt autem Moyse venisse illo die siue aliquo die ante ad faciendum diem propitiationis. Sed isti errant in multis: nā iste numerus centum viginti dierum nō habetur practicus à tempore dationis legis vsque ad decimum diē mensis sui Septembris: siue computetur lex data in tertio die mensis illius tertij, sicut ipsi volunt, vel computetur à die sexto mensis eius, sicut probauimus esse computandum supra 19. c. Item secundō deficient, quia dicunt Moyse venisse ad diem propitiationis ad castra: nam hoc nullo modo constare potest: sed ipsi solum phantasiantur. Item errant, quia putant Moyse fecisse solennitatem diei expiationis, quando descendit de monte vltimatē, quia non conueniebat fieri expiationem: expiatio namque est afflictio corporis pro peccato in die, qua omnes de populo ieiunant: sed iam erat facta remissio pro peccato in monte ad petitionem Moyfi, vt patet in isto ca. ergo non oportebat fieri afflictionem, & petitionem ad remittendum illud peccatum, quod sciebant certissimē esse remissum: sed magis gaudendum erat de lege data, & facta remissione. Item quia omnes solennitates habebant locum cū factum esset tabernaculum, quia requirebāt aliquam ministracionem in tabernaculo, & arrio: sed cū descendit Moyse de monte, nō erat factum sanctuarium, nec denunciatum: ergo non debebat fieri ista solennitas. Item in die propitiationis fieri debebant multa sacrificia, sicut habetur Num. 29. c. sed sacrificia non fiebant, nisi in altari holocaustorum, vt patet Leuit. 17. cap. & tunc quando descendit Moyse de monte, nihil horum erat factum: ergo non fuit celebrata solennitas diei propitiationis, quando descendit Moyse de monte vltimatē. Manet ergo, quod non transferunt ter quadraginta dies à tempore, quo primō ascendit in montem vsq; ad diem vltimum, quo redijt ferens tabulas secundas: plures tamen fuerunt quā bis quadraginta dies à tempore primi ascensus vsque ad secundum descensum, & hoc siue computentur dies, in quibus receptę fuerunt secundę tabule extra dies quadraginta secundos siue non: quia quando descendit Moyse de monte in prima vice, & confregit primas tabulas, & occidit multos idolatras, mansit aliquot diebus antequam ascenderet secundō in montem, vt supra probauimus loquentes de fixatione tabernaculi fæderis extra castra. Illi ergo dies, qui intercedunt inter primum descensum de monte, & secundum ascensum superabundant ad octuaginta dies: sed tempus quo Moyse in monte cum Deo stetit in vniuerso collectum videtur esse bis quadraginta dierum præcisorum, & postea stetit quali vno die ad accipiendum secundas tabulas, si computentur extra quadraginta dies secundos. Si autem computetur

F intra quadraginta dies, erunt octuaginta dies, præcisi quibus stetit Moyse in monte. *Vade & ascende.* Ita duo verba referuntur ad duos terminos, quia signat duos motus, scilicet. *Vade.* In castra descendendo de monte Sinai, in quo erat. *Et ascende.* Scilicet ad terram Chanaan. Aliqui libri habent descendere, sed corrupta est litera: nam de deserto, in quo erat ad terram Chanaan erat ascensus, quia terra, in qua erant australis erat: terra autem Chanaan erat Septentrionalis: Septentrionalis autem regio altior est quā meridiana. Sic patet Gen. 42. c. vbi de terra Chanaan mandauit Iacob filiis descendere in Aegyptum. Et de deserto Pharan, quod erat in itinere Aegypti versus terram Chanaan dicebantur ascendere exploratores Hebræorum, vt patet Num. 13. c. & in multis alijs locis. *Et ascende de loco isto.* Scilicet de monte Sinai ad cuius radices castra fixa erant. *Tu & populus tuus.* Moyse præpositus fuit, quia erat dux populi, & acceptabilior apud Deum, quā totus populus: licet Deus ista diceret Moyfi, tamen non intendebat, q̄ immediatē ascenderent, quia ipse mandauit eis post hoc construere sanctuarium in eodem monte, & manserunt ibi postea vsque ad annum secundum, mensē secundo, die vigesima mensis, vt patet Num. 10. c. Etiam solum dicebat non q̄ intenderet sic facere tunc, vel postea, sed secundum voluntatem signi, & non beneplaciti hoc exprimebat: quia si ipse hoc voluisset secundum voluntatē beneplaciti, necessariō sic mansisset: aliās esset in Deo mutatio: sicut si nos aliquid totaliter eligamus, & post parum illud totaliter repudiemus: sed istud non fuit completum, quia hic dixit Deus Moyfi, q̄ educeret populum de loco illo, & angelus eius præcederet eos, scilicet postea Moyse petente atque dicente: si tu non præcedis non educas nos de loco isto, Deus concessit, q̄ ipse præcederet, vt patet infra: ergo non volebat hoc, quod hic dicebat: sed signabat se velle, & sic vocatur voluntas signi. nec tamen ideo aliquam falsitatem, aut fictionem in Deo ponimus: quia voluntas beneplaciti est verē voluntas, siue volitio Dei: voluntas autem signi, non est voluntas Dei propriē, sed respicit res extra, de quo alibi magis dicitur. *Et populus tuus.* Vocabatur Israel populus Moyfi, licet esset populus Dei, & non Moyfi, sed quia Moyse erat dux, & iudex illorum, vocabatur aliquo modo populus Moyfi. *Quem eduxisti de terra Aegypti.* Deus illos eduxerat principaliter, quia fecerat signa atque portenta dura super Aegyptios, ita vt compelleret eos dimittere Hebræos. Moyse autē eduxit populum, quia fuit minister Dei in faciendo omnia, quę præcesserunt ad ipsam educationem, & in ipsa educatione collegit populum Hebræorum, atque in via regebat eos gerens de eis curā per omnem modum, scilicet tanquam rex, tanquam iudex, tanquam pater, & pedagogus. Sic commendauit ei Deus, vt patet Num. 11. c. scilicet: Porta eos in sinu tuo sicut solet nutrix portare infantulum. *In terram, quam iuravi Abraham, Isaac, & Iacob.* Vni horum soli, scilicet Abraham facta fuit ista promissio cum iuramento, vt patet Gen. 22. c. cū dicitur: Per memetipsum iuravi, dicit dominus, quia fecisti rem hanc, & nō peperisti filio tuo vnigenito, multiplicabo semen tuum &c. Alijs autem duobus, scilicet Isaac, & Iacob promissit: sed non fuerunt verba iuramenti expressa, vt patet inquirendo loca, in quibus eis promissit. de Isaac patet Gen. 26. c. de Iacob habetur Gen. 28. cap. & 35. dicitur tamen sæpē, q̄ Deus iurauerit istis se daturum terram Chanaan, scilicet in semine eorum, quia promissio facta Abraham roborata fuit iuramento, vt patet Gen. 22. c. promissiones autem factę postea alijs duobus Patriarchis referebantur ad formam promissionis factam Abraham, & sicut illa fuerat iuramento roborata, ita alię duę, licet non habuerint verba iuramenti expressa, tamen firmabantur iuramento prioris promissionis. Sic patet in promissione facta Isaac, vt habetur Ge. 26. c. l. Tibi, & semini tuo dabo vniuersas regiones has complens iuramentum, quod spondi patri tuo Abraham. Sicut ergo est in iudicijs, q̄ si iudex exigit iuramentum ab aliquo de veritate dicenda, & confestim quærat ab eo, tenetur respondere verum sub pœna periurij. Et si fortē post alios dies requirat eundem sub præstito iuramento, vt in alio articulo eiusdem causę deponat, tunc nouit, tenetur sub pœna periurij dicere verum: licet tunc non iurauerit: refert se enim hoc ad iuramentum præcedens: ideo eodem modo obligatur, ac si tūc actualiter iurasset dicere veritatem in isto articulo, de quo non quæritur. Ita ergo cū dominus iurasset Abraham: quando promissit ei ista, & postea in promissionibus factis ad alios retulerit se ad iuramentum, quod fecerat in promissione Abraham, dicebantur omnes istę promissiones iuramento firmatę, & si fortē Deus agens aliquid contra promissionem Abraham incurere posset aliquid periurium, ita incurreret si violaret promissionem factam Isaac, & Iacob: quia eodem iuramento omnes istę promissiones roboratę erant. *Dicens semini tuo dabo terram hanc.* Ista erat forma iurandi, & promittendi, & habetur hoc in promissione Abraham, vt patet Gen. 13. c. & melius in quinquedecimo fuit enim data semini eorū, quia ipsi non possederunt eam in vita sua vt domini, sed vt peregrini. *Et mittam præcursores tui angelum meum.* Dicitur angelus præcursor, quia curriebat ante eos præcedens in columna nubis ad monstrandam viam, & ad delendum eorum hostes, scilicet populos Chanaanorum fugando eos terrore incussō immittendo crabones, vt patet supra 23. & Deut. 7. cap. *Angelum meum.*

Voluntas beneplaciti Dei est vera voluntas.

Deus promissit terrā Chanaan Abraham et iuramento alijs verbis sine iuramento.

roborata, ita alię duę, licet non habuerint verba iuramenti expressa, tamen firmabantur iuramento prioris promissionis. Sic patet in promissione facta Isaac, vt habetur Ge. 26. c. l. Tibi, & semini tuo dabo vniuersas regiones has complens iuramentum, quod spondi patri tuo Abraham. Sicut ergo est in iudicijs, q̄ si iudex exigit iuramentum ab aliquo de veritate dicenda, & confestim quærat ab eo, tenetur respondere verum sub pœna periurij. Et si fortē post alios dies requirat eundem sub præstito iuramento, vt in alio articulo eiusdem causę deponat, tunc nouit, tenetur sub pœna periurij dicere verum: licet tunc non iurauerit: refert se enim hoc ad iuramentum præcedens: ideo eodem modo obligatur, ac si tūc actualiter iurasset dicere veritatem in isto articulo, de quo non quæritur. Ita ergo cū dominus iurasset Abraham: quando promissit ei ista, & postea in promissionibus factis ad alios retulerit se ad iuramentum, quod fecerat in promissione Abraham, dicebantur omnes istę promissiones iuramento firmatę, & si fortē Deus agens aliquid contra promissionem Abraham incurere posset aliquid periurium, ita incurreret si violaret promissionem factam Isaac, & Iacob: quia eodem iuramento omnes istę promissiones roboratę erant. *Dicens semini tuo dabo terram hanc.* Ista erat forma iurandi, & promittendi, & habetur hoc in promissione Abraham, vt patet Gen. 13. c. & melius in quinquedecimo fuit enim data semini eorū, quia ipsi non possederunt eam in vita sua vt domini, sed vt peregrini. *Et mittam præcursores tui angelum meum.* Dicitur angelus præcursor, quia curriebat ante eos præcedens in columna nubis ad monstrandam viam, & ad delendum eorum hostes, scilicet populos Chanaanorum fugando eos terrore incussō immittendo crabones, vt patet supra 23. & Deut. 7. cap. *Angelum meum.*

An Deus faceret aliquam mutationem, quando dixit Iudeis, quod ipse non præcederet eos, sed angelus suus.

QVAESTIO. III.

HOC dixit Deus Moyfi tanquam in hoc damnificaret Israel, & signabat in hoc, quod ante istud peccatum Deus ducebat Israelitas: sed nunc quia peccauerāt, volebat eis mittere angelum suum, vt præcederet, & non ipse. Sed videtur, q̄ in hoc nulla mutatio fit, siue Deus præcederet, siue angelus, quia semp Deus præcederet, & angelus præcederet: nam Deus vbique est, ideo quomodocumque Hebræi pergerent semper præcederet eos Deus, & comitaretur: etiam angelus semper præcederet, quia ante præcesserat, & nunc Deus dicebat, q̄ angelus præcederet, ante hoc autem innuit Deus, q̄ ipse præcedebat, & tamen angelus præcedebat, quia vt patet supra 14. ca. cū Pharaon cum Aegyptijs persequeretur à tergo exercitum Hebræorum, dicitur q̄ angelus, qui præcedebat castra Israelitarum dimisit partem anteriorem, & tenuit partem posteriorem. Item quando cōcessit Deus orationibus Moyfi, q̄ ipse præcederet eos, vt patet infra, non videtur, q̄ magis concesserit, quod ante concesserat: quia quomodocūque esset, Deus non præcederet castra Hebræorum, quin præcederet angelus: quia de his rebus pertinētibus ad ministerium Deus nihil per se operatur, sed per ministros suos angelos. sicut dicitur Psalmo 102. & ad Hebr. 1. cap. l. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis: siue vt alia litera habet, ignem vrentem. Et vocat ministros angelos, sicut concludit Apostolus ad Hebr. 1. c. Sunt administratorij spiritus in ministerium missi. Angelus ergo ad dirigendum præcederet: Deus enim secundum se impossibile est, q̄ præcedat, vel subsequatur, cum vbique sit extra omnia, quia infinitus est: sed necesse est, vt per aliquem ministrum suum præcedat, vel subsequatur: non ergo magis Deus præcedet sic quā sic. Et quando Deus promittit se nunc infra præcessurum castra Israel, non est sensus, q̄ ipse præcedat, ita q̄ non præcedat angelus, quia non potest secum se præcedere: sed angelus semper debet præcedere: ergo ista verba videntur nihil sensus continere, & q̄ pro nihilo orauerit Moyse cum dixit, si non tu ipse præcedis, non educas nos de loco isto. Respondetur, q̄ ista non frustra dicuntur: quia licet semper angelus præcesserit ante istud peccatum, & post factam remissionem peccati semper præcessit, quia nunquam defuit eis columna nubis per diem, & columna ignis per noctem, vt patet supra 13. c. & in illa præcedebat angelus, qui mouebat illam columnam: tamen Deus dicebatur præcedere quando cum ipsi Hebræis manifestabantur signa diuinę præsentia: tunc autem præcedebat angelus, cū solum manifestabatur ministeriū angelicum. Quod enim signa diuinę præsentia manifestentur, est per miracula, quia vera miracula solum sunt à potentia infinita, qualis est potentia Dei: angelicum ministerium erat secundum Dei mandatum facere aliqua, quæ non erant infinita potentia, nec vera miracula: sicut sunt mouere nubem ante, & retro, & similia. Deus autem miracula vera facit: ideo sensus huius literę est, secundum quem ipsa aliquid præsupponit, & aliquid dicit: innuit enim, q̄ ante hoc Deus præcesserat Hebræos. Dicit enim, q̄ nunc angelus præcedet, & non Deus. Quod patet, quia ante hoc ex exitu de Aegypto vsque ad præsentem diem fecerat Deus pro Israele multa miracula, sicut patet à c. 12. vsque huc, quæ non poterat facere aliquis angelus: ideo tunc Deus præcedere dicebatur: post hoc peccatum dicebat, q̄ non præcederet eos ipse, sed præcederet angelus, quasi dicat, q̄ licet ipse vbique esset, & necesse esset, q̄ comitaretur Hebræos, quocumq; irent, tamen non videretur præcedere, quia non faceret pro eis aliqua miracula, sed solum præcederet angelus, id est faceret pro eis ea, quę per angelum fieri poterant, si mouere columnam nubis ad dirigendam viam: Moyse autem noluit consentire huic dicto, sed rogauit semper, vt Deus præcederet, dicens: si non tu ipse præcedis, non educas nos de loco isto: cū autem Deus concessit eis ad præces Moyfi, q̄ præcederet eos, erat sensus, q̄ non solum præcederet angelus mouendo nubem, sed etiam ipse Deus præcederet, si monstrando signa sua mirabilia super eos, & sic factum est, quia postea fecit pro eis mirabilia, vt patet in educatione aquarum de petra in Cadesbarne, siue in Cades deserti Sin, vt patet Num. 20. c. & in percussione missis super murmurantes, & desiderantes carnes, vt patet Num. 11. c. & in percussione Marię, ita vt immediatē fieret leprosa: de quo Num. 12. cap. & sic de ceteris. Si autem angelus solus præcederet, non ageret aliquid de his miraculis. Aliqui dicunt, vt magister in historia scholasticæ, q̄ ante hoc Deus per se custodierat populum Israel: post peccatum autem dedit eis in custodiam angelum Michaellem, qui dicitur esse princeps eorum, vt patet Dani. 10. cap. Sed hoc non est bene dictum. Primō, quia dicitur, q̄ ante hoc custodiebat Deus populum Hebræorum quasi per se custodiret: hoc autem esse non potest, quia quidquid Deus operatur, per ministros operatur, si illud quod fit sit finitę potētie, quod angelus efficere possit: aliās peruerteretur ordo ministrorum cū omnis idem dominus, & minister esset. Etiam quia fieri istas res per motum sic vt fiunt, & q̄ per Deum solum fiāt, impossibile est, vt probauimus

lus ergo ad dirigendum præcederet: Deus enim secundum se impossibile est, q̄ præcedat, vel subsequatur, cum vbique sit extra omnia, quia infinitus est: sed necesse est, vt per aliquem ministrum suum præcedat, vel subsequatur: non ergo magis Deus præcedet sic quā sic. Et quando Deus promittit se nunc infra præcessurum castra Israel, non est sensus, q̄ ipse præcedat, ita q̄ non præcedat angelus, quia non potest secum se præcedere: sed angelus semper debet præcedere: ergo ista verba videntur nihil sensus continere, & q̄ pro nihilo orauerit Moyse cum dixit, si non tu ipse præcedis, non educas nos de loco isto. Respondetur, q̄ ista non frustra dicuntur: quia licet semper angelus præcesserit ante istud peccatum, & post factam remissionem peccati semper præcessit, quia nunquam defuit eis columna nubis per diem, & columna ignis per noctem, vt patet supra 13. c. & in illa præcedebat angelus, qui mouebat illam columnam: tamen Deus dicebatur præcedere quando cum ipsi Hebræis manifestabantur signa diuinę præsentia: tunc autem præcedebat angelus, cū solum manifestabatur ministeriū angelicum. Quod enim signa diuinę præsentia manifestentur, est per miracula, quia vera miracula solum sunt à potentia infinita, qualis est potentia Dei: angelicum ministerium erat secundum Dei mandatum facere aliqua, quæ non erant infinita potentia, nec vera miracula: sicut sunt mouere nubem ante, & retro, & similia. Deus autem miracula vera facit: ideo sensus huius literę est, secundum quem ipsa aliquid præsupponit, & aliquid dicit: innuit enim, q̄ ante hoc Deus præcesserat Hebræos. Dicit enim, q̄ nunc angelus præcedet, & non Deus. Quod patet, quia ante hoc ex exitu de Aegypto vsque ad præsentem diem fecerat Deus pro Israele multa miracula, sicut patet à c. 12. vsque huc, quæ non poterat facere aliquis angelus: ideo tunc Deus præcedere dicebatur: post hoc peccatum dicebat, q̄ non præcederet eos ipse, sed præcederet angelus, quasi dicat, q̄ licet ipse vbique esset, & necesse esset, q̄ comitaretur Hebræos, quocumq; irent, tamen non videretur præcedere, quia non faceret pro eis aliqua miracula, sed solum præcederet angelus, id est faceret pro eis ea, quę per angelum fieri poterant, si mouere columnam nubis ad dirigendam viam: Moyse autem noluit consentire huic dicto, sed rogauit semper, vt Deus præcederet, dicens: si non tu ipse præcedis, non educas nos de loco isto: cū autem Deus concessit eis ad præces Moyfi, q̄ præcederet eos, erat sensus, q̄ non solum præcederet angelus mouendo nubem, sed etiam ipse Deus præcederet, si monstrando signa sua mirabilia super eos, & sic factum est, quia postea fecit pro eis mirabilia, vt patet in educatione aquarum de petra in Cadesbarne, siue in Cades deserti Sin, vt patet Num. 20. c. & in percussione missis super murmurantes, & desiderantes carnes, vt patet Num. 11. c. & in percussione Marię, ita vt immediatē fieret leprosa: de quo Num. 12. cap. & sic de ceteris. Si autem angelus solus præcederet, non ageret aliquid de his miraculis. Aliqui dicunt, vt magister in historia scholasticæ, q̄ ante hoc Deus per se custodierat populum Israel: post peccatum autem dedit eis in custodiam angelum Michaellem, qui dicitur esse princeps eorum, vt patet Dani. 10. cap. Sed hoc non est bene dictum. Primō, quia dicitur, q̄ ante hoc custodiebat Deus populum Hebræorum quasi per se custodiret: hoc autem esse non potest, quia quidquid Deus operatur, per ministros operatur, si illud quod fit sit finitę potētie, quod angelus efficere possit: aliās peruerteretur ordo ministrorum cū omnis idem dominus, & minister esset. Etiam quia fieri istas res per motum sic vt fiunt, & q̄ per Deum solum fiāt, impossibile est, vt probauimus

Post idola tria fecit. Deus pro Hebræis signa mirabilia.

Opi. magi stri histo. rix schola sticæ con. futatur.

latius

latius supra 23. & 35. cap. cum Deus non possit aliquid operari per motum: necesse enim est, quod si populus Hebræorum ante peccatum istud custodiebatur, quod custodiretur ab aliquo angelo: sed necesse erat custoditum fuisse, quia aliis non permansisset: ergo custodiebatur ab angelis. Item præsupponit, quod tunc fuerit ei datus Archangelus Michael: sed falsum est, quia si tunc fuisset datus, antea nunquam custodiuisset illos, & sic essent incustoditi, quod est inconueniens. Item præsupponit, quod postquam traditus fuit iste angelus ad custodiam Hebræis, quod non custodiuit eos Deus, qui ante custodiebat: sed falsum est: quia custodia Dei semper adest omnibus rebus, & si cut ipse vno tempore custodit, ita custodit alio. Si autem fiat aliqua mutatio in re custodita ad magis custodi, vel minus custodi, hoc est ex parte angelorum ministrantium, quorum cuiuslibet incumbit certum onus custodia: siue loquendo de illis, qui custodes sunt. Item dicit, quod datus fuit angelus ad custodiam Hebræis, licet hoc verum sit, quod Hebræi sicut ceteræ gentes habent Archangelum custodem suum, qui est Michael: tamen iste non fuit eis datus nunc, sed ex quo inceperunt Hebræi. Et litera ista non innuit datum fuisse nouiter angelum in custodem, quia hic dixit Deus, quod angelus suus præcederet eos: sed Moyse non consentit huic dicto, ut patet infra dicens: si non tu præcedis, non educas nos de loco isto, & Deus postea placatus consentit, quod ipse educeret eos: ergo non fecit aliquam mutationem: quia id quod dicebatur, non erat secundum beneplacitum, sed secundum voluntatem signi. *Ut ceteris Amorrhæis.* Quantum ad istam partem completum fuit, scilicet quod Deus mitteret angelum suum ad eijciendum omnes gentes istas de terra Chanaan, incutiendo eis timorem: sic ponitur Deut. 7. c. Et forte iste angelus pugnavit in terra Chanaan contra gentes illas: sicut pugnavit in mari rubro contra Aegyptios, ut patet supra 14. ca. ubi dicitur: Respexit dominus per columnam ignis, & nubis super castra Aegyptiorum, & interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas currus, & ferebantur in profundum: ille namque angelus, qui pugnavit in mari rubro, pugnavit hic, quia in mari rubro pugnavit angelus, qui mouebat columnam nubis, cum dicitur supra 14. ca. respiciens dominus per columnam ignis, & nubis: iste angelus semper præcessit dirigendo eos, & intrauit terram Chanaan cum eis, atque disperdidit hostes, quia eos specialiter recommendatos habebat. *Herbaum, Pherez, eum.* Ponuntur populi sex, quia licet septem populi sint, quorum suscepturi erant terram in possessionem: Israelita, ut probatum fuit Gen. 15. c. tamen hic nominantur solum sex, quia populus Gergesæorum subtrahitur, cuius causa expressa fuit supra 23. c. *Et intras in terram fluentem lacte, & melle.* Ista est laus terræ illius ad notificandum veritatem eius, quod fluat lacte, & melle. Nec est sensus, quod sic sit, sed est metaphora, quod pinguedo terre tanta est, & abundantia fructuum terræ, quod videtur mel, & lac nasci de terra ipsa. *Non enim ascendam tecum.* Scilicet eundo tecum ad terram Chanaan: respectu cuius existentes in deserto Sinai, quæ terra est solitudo Arabica dicebantur ascendere. Hoc autem quod Deus dicit hic, non dicitur secundum beneplacitum, & determinationem, sed secundum signum: quia postea fecit cum consentit ascendere cum eis, ut patet infra in litera, & est sensus. *Non ascendam tecum.* Id est ubique fueris, & quocumque perrexeris necesse est me tecum esse, quia ubique sum, qui nulli loco desum, tamen non ostendā signa potentiam meam, per quæ videar esse tecum. Sic namque dicitur Num.

14. c. Nolite ascendere, non est enim dominus vobiscum, id est licet vobiscum sit, & cum omnibus hostibus vestris: tamen non ostendet se pro vobis, sicut dicitur Psalmo 59. Et non egredietis Deus in virtutibus nostris, id est non apparebit Deus operando pro nobis aliqua magna. *Quia populus duræ cervicis es.* Id est populus inobediens. Sic vocavit eos supra Deus præcedenti c. & Moyse sepè Deut. 1. & 9. c. nam non steterunt se bene ad mandatum Dei repugnantes ei, licet recepissent. *Ne forte disperdam te in via.* Quasi dicat, es malus populus, & frequenter peccas contra me: si autem tecum irem in via, cum frequenter contra me pecces, aliquando in via irascere tibi atque delerem te: ut ergo non irascar nec deleam te, nolo ascendere tecum: & est modus loquendi vulgaris, si aliquis rogaret alium pro socio, vel seruo, qui offendisset, ut rursus reciperetur ad societatem, vel famulatum, responderet offensus. Non stet tecum, quia si aliquod tædium facit mihi, aliqua die occidam eum: & in hoc non est intelligendum, quod Deus si erit cum eis, puniret eos, cum delinquerent, & angelus non, quia etiam angelus puniret delicta eorum. sic dixerat eis Deus, ut patet supra c. 23. Ecce ego mittam angelum, qui præcedet te, & custodiet in via, & introducet ad locum, quem paravi. observa eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cum peccaveris: est enim nomen meum in illo: sed dicitur specialiter, quod Deus puniret, quia si Deus ascenderet cum eis, maior fieret offensa eo ascendente, quam non ascendente: ideo magis puniendus foret, quam si non ascenderet. Et videbatur in hoc Deus vellet bonum eorum vitando ipsorum periculum, quia si ascenderet cum eis forte perirent: si autem non ascenderet, non perirent: sed nec propter hoc Moyse desistit ad intento suo: nam semper petiuit, quod Deus præcederet eos, alioquin non educerentur de loco illo, & hoc connectitur sic, quasi dicat, si tu non esses populus duræ cervicis, sicut es, non delinqueres toties contra me: ideo sine periculo possem ascendere tecum, quia non me offenderes, quia tamen es populus duræ cervicis, iteras iniquitates tuas, ideo periculosum est, quod eam tecum.

An si Deus non præcederet Israelitas, puniret eos, quando peccarent.

Q V A E S T I O. V.

SED diceret aliquis, quomodo potest hoc stare: nam cum Deus sit ubique semper oportet, quod sit ubique que homines sunt: ergo semper iret cum Iudæis: si ergo peccarent, disperderet eos, quia stabat cum eis: de angelo autem hoc dici posset forte alicqualiter, quia non est ubique, sed in definito loco: ubi ergo est, punire potest: ubi autem non, punire non potest si igitur ascenderet cum Iudæis, posset eos punire, & si non ascenderet, non posset punire: Deus autem semper posset punire: non igitur, de Deo videretur hoc congruenter dici posse. Respondetur, quod hoc proprie convenit Deo: nam licet Deus semper, & ubique presens sit, tamen aliquis modus est specialis, per quem Deus in aliquo loco est, & non in alijs, de quibus est vnus modus per miraculorum operationem, quia in aliquo loco operatur miracula, in aliquo autem non, & sic cum Iudæis dicebat se non ascenditurum, super operationem miraculorum in favore eorum. Sed hoc non existente dices, quid magis est, quod ascenderet cum eis per miraculorum operationem, quam per aliam conseruationem generalem, siue miraculorum operationem: non enim videtur maior ratio quare sic, quam sic puniat. Respondetur, quod ratio est, quia maior offensa Deo fieret, si ipse miracula operaretur pro Iudæis,

&

Quod Deus puniebat Hebræos peccantes magis quam alias gentes

& ipsi offenderent eum: quam si peccarent in eum, & ipse non faceret pro eis miracula. Aggrauata ergo culpa maius motiuum ad puniendum esset, quam si non fuisset culpa grauata. Quod patet, ut si aliquis homo non benefecerit mihi villo tempore, & offenderim eum, peccatum est: si tamen valde mihi benefecerit, & eum offendi, valde magis reus sum, & rationabilius punior: Deus autem cum miracula pro nobis facit: magis benefactor est, quam si non faciat miracula. Et ista erat causa, quare Deus magis puniebat Iudæos peccantes, quam alias gentes: maxime quando peccabant idolatras: nam Deus rarè, aut modicum puniebat alias gentes pro idolatria: Iudæos autem magis pro idolatria puniebat, quam pro alijs peccatis, ut patet in omnibus libris totius veteris testamenti, maxime Deut. 13. & 17. c. quia Israelitæ erant populus specialis Dei, cui Deus specialia beneficia faciebat: alijs autem gentibus licet beneficeret quibusdam beneficijs vniuersalibus, quia facit solem suum oriri super iustos, & peccatores, & pluit super bonos, & malos, ut patet Matth. c. 5. licet ergo Deus in via cum illis esset, si tamen non faceret miracula pro eis non tantum offenderent eum licet peccarent, & sic non ita faciliter moueretur ad puniendum eos: si tamen faceret pro eis miracula, teneretur ei magis, & si peccarent contra eum, essent magis ingrati, & sic concitari deberet Deus facilius ad puniendum eos. *Audiens populus sermonem hunc pessimum.* Sermo pessimus erat, non ascendam tecum: licet Deus nollet, aut signaret se nolle ascendere cum eis, quod verius est, & hoc ut non occideret eos in via, quod videbatur esse ad securitatem, & bonum eorum, tamen ipsi ad magnum malum reputabant hoc, ideo dixerunt, hunc sermonem esse pessimum. *Luxit.* Faciens magnum platum in voce pro tanto malo, quod eis superueniebat, scilicet aliqua die Deus deleret eos in via, & ratio sui iustus erat: quia cum Deus diceret se non ascenditurum cum eis, putauerunt se omni solatio destitutos, & hostes suos præaliturus contra eos, atque delendos fore in via ab hostibus circumstantibus: credentes quod angelus non posset eos liberare ab omnibus his malis: in quo alicqualiter errabant. Nam licet angelus non posset facere miracula, quia sunt infinita potentia: posset tamen facere alia, quæ non sunt miracula sicut delere hostes Hebræorum: nam sic factum est, quod angeli terrerint hostes Hebræorum, atque conuerterint eos in fugam: sic dicitur hic: mittam angelum meum præcursorẽ tui, ut eijciat Chananeum, & Pherezæum, &c. non confidebant tamen ipsi soli angelo, quia hætenus multis miraculosis operationibus eguerant, & nisi Deus affuisset, ut operans miracula, non fuissent facta ea, quæ præcesserant in eis: sic ergo, & vltius putabant sibi affuturum, ut miraculis indigerent, quæ angelus facere non posset.

Quomodo Israelitæ potuerunt lugere deponentes vestes suas propter sermonem domini, cum illum non sciverint nisi postquam Moyse de monte descendit.

Q V A E S T I O. VI.

SED circa hoc quaritur, quomodo hoc stare potest, quia populus non potuit lugere, & deponere vestes suas propter sermonem istum domini nisi audiuisset eum: non poterat audire nisi Moyse dixisset, & Moyse non poterat eis dicere, donec de monte descendere, & non descendit vsque post quadraginta dies secundos, ergo non audierunt vsque tunc, nec luxerunt: dato autem hoc, non videretur posse stare rationabiliter, quod sternerit populus propter ista verba: nam ista dicta sunt ante

diem quadragiesimum quo Moyse stetit in monte, ut supra probatum est: & in fine dierum horum cum Deus placatus esset Moyse precibus, dixerat se ascenditurum cum eis, ut patet infra in litera: ergo non debebant vltatenus dolere de illa sententia Dei, quia iam renouata erat, & data alia opposita, scilicet quod Deus ascenderet cum eis. Respondetur, quod ista retulit Moyse postquam descendit de monte post secundos quadraginta dies, enarrans omnia, quæ ei Deus dixisset, & si forte enarrasset eis solum istud, scilicet quod angelus Dei præcederet eos, & non Deus, ne si forte Deus præcederet deleret in via illos: tristarent de hoc verbo Dei in totum cõiunctum, scilicet quia dicebat se non præcessurum, & quia si præcederet forte deleret eos in via: nunc autem narravit eis Moyse sermonem hunc, & quod postea Deus placatus fuerit, & processerit se iterum cum eis: quo audito non dolebant ipsi de primo sermone, si non ascendam tecum, quia populus duræ cervicis. Sed de secundo tristati sunt, si ne forte disperdam te in via, timuit totus populus, & luxit ne forte ex paruo; aut quocumque peccato Deus occasione inuenta de leret eos. *Nullusque ex more indutus est cultu suo.* Id est nullus de populo induit bonas vestes suas, sicut consueuerant induere, & hoc erat per annunciationem magni mali, quod Deus eis dixerat, vel pro contritione mali præteriti, ut Deus illos sic exaudiret, sicut fuit de Ninivitis qui humiliauerunt se in sacco & cinere, deponentes omnem ornatum suum, ut Deus miseretur eorum, sicut hñ Ionę 3. c. *Dixitque dñs ad Moysem.* Hic ponitur tertium, scilicet aggrauatio increpationis populi. *Dixitque dñs ad Moysem.* Dum staret in montem cum eo, & sic fit hic anticipatio, quia illud, quod dicitur de luctu populi, & spoliatione vestium bonarum fuit postquam descendit de monte Moyse, & nunciavit eis verba Dei, sed hoc, quod nunc dicitur fuit antequam descenderet de monte: fit tamen ista mutatio ordinis, ut intelligibilis ponantur res geste, & dicta: nam quia propter illud verbum Dei luxit populus, & non fuit vltus vestibus suis bonis, licet postea factum positum fuit apud istud verbum Dei, ut videatur ex quo ortus fuerit iste platus Israelitarum. *Populus duræ cervicis es.* Ista est increpationis populi, quam mandauit Deus Moyse, ut diceret populo ex parte eius, ut sic se alicqualiter corrigeret. *Duræ cervicis.* Id est inobediens, & indomitus, sed iterans vias suas, & sæpè me ad iracundiam prouocas. *Semel ascendam in medio tui.* Debet ista litera legi conditionaliter, scilicet populus duræ cervicis es: ideo aliqua die ascendam super te, & dolebo te si me vltius concitas: Vel quia populus duræ cervicis es, aliqua die concitabis me, & ego ascendam super te, atque delebo te. *Semel ascendam in medio tui.* Id est aliqua die manifestabo supra te, vel intra te magnitudinem potentiam meam, quod est ascendere super te, & tunc delebo te: ascendere Deus in medio Israel, quando inter eos manifestaret virtutem suam operatiuam in puniendo, vel faciendo miracula, aut aliquid alteri, & dicit. *Semel ascendam.* Id est tantum me ad iram concitas, quod si solum vna vice ascendo in medio tui manifestando potentiam meam in puniendo te, non relinquam aliquam partem tui. *In medio tui.* Id est inter vos. *Tam nunc depono ornatum tuum.* Hic mandat eis Deus id, quod eis erat salubre: nam licet peccassent grauius contra Deum, & deberet eos delere, voluit tamen suscipere ad penitentiam, & mandauit, quod se humiliarent coram eo, ut sic mererentur veniam, quod patet ex eo, quod sequitur, scilicet. *Et sciam quid faciam tibi.* Id est quando videro qualiter te humilias coram me sciam vitum mereis veniam an non, vel quanta pars poenæ remitti debeat. *Ita nunc depono ornatum tuum.* Deposito ornatu conuenit poenitentibus se humiliantibus ad impetrationem veniæ.

Quid

Quid esset ornatus ab Hebraeis depositus, Deo mandante.

Q V A E S T I O . VII.

DE isto ornatu quid esset, dubitabatur a quibusdam. Quidam enim dixerunt, qd iste ornatus, quem deposuerunt Israelitae fuit, tabernaculum paruum, quod tetendit Moyfes extra castra, in quo conueniebant principes ad tractandum cum Moyse de negocijs populi, & offerbantur ibi donaria ad fabricationem tabernaculi, & hoc erat antea intra castra, & postea posuit Moyfes extra castra. Sed hoc non potest stare, quia in litera ponuntur ista pro diuersis, s. extensio tabernaculi illius extra castra, & depositio ornatus Israelitarum, cum dicitur deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum a monte Horeb, Moyfes quoq; tollens tabernaculum tetendit illud extra castra. Item quia dicitur: Deposuerunt omnes filij Israel ornatum suum, in quo innuitur, quod quod deponeretur hic pertinebat singulariter ad quemlibet, ita qd quilibet deponeret ornatum suum. Sed deponere tabernaculum figendo extra castra non pertinebat ad omnes, cum non esset ornatus alicuius corone: ergo non intelligitur de hoc. Rabbi Salomon aliter exponit, s. qd Israelitae in die legislationis acceperunt coronas ad ornatum sicut sponsa suscipit a sponso: nam per susceptionem legis fuit populus desponsatus Deo, sicut dicitur supra 19. c. eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est terra, & vos eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta: nunc autem Hebraei adorando vitulum fregerant pactum desponsationis: quia adorare Deum alienum fornicari erat. Quemadmodum si aliqua femina acciperet aliquem virum in sponsum, & postea carnaliter misceretur alteri, fornicaretur, & infringere pactum factum sponso, & perdere deberet ornatum receptum in honorem desponsationis, & et vitam: ita cum Deus velit se adorari, & vt Deum totaliter coli, & hoc cum Iudaeis pepigit, vt eum colerent: cum ipsi diuerterunt ad colendum vitulum, fornicati sunt cum Deo alieno: sic. n. scriptura sacra vocat sapissimam idolatriam fornicationem, & maxime in Prophetis: ergo isti debuerunt dimittere ornatum, quem susceperant, cum legem receperunt. Alio modo adhuc dicit Rabbi Salomon esse intelligendum, s. qd quando Iudaei receperunt legem obligantes se ad colendum Deum illo speciali modo, Deus reputauit eis ad magnum meritum, & eos in gradu magna excellentiae tenuit, cum vero transgressi sunt pactum, non debebant teneri in illa reputatione, ideo Deus dixit eis impropere: iam nunc deponere ornatum tuum, id est iam non leteris de meritorum gradu, quem habuisti in susceptione legis, sicut ante latrabaris: quia totum perdidisti per idolatriam. Ista expositio, licet aliquantulum possit stare: tamen non sunt valde conuenientes: prima erat de coronis aureis, s. qd imposuerunt sibi singuli coronas in susceptione legis. Non. n. est hoc facile, qd quilibet haberet coronam auri ad ponendum in capite, cum tanta copia auri ad hoc exigeretur. Item quia corona non pertinet ad quemlibet, sed ad regem, isti autem non erant reges, ideo non conueniebant eis coronae: licet Rabbi Salomon videtur assumpsisse ex eo, quod dicitur supra 19. cap. Eritis mihi in peculium de cunctis gentibus: mea est enim omnis terra, & vos eritis regnum sacerdotale: ibi enim vocauit eos regnum. Sed hoc nihil agit, quia non vocauit eos reges, sed regnum sacerdotale, & tunc non importatur aliqua dignitas ex parte huius nominis regnum, quia omnes, qui sunt subiecti alicui regi, sunt regnum eius, & sic omnes gentes erant regnum Dei: sed dignitas

Opt. Rabbi Salom.

F Iudaeorum signabatur in hoc, quia dicebatur regnum sacerdotale, id est ceterae gentes sunt mihi regnum, quasi officialium, & banauorum, & agrorum, aliorumque ciuium, vos autem eritis mihi regnum sacerdotale, id est eritis omnes sacerdotes, quasi dicat, sicut sacerdotes sunt tractantes ministeria Dei, & coniunctissimi ei, atq; mediatores inter Deum & populum, ita & Iudaei omnes erant accepti atque electi a Deo inter ceteras gentes, & ipsi videbantur esse respectu aliarum gentium, sicut sacerdotes ad populum, & sic erat regnum sacerdotale, id est omnes quasi sacerdotes. Alia expositio de merito apud Deum non multum coaptatur literae, quia Deus dixit eis, vt deponerent ornatum suum: sed si acciperetur pro meritis, non diceretur, qd deponerent ipsi: quia non erat in eorum potestate deponere, vel non deponere: imo ipsi inuitis tollebat, quia Deus non reputabat eis iam bonum, qd fecerant, cum illud iam per vitium maculassent. Item quia dicitur infra, deposuerunt filij Israel ornatum suum a monte Horeb, & sic videtur, qd postquam Deus eis mandauit deponere ornatum, ipsi deposuerunt: sed non fuisset hoc de merito illo possibile, cum ipsi non possent deponere, ergo non est sic intelligendum. Dicendum ergo est, qd istud ornamentum erat preciositas vestium, quia ipsi tulerant de Aegypto vestes bonas, sicut dixerat eis Deus supra 3. c. & induebantur eis in gaudium suscepra legis. Cum autem Deus nunciavit eis haec, s. qd semel ascenderet inter eos, & deleteret eos, & mandauit deponi ornatum: deposuerunt omnes vestes preciosas, & induebantur abiectionibus indumentis, & hoc est, quod dicitur supra, s. luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo, id est ornatu suo. Dicitur cultus a colendo, id est ornando: nam licet ponatur hic bis, tamen idem est, sicut multa in sacra scriptura repetuntur: sic patet in isto ca. quia in principio eius mandauit Deus Moyfi, vt duceret istum populum in terram, quam ei Deus mandauerat, & in fine precedentis c. idem inceptum est ad dicendum, s. tu autem vade, & duc populum istum quod locutus sum. Nicolaus dicit, qd prius deposuerat ornamenta, quae erant vestes, nunc autem deposuit ornamenta, quae erant coronae. Sed hoc procedit ex inadvertentia eius: ipse enim non respicit in quo tempore ista dicta sunt, s. vtrum antequam ascenderet Moyfes secunda vice in montem, vel postquam descendit: imo, quod magis est, videtur aliquantulum obuiare veritati literae, quia a principio, quo omnia ista dicta sunt, quae continentur in hoc cap. vsque ad finem sequentis, stetit Moyfes in monte, & omnia ista retulit simul plebi, cum venit de monte: ideo non deponerent primo ornamentum vestium, & postea ornamentum coronarum, sed totum simul: cum eis simul dicerentur haec omnia. Nam principium suum deueniendi est accipiendum, qd ista fuerint dicta diuersis temporibus, & quodlibet fuerit executioni traditum immediate, vt dictum est: sed simul dicta sunt, vt supra declarauimus, ergo simul deposuerunt omnia ornamenta quaeunque illa fuerint, siue vestes, siue coronas. Item dato qd ista in diuersis temporibus dicerentur, s. qd primo dixisset deponi debere cultum, & qd populus deposuerit, & postea dictum fuerit, qd deponeretur iterum ornatus, qui esset coronarum aurearum, non potest stare: nam cum mandatur tolli ornatus generaliter totus ornatus intelligitur. Etiam quia nullo modo stat rationabiliter dictum, qd primo deposuisset populus vestes preciosas induendo vestes viles, & fecissent plantatum magnum adhuc manentibus coronis aureis in capibus eorum, cum coronae magni gaudij, & honoris signatiuae sint. Dicendum ergo, vt supra dicebamus, quod istud praecipuum, & superior increpatio, aut populi lamentatio,

Lyrani expositio respicitur.

tio, & ornamentorum depositio idem sunt, & non deposuerunt bis diuersa ornamenta, sed semel deposuerunt quicquid deposuerunt, licet litera replicet, quia sic est vsitatum in sacra scriptura. Vt sciam quid faciam tibi. Deus bene sciebat, quid facturus erat populo suo Israel, etiam si populus non deponeret ornatum suum: quia Deus ab aeterno omnia nouit, nec quidquam fit, nisi quod ipse praecognouerit, & voluerit: dicitur tamen scire, quid faciat dum videt deponi ornatum, quia hic erat imponenda pena pro peccato, & ista mitigatur per contritionem, & dolorem, aut alperitatem voluntarie assumptam. Dicebat ergo Deus, qd deponeret Israel ornatum suum, & sic sciret quid faceret ei, id est postquam per eius humilitationem in abijciendo ornatum pateret quantitas contritionis, manifestum esset quantum erat rationabile, qd ei tolleretur de pena: si autem non deponeret adhuc quantum est de se, non poterat sciri quantum dimitti deberet de pena, licet Deus sciret quantum dimittere deberet: quia sciebat quantum conterendus esset Israeliticus populus antequam contereretur. Vt sciam quid faciam tibi. Modus loquendi humanus, scilicet vt videndo dolorem, & abiectionem tuam, quae sunt partes compensationis, & satisfactionis pena: sciam quid tibi debeam de pena infligere. Deposuerunt ergo filij Israel. Hic est mutatio ordinis per anticipationem, sicut ante dicebatur, quia istud mandatum Dei datum fuit in monte Moyfi, & hoc quod dicitur, qd deposuerunt ornatum filij Israel, fuit factum postquam descendit de monte Moyfes, & fuit locutus populo: sed antequam Moyfes descenderet in hac secunda vice, de qua agitur in hoc cap. dicta fuerunt omnia ad eum, quae continentur in hoc cap. ergo si teneretur ordo naturalis, prius poni deberent omnia verba Dei ad Moysem, quae continentur in hoc cap. & in sequenti, quam istud. Est igitur anticipatio. Ratio autem anticipationis est, vt conformentur partes historiae partibus verborum, sicut supra postquam dictum fuerat: Non ascendam tecum, quia populus durus ceruicis es, ne forte disperdam te in via: positus fuit planctus Israelitarum, licet non esset immediatus secundum ordinem naturalem: quia erant tamen causa illius planctus, verba haec dicta sunt. Ita hic, quia Deus mandauit deponi ornatum omnibus Israelitis, & propter hoc mandatum deposuerunt Israelitae ornatum suum, ideo applicantur in narratione, licet in ordine rei non fuit sic, quia post istum mandatum Dei de deponendo ornatum dicta fuerunt aliam mandata vsque ad finem: & post haec descendit Moyfes, & retulit, & tunc populus deposuit ornatum. Ornatum suum. Scilicet vestes preciosas, quas habebant tempore dationis legis, quas de Aegypto adduxerant, & omnia alia corporis ornamenta, & induti sunt vestibus abiectionis ad amarum animum pertinentibus. A monte Horeb. Id est ab illo loco deposuerunt eum, quia antea habebant illum quasi in gaudio existentes.

Vsq; ad quod tempus depositio vestium Hebraeorum durauit.

Q V A E S T I O . VIII.

Vsq; ad quod tempus durauerit ista depositio ornatus, scilicet an toto tempore, quo in deserto manserunt, vel aliqua parte temporis, non constat: hoc tamen constat, qd antequam veniret ad montem Horeb habebant ornatum, ex eo autem loco non habuerunt ornatum. Et si forte dicat quispiam, qd ista depositio ornatus durauit vsque quo Hebraei scierunt peccatum vituli fuisse dimissum, quia illud fuit tem-

pus maroris, reliquum autem fuit tempus exultationis. Respondetur, qd non potest stare, quia Hebraei scierunt peccatum hoc eis esse remissum, quando Moyfes descendit secunda vice de monte, vt colligitur hic, & sequenti c. & magis Deuter. 9. cap. sed tunc non resumpserunt vestes, quia illas nondum reliquerant, sed potius e contrario: quia dum peccatum non erat dimissum, scilicet in quadraginta diebus, quibus Moyfes stetit secunda vice in monte orando pro eis, vtbebantur vestibus suis, quas ante habuerant, quia dominus nondum mandauerat eis deponere ornatum: fuit autem mandatum datum in secundis quadraginta diebus, quibus Moyfes stetit in monte, quia post peccatum Hebraeorum fuit datum hoc mandatum: sed primi quadraginta dies, quibus moratus fuit Moyfes, cum Deo in monte, fuerunt ante peccatum vituli, sed Moyfes non locutus fuit Israelitis aliquid cum ascendit in montem secunda vice, quousque descendit post quadraginta dies: sed tunc fuit remissum peccatum: ergo post peccati remissionem deposuerunt Israelitae vestes: non ergo potest sciri euidenter quando vestes ornatus sui resumpserunt Israelitae. Moyfes quoque tollens tabernaculum. Id est non solum populus deposuit ornatum suum, sed etiam Moyfes accepit quoddam tabernaculum paruum, quod vocabatur tabernaculum faderis, & ante hoc erat in castris, & posuit extra castra. Sicut supra dicebatur, necessarium est, vt ista litera ponatur permutato ordine: cum ponatur in medio narrationis verborum Dei, quae fuerunt in monte, & non potuit esse dum in monte Moyfes morabatur, vt in principio huius cap. satis probatum est. Et tunc necesse est poni per anticipationem, aut per recapitulationem: si enim dicamus, qd ista extensio tabernaculi faderis fuit antequam ascenderet Moyfes secunda vice in montem, ponetur per recapitulationem: si autem post descensum de monte in secunda vice fuit, erit anticipatio, cum infra adhuc narrentur verba, quae Deus dixit Moyfi in monte. Ad quod supra quidam respondebant, qd sit litera posita per recapitulationem, ita qd ista extensio tabernaculi fuerit ante ascensum in montem secunda vice. Sed non concordat litera huic: magis enim dicendum est, qd ista extensio fuerit postquam Moyfes descendit de monte in secunda vice. Et patet hoc: nam litera dicit: Moyfes quoque, id est etiam Moyfes, & est coniunctio superioris actus cum isto, scilicet qd populus deposuit ornatum suum, & Moyfes etiam mandatum tabernaculum suum extra castra: ergo in eodem tempore ista facta sunt: sed depositio ornatus populi fuit postquam descendit Moyfes secunda vice de monte, & nunciavit hoc dictum esse a Deo: ergo extensio tabernaculi extra castra fuit tempore secundae descensionis de monte. Item patet hoc esse rationabiliter dictum, quia populus ante hoc non deposuerat vestimenta: Moyfes autem etiam tabernaculum extra castra extendebat, vt totaliter esset ablatas ornatus, & honor a filiis Israel: ergo tempore secundae descensionis de monte fuit facta ista extensio. Ad fundamenta vero illorum, qui astruebant hanc literam intelligendam fore per recapitulationem: dicendum est, quid veritatis contineant cum volunt, qd ante secundam ascensionem Moyfi in montem fuerit ista fixio tabernaculi extra castra. Ad primum quando dicitur, quod licet litera ista possit intelligi per recapitulationem, aut anticipationem, cum interponatur cuidam narrationi verborum Dei, tamen magis consonat, quod sit recapitulatio quam anticipatio: quia potissima pars verborum Dei infra continetur. Respondetur, quod non sequitur: nam licet omnia ista historice dicta, quae in hoc cap. ponuntur, debuissent poni post totam nar-

Ad primū argm. q. 2.

ratio.

rationem verborum Dei in sequenti ca. aut in principio 35. tamen vitur scriptura mutatione ordinis naturalis, vt clarius cognoscatur historia, scilicet quia verba dicta à Deo in monte fuerunt causa omnium istorum gestorum, quæ continentur in hoc capitulo. ideo cum vna particula verborum dicta est, apponitur, & particula historica, quæ ortum habuit propter illam verborum particulam, & rursus redit ad narrationem verborum Dei, & subiungit aliam particulam rei gestæ, quæ acciderit propter illam particulam verborum: vt potè supra narrabat Moyses verba dicta à Deo in monte, non enim ascendam tecum, quia populus dure ceruicis es: ne fortè disperdam te in via, & quia post descensum Moysi, ex narratione istorum verborum secutus fuit plactus populi, apposuit Moyses plactum populi ad ista verba subiungens: Audiens populus sermonem hunc pessimum luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Non tamen erat iste ordo naturalis, quia prius Deus in monte dedit Moysi mandata, quæ continentur in hoc ca. & dixit omnia alia verba, & deinde Moyses descendit de monte atq; narravit populo, & tunc facta sunt ea, quæ in litera ponuntur. Ad hoc tamen, qd esset rectus ordo sine anticipatione, & recapitulatione, debuissent prius narrari omnia verba, deinde apponi omnia gesta, quia talis fuit ordo in re. Sic etiam quando Moyses dixisset supra ex verbis Dei: Iam nunc depono ornatum tuum, & sciam quid faciam tibi. subiunxit quomodo populus deposuit ornatum nullo alio interposito: cum tamen multa dicta Dei, & Moysi intercederent, vt probatum est. Est quia ad depositionem ornatus populi fuit, consequens fixio tabernaculi fæderis extra castra: dicta depositione ornatus Israelitici populi subditur. *Moyses quoque tollens tabernaculum.* Id est non solum populus deposuit ornamenta sua: sed etiam Moyses tulit tabernaculum fæderis paruum, quod erat in castris, & posuit extra, quia istud tabernaculum faciebat ad magnum honorem, & ornamentum populi. Item quando dicitur secundò, qd Moyses non tenuerat semper istud tabernaculum extra castra, sed nunc tenebat propter peccatum, ne videretur dare fauorem in scelere: sed istud scelus fuit factum antequam Moyses ascenderet secundò in montem, & ipse tunc incepit punire occidendo viginti tria milia hominum: ergo tunc fixit tabernaculum extra castra: cum autem Moyses secundò descendit de monte ferens secundas tabulas, erat remissa iniquitas Hebræorum: ergo non habebat tunc occasionem figendi tabernaculum extra castra. Respondetur, qd Moyses non tenuerat semper tabernaculum extra castra, & qd nunc tenebat propter peccatum: non quidem solum, quia peccauerant, sed quia post peccatum Deus mandauit auferri ornatum populi, & Moyses commotus hoc mandato Dei posuit tabernaculum extra castra, vt sic magis humiliati esse viderentur. Et cum dicitur, qd antequam Moyses ascenderet secunda vice in montem debuit poni tabernaculum extra castra: quia tunc non erat peccatum remissum, & post descensum de monte erat remissum: ideo non debuit poni tabernaculum extra castra. Dicendum qd non fuit tabernaculum extra castra principaliter propter peccatum fixum, sed quia Deus mandauit, qd populus deponeret ornatum. Moyses autem totaliter ornatum populi deponere volens etiam ipsum tabernaculum extra castra posuit, quia in eo pars quedam honoris populi consistebat, & quia istud mandatum de deponendo ornatu populi fuit datum in secunda descensione de monte, ideo tunc quoq; Moyses tabernaculum extra castra figere debuit, & fixit. Nam sicut populus propter peccatum deposuit ornatum suum, & tamen non immediatè vt peccauit, de-

posuit, sed vt quequo datum fuit mandatum, scilicet in secunda descensione: ergo sic Moyses tollens tabernaculum de castris ob causam peccati, non tulit vt quequo mandatum de auferendo deponendoque ornatu populi susceptum est. Ad aliud quando dicitur, qd postquam Moyses descendit de monte protulit populo verba de fabricatione tabernaculi, & inceperunt offerre ad opus illud artifices fabrica. sed ista non fiebant extra castra, ergo oportet, qd Moyses esset in castris: cum dicatur qd Moyses manebat in tabernaculo illo. Patet consequentia, quia oportet, vt Moyses præesset artificibus in opere illo ne errarent. Si ipse ergo manebat extra castra, & artifices extra castra manere necesse erat. Respondetur, quòd opus tabernaculi huius, & oblatio facta sunt extra castra in tabernaculo paruo, & illuc confluabant omnes de populo ad offerendum, & Principes ad faciendum concilium cum Moyses: nec enim prohibitum erat accedere populares ad tabernaculum istud extra castra: quia infra dicitur, quòd omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem egrediebatur extra castra ad tabernaculum fæderis, & ibi determinabatur à Moysè. Dicendum ergo circa hoc, qd cum prima vice descendisset de monte Moyses, & in idolatras dignam scelere suo exercuisset vltionem, dixit eis sequenti die, qd volebat ascendere ad dominum ad orandum pro scelere eorum: tunc verò vtum ascenderit immediatè, an non plenè non constat: satis tamen rationabile est, qd eadem die ascenderit: quidquid tamen horum fuerit semper dicendum est non fuisse tabernaculum fæderis paruum locatum extra castra ante ascensionem secundam: sicut nec populus deposuit ornatum suum ante secundam descensionem: Moyses autem secunda vice ascendens in montem stetit cum Deo quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & Deus dixit ei ista, quæ continentur hic, scilicet de ornatus depositio ne quantum ad populum: cum verò transactis quadraginta diebus Moyses descendisset de monte, tulit populo hæc, quæ de ipso Deus dixerat, scilicet qd deponeret ornatum suum, & populus audiens hunc sermonem pessimum luxit, deposuitque ornatum. Moyses etiam abstulit de castris tabernaculum paruum fæderis, in quo erat magnus honor populi, & locauit extra castra. Et hoc signat textus: nam cum dictum fuerit, qd totus populus deposuit ornatum suum, sequitur: Moyses quoque tollens tabernaculum fæderis tetendit illud extra castra procul, id est non solum fecerunt hoc Israelitæ deponentes ornatum suum, sed etiam Moyses tulit tabernaculum, & posuit extra castra. Ex quo patet, qd antea reuocatum fuit tabernaculum paruum in castra, quàm resumeret populus ornatum, quem deposuerat. Nam tabernaculum illud paruum erat antecedens ad tabernaculum magnum fæderis, quod postea factum est. Quo facto non fuit tabernaculum aliud paruum tabernaculum fæderis, sed tabernaculum magnum consummatum fuit in primo anno exitus de Aegypto, vt patet infra 40. ca. vbi dicitur, quòd prima die mensis primi anni secundi, fuit erectum tabernaculum, sed non poterat erigi, nisi fuisset factum: ergo necesse erat, quòd in anno primo fuisset consummatum. Hoc autem tabernaculum erat in medio castrorum inter quatuor vexilla, quatuor partium gentis Hebræorum, vt patet Nume. 2. capitulo. Ergo cum hoc positum fuit in castris in anno secundo in principio redibat tabernaculum paruum, cui hoc magnum succedebat. Hæc autem omnia facta sunt in monte Horeb, siue Sinai, quia non recesserunt Israelitæ de monte illo vsque ad mensẽ secundum anni secundi die vigesimo eiusdem mensis, vt patet Num. 10. c. resumptio autem ornatus non fuit facta in mon-

Ad tertium argu.

Ordo naturalis eorū q in ca. hoc contineatur.

Prius fuit reuocatum tabernaculum paruum in castra quā populus resumeret ornatum quem deposuerat.

Id Moyses tulit tabernaculum paruum de castris, vt eū illo moueret nubes, & castra honore priuarentur.

monte Horeb: nam, vt dictum fuit supra, non constat vbi fuit facta resumptio ornatus, vel vtum in toto deserto facta fuerit. Hoc tamen constat, quòd non fuit facta in monte Horeb: quia in litera dicitur: Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum à monte Horeb. ex quo inferitur, quòd ab illo loco deposuerunt ornatum, & processerunt ad aliquas alias mansiones, non resumpto ornatu illo. Si autem in illo loco fuisset resumptus ornatus, non conuenienter diceretur, qd deposuerunt ornatum suum à monte Horeb, sed qd deposuerunt ornatum suum in monte Horeb. *Moyses quoque tollens tabernaculum.* Scilicet qd sicut Israelitæ deposuerunt ornatum suum mandato Dei, ita & Moyses tulit tabernaculum de castris, & locauit illud foris.

Quod fuerit tabernaculum extra castra locatum.

QVAESTIO. IX.

ISTVD erat quoddam tabernaculum paruum, in quo morabatur Moyses, & ad quem conueniebant principes atque seniores populi ad faciendum concilium cum eo, & tollebat Moyses istud tabernaculum de castris, vt viderentur castra totaliter priuata honore suo. Non potest accipi tabernaculum, sicut accipitur in alijs locis scripturæ: scilicet pro tabernaculo, in quo erat Sanctum Sanctorum, & arca cum Cherubim, & altare thymiamatum cum mensa propositionis, atque candelabrum aureum, quia istud tabernaculum postea mandato Dei factum est, de cuius modo fabricationis supra dictum est, & infra dicitur 35. ca. vsque ad finem huius libri. Nec accipitur etiam tabernaculum pro aliquo tentorio, in quo moraretur Moyses cum filiis suis, & vxore sicut ceteri de populo habebant, quia tunc quando Moyses tulisset istud tabernaculum extra castra, iuisset illuc vxor sua, & filij. Sed falsum est, quia solus Moyses, & Iosue manebat in eo: ideo quando Moyses veniebat in castra, minister eius Iosue, non recedebat de tabernaculo illo manens ad custodiam eius, vt patet infra. Si autem vxor eius, & filij essent non oporteret manere Iosue ad custodiam tabernaculi, nec tantam fieri celebritatem illi tabernaculo. Sed dicendum est, qd istud erat quoddam tabernaculum, quod Moyses fecerat, siue in quo ipse solus manere solitus erat, & fortè Deus ei ibi apparere consueuerat, aut illuc seniores, & principes atque indices populi cum eo ad concilium conueniebant, & ablato isto tabernaculo à castris magna fiebat dehonoriatio castrorum, quia super hoc per noctem pendere columnam ignis, & per diem columnam nubis videbatur, quia sicut factu tabernaculo magno, & erant castra fixa, incubabat per diem super eū columna nubis, & per noctem columna ignis, vt patet infra 40. cap. ita videtur, qd super hoc tabernaculum incubabat. Quod patet, dicitur infra, qd ingresso Moysè tabernaculum fæderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostiū, loquebaturq; cum Moysè, & sicut ista columna erat super tabernaculum istud, quando erat extra castra, videtur dicendum, quòd fuerit, cum stabat in castris, & ista erat causa motiua, quare Moyses ad tollendum ornatum populi, tolleret istud tabernaculum: erat namque magna gloria gentis Israelitice, quòd nubes gloriæ Dei ambularet inter eos: sicut dicitur Numer. 14. capit. vt audiant habitatores terræ huius, qui audierunt, quòd tu domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat eos, & in co-

lumna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem, &c. Quando verò mutatum fuit tabernaculum illud per Moysen de castris, secuta fuit nubes ipsum tabernaculum, & erat pendens super ipsum tabernaculum: cum verò vellet Deus loqui Moysi per nubem, inclinabatur nubes ad ostium tabernaculi, vt patet infra. Mansit autem ista nubes super hoc tabernaculum dum fabricabatur aliud magnum tabernaculum: in die autem, qua erectum fuit illud, cessauit officium huius primi, & cepit columna nubis incubare illi, sicut huic incubare solita erat. De hoc Numer. 9. capitu. dicitur: Igitur die, qua erectum est tabernaculum operuit illud nubes: à vespere autem super tentorium erat quasi species ignis vsque mane. **T**etendit extra castra procul. Id est fixit illud foris. dicitur tetendit tabernaculum, quia est de pellibus, & extenditur funiculis super columnas ligneas: fuit autem positum procul extra castra, ne honor illius nubis tegentis illud aliquo modo videretur pertinere ad castra, & sic essent castra magis honore priuata. *Vocauitque nomen eius tabernaculum fæderis.* Licet istud tabernaculum ante fuisset, tamen non fuerat vocatum tabernaculum fæderis, sed nunc nouiter vocatum fuit sic, quia dicitur: Vocauitque nomen eius, id est nunc vocauit: quia ista dictio, que, copulat ea, inter que ponitur: cum ergo ponatur hic inter duos actus, necessariò copulabit illos, quorum alter est, scilicet: Tetendit Moyses tabernaculum: alter verò: Vocauit nomen eius tabernaculum fæderis: ergo necessarium est, quòd ista referantur ad idem tempus, scilicet quòd quando fuit tabernaculum extra castra extantum, vocatum fuerit nomen eius tabernaculum fæderis. Istud tabernaculum ante hoc fuerat: sed nunquam fuit vocatum tabernaculum fæderis, nisi nunc. Aliquis tamen dicit, quòd istud tabernaculum nunquam ante fuerat, sed nunc nouiter factum est, & istud nomen ei impositum fuit. Sed falsum est: quia litera vult hoc tabernaculum ante fuisse factum, cum ante dictum fuerit, quòd Moyses tulit tabernaculum, & constituit, aut tetendit illud procul extra castra. Si enim ante factum non fuisset, non diceretur tolli de castris, & tetendi extra castra: sed quòd faceret Moyses tabernaculum extra castra, aut constitueret: sed dicitur, quòd tulit de castris. *Et vocauit nomen eius tabernaculum fæderis.* Id est fecit, quòd appellaretur à toto populo tabernaculum fæderis, id est tabernaculum, in quo erat fæderus Dei. Dicit Rabbi Salomon, quòd istud tabernaculum distabat à castris cubitis duodecim. Sed hoc non videtur verum, quia dicitur in litera, quòd Moyses tetendit tabernaculum extra castra procul: duodecim autem cubiti, non faciunt procul, quia domus factis vicinæ distant plusquam duodecim cubitis. Item quia si solum distaret duodecim cubitis, non diceretur esse extra castra, sed in fine castrorum, quia tam modica distantia non sufficit ad hoc, quòd diceretur extra castra. Item Moyses volebat illos Israelitas priuare pro tunc honore nubis pendens super tabernaculum illud paruum in pœnam, sicut mandauit eis Deus deponere ornatum: sed si solum duodecim cubitis distaret à castris, non priuarentur honore nubis, quia sic existens posset dici esse intra castra, aut saltem in castris: & si non intra, ergo maior distantia valde erat. *Tabernaculum fæderis.* Nicolaus dicit hoc vocari tabernaculum fæderis, quia ibi fiebant fædera, id est rati reijctione: sicut infra dicitur, quòd omnis, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fæderis extra castra, scilicet quia ibi determinabatur. Aliqui dicunt, quòd etiam in isto tabernaculo conseruabatur gomor manna in vna aurea: quia Deus im-

Quorundam expositio consistit.

Expò Rabbi Salom. refellitur.

Expò Lyri rati reijctio.

Alia expò seruabatur man.

Ad fm.

Causa pp qua tabernaculum fuit extra castra fixum.

mandauerat supra colligi vnum gomor man, & poni coram domino, vt patet supra vigesimo sexto cap. Sed de hoc nihil constat: satis enim notum est, quod vna ista cum manna in arca fuerit, vt ait Apostolus ad Hebr. 9. cap. quando tamen manna illud collectum fuerit, & reconditum coram domino non constat. & licet dicatur supra 16. capitu. quod colligeret Moyſes manna, & poneret coram domino, non tamen sequitur, quod immediate factum fuerit: sed factum fuit post tempore opportuno. Et quod verius atque conuenientius est, non fuerunt dicta ista verba illo tempore, quo primo manna de celo pluit: de quo tempore principaliter agit contentia illius 16. capitu. Et non obstat, quod ibi dicitur de custodia mannae ad mensuram gomor, quia hoc factum fuit: non quod omnia illa eodem tempore facta, aut dicta sunt: sed quia ad eandem materiam pertinent: ideo Moyſes postea magno tempore ista scribens vsu ordine artificiali in narrando, collegit ea simul, quae ad vnam materiam pertinebant, ne per totum librorum processum seruatō narrationis ordine naturali diuagantia difficultia cogniti forent: ista tamen magno tempore postea dicta sunt, scilicet quando factum erat tabernaculum: ergo non potuit esse vna manna in tabernaculo illo paruo, quia nondum in vna locatum fuerat. Patet antecedens, quia supra 16. capitu. dicitur: Sume ibi vas quantum potest capere gomor, & mitte ibi manna atq; reponere coram domino. Ecce quando mandabatur colligi istud manna, mandabatur poni coram domino: ergo oportebat tunc aliquem locum esse, in quo res posita diceretur esse coram domino: sed hoc solum erat intra Sancta Sanctorum, aut intra tabernaculum primum circa velum Sancti Sanctorum: aut ad tabernaculi ostium circa altare holocaustorum: ergo oportebat loca existere haec, aut aliquem: licet vno existente omnia pariter existebant, cum essent partes eiusdem sanctuarij. Et sic necessario dicendum est fuisse mandatum hoc datum post fabricationem tabernaculi magni, in quo istae partes assignabantur. Antecedens patet, scilicet quod istae solae partes vocarentur coram domino, quia discurrendo processum huius libri, & sequentium trium librorum Moyſi, reperietur saepe de istis locis, quod ista dicantur esse coram domino: de alijs autem non reperietur. Item quia dicitur supra decimo sexto capitu. quod Aaron posuit istud manna collectum coram domino, sed Aaron non habebat officium ponendi aliquid coram domino, donec fuit sacerdos: ergo fuit collectum istud manna postquam Aaron fuit sacerdos: sed Aaron non fuit sacerdos, vsquequo factum fuit secundum tabernaculum, scilicet magnum tabernaculum, quia in sanctuario consecratus fuit Aaron, & filij eius in sacerdotes, vt patet supra vigesimo nono capitulo, & Leuitic. octauo: ergo fuit collectum istud postquam factum fuit secundum tabernaculum, & sic non fuit vna illa custodia ynquam in tabernaculo paruo. Item patet, quia dicitur supra decimo sexto capitulo: quod posuit illud Aaron in tabernaculo referuandum: sed tabernaculum, in quo ministravit Aaron, erat tabernaculum magnum, ergo non fuit collectum quousque fuit illud tabernaculum, & sic consequenter nunquam fuit in tabernaculo paruo: quia ibi nihil posuit Aaron, cum cessauerit ante sacerdotium Aaron officium tabernaculi illius: concluditur ergo, quod non fuit in tabernaculo illo paruo vna, in qua seruabatur manna. Dicendum ergo est, quod istud tabernaculum vocabatur tabernaculum foederis, quia ibi seruabatur foedus factum a Deo cum Israel: pepigit enim Deus foedus

cum Israel, vt custodiret mandata eius, & mandata haec, quae ad seruandum expressa fuerunt principaliter, erant decem, quae in duabus lapideis tabulis continebantur: ideo tabulae illae vocabantur tabulae foederis, & locus siue tabernaculum, in quo continebantur istae tabulae, vocabatur tabernaculum foederis, quia in eo continebantur id, quod pepigit Deus cum populo, vt obseruaret. Ex hoc sequitur, quod ante dicebatur, scilicet quod istud tabernaculum fuit extensum extra castra post secundam descensionem de monte: nam quando Moyſes extendit tabernaculum istud vocauit illud tabernaculum foederis quousque posita fuerunt in eo duae tabulae lapideae: ergo tunc fuit locatum extra castra, quando posita fuerunt in eo duae tabulae lapideae: sed istae tabulae non fuerunt locatae quousque descendit Moyſes secunda vice de monte: ergo post secundam descensionem de monte fuit extensum istud tabernaculum extra castra. Patet antecedens, quia secundae tabulae fuerunt, quae posita sunt in tabernaculo: nam primas confregit Moyſes, cum descenderet de monte, vt patet precedenti capitulo: ergo secundae tabulae fuerunt, quae in hoc tabernaculo posita sunt, & a quo tabernaculum foederis nuncupatum est. *Et omnis populus, qui habebat aliquam questionem.* Ponitur hic quid proderat illud tabernaculum situm extra castra, scilicet quod omnes habentes aliquas lites veniebant ante tabernaculum illud, & ibi determinabat Moyſes, quid in singulis agendum foret. Dicit autem litera Chaldaica, quae vocatur apud Hebraeos targum, quod istud tabernaculum vocabatur tabernaculum doctrinae, quia totus populus veniens ad Moyſen, docebatur ibi determinationem questionum suarum. Quidam dicunt, quod non recte dicitur vocari istud tabernaculum propter secundas tabulas, quia istud tabernaculum fuit vocatum tabernaculum foederis post primos quadraginta dies, in quibus stetit Moyſes in monte: sed tabulae secundae non fuerunt vsque in tertios quadraginta dies: ergo non vocabatur tabernaculum foederis propter secundas tabulas in eo positas. Sed dicendum, quod isti falsè opinantur. Primo quando dicunt, quod istud tabernaculum sit vocatum tabernaculum foederis propter primas tabulas: nam non potuit denominari istud tabernaculum foederis nisi a foedere, quod in eo fuit: sed primae tabulae non fuerunt in hoc tabernaculo, quia fractae fuerunt in descensu montis, cum descenderet Moyſes ad radices montis, vt patet capitulo precedenti. ergo non fuit ab illis denominatum. Quod autem dicunt in fine primorum quadraginta dierum vocatum fuisse istud tabernaculum foederis ex eadem radice falsitatis procedit, scilicet quod a primis tabulis denominatum fuerit tabernaculum foederis. Quod autem dicitur, secundas tabulas vsque in tertios quadraginta dies datas non fuisse: supra improbatum fuit. Ideo dicendum, vt supra dicebatur, quod istud tabernaculum paruum erat antequam Moyſes aliquo vice in montem ascenderet, sed nondum vocabatur tabernaculum foederis: cum verò tabulae continententes foedus Dei cum Israel, in eo posita sunt, tabernaculum foederis appellatum est. *Et omnis populus.* Idest quilibet de populo. Non ponitur omnis populus pro toto populo, quia totus populus non habebat aliquam causam. Etiam quia si poneretur hoc pro toto populo, non diceretur: qui habebat aliquam questionem: quia istud relatiuum, qui, ponitur ad faciendum differentiam. *Qui habebat aliquam questionem.* Idest aliquod dubium singulariter, vel habebat aliquod litigium cum altero.

Opi. quondam.

Doct. de-termini.

Et

Et hoc intelligitur de magnis questionibus, quia si esset parua questio, permanebat ad iudicium decanorū, quinquagenariorum, centariorum, & tribunorū: magnas autem questiones solas Moyſes decidebat, etiā si essent quōnes circa leges ritus, & caeremonias quae proprie legis erant. Nam horum consideratio solus Moyſes erat, vt patet supra 18. capitu. *Egrediebatur ad tabernaculum foederis.* Quia ibi residebat Moyſes maiori temporis parte, licet aliquando veniret in castra, vt patet ibid. *Extra castra.* Idest ad tabernaculum foederis situm extra castra: *Cumque egredereetur Moyſes.* Iste est modus de curtatus loquendi, & artificiosus, quando non omnia, quae fiunt exprimuntur, sed ex his, quae exprimuntur ea, quae non exprimuntur intelliguntur, dicebatur autē quod populus habes questionem aliquam egrediebatur extra castra ad tabernaculum foederis. I. vt determinaret eam ibi Moyſes: ex quo inuitur ibi fuisse Moyſen. Hic autem dicitur, quod Moyſes egrediebatur de castris, & respiciebat tergū eius totus populus: ex quibus necessario concluditur, quod aliquando Moyſes erat in tabernaculo foederis extra castra, & tunc confluabant ad eum omnes habentes aliquas questiones. Aliquando autem Moyſes recedebat de tabernaculo illo veniens in castra, & tunc manebat in custodiam tabernaculi illius solus minister Moyſi: cuique explet Moyſes ea, quae expediturus erat in castris: egrediebatur de castris veniens in tabernaculum foederis, & tunc populus respiciebat terga eius. *Ad tabernaculum.* Idest rediens de castris ad tabernaculum illud paruum. *Surgebat vnuerſa plebs.* Quando videbant eum recedentem de castris assurgebant omnes ei tanquam prelato, cui tenentur ad assurrectionem, & capitis inclinationem, ceterosque reuerentiae modos, sicut omnibus senibus, de quo Aristot. 2. Ethy. ca. 2. *Et stabat vnusquisque in ostio papilionis sui.* Licet semper Israelitae reuerentia fuissent Moyſi, magis tunc post descensum secundum de monte, quam alio tempore, quia Deus eum multum honorauerat dādo fulgorem quendam vultui eius, ita vt non possent in eum respicere filij Israel: sed cū loqui debebat, aut in se eos ambulare, velabat faciem suam, vt patet c. seq. & secunde ad Corin. 3. cap. cum verò in ostijs papilionum stabant, ideo faciebant vt viderent quando intraret Moyſes tabernaculum, quia tunc descendebat columna nubis, & loquebatur cum Moyſe, & tunc ipsi adorabant per fores tabernaculorum suorum, vt patet infra. *In ostio papilionis sui.* Idest tentorij. Signat papilio principaliter quandam auiculā, secundarie signat tentorium factum de pellibus, aut pānis, quia ad modum illius auis formatum est, vt ait Iliodorus Etymolo. lib. 7. *Aspiciantque tergum Moyſi.* Non poterant omnes de populo existentes in castris videre quomodo Moyſes egrediebatur de castris, aut quomodo introibat tabernaculum foederis: sed illi soli videbant eum exeuntem de castris, qui erant in illo calle castrorum, per quem Moyſes tunc exibat, alij autē non videbant obuijs tentoriorū obijcibus: introeuntem verò Moyſen in tabernaculum foederis videbant illi, qui erant in extremitatibus castrorum versus partem illam, in qua erat fixum tentorium. *Aspiciantque tergum Moyſi.* Euntis in tabernaculum, quia tabernaculum erat extra castra. *Donec ingrederetur tentorium.* Quia postquam ingredebatur nō videbant eum, sed columnam nubis descendente cernebant, vt loqueretur Deus cum Moyſe: Vocatur hic tentorium, quod vocatur supra tabernaculum foederis. Et hoc conueniens nomen est, quia istud tabernaculum funiculis extendebatur, sicut dicitur supra: Moyſes quoque tollens tabernaculum tetendit illud extra castra. *Ingresso autem illo tabernaculum foederis.* Non loquebatur Deus Moyſi existentem extra tabernaculum, sed prius intrabat tabernaculum, & sic loquebatur ei Deus.

Alph. Toft. super Exodum

Descendebat columna nubis. Ista est columna, quae precedebat eos, in qua erat angelus mouēs eam, atque cum Deus vellet loqui Moyſi, angelus ille, qui mouebat nubem, inclinabat eam, & loquebatur cum Moyſe loco Dei: ista columna nubis non erat valde magna, & erat formata in figura columnaris corporis, & fulgentis.

De duabus nubibus, quarum vna erat extensa, alia verò in figura columna.

QUESTIO X.

ET erāt duae nubes: quaedam n. erat, quae erat in modū nubis extēsa velut operimentū, alia erat parua, & figurata in modū columnae. Prima erat magna secū dum latitudinem, & longitudinem castrorum Israelitarum, vt defenderet eos a calore solis, & de ista raro fit mentio, neque dirigebat ista viam, aut aliquid alterum faciebat, sed solum tegebat exercitum. Alia, quae erat in modum columna, erat densior, atque lucidior distans ab alia in magnitudine, in figura, in luce, in densitate, & ista est, de qua saepe fit mentio. Et vocatur columna nubis, & ignis, in qua angelus ambulans precedebat exercitum dirigens eos. De vtraque autem habetur Num. 14. cum dicitur: Vt audiant habitatores terrae huius, qui audierunt, quod tu domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, atque nubes tua protegat eos, & in columna nubis precedas eos per diem, & in columna ignis per noctem. Nubem protegetem vocauit primam, & columnam nubis, & ignis secundam. Ista columna nubis erat lucida, vt videretur a toto populo, vt sic dirigerentur in via. Nam cum nescirent viam, nisi Deus demonstrasset eis, non exirent desertum illud magnum, & quia Deus, vel angelus incorporati sunt, videri non possunt, nec consequenter dirigere: ista nubes erat valde densa, ita quod nullo modo visui perua esset, licet esset multū lucida: imò ex hoc erat magis lucida, sicut patet de planetis alijisque astris, quia sydas est pars densior sui orbis, vt diffinit Aristot. in 1. de Caelo, & mundo, & tamen sydera magis lucent, quā orbis sui, quia orbis diaphani sunt, sidera verò nequaquam. Et sic patet hoc, vt angelus loqui posset in ea, & non videretur: nam vt dictum fuit supra 25. cap. angelus non habet organa formandi vocem, cum non sit corpus, nec corporeus. Et quia ad formandum vocem requiruntur organa, necessarium est, vt angelus aliquid accipiat loco organorum: maxime cum istae voces, quas angeli formant, articulatae sint sicut voces nostrae, & ista instrumenta in quibus vox formari debet, oportet vt sint solida, scilicet multum densa: nam alias non sufficient ad formationem vocis, sicut cū duo corpora leuia & mollia se contingunt, non causant aliquem sonum, ad minus oportet vnum durum esse, & alterum non ita durum, sicut patet de vento percussio ad aliquod corpus solidum, & causante sonum. Quia igitur voces illae angeli erant fortes, sicut volebat eas formare angelus, necessarium erat, vt instrumenta sua essent densa ad fortiter illudendum aere formandum in vocem, si autem tanta densitas daretur, necessario tale corpus esset terminatum visus propter grossiciem, & densitatem. Videret ergo populus organa illa, quae de aere angelus fabricabat, & quomodo corpus allumebant, quod ad magnam idolatriae occasionem redundabat, cum forte viderent ibi angelum allumentem tale corpus, quale esset humanum, quia hoc erat conuenientius ad dearticulandum voces, quā aliquod alterum, & tunc putarent se videre Deum, & fabricarent sibi talem imaginem ad colendum, in quali eum vidissent.

Pars Secunda. V. Hoc

Hoc autem intendebat Deus multum vitare, sicut patet Deut. 4. cap. cum dicitur: Custodite diligenter animas vestras, nō vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est vobis dñs in Horeb de medio ignis, nē forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinē, aut imaginem. Oportuit ergo columnam illam nubis, in qua angelus assumpto corpore aereo loq̄ debebat, dē-
 scende esse valde, vt non videretur corpus formatum interius tanquam organum formandi voces. *Descendebat columna nubis.* Rabbi Abraham Aben Ezra vult, quōd ideo dicitur de scēdere nubem, quia Deus volebat aliquid indicare Moyfi, & cum semper sensus & sensibile debeant esse proportionata, & intellectus & intelligibile, vt significat Aristot. in 2. de Anima, & Deus est quoddā intelligibile nobis improporionatum, si consideretur secundum puritatem nature sue simplicissimā, ideo sic non possumus eum intelligere: si ergo eū saltem quantum ad aliquid debemus intelligere, necessē est, vt inclinet ad nos descendendo ab illa altitudine puritatis, & inducat modum intelligibilis corporei. s. q̄ per vocem loquebatur, aut per visum, & sic de ceteris sensibus. Loqui autem non pertinet ad naturam diuinam, aut angelicam, nec est iste modus, quo scriptas cognosci faciunt, quia tamen humana imperfectio aliter apprehendere non valet aliquid de illis, nisi modo suo, cum Deus, aut angelus istos modos accipiunt, descendere dicuntur. s. à sua altitudine cognoscibilitatis inducentes modum imperfectiorē, nec tamen in hoc aliqua imperfectio in eis est. Sicut si aliquis magister sit subtiliter intelligens, & erudit viros pronectos, erudit eos acutissimē, & per venates altissimas: si autem oporteat eum docere rudes, assumit modum docēdi grossum, & figuralem, qualis illis rudibus conueniens est, nec tñ minus sapiens, aut spectulatus est ille magister, cum acutissimē pronectos instruit, q̄ cum grossē rudēs erudit. Ista expositio conueniens est pro aliquibus alijs locis, vbi dicitur Deus descendere, vel angelus, sed in isto loco non est ista intentio literarum: nam Deus, & angelus non sunt corpora, nec corporei, ideo descendere, & ascendere eis non conuenit, nisi s̄m metaphoram: hic tñ litera loquitur de columna nubis, & quia ista erat verum corpus, competit ei ascendere, & descendere, & sic dicendum est, q̄ qñ Moyse erat in castris, columna nubis erat eleuata super tabernaculum illud ad aliquantam altitudinem, cum verō veniebat Moyse, & ingrediebatur tabernaculum, quā angelus volebat ei loqui, descēdebat columna nubis vsque ad ostium, vt secretus cū Moyse loqueret. *Loquebaturque eum Moyse.* Scilicet angelus existens, quā Deus non loquebatur per se aliquid, nec nubes cum sit irrationabile corpus, nec quidquam loqui, aut intelligere poterat: & non est intelligendū, q̄ quacūq; vice Moyse rediens de castris introiret tabernaculū, oportebat nubem descendere, vt loqueretur angelus cū Moyse, quia Deus nihil facit frustra: sed si quiescunt, Moyse introiret tabernaculum fēderis, Deus loqueretur ei, contingeret, q̄ aliquando loqueretur, qñ non erat opportunū: ergo non loquebatur semper neq; descēdebat columna introeunte Moyse, nisi cū Moyse vellet aliquid querere à Deo, nisi forte dicamus, q̄ quando cūq; Moyse veniebat de castris, & introibat tabernaculum illud, veniret semper ad inquirendum de aliquo dubio, quia tñ nubes semper inclinaret ad respondendum ei, & nunquam contingeret frustra loqui angelum Moyfi, & sic erat in secundo tabernaculo postea fabricato, quia qñ-
 cūq; vellet Moyse consulere oraculum. i. diuinū respōsum, introibat in sancta sanctorum post velum, & audiebat vocē loquētis ad se de p̄pitiatorio de medio Cherubim, vnde & loquebatur ei. *Cernentibus vniuersis.* Idest omnes filij Israel, qui erant ad ostia papilionū re-

Expositio Rabbi A-brahā A-ben Ezra.

spiciebant quomodo inclinaretur nubes, & videbant quōd loqueretur angelus cum Moyse. Et videtur improprie modus loquendi, q̄ dicamus ego video te loqui, quia locutio non oculo, sed aure percipitur, quod audire, & non videre est: dicitur tñ hic, q̄ oēs filij Israel videbant loquentem columnam, siue angelum in columna cum Moyse, & sic dicitur supra 20. ca. Cunctus populus videbat voces. i. audiebat. Sed sciēdum, q̄ hic proprie accipit, q̄ viderent Israelitae Moysem loquentem: nam aliud est videre vocē, aliud est videre loquentem, aliud est videre, q̄ loquatur. Videre vocē est impossibile, quia vox est obiectum auditus: ideo per nullam potētiam videri potest, quia licet obiectum materiale excedere possit aliquam potentia eleuata per virtutem supernaturalem, tñ obiectum formale nullo modo possibile est transcendere, vt potē. Si communiter visus noster potest aliquid aspicere à 10. vel 12. leucis, & nō sit oculus, qui ad maiorem distantia videre possit, Deo supernaturaliter eleuare poterit oculū quēlibet, vt videat ad mille leucas, vel ad tria millia leucarū, sicut vidit Beatus Benedictus totum mundū simul eleuatus à Deo, vt ait Greg. in 2. Dialog. Obiectum formale visus dicitur color, aut visibile, vt plus comprehendit, Quod aut per aliq̄ potētiam, etiam infinitam, oculus excedat istud obiectū, ita q̄ se cōuertat ad sonū, & odorē, & cetera genera obiectōrū, impossibile est: & sic dici, q̄ nos videmus voces est falsum, & impossibile, nisi accipiat videre pro audire, sicut accipitur supra 20. ca. cunctus populus videbat voces. Aliud est videre loquentem, & hoc manifestē verum est, quā loquens est albus, aut niger, aut alio colore affectus, q̄ sunt obiecta visus: ideo proprie v̄ loquēs s̄m q̄ reperitur ibi obiectum visus. Aliud est videre, q̄ aliquis loquat, & hoc aliquantū pertinet ad visum, aliquantū ad auditum: nam cū aliquis loquitur ad alterū, dirigit ad eum vocem suā, & in loquendo aperit os, & mouet labia, & qdam alia signa facit: ista satis pertinent ad potentia visiuam: nam apertioris pertinet ad motum, aut situm, vel figuram: hæc aut oia sunt de sensibilibus cōibus, quæ nō solum visui, sed etiā oibus alijs percipiuntur, de quibus Aristot. in 2. de Anima: hoc aut licet sit signū, q̄ aliquis loquatur, tñ non probat perfectē, q̄ aliquis loquat, sed ad hoc oportet, vt interueniat auditus, cum quo perficitur ista sententia: dato tñ q̄ aliquis loquatur ad alterum, pot̄ auribus percipi, q̄ p̄prie loquatur, quā percipitur sonus, tñ non adhuc p̄fectē cognoscitur quis loquatur, cū verō aliquis videat loquentem, nō solum cognoscit, q̄ aliquis loquat, sed et cognoscit quis est determinatē ille, q̄ loquitur, & sic oculi faciunt ad cognoscendum quis loquatur. Et isto modo h̄ Gen. 45. c. f. En oculi vestri, & oculis fratris mei Benjamin, vidēt q̄ os meū loquatur ad vos. i. vos videtis me mouere labia ad vos, & facere alia signa, quibus constat, q̄ ego sum, q̄ loquor ad vos. Et sic Israelitae stantes in ostijs papilionum suorum videbant nubem inclinari Moyse intrate, & fieri alia signa, quæ erant signa loquentium: ideo dicebantur cernere, quōd loqueretur Moyse cum angelo, & melius dicitur hoc, quā quōd audirent ipsi loquentē Moysem cum Deo, quia voces eorum erant submissæ, ita q̄ non audirentur à filijs Israel existentibus in castris. Et adhuc clarius ponitur hoc, quia licet (vt ex litera colligi potest) sensus sit hic, quōd viderent Israelitae qualiter loqueretur Deus, siue angelus in nube cum Moyse, tamen adhuc litera clarius ponit hoc, scilicet quōd videbant filij Israel, q̄ columna nubis stare ad ostium tabernaculi, & proprie visibile erat: nam columna erat alciuis coloris, aut lucis, propter quorum quodlibet erat proprie visibilis, quōd verō stare ad ostium tabernaculi pertinet ad motum, vel quietem, quæ sunt sensibilia cōmuniū, & possunt quodlibet sensui indicari.

Licet aliq̄ per aliquā potētiam possit eleuari vltra obiectum suum materiale, nō tñ potēt vltra formale.

Ad cognoscendū p̄fectē, q̄ aliquid loquitur nō solum requiritur potētia auditiva, sed et visiva.

Stabant

Stabant ipsi. Scilicet Israelitae. *Per fores tabernaculorum suorum.* Idest quilibet in porta sui tentorij. Dicitur hoc hoc de illis, qui habebant tentoria sua in tali parte, ita vt viderent tentorium illud, & isti erant existentes p̄cipuē in extremitatibus castrorum locatis contra tentorium illud. *Et adorabant.* Idest quando videbant isti quōd nubes inclinaretur, cognoscebāt manifestē Dei presentiam in motu nubis, & q̄ loqueretur cum Moyse, ideo curuabant se coram nube adorantes dominū, quem per nubem cognoscebant, licet ille, qui in nube erat, angelus erat. *Loquebatur autem dominus ad Moysem facie ad faciem.* Ad ista supra dicta refertur. s. q̄ nubes inclinabatur ad ostium tabernaculi, & tunc loquebatur dominus ad Moysem, quia ad nihil aliud inclinabatur nubes. Et dicitur, q̄ loquebatur dominus, non q̄ Deus loqueretur, sed quia angelus loquebatur, qui vocatur dominus, & Deus, vt patet in toto processu veteris testamēti, p̄sertim in hoc libro, & hoc, quia locutio ista fiebat ad Moysem de nube, in hac aut erat angelus, qui hæc omnia operabatur. *Facie ad faciem.*

Quomodo Deus loquebatur facie ad faciem.

QVÆSTIO. XI.

POSSET aliquis dicere, q̄ Deus est, qui loquebatur hic, quia dicitur: Facie ad faciem, quod in Dei visione fuit, quando eum vidit per essentiam, quæ erat clara, sicut illa quam nos cōsueuimus vocare locutionem facie ad faciem, & illa non fuit per aliquem angelum, sed per se. Nicolaus dicit, q̄ nō fuit ista visio Dei per essentiam, quia in ista hoc eum quæreret Moyse, vt Deus monstraret sibi faciem suam. i. suam clarā cognitionem ei daret, respōdit dominus: Faciem meam videre non poteris: ergo quando ista dicebantur, nondum viderat Moyse Deum per essentiam. Sed hoc falsum est, quā Moyse vidit Deū per essentia in monte Sinai, sicut colligitur ex litera infra, quia illud fuit ante tabularum secundarum dationem, sed istud q̄ hic dicitur erat post descensum de monte: nam hoc erat, quando loquebatur ante tabernaculum in columna angelus domini ad Moysem. Quod autem locutio, quæ fiebat ante tabernaculū esset post descensum de monte Sinai secunda vice, supra probatum fuit. Nicolaus tamen in hoc defecit, quia ipse non facit aliquam anticipationem, aut recapitulationē in hac litera: sed ita legit ac si esset continuata narratio secundum ordinem naturalem. Sed quōd sit necessaria hic anticipatio, aut recapitulatio probatū fuit in principio huius capituli. Hoc tamen non obstante dicendum est, q̄ non fuit ista visio per essentiam, quia illa fuit in monte, hæc autem erat post descensum de monte: etiam illa erat ante dationem tabularum secundarum: ista de qua hic dicitur, fuit datis secundis tabulis. Etiam licet Deus apparuit Moyfi demonstrans seipsum per essentiam, tamē non fuit ei locutus vnquam: sed angelus est, qui loquebatur, quia Deus nō potest loqui per se, vt declaratum fuit supra 25. cap. dum agebatur de propitiatorio velato alis Cherubim. Et quando supra Deus volebat innuere Hebræis, q̄ aliquo modo vellet eos deprimere à pristino honore, dicens non ascendam tecum, quia populus duræ cervicis es, nē forte disperdam te in via: sed mittam angelum meum p̄cursorē tui, loquebatur angelus ista, sed loquebatur ac si Deus loqueretur, & tamen erat ipse angelus, qui mittendus erat. Et quando infra Moyse petit à Deo, vt monstreret ei faciem suam, & respondebatur sibi: Non videbit me homo, & viuet. Et rursus: Videbis posteriora mea, faciem autē meā videre non poteris. Et iterum q̄ dicit: Ego monstrabo tibi omne bonum meū. Quæ omnia necessariō Alph. Toft. super Exodi

Angelus erat, quiloquebatur Moyfi, cū scriptura dicit, q̄ Deus ei loquebatur facie ad faciem.

de Deo dicuntur, & si diceretur de angelo, falsa essent, tamen nō erat Deus, q̄ loquebat ista, sed angelus dñi, & patet simile, quia supra 20. ca. dicebat: Ego sum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: nō habebis Deos alienos corā me, q̄ de Deo dicunt: constat tñ, q̄ non loquebatur illa Deus, sed angelus, q̄ loquebat oia verba p̄ceptorū, p̄ angelos namq; lex data est, vt patet ad Gala. 3. cap. & Act. 7. c. dñ. q̄ angelus loquebatur Moyfi in monte Sinai. Erat ergo ista locutio facie ad faciem locutio angeli cum Moyse. Dicitur autem facie ad faciem. i. multum clarē, & familiariter: quasi dicat, angelus, qui loquebatur Moyfi non erat multum elōgatus ab eo, sicut alijs cum loquebatur ei, vel alijs, sed valde coniunctus, sicut si esset facies apud faciem. Et patet hoc, quā dicitur supra, q̄ columna nubis quæ pendebat super tabernaculū illud inclinabatur donec descēderet ad ostium tabernaculi, & sic erat vterque ad ostium. i. Moyse loquens, & angelus in colūna nubis. Litera Chaldaica habet hic. *Locutione ad locutionē.* Idest loquebatur prius Deus, & postea loquebatur Moyse, & iterum loquebatur Deus, & sic alternabantur in loquendo: facit autem tales mutationes Chaldaica translatio, quia intendit totaliter tollere à Deo corporeitatem: nam cū dñ. q̄ facie ad faciem loquebat Deo Moyfi, videtur, q̄ Deus habeat faciem, quæ est pars corporea. Posuit ergo locutionem pro facie, & satis coaptatur. Si autem vellemus dicere, q̄ teneatur proprie facies, erit sensus, q̄ angelus domini assumebat corpus aerēū tanquam corpus viri, & loquebatur cū Moyse, eratq; corpus illud intra columnam nubis, & sic facie ad faciem loquebatur. Dicendum q̄ angelum dñi assumere de aere tanquā corpus viri ad formandas voces, non inconuenienter dicitur: imō magis conuenit, q̄ quæcū que alia positio: sed dato q̄ hoc esset, nō appareret corpus illud, quia ideo dixim⁹ necessariā esse columnā, vt corpus quod intra assumebatur ad formandas voces obiecta circumquaq; densitate columnæ non videret, quia erat occasio idolatriæ, licet quantum ad Moysem non erat necessariū talia occultari: populus. n. qui rudis erat, si talia vidisset, faciliter errasset: Moyse aut sciebat h̄mō rei mysteriū. s. quō erat angelus, q̄ loquebat, & q̄ non poterat loq̄ nisi corpus assumere, ideo q̄ assumebat corpus aerēū, nec in hoc aliquantū habebat occasionē erradi, quā sciebat q̄s erat Deus, & q̄s nō erat De⁹. Dicunt aut Hebræi sup hoc, q̄ dñ hic facie ad faciem loquebat Deus ad Moysem, q̄ non est intelligendū, q̄ loqueret totaliter facie ad faciem, quā infra dñ. Faciem meā videre non poteris, sed q̄ Moyse videbat faciem Dei interposita quadā parua caligine, & Aaron videbat Deū interposita adhuc maiori caligine, ceteri vniuersi Prophete videbāt Deū interposito magno enigmatē. Sed ista nihil sunt, & pcedunt ex pauco intellectu literarum: nā ipsi errant putates, q̄ idē sit de quo hic fit locutio, & infra: sed falsum est, quā angelus est, q̄ loquebat Moyfi hic in nube, & loquebat facie ad faciem. i. clarē, vel coniunctim, aut familiariter. Quod aut dñ infra, faciem autē meā videre nō poteris, licet angelus diceret, tñ de Deo loquebat: nō ergo erat necessaria talis distinctio visionis Moyfi, nec aliq̄ talē. Nā si aliq̄ angelus Dei in effigie corporea apparebat Moyfi, aut Aaron, vel alijs Prophetis, non ponebat aliq̄ interpositionē, quia satis erat cognoscere in enigmatē, q̄ videret in illo corpore aereo: nō est ergo necessariū poni aliquam talem interpositionem. *Sicut loqui solet homo ad amicum suum.* Idest ita familiariter loquebatur, sicut loquit vnus hō ad alterū, q̄ est amicus eius: quasi dicat, quōd angelus ille nō querebat aliquas solēnitates obseruari sibi à Moyse, sed ita familiariter, & æqualiter loquebatur cum eo, sicut si esset amicus eius: est enim æqualitas proprietatis amicorum, vt ait Aristot. in 8. & 9. Ethyc. *Cumque ille reuerteretur in castra.*

Expositio Hebræorū

Veniebat Moyses de castris Israelitarum, & introibat in tabernaculum, loquebaturque cum eo dñs, quo factio Moyses interdum regrediebatur in castra, interdum verò manebat ibidem cum Iosue ministro suo, si non erat necessarium in castra regredi. *Minister eius Iosue.* Erat Iosue vir nobilis de magno genere. f. de principibus tribus Ephraim, qui fuit successor Moysi: hic ad huc fit Moysi, vt ministraret ei in omnibus, quæ vellet seruiendo, & iste erat magnus vir bellator, atque in regendo exercitū industrius: ideo in bello contra Madianitas factus fuit princeps exercitus, vt patet Num. 31. cap. & in Bello contra Amalech fuit dux belli: in omnibus enim prospere agebat, quæ valde dilexit Moyses, mutauitque nomen eius (cum ante vocaretur Osee) vocauit eum Iosue, siue (vt in Hebræo nomina sunt) vocabatur primo Osee: postea addita prima litera nominis domini magni vocat' fuit Iosua: hunc Moyses misit tanquam exploratorem cum alijs exploratoribus, & fuit iste ad hoc electus de tribu Ephraim, vt patet Num. 13. ca. cum verò redissent, omnes exploratores murmurauerunt derrahentes terram, quā intrauerant, præter hunc, & Caleb, qui erat de tribu Iuda, vt patet Num. 14. cap. Fecit autem Deus, qd iste Iosue esset minister Moysi, quia destinauerat eum Deus ab æterno, vt esset princeps populi, & introduceret eum in terrā Chanāā vltra Iordanem: ideo volebat, vt à Moysē (qui tantus vir erat) erudiretur toto illo tempore annorum quadraginta, quibus in deserto fuerunt, vt conuenienter successor eius esse posset. Etiam quia hoc multum adiuuabat ad hoc, vt populus reuerentiā magnam exhiberet Iosue, quia Israelitæ viderant, qd Moyses fuerat optimus virorum, qui tunc erant in terra, & cui Deus familiarissimè loquebatur. Mortuo ergo illo nullū hominem in princ. p. m. l. beatus acciperent, qd eum, quē moribus eius institutum fuerat, talis autem erat Iosue cum à Moysē quadraginta annis eruditus esset, ita vt alter Moyses videretur. Valde igitur deuit eum esse ministrum Moysi. *Iosue filius Nun.* Nomen patris Iosue erat Nun, & ponitur in litera ad differentiam, quia alij erant, qui vocabantur Iosue eo tempore, sed non vocabantur filij Nun. *Puer.* Non vocatur Iosue puer secundum ætatem quasi esset in pueritia, cum in eodē anno antequam accederent ad montem Sinai fuerit constitutus dux belli cōtra Amalechitas, vt patet supra 17. c. & in seq. anno missus fuit ad explorandum terrā Chanāā, ista autem non cōmittuntur facienda pueris, aut adolescentibus, sed viris: magnus ergo vir erat iam, sed vocatur hic puer secundum ministerium, quia seruebat Moysi. *Non recedebat de tabernaculo.* Vt maneret tabernaculum illud custoditum, nē cui pateret accessus homini, aut bestia, erat enim magnæ reuerentiæ tabernaculum illud, quia p̄debat super illud columna nubis, & in eo erant tabulæ secundæ legis à Deo scriptæ, quas irreuerenter relinquere non decebat.

Dixit autem Moyses ad Dominum: **P**recipis vt educam populum istum, & non indicas mihi quem missurus sis mecū, præsertim cum dixeris, noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hanc. Dixitque Dominus: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses. Si non tu ipse

Proprietates Iosue.
Moyse mutauit nomen Iosue cum ante Osee vocaretur.

De poenitentia. Dist. 2. cap. Et cognouerunt. Ite opponitur.

præcedas, nē educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego, & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant super terram? Dixit autē Dominus ad Moysen: Et verbum istud, quod locutus es, faciam: inuenisti enim gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. **Q**ui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabor in nomine Domini coram te, & misererebor cui voluero, & clemens ero, in quē mihi placuerit. Rursumque ait: Non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo, & viuet. Et iterum: Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. Cumq; transibit gloria mea, ponam te in foramine Petræ, & protegam dextera mea, donec transeam. Tollamq; manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

Dixit autem Moyses. Hic ponitur secundum principale, scilicet responsum domini gratiosum. Et hoc dupliciter: Primò quantum ad deductionem populi huius in terram promissionis. Secundò quantum ad reparationem violatæ legis in principio sequenti cap. Circa primum. *Dixit Moyses ad Dominum.* Hic mutatio fit ordinis: nam in principio huius capit. dixerat de his, quæ dicebat Deus Moysi in monte Sinai: deinde mutato isto proposito, aut potius intercisō descripsit ea, quæ facta sunt post descensum Moysi de monte in secunda vice, quod fuit ab illo loco, vbi dicitur. *Audiens populus sermonem.* Vique huc, licet in hoc permisceat, quia aliqua erant de his, quæ dicebantur in monte, alia aut de his, quæ facta sunt post descensum de monte. Nunc autem redit ad intercisam narrationem verborum Dei, & Moysi in monte ante dationem secundarum tabularum. Et patet, quia tota ista contextio verborum sequentiū fuit ante dationē secundarū tabularum: nam cū oīa ista recitata fuerint, sequitur in princ. seq. cap. de datione secundarū tabularū, & descensu de monte, & sic ista fuerunt ante descensum de monte.

An in litera ista anticipatio sit.

Q V A E S T I O. XII.

SED argues, qd hic est anticipatio. f. qd ista facta fuerint, & dicta post descensum de monte, sicut dicebamus de præcedentibus, qd erat ibi anticipatio. Respondetur, qd nō potest stare, quia aliqua additiones sunt in sacra scriptura, quæ tollunt anticipationem, & recapitulationem: nam recapitulatio, & anticipatio sunt due ordinis naturalis mutationes. scilicet cum ea, quæ prius facta, aut dicta sunt, posterius narratur, aut ea, quæ posterius, narratur prius. Cū ergo addantur aliqua limitationes tollentes istam dubitationem de varietate temporum, tollitur anticipatio, & recapitulatio: huiusmodi sunt pronomina iuncta cum nominibus ad signandum certum

Rom. 9. Ioan. 17. 24. q. r. c. quia ex sola petra 8. q. 1. ca. Moyses in glo. 2. supra. cap. 14.

certum tempus, aut aduerbia temporalia, vt si dicatur in illo tempore, aut eodem tempore, aut tēpore, quo factum est hoc, factum est illud, & sic de aduerbijs temporalibus, vt dicendo, tamen tempore, quo factum est hoc, factum fuit illud, vel ante, aut post, & sic de ceteris. Sed hic ponitur tale aduerbium temporis: ergo tollitur omnis anticipatio, & recapitulatio. Patet hoc, quia cum tota ista series narrationis tendatur vsque ad finē cap. dicitur in princ. seq. ac deinceps præcide tibi duas tabulas lapideas, i. quia hoc factum est, nō superest, nisi vt præcidas tibi duas tabulas lapideas, necesse est ergo, vt ea, quæ ante ponuntur ante acciderint: alioquin non diceretur, ac deinceps præcide tibi, &c. Sed tūc instabis per eandem rationem, qd oīa ista quæ in hoc cap. dicta sunt, fuerint dicta in monte Sinai ante dationem tabularum secundarum, cum post omnia in principio seq. cap. dicitur: Ac deinceps, i. post hoc: ergo aut de oībus negabimus esse anticipationem, aut de omnibus concedemus. Respondetur, qd oportet hic dare continuationem literæ huius cap. ad literam seq. cap. f. qd fuerit ordo naturalis, sicut signat litera seq. cap. tollens oīem anticipationem, & recapitulationē, sicut dictum fuit, quia tamē sunt in hoc cap. aliqua quibus repugnat habere ordinem naturalem ad literam seq. cap. dictum est in illis esse anticipationem: hæc sunt illa, quæ supra posita sunt à loco illo (audiens populus sermonem) vsq; ad locum istū. Nam illa necessariò facta sunt post descensum de monte acceptis tabulis secundis, vt supra declaratum est: illa verò quæ habentur infra in princ. cap. seq. fuerunt facta in monte. f. acceptio secundarum tabularum: ergo non habent ista ordinem naturalem consequentē ad illa: sed est anticipatio, & satis hæc rationabiliter dictum, quia quandoconque sunt multæ clausulæ, quæ ad diuersa pertinent, potest esse anticipatio, aut recapitulatio vnius earum respectu subsequentiū, aut præcedentiū, & alterius non. Si autem ambæ ad idem pertinerent, vel essent multæ ad idem pertinentes: si esset anticipatio, aut recapitulatio vnius earum respectu alicuius præcedentis, aut subsequētis, necessarium erat in omnibus alijs anticipationem, aut recapitulationem fore: hic autem sic est, quod ponitur multæ clausulæ, quarum quadam nullo modo pertinent ad alias: ergo potest esse anticipatio, in quibusdā non existente in alijs. Et patet, quia ista, quæ supra dicta sunt, erant de tabernaculo illo paruo, qd extēdit Moyses, & de ornatu populi deposito, quæ autem sequuntur vsq; ad finem huius cap. sunt de educatione populi huius de hoc loco, & introductione in terram promissionis, & de viâ directione, & de ostensione faciei domini, cum petit Moyses ostendi sibi faciem Dei: sed illa distincta sunt ab his: ergo potest esse anticipatio respectu illorum, & non erit respectu horum.

An omnes clausulæ, quæ sequuntur ab hoc loco vsque in finem sint per ordinem naturalem.

Q V A E S T I O. XIII.

SED adhuc dubitatur de his, quæ sequuntur, vtrum omnia, quæ sequuntur ab hoc loco vsque ad finem cap. dicantur s̄m continuationem ordinis naturalis ad literam seq. cap. nam vt dictum fuit, qd necessariò finis huius cap. cōtinuabatur sine aliqua anticipatione, aut recapitulatione seq. c. dubiū est an ex hoc loco sit continuatio. Pro quo sciendum, qd hic sunt duæ clausulæ. i. duæ contextiones. f. vna, in qua petit Moyses Deum præcedere populum hunc, alia in qua petit monstrari sibi faciem eius: si autem esset vna clausula, manifestū erat, qd tota erat continuata seq. cap. s̄m ordinem naturalem, cum necessarium sit finem eius cōtinuari, quia Alph. Tollit super Exodi

verò duæ sunt clausulæ, dicere posset aliquis, qd de vltima necessarium erat esse continuatam seq. cap. sed de alia prima erat indifferens, an malleamus eam anticipatam, vel continuatam dicere. Sed hoc non est bene dictum, oportet enim dici, qd vtrique sit continuata literæ cap. seq. Et patet, quia anticipatio, & recapitulatio sunt quedam ordinis transmutationes, & impediunt intellectionem, etiam exorbitant ab eo quod est in litera commune: ergo nunquā debet admitti esse aliquid tale, nisi sit necessarium, aliās daretur pluralitas sine necessitate, qd est peccatū, vt ait Arist. in 8. Topi. Etiam quia cum ea, quæ scripta sunt, vt ea intelligam, oportet ergo qd omnes scripturas ita legam, vt magis intellectui conueniant, nisi fortè cōtrarium appareat ex ipsis: sed cōuenientior modus intelligēdi est in scripturis narratiuis si intelligantur ita habere ordinem in reb' dictis, & gestis, sicut est in p̄cessu literæ: ergo semper accipiēda est quælibet litera, quasi sit sine anticipatione, & recapitulatione, nisi ex litera ipsa, vel aliunde demonstratur necessariò ipsam debere legi per anticipationem, aut recapitulationem: sed de ista prima clausula, quæ incipit hic vsq; ad illam partem, *Qui ait ostende mihi gloriam tuam*, non patet, qd sit legenda per anticipationem, aut recapitulationem: ergo dicendum est, qd sit continuata literæ seq. cap. s̄m ordinē naturalem narrationis. Item secūdo, patet hoc, quia necessarium est, qd ea, quæ dicuntur in hoc cap. sint continuata ordine naturalis narrationis ad ea, quæ dicuntur in seq. vt probatum fuit supra: ergo oportet, qd oīa sint continuata ad ea, quæ sunt in seq. cap. nisi ea, de quibus constat, qd non sunt continuata: sed non constat de hac clausula, qd sit legenda per anticipationem, aut recapitulationē, ergo est secundum continuationem naturalis ordinis legenda: si autem hoc non stet dabitur maximum inconueniens in omnibus libris sacra scriptura: scilicet non cōstet de ordine rerum gestarum, aut dictarum, & sic in quolibet loco poterimus dicere esse anticipationē, & recapitulationem, ita qd tota sacra scriptura tenens ordinem narrationum incertissima sit: sed hoc absōnū est: ergo oportet dici, omnia illa cōtinuata esse, de quibus non cōstat, quod sunt recapitulata, aut anticipata. Item tertio, & solidius adhuc per regulas, quas dedim' de anticipationem, aut recapitulationem, scilicet qd quandoconque sunt multæ propositiones, & contextiones pertinentes ad diuersa, dato quod vna sit anticipata, vel recapitulata respectu præcedentiū, aut subsequentiū, tamen non esse necessarium alias anticipatas, aut recapitulatas esse, & eadem regula est de cōtinuatione, sed si sint multæ clausulæ consequēter se habentes, & vna sit anticipata, necesse est omnes anticipatas esse, vel si vna continuata ordine naturali necessariò omnes continuata erunt: sed istæ duæ clausulæ, vel cōtextiones, quæ sunt à loco isto vsq; ad finem cap. sunt consequēter se habētes, ita qd vna dependet ex altera, ergo cum vltima sit continuata literæ seq. cap. secundum ordinē naturalem, necessariò erit vtraque continuata. Quod autem se habeant consequenter, scilicet vna ad alterā patet, quia ista prima est de educatione, & introductione filiorum Israel in terram Chanāā, & in fine huius contextionis subiunxit Deus causam, quare assentiebatur petitioni Moysi, dicens: Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. Et tunc Moyses assumpta audacia ex Dei benigna responsione: addidit aliam petitionem, dicens: Ostende mihi gloriam tuā. Et patet hoc ex modo literæ, quia cum dixisset Deus in fine primæ petitionis Moysi: Inuenisti gratiā corā me, & te ipsum noui ex nomine: subiugit litera, & ait: Ostende mihi gloriam tuā. f. qd dictis his verbis subiunxit Moyses: Ostēde mihi gloriam tuā. Cōcludit ergo ex superiorib' qd verba, q̄ hucusque dicta sunt in hoc cap. ab illo loco.

Ieronymus autem ut vir peritissimus considerans discretiue sensum, quem Moyses facere intendebat iuxta proprietatem lingua Latina, non viam, sed faciem transiit: sensum non verba respiciens. Aliqui Iudaei dicunt literam istam legendam proclamatiue, & incidentaliter, scilicet quod non esset ista quaestio de intentione principali Moyse, cum ipse pereret, quod daretur ei focus ad educendum Israelitas de loco isto, & introducendum in terram Chanaan. Et dum haec ageret quidam viator veniens in itinere sedit secus fontem, ut refocillaretur aqua, & sacculum magnae quantitaris pecuniae iuxta fontem oblitus est: venit & mox alius viator ad fontem, ut biberet, & inueniens sacculum pecuniarum, redijt retro velociter eade, qua venerat via assumens sibi pecuniam: venit confestim alius tertius viator, & sedit in margine fontis. Primus autem viator, qui pecuniam iuxta fontem oblitus recesserat redijt, & inueniens super fontem tertium viatorem, qui sacculum pecuniae non viderat, dixit ad eum: da mihi pecuniam meam quam hic oblitus sum, quia post recessum meum nullus alius venit ad fontem nisi tu: cumque iste secundus viator responderet se nihil tale vnquam vidisse, alio in contrarium asserente: tertius iste viator iracundia concitatus gladio transfodit viatorem primum, qui magnam pecuniam perdidit quantitate: Moyses autem haec vniuersa contemplan, quae in superficie mala videbantur Deo consentiente, proclamauit ex incidenti ad dominum dicens. *Ostende mihi viam tuam.* Id est. O domine rogo te, quod demonstras mihi tuam viam, vel processum in iudicando, quomodo mali praemia ferunt, boni autem in loco facinorum supplicia luunt. Quid enim est huiusmodi motuum? cui dominus subridet, aut nullum fuisse hic iniuste passum, quia viator iste primus, qui pecuniam sacculum iuxta fontem oblitus est, furatus fuerat eam patri illius secundi viatoris, qui eam inuictam asportauit, & idem primus viator occiderat patrem huius tertij viatoris, quare ab ipso occisus est. Iste sensus videtur aliquantulum coloratus: sed nihil continet veritatis: nam oportebat ut Moyses existens in monte videret istos viatores apud fontem accubare, & deponere sacculum pecuniae, & ista omnia facere, sed hoc non potest stare, quia Moyses erat intra caliginem montis, sicut dicitur supra 24. capitulo, quod Moyses ingressus fuit medium nebulae, & accessit ad Deum, & supra 20. cap. dicitur: quod Moyses accessit ad caliginem, in qua erat Deus: ergo non poterat ipse existens in illa caligine videre aliquid extra montem. Confirmatur hoc, quia quando Moyses stabat in monte cum Deo primis quadraginta diebus, Israelitae, qui erant in castris, non videbant eum: ideo dixerunt ad Aarone: fac nobis Deos, qui nos praecedant, Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de Aegypto nescimus quid acciderit: si tamen ipsi viderent, non dicerent hoc, nec instarent contra Aarone, ut faceret vitulum aureum. Item quia si Moyses existens cum Deo in monte posset aliquid conspicer de his, quae fiebant extra montem, potuisset maxime videre populum idolatrantem, scilicet quomodo faciebant choros in circuitu idoli: sed ista non vidit, donec descendit de monte, & stetit circa castra, quia tunc dicitur: Cumque appropinquasset vidit vitulum, & choros: ergo nec poterat videre viatores circa fontem. Item dato, quod posset videre viatores venientes, & incubantes margini fontis, tamen quia sacculus pecuniae erat aliquid paruum, non posset distinscte illum videre. Item dato, quod etiam videret omnia ista, requireretur, quod adhuc audiret verba disceptantium super fontem de pecunia, alioquin non videret causam unde proclamare deberet ad Deum pro hoc tanquam pro iniustissimo facto. Item cum Moyses staret in monte cum domino, erat attentus eis,

Expositio quorundam Iudaeorum

Confutat. expositio. Hebraeorum:

quae dicebantur ab eo, quia non decebat in conspectu eius, quem piam negligentem, aut inaduerterem esse: non ergo poterat esse attentus his, quae extra fiebant, ut consideraret pugnaes viatores, & haec sic successiue facientes. Item quia manifeste apparent ista conficta esse: nam si viatores veniebant, qui sic insidebant margini fontis, aut erant isti viatores de Israelitis, aut de alijs gentibus. Non est dicendum quod essent de Israelitis, quia Israelitae omnes in castris erant, nec habebant aliquid operis, ex quo diuagari cogerentur, & dato quod vellent diuagari nesciebant, nisi quantum nubes eos praecedebat, cum terram illam inuiam nunquam ambulassent, nec dicendum est istos viatores esse de alienigenis, quia nulla gens aunderet transire apud castra Israelitarum. Sciebant. n. oes gentes, quae erant in circuitu illius magnae solitudinis, quod Israelitae ascenderant de Aegypto ad accipiendas sedes. Timebant ergo oes, qui in circuitu aderant, ne irruerent super eos ad accipiendam terram eorum, ideo contra eos bella mouebant, ut patet de Amalechitis, qui iam bello Israelitas perturbauerant, ut patet supra 17. ca. postea vero aliae gentes insurrexerunt in eos, ut Chananei, Amalechite rursus, & Amorrici. Hoc autem, quod timebant eos. Sic patet supra 15. cap. cum agitur de transitu maris rubri, & ingressu in desertum, cum descenderent populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Phylitijm: tunc conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obrigerunt oes habitatores Chanaa. Non est ergo illo modo credendum, quod aliqui viatores de alijs gentibus transirent apud montem Sinai metatis ibi castris Israelitarum, quia omnes hoc formidarent: sed imperiti Iudaei ad modica respicientes, nec locorum circumstantiam, aut temporum qualitatem aduertentes ista ex sua stultitia confixerunt. Tenenda est ergo 2. expositio. quae immediate supra dedimus. *Ut sciam.* Id est desidero videre faciem tuam, ut cognoscam te, quia vix nunc de te nihil noui, si autem ostendis mihi faciem tuam. si mihi te exhibes taliter, qualiter sis clare cognoscibilis, quod facies notat, cognoscam te. *Et inueniam gratiam ante oculos tuos.* Id est hoc peto, ut sim gratus ante te. Vel potest accipi, quod non legatur per modum causae finalis motiue. scilicet quod ideo vellent Moyses cognoscere Deum, ut inueniret gratiam in conspectu eius, sed quod ista sit petitionis pars, & petent tunc duo. scilicet ostendat Moyse facies Dei: secundum, ut Moyses inueniat gratiam coram domino.

Quomodo Moyses petebat inuenire gratiam coram Deo, cui iam inuenisset, & de hoc esset a Deo certificatus.

QV AESTIO. XIII.

SED dicet aliquis quomodo Moyses petebat, ut inueniret gratiam in conspectu Dei, cum Deus certificasset eum, quod inuenisset gratiam in oculis eius, quia supra dicitur: Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Respondet, quod hoc verum erat, quod Moyses inuenerat gratiam in conspectu domini magis, quam aliquis de Israelitis, cum eum ad ratum populi ducatum praefecisset, & quod maius erat ita eum familiariter habebat, ut suam collocationem cum vellet praesto haberet, atque magnificauerat eum Deus in operatione mirabilium signorum, atque portentorum in Aegypto, & in diuisione rubri maris, atque educatione aquae de petra, & in caeteris, quae aut Moyse manibus, aut precibus conficiebantur. Haec vero nulli vnquam a saeculis viro fuerant communicata: satis ergo constabat Moyse, quod gratiam reperisset in conspectu domini: petit tamen Moyses inuenire se gratiam in conspectu domini (quia licet sciret se inuenisse quantum ad alia tamen si in hoc non inueniret gratiam, putaret se non inuenisse gratiam aliquam in conspectu domini, & si in hoc inueniret, arbitraretur se perfecte gratiam inuenisse.

Doct. determinat.

Et

Et inueniam gratiam ante oculos tuos. Id est rogo te quod in hoc quod peto inueniam gratiam ante oculos tuos. Vel ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos, id est & sciam me inuenisse ante oculos tuos gratiam: quia per hoc plene mihi patebit inuenisse gratiam ante te si hoc facias. *Respice populum tuum gentem hanc.* Hic conuertitur ad principale intentum, scilicet ut exoret pro educatione populi de loco isto, & introductione in terram Chanaan. Haec enim supra inchoauerat, cum dixit: praecipis, ut educas populum istum, & non indicas mihi quem missurus es mecum. & est sermo passionalis, id est concitatus ad passionem misericordiae audientem. *Respice populum tuum gentem hanc.* Id est respice hanc gentem, quae est populus tuus, quasi dicat, domine Deus, ecce quam magnus populus iste, quem tu eduxisti de Aegypto, & nisi tu eum clementer respicias, delebitur de terra pro aduersitatibus numerosa magnitudine: conuertatur ergo vultus tuus, & respice eos vultu benigno assentiens petitioni meae pro eis. *Dixit dominus: facies mea praecedet te.* Hic Deus aliquantulum mitigatus verbis Moyse respondit mitius quam ante responderat: quia supra dixerat non ascendam tecum, quia populus dure cervicis es: ne forte disperdam te in via. hic autem concedit quod facies sua praecedet eos. *Litera Chaldaica translationis habet. Gloria mea praecedet te. Quod referunt quidam ad columnam nubis dirigentem, quae dicitur gloria Dei, quia in illa monstrabatur virtus, & honor Dei: & tunc satis stat litera sequens, cum dicit Moyses. Si non tu ipse praecedas, non educas nos de loco isto.* Id est, domine bene volumus quod columna nubis, quae est facies, aut gloria tua praecedat nos, sed non sola columna: nam si tu non praecedis nos, non educas nos de loco isto: sed tunc id quod concedebat Deus erat modicum, scilicet facies mea praecedet te, accipiendo pro columna nubis, quia hoc semper concesserat, & hoc non abstulerat. Alio modo accipi potest, quod Moyses in hoc non renuat responsionem Dei, sed confirmet: in litera Hebraica habet hic aliter, quam sequitur nostra, scilicet. *Facies mea praecedet te.* Et tunc sequitur responsio Moyse, scilicet. *Si non facies tua praecedat, non educas nos.* Est sensus, quod Deus dixerat facies mea praecedet te, id est ego praecedam te, sicut tu petis. Et tunc Moyses quasi confirmans responsionem Dei ait. *Si non facies tua praecedat.* Id est, domine ego in hoc valde assentio, quod facies tua praecedat nos: quia si facies tua non praecederet, nollem quod nos educeres de loco isto. Quod autem sic habeatur in Hebraeo, patet, quia utrobique habetur pena, id est facies tua. Sed non conuenit iste sensus, quia litera sequens dissonat, faciens quod responsio Moyse non sit per modum confirmantis, sed per modum renuentis: nam cum dictum fuerit: Si non tu ipse praecedas, non educas nos de loco isto, siue secundum literam Hebraicam: Si non facies tua praecedat. Sequitur: In quo scire poterimus ego, & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, ut glorificemur ab omnibus his populis? si enim Moyses confirmaret Dei responsionem, non oportebat poni ista verba, quae sunt confirmatiua intentionis Moyse renuentis, quasi dicat: domine, si non praecedas nos, non educas nos de loco isto. Et iuste valde est, quod tu ipse praecedas nos, quia si non praecederes nos, quomodo possemus ego, & populus tuus scire, quod inuenissemus gratiam coram te, quasi dicat, in nullo possemus hoc scire. Item confirmatur hoc magis: quia infra in responsione Dei ad Moysen dicitur: Dixit dominus ad Moysen: Et verbum istud, quod locutus es, faciam: inuenisti enim gratiam coram me, id est etiam nunc volo facere hoc, quod rogas, quia inuenisti gratiam coram me: si tamen in hoc

Moyse non repugnasset priori responsioni Dei, & petuisset contrarium fieri, non posset ista litera illo modo introduci: si enim dixisset Deus: facies mea praecedet te, id est ego praecedam te, & Moyses hoc confirmasset, quomodo diceret Deus: Etiam verbum istud quod locutus es faciam? quia Moyses sic intelligendum nihil dicebat, sed faucebat sententiam dei: & sic Deus non faceret verbum quod locutus fuerat Moyses, sed verbum quod ipsemet locutus fuerat, scilicet quod facies sua, id est ipse praecederet eos: maxime quia ista responsio Dei, scilicet. *Et verbum istud quod locutus es faciam.* referretur ad immediatam dictam: fuit autem hoc verbum Moyse: In quo scire poterimus ego, & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum. Non potest ergo stare iste sensus. Alij dicunt quod accipitur hic facies Dei pro ira, sicut supra dicebatur de homine facioso, id est iracundo: & est sensus. *Facies mea.* Id est ira quam ego concepi de isto populo quando vitulum fabricauit, & coluit recedat ab eis. cui concordat litera Hebraica dicens. *Facies mea ibit.* Id est ira mea recedet a vobis. Sed ista expositio nullo modo conuenit litterae nostrae, quae habet praecedet, quia esset sensus, quod diceret ira mea praecedet te. Et hoc valde malum erat. Item nec concordat litera Hebraica, quia dicitur: *Facies mea ibit, & requiem dabo tibi.* in quo videbatur, quod Deus innueret aliquam gratiam fieri Moyse, quod ira Dei recederet ab eo, & daretur ei requies, quia Moyses nullatenus peccauerat in hoc facto, sed potius meruerat in quantum vitium populi tanquam prelatum (ut decuit) castigauerat: ergo non attinebat ad eum singulariter aliquo modo quod ira Dei recederet ab eo. Item non potest stare ista expositio, quia dissonat litera inferiori, scilicet in quo scire poterimus ego, & populus tuus inuenisse gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum: ergo non petebat Moyses, quod ira Dei recederet ab eo, sed quod Deus praecederet populum. Litera ergo ista potest intelligi dupliciter. Vno modo quod Moyses peteret Deum praecedere totum populum ad exeundum de loco isto, & introeundum in terram promissam, & tunc antequam Moyses clare peteret, ut Deus praecederet populum, quia dixerat ipse Moyses: Praecipis, ut educam populum istum de loco isto, & non indicas quem missurus es mecum: respondit Deus. *Facies mea praecedet te.* Id est ego dirigam te in via praecedendo te, & faciendo pro te miracula. Ad quod Moyses respondit. *Si non tu ipse praecedas, non educas nos de loco isto.* Et est ista responsio iuxta verba Dei supraposita, quia videbatur ex verbis Dei, quod ipse vellet praecedere Moysen solum, scilicet quod si necesse esset ad conseruationem vitae Moyse Deus faceret miracula, quae erant praecedere eum, & ascendere cum eo: sed non innuebatur ex hoc, utrum Deus vellet facere miracula pro populo: ideo Moyses curans, non solum de bono suo, sed etiam de bono aliorum quorum prelatum erat, dixit. *Si non tu ipse praecedas, non educas nos de loco isto.* Id est si tu non praecedas, non solum me, sed etiam totum populum, non educas de loco isto. Ista expositio satis conuenienter assignari potest, & hanc tenet Nicolaus, & multi Hebraeorum. Sed adhuc ista expositio non totaliter consonat, quia ad exprimendum istam Moyse intentionem, non solum debebat litera dicere: Si non tu ipse praecedas, non educas nos de loco isto. sed: Si non praecedas tu nos, non educas nos de loco isto, quia existente ista intentione non repugnat ista litera, quam Moyses posuit in responsione littere, quam Deus posuit. Nam Deus dixerat, quod praecederet Moysen: & Moyses dixit: Si non tu ipse praecedas, non educas nos de loco isto. Ergo si Deus praecederet consentiebat Moyses,

Expositio quorundam dicentium faciem Dei sumi pro ira.

Primus sensus litterae, quem Nicolaus esse sequitur.

Consuetudo. Lyran.

ses, quod educeret illos de loco illo. sed cum Deus praecederet Moysen, Deus dicebatur praecedere: quia in verbis Moysi, non determinabatur quem praecedere deberet: ergo non repugnat ista responsio verbis Dei: & tamen Moyses intendebat repugnare, quia alias poneretur ista litera superflua: ergo non est ista intentio literae. Item licet ista expositio possit stare secundum litteram Hebraeam aliquo modo: tamen secundum litteram nostram non habet aliquam apparentiam. Dicit enim litera Hebraea. *Facies mea praecedet te.* Et tunc sequuntur verba Moysi. *Si non facies tua praecedit, non educas nos de loco isto.* Ita quod utrobique ponitur facies: cum ergo ibi non fiat differentia quantum ad Deum praecedentem, qui vocari videtur facies, debet inquiri differentia in aliquo alio: & quia in primo dicitur, facies mea praecedet te, ut fiat differentia, secundum illi intelligitur in plurali, scilicet. *Si non tua facies praecedat.* Scilicet nos considerando tamen litteram nostram non stat ista expositio, quia litera nostra facit differentiam quantum ad faciem: quia cum in litera, quam dixit Moyses, dicatur: *Si non tu ipse praecedis*, in litera, quam dixit Deus dicitur: *Facies mea praecedet te.* ergo in hoc stat differentia, & non secundum quod ista expositio faciebat differentiam in praecedendo Moysen, vel praecedendo Hebraeos. Et adhuc secundum litteram Hebraeam non concordat totaliter, quia deberet dici in verbis Moysi: *Si non facies tua praecedit nos, non educas nos de loco isto, sed dicitur: Si non facies tua praecedit: ita quod non apparet utrum magis dicatur pro Moysen solo, quod Deus praecederet eum, vel quod praecederet Hebraeos. Aliter ergo dicendum est, scilicet quod Deus dixerat Moysi. *Facies mea praecedet te.* Scilicet quod per faciem non intelligatur ipse Deus, sed intelligatur aliquis angelus multum specialis, qui magis habeat representare Deum quam angelus, qui ante praecedebat in columna nubis: ideo vocatur angelus iste facies Dei, id est angelus habens specialem potestatem representandi Deum, quod apparet in facie. Et vocatur iste ab aliquibus angelus facierum. Moyses autem non fuit contentus quod praecederet eos facies Dei, id est angelus, qui representabat faciem Dei: sed quod Deus ipse praecederet: ideo dixit: *Si non tu ipse praecedis, id est nolumus, quod praecedat facies tua, sed tu ipse: alioquin non educas nos de loco isto.* In hoc autem Ieronymus mutavit litteram Hebraeam, quia cum dicatur in illa. *Si facies tua non praecedat.* Et hic in littera nostra dicitur. *Si non tu ipse praecedas.**

De translatione D. Ierony. verb. si non tu ipse praecedas.

QVAESTIO. XV.

CIRCA quod consideranda sunt duo. Primum, quare Ieronymus mutaverit litteram istam a littera Hebraea. Secundum est, quare magis mutavit ponens sic. *Si non tu ipse praecedis*, quam aliquid alterum. Ad primum respondetur, quod Ieronymus cautissime mutavit: & ratio mutandi fuit, ut littera non poneretur frustra: & ut concluderetur intentio Moysi ex verbis eius. Cum enim hic ponantur contraria responsio prima Dei, & replicatio Moysi, ut patet ex principio verborum Moysi: oportet dare modum, per quem repugnet. sed si ponatur sic, ut est in littera Hebraea, non videtur repugnantia ex ipsa litera: ergo oportet assignare quendam alium modum, per quem repugnet. Cum enim dicitur in littera Hebraea ex verbis Dei. *Facies mea praecedet te.* Et postea subiungitur. *Si facies tua non praecedit, non educas, & cetera.*

Non est repugnantia ex parte eius, quod est praecedens: quodcumque velimus signare per faciem. Eodem modo utrobique sumendo non est etiam differentia ex parte eius, ad quod praecedit: quia in primo dicitur. *Facies mea praecedet te.* In secundo dicitur. *Si facies tua non praecedit.* & non dicitur ad quid debeat praecedere: ergo non repugnat dictum Moysi dicto Dei, & sic esset superfluum. Et si dicas quod repugnat, quia dicitur. *Non educas nos de loco isto.* Respondetur quod nihil agit: quia hoc est in alia oratione, & hoc existente potest non repugnare dictum Dei dicto Moysi: ergo hoc non facit repugnare. Consequentia est nota. Patet antecedens, quia sicut in primo dicitur. *Facies mea praecedet te.* Ita in secundo potuit poni. *Si non tua facies praecedit.* Et sic non repugnat, & sic sequitur oratio illa, quae habetur in litera, scilicet non educas nos de loco isto. Non ergo repugnat una illarum duarum alteri propter istam orationem. *Si non tu ipse praecedis*, cum ipsa per se non faciat repugnare alteri. Ut ergo istae duae orationes repugnarent secundum quod intendit Moyses facere eas repugnare, oportet ut mutarentur verba in Latino, cum secundum virtutem litterae Hebraeae non repugnent. Secundum erat quare magis sic mutavit quam aliter, ut diceret. *Si non tu ipse praecedis.* Respondetur quod haec habuit Ieronymus ex verbis Moysi. Nam id quod hic petebat Moyses, contrahebat inferius: sed inferius innuit quod Moyses peteret quod ipse Deus per se praecederet: ergo petebat hic, quod ipse Deus praecederet. Patet enim quia dicitur infra: in quo enim scire poterimus ego, & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaveris nobiscum? & postea Deus concessit hoc dicens. *Et verbum istud quod locutus es faciam.* Ergo hoc petebat hic Moyses, cum istud pronomen demonstrativum (hoc) non habeat aliquid alterum, ad quod referri possit, nisi ad hoc quod est Deum praecedere: rectissime ergo, & distinctissime mutavit beatus Ieronymus. *Facies mea praecedet te.* Id est angelus, qui specialiter representat me, & vocatur angelus facierum. *Praecedet te.* In hoc quod dicitur praecedet te: non excluditur quia praecedat populum, sed dicitur: praecedet te: quia erat Moyses, ductor populi, & praecedendo ipsum, praecedebat populum suum: Sic patet supra in principio capit. cum dicitur: *Vade ascendere de loco isto & cetera.* & sequitur: *Mittam praecursorem tui Angelum meum.* Non enim negatur in hoc, quin esset praecursor populi: quia supra 23. cap. dicitur, quod Angelus esset praecursor, & Deuter. septimo capitu. *Et requiem dabo tibi.* Id est auferam tibi omnem laborem, & sollicitudinem. diligebat. n. Moyses populum istum Hebraeorum, in visceribus charitatis tanquam proximos, & tanquam subditos, quia peccauerat colendo illum vitulum, de quo supra memoratum est Deum deserentes, timebat valde ne Deus desereret eos, & irruerent super eos hostiles turbae atque delerent de terra: Deus tollit ei hanc sollicitudinem dicens, quod dabit ei requiem ab his angustiis. *Si non tu ipse praecedas.* Id est non sufficit quod praecedat nos angelus facierum: quia exiguntur miracula aliqua ad perductionem huius populi per desertum, & introductionem in terram Chanaan: sed angelus non potest facere miracula, ideo non sufficit: sed tu ipse praecedere nos. Viderat enim Moyses, quod in exitu de Aegypto Deus fecerat pro eis multa miracula, quae si non faceret non potuissent usque ad locum istum perducere Hebraei: suspicabatur ergo Moyses in futurum in itinere terrae Chanaan tales casus affuturos, in quibus necessaria esset miraculorum operatio ad conservationem status Israeliticum: praecipue quia credebat Moyses esse nunc sibi necessariam maiorem conservationem, quia maiorem potestatem haberent hostes

hostes in eos, quam si non peccassent, & alia mala frequentiora eis evenirent. Cum autem dicitur hic. *Si non tu ipse praecedas*, Accipiendum est, sicut accipiebatur supra in illa litera. *Non ascendam tecum.* & in litera. *Angelus meus praecedet te.* Nam Deus semper praecedebat Israelitis necessario, & subsequerebatur eos, quia Deus est super omnia, & infra omnia, & ante omnia, & sic de aliis differentiis positionum: sed dicebatur praecedere, si operaretur cum eis miracula: si autem non operaret miraculose, dato quod esset semper cum eis, non dicebatur praecedere, nec ire cum eis, quia non apparebant signa praesentiae divinae, quae in hoc cognoscitur distincta ab omnibus aliis rebus, quia sola operatur miracula. *Non educas nos de loco isto.*

Quare Moyses dicebat, si nos non praecedis & c. cum etiam in loco illo Deo direttore, & conservatore indigebat.

QVAESTIO. XVI.

QVAERET aliquis, quare Moyses dicebat: *Si non praecedas nos, non educas nos de loco isto:* quia sicut in itinere indigebat direttore, & defensore: ita in loco illo indigebat conservatore. Respondetur, quod si Deus non esset ductor populi huius, caderet in manus hostiles, & in multa infortunia: haec autem infortunia non poterant eis ita evenire existentibus in monte Sinai, sicut si itinerarent: Nam iste locus erat separatus magis a turba hostili quam alia loca per quae transire erant in itinere: ergo non ita irruerent hostes super eos existentes hic, sicut si in itinere moverentur. Item est si iste locus esset apud hostes, tamen magis esset eis securum manere quam ambulare, quia alii gentes movebantur contra eos in bellum, putantes quod vellent invadere terram eorum: cum autem manerent in aliquo loco, nulla gens suspicaretur, quod vellent impugnare eam, & non moveretur ex adverso in pugna contra eos: cum vero moverentur, omnes gentes suspicaretur, & convenirent contra eos ad delendum eos. Item quia a loco illo usque ad terram Chanaan, oportebat transire per confinia multarum: & licet una gens non pugnaret contra eos, vel pugnant non preualeret: tamen alia pugnaret, & prevaleret: magnum ergo periculum erat exire de loco illo, si non haberent ducentem sufficientem ad protegendum ab omnibus adversitatibus. Et in hoc discretus erat valde Moyses: unde si forte Deus nolisset praecedere eos, cuius tamen contrarium disposuerat facere ab aeterno, Moyses, & totus Israelitarum populus non exirent de loco illo, ut irent contra terram Chanaan, sed aut coniungerentur Madianitarum populis, qui erant circa montem Sinai, ut declaravimus supra tertio cap. Et hoc quia Madianitae pertinebant ad genus Hebraeorum, cum essent filii Abraham ex Cethura. vel in terra illa coniuncta monti Sinai popularent, quia licet illa terra antea non fuisset habitata: tamen postea habitabilis facta est, & nunc habitatur: & praecipua causa est propter fontem, quem Deus fecit effluere de petra Horeb percutiente Moysen petram, ut supra decimo septimo cap. ibi autem nunc tota illa terra vallis Moysi appellatur, & est habitata: quia beneficium fontis illius tota irrigatur, ut patet in libro de divisione terrae sanctae, ubi agitur de Arabia. *In quo enim scire poterimus ego, & populus tuus.* Hic confirmat suam petitionem probando eam esse rationabilem, quasi dicat: dominum rationabile est, quod praecedas nos, sicut petimus, quia aliam non posset apparere, quomodo ego, & populus tuus inuenimus gratiam coram te. Moyses unum dicit, & alium praesupponit: praesupponit enim, quod Deus ha-

Discretus fuit Moyses in periculo ne eos educeret si ipse non praecederet.

beret gratiam sibi Moysen, & populum suum: de Moysen autem patet, quia Deus dixit supra: *Novi te ex nomine, & inveniisti gratiam coram me.* De populo autem suo patet, quia Deus acceperat eos peculiunt de cunctis populis terrae, & in regnum sacerdotale, ut patet supra decimo nono cap. ideoque pro eis tanta fecerat. Et si dicas quod non bene persuadebat Moyses, quia populus debuisset esse gratus coram Deo, quia tamen peccauerat, non erat gratus coram Deo. Respondetur, quod licet populus peccassent, tamen Deus ei remiserat iniquitatem, ideo redibat in pristinam gratiam. Sed nec est hoc simpliciter verum, quia postea cum Deus concessit hanc petitionem, subdidit causam, scilicet: *inveniisti enim gratiam coram me, & non ui te ex nomine: & non dixit aliquid de populo, quia populus non merebatur aliquid, quia quod Deus remisisset ei culpam, erat ex pura Dei benignitate, sed populus non habebat tunc aliquid, propter quod apud Deum aliquid mereretur: cum vero accepit legem, & Deus eum in peculiarem populum accepit, merebatur apud Deum ex illo bono opere, et atque acceptus Deo: secundum est quod dicit Moyses, scilicet quod non apparet quomodo ipse, & populus essent in gratia Dei, siue quod inveniissent gratiam ante oculos eius, nisi hoc faceret. Et satis rationabiliter arguit, quia quando aliquis inuenit gratiam in conspectu alicuius, omnia opera illius sunt grata, & acceptabilia illi, in cuius conspectu gratiam reperit, scilicet quod Deus praecederet populum in via, erat quoddam bonum populo, & Moysi: si igitur erant grati in conspectu Dei, debebat hoc agere. *In quo scire poterimus.* Non intelligas: in quo, id est in qua re. Quia dato, quod non fecisset hoc Deus pro Moysen, & populo Israelitico, adhuc in multis aliis rebus sciebant se inveniisse gratiam coram Deo, quia fecerat, & continuo faciebat pro eis talia, qualia non faciebat pro aliqua aliarum gentium. Sed est accipiendum *In quo scire poterimus*, id est quomodo scire poterimus, quasi dicat, licet multa bona nobis feceris, in quibus videbamur inuenisse gratiam coram te, tamen si hoc non agis: non patebit nobis plene utrum inuenimus gratiam coram te. *Ego, & populus tuus.* Posuit se hic Moyses specialiter, & populum generaliter, quia credidit, quod Deus aliquid ageret pro eo: nec tamen in hoc de meritis suis gloriabatur, sed quia Deus ei dixerat: *Inveniisti gratiam coram me: & non ui te ex nomine.* certificatus ergo a Deo, quod placebat ei, voluit nomen suum interponere, ut sic Deus aequaliter placere, & propter hoc Deus postea placatus est, quia in fra dicitur: *Et verbum istud, quod locutus es faciam: inveniisti enim gratiam coram me.* *Inveniisse nos gratiam in conspectu tuo.* Id est quod placet tibi de nobis, & diligis nos. *Nisi ambulaveris nobiscum.* Quasi dicat, nos petimus a te, quod ambules nobiscum in via, & hoc non est difficile tibi: est etiam iustum: ergo si non facis non patet quomodo coram te gratiam inuenimus. Et dicitur. *Ambulaveris nobiscum.* Scilicet faciendo pro nobis miracula in quibus appareat te ambulare nobiscum. *Ut glorificemur ab omnibus populis.* Videntes enim omnes populi, qualiter Deus Hebraeorum faciebat talia pro eis, qualia nullus Deus gentium fecisset pro cultoribus suis: laudabant, & felicem praedicabant populum Hebraeorum, sicut patet Psal. 144. *Beati dixerunt populum cuius haec sunt, & benedictus populus cuius dominus Deus eius: sic enim & alii gentes laudabant Hebraeos, quia habebant legem, & caeremonias rectissime ordinatas, ut patet Deuter. quarto cap. cum dicitur: *Haec est sapientia nostra & intellectus coram populis, ut audientes universi praeseptra haec dicant: en populus sapiens, & intelligens, & gens***

gens magna: nec est enim alia natio tā grandis. *Qui habitant super terram.* Infra terram nullus populus habitat, nisi accipiat populus pro turba miserorum dānatorum. Poete enim magnum populum sub Plutone deo inferorum cōstituebant, & in campis Elisius, ubi viri virtuosī purgati sunt similiter magnum populum. Sed isti non propriē vocantur populus, quia populus est multitudo virorum communicantium loco, & lege, & alijs communicationibus ad se sufficientiam in liberis, & equalibus, secundum quōd aliter qualiter concluditur ex verbis Aril. quinto Ethicorū, ubi tractat de iusto simpliciter, quod est politicum, & de iusto secundum quid: & in tertio Politicorum, sed inter damnatos non existunt istę conditiones, ideo nō vocantur populi. Primō, quia non sunt viri, sed spiritus. Secundō, quia non communicant lege: nam ibi nullus ordo est, sed sempiternus horror inhabitat, ut patet Job. capit. tertio, quia non conveniunt isti ad se sufficientiam, id est quōd ex hoc quōd conveniunt habeant sufficientiam omnium necessariorum ad totam vitam, qui autem damnati sunt non conveniunt ad se sufficientiam, sed ad penarum perturbationem. Item quia populus consistit secundum cōmunicationem iusti in liberis, & equalibus, in inferno autem nihil tale consideratur: ergo non sunt populi. Eodem modo, & illi, qui sunt in vita æterna felicitatis paradisi non vocantur populus, quia non sunt viri: & sic de alijs conditionibus. scriptura tamen sacra vocat interdum populum congregationem spirituum bonorum in limbo, sicut dicitur de Abraham, q̄ mortuus est appositusque est ad populum suum, ut patet Gen. 25. cap. id est postius est cum alijs animabus beatis in limbo: sic dicitur de Isaac Gen. 25. sic de Jacob Gen. 49. capi. Sed non est proprius modus loquendi. Cū autem dicitur. *Qui habitant super terram.* Non ponitur ad differentiam aliquorum populorum, qui sub terra habitent: quia nulli tales sunt: sed ponitur ex superabundantiā, quia sic verum est quōd omnes populi quotquot sunt habitant super terram. Nec valet, si arguatur de Antipodibus nostris, si qui sunt, distantibus a nobis per declinationem dimidię spherę, vel quatuor. Nam & isti super terram sunt, alioquin nullus populus esset super terram, quia si diceremus illos esse sub terra, quia Antipodes nostri sunt, ita illi dicerent nos esse sub terra, quia eorum Antipodes sumus: & sic posset argui de omnibus gentibus. de his magis dicitur Deuterono. sexto cap. Dicitur autem. *Ab omnibus populis, qui habitant super terram.* Non quōd miracula, quę faciebat Deus pro Iudæis scirent omnes populi, & laudarent Deum Hebræorum beatificaretque Hebræos, quia quędam illorum erant, quę non poterant in oibus populis sciri esse miracula, aut q̄ facta fuissent. Alia erant facta pro Iudæis, quę necesse erat omnes populos cognoscere facta esse, & quōd cognoscerent illa esse miracula: & tamen nesciebāt, quis Deus illa egisset, aut dato quōd constaret Deum verum illa egisse, tamen non constabat vtrum egisset pro Iudæis, aut pro alijs populis, vel ex alia causa. De quibus latius dicitur Deutero. vigesimo octavo capi, super partem. *Videbunt omnes populi terrarum, quōd nomen domini invocatum sit super te.* & ibi vide: *Dixit autem dominus ad Moysen.* Quia non fuerat Moyses contentus prima responsione, & replicauerat contra Deum: respondet hic aliter Deus concedens totum quidquid vult Moyses. *Et verbum istud quod locutus es faciam.* Id est non solum ea, quę supra dixi faciam, sed etiam hoc quod nunc locutus es, id est quod nunc petisti, scilicet ut ego pręcederem Israelitas in via. *Et glorificemur a cunctis populis.* Verbum quod ponitur hic in Hebræo potest signare honorem, vel distinctionem: si autem signi-

Populus quid sit.

Illi qui in inferno degunt non habent populi rationem.

Qui sunt in paradiso nō possunt populi vocari.

ficet honorem, sic ponit literam, scilicet ut glorificemur, & sic expositum fuit supra. Sicut enim accipitur pro distinguit, est sensus: domine pręcedas nos, ut distinguamur a cunctis populis, quasi dicat alii populi diriguntur per angelos, nos autem dirigemur per te ipsum. Et patet hoc quia angeli primi, & secundi ordinis dantur ad custodiam hominum specialiter, & ad custodiam populorum. De hoc patet Psal. 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, id est angeli, qui custodiunt populos. Et sic dicunt sapientes Hebræorum, quōd quando Israel erat in gratia Dei, solus Deus dirigebat eum: cum verō peccabat, dabatur ei vnus de Angelis in principem, scilicet Michael. Sed hoc nihil est, quia Deus per se nullius populi est conferuator, aut rector: omnes enim commisit ministris suis, alijs esset mutatio ordinis q̄ Deus haberet ministros, & tamen ipse esset minister. Item quia Dani. 10. cap. cū agitur de reuelatione facta Danieli de pugna angelorū, scilicet inter principem Persarum, & Hebræorum: & vocatur ibi princeps primus Michael: & ibi notantur adhuc esse multi alij principes Hebræorum, quia sic dixit ibidem angelus Gabriel, quōd fuisset ei in adiutorium Michael vnus de principibus primis gentis Hebræorum: & tamen non erat tunc Iudæi in peccato: quia iste erat finis quasi captiuitatis Babylonicę: quando redituri erant in terrā suā: & iam peccatum suum luerant: ergo omni tempore, siue cū essent in peccato, siue cū in gratia, regēbatur per angelos constitutos illi populo in principes. *Inuenisti enim gratiam coram me.* Hic ponitur causa superioris concessionis: erat enim aliquid magnum, q̄ Deus concederet se pręcessurum in via: hic tamen concessit, & dicit quōd ideo fecit, quia Moyses inuenit gratiam in conspectu eius, id est quia placebat ei, & quidquid Moyses faceret, aut diceret, Deo bonum videbatur. Quod autem sic gratiam inuenierit coram Deo erat, quōd Deus eum ab æterno ad magnas res pręordinasset. *Et respicimur nomen ex nomine.* Id est in hoc tanto populo solum te noui ex nomine, scilicet quōd te habeo in valde magna reputatione, alios verō in modica, sicut illi, qui nominatim cognoscuntur, & vocantur a regibus, & magnis viris, sunt honoratiore illis, qui non cognoscuntur ex nomine. Quomodo autem Deus cognoscat aliquem ex nomine supra in hoc capitulo magis dictum fuit. *Qui ait.* Scilicet Moyses. *Ostende mihi faciem tuam.* Gradatim tendit Moyses in petitionibus, quia antea petierat, & impetrauerat quōd Deus pręcederet populum, nunc autem petit, quōd demonstraret ei essentiam suam: quod est maximum bonum, & in qua visione consistit beatitudo: licet non in tali modo quali vidit eam Moyses: & facit hic Moyses sicut faciunt serui dominis suis: cū enim petunt aliquid, & vident eos gratos sibi atque facilliter concedentes, petendi vltiora accipiunt confidentiam: Moyses ergo, quia vidit Deum gratis concedentem atque dicentem: inuenisti gratiam coram me, fuit accessus ad petendum efficacior, & vltior aliquid. *Ostende mihi faciem tuam.* Supra enim hoc petere incepserat dicens: Ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos. Deinde tamen ommissa illa petitione conueniens fuit ad alteram, scilicet ut Deus pręcederet eos, ut patet ex superioribus. Cū verō obtinuit hoc, rediit ad priorem petitionem, scilicet ostende mihi faciem tuam, & in hoc petit Moyses dari sibi cognitionem essentie diuine, quę est clarissima, & perfectissima cognitio qualis per vultum signatur.

An

An visio, quam habuit hic Moyses de Deo, esset per essentiam Dei, vel in aliqua figura.

QVÆSTIO. XVII.

QUOD autem viderit Moyses Deum per essentiam, est communis positio omnium catholicorum doctorum, quod satis innuitur Nume. capit. 12. scilicet. Non per figuras, & ænigmat a Deum videt. Sed hic non videtur ei concessa ista visio, quia dicitur infra quōd Moyses non posset videre faciem Dei: & tamen visio, quę est per essentiam pertinet ad faciem. Item quia dixit ei Deus, quōd poneret eum in foramine petre, ne videns moreretur: si tamen vidisset essentiam diuinam, nihil magis moreretur, aut viueret existens in foramine petre, quā extra petram. Itē quia dicitur hic: Transibit gloria mea: & postea dicitur: Donec transeam: transire autem ad corporalia pertinet, & habentia corporum proprietates: visio autem per essentiam nihil corporalitates habet, aut fit per modum cognitionis corporalis: ergo non est visio per essentiam illa, quę hic communicata fuit Moysi. Item quia dicitur infra. Protegam te, quasi dicat, hoc quod videbis, aut videre posses, ita est excellens quōd moreris, nisi ego te protegerem, ideo ego te protegam: sed visio per essentiam non est aliquid tale, quod in corpore agat ad aliquam corporis immutationē: ergo nō est hic visio per essentiam, sed aliqua cognitio sensitiva. Item quia dicitur infra. Ponam dexteram meam super te donec transeam, & cum transiero auferam dexteram meam, & videbis: ergo sequitur quōd ista visio erat sensitiva, quia ad videndum per essentiam non oportet ponere manum super oculos aut tollere, quia ad hanc visionem oculi nihil cooperantur. Item quia dicitur: Et videbis posteriora mea, cū transiero, faciem autem meam videre non poteris: distinguuntur enim hic positiones corporum, scilicet ante, & retro: siue facies, & posteriora. & isti videntur per motum cū dicitur: transibo. sed visio per essentiam nec habet ante nec retro: ergo non est hic visio per essentiam, quę communicatur, sed visio aliqua sensitiva. Dicendum ad hoc vno modo, quōd licet Moyses si fuerit communicata visio Dei per essentiam, sicut probatum est: & est communis sanctorum doctorū assertio, tamen non fuit facta hic ista visio, ut patuit ex supradictis rationibus. Quando autem fuerit visio ista, non potest clarē consistere ex litera: hoc tamen constat, quia ante tempus hoc non viderat Moyses Deum per essentiam, alioquin non postularat: Ostende mihi faciem tuam, si eam semel vidisset. Quid autem fuerit ista visio, de qua litera loquitur. Dicendum quōd fuit quædam visio sensitiva perfectissima, scilicet quōd Deus causerit quoddam corpus humanum ex aere, quod in lucidum, & pulchrum reddidit, quale nūquā fuit, nec erit de aere: nec poterat aliquis homo excogitare: in quo poterat esse summa quietatio potentie visive tanquam in perfectissimo obiecto suo, & tanta erat excellentia illius lucis, quōd non poterat eam cōtemplari secundum se oculus humanus: & non solum illud corpus erat excellens in luce: ita quōd esset intensissimē lucidum, si fas est, sed etiam, quod magis est, Deus addiderat illi luci quendam perfectionem accidentalem, scilicet quendam gratitudinem, secundū quam ita complacebat oculis humanis, quōd nihil esset, quod magis complacere possit: & in quo tota potentie visive fruius esset. Ordinauerat autem sic Deo istud corpus, ut in parte interiori, quę dicitur facies essent radij lucis intensissime, & maxime gratitudinis: ita ut nullus oculus humanus secundum armoniam, quam habet in corpore adhuc corruptibili, eam intue-

Quid, & quō fuit visio quę Moyses habuit de Deo.

ari posset, & si forte intueretur illam, & ab ea immutaretur: ita erat excessiua, quōd occideret hominē obstupesciendo: sicut fit quando videmus aliqua valde terribilia: ideo Deus noluit demonstrare istam partem anteriorem Moysi, dicens: non videbit me homo, & viuet, id est nullus poterit videre lucem istam tam excessiuam, quin moriatur. Pars autem posterior habebat radios lucis multum intenses, & grata: intantum tamen erat intensa, ut hominum oculi possent ferre illam: & hanc vidit Moyses, cū dixit Deus: videbis posteriora mea. ad hoc autem quōd Moyses videret posteriorem huius lucis partem, & non anteriorem, posuit eum Deus in foramine cuiusdam petre in monte Sinai: & transiit Deus ante foramen illud: & cū transiret posuit Deus aliquam nubem densam ante foramen lapidis illius, ne videre posset Moyses radios faciei: & cū transisset ita ut iam illos videre non posset, abstulit Deus illam nubem densam de foramine petre, & tunc Moyses vidit tergum transeuntis illius corporis luminosi, atque gratissimi. Et hoc est quod dicitur infra: cunquē transierit gloria mea: ponam te in foramine petre, & protegam dexteram meam donec transeam: tollamque manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris. Ecce lector quicunque es, clarissimē ex litera resultare videbis, si sine inuidia conspiceris velis. Et posito isto fundamento respondebitur, cū arguatur de Moyses, quod ipse petierit videre faciem Dei: quod licet petierit, tamen non est datum sibi, ut nunc videret faciem Dei, id est essentiam eius, sed datum est postea: nunc verō dedit ei quendam visionem multum consolationatiam, quę tamen fuit corporalis. Si autem arguatur, quia dicitur infra. Ego ostendam tibi omne bonum meum, & tamen non demonstratur omne bonum Dei, nisi monstraretur essentia eius, quę est summum bonum: ergo fuit monstrata diuina essentia. Respondetur, quōd locutus fuit de bono Dei, quod corporaliter percipi potest, scilicet, ego ostendā tibi omne bonū meum, id est totum bonum, vel perfectionem meam, secundum quam ego possum letificare homines corporaliter. Aliter dici potest, quōd Deus promiserat ei demonstrare totum bonum suū, & sic promiserat demonstrare essentiam suam, sed nunc non ostendit ei essentiam suam, sed quoddam bonum in imagine condelectatum sensitivum. Alio modo responderi potest, circa istam principalem questionem, quōd Moyses viderit essentiam Dei, & viderit eam nunc in monte, tamen non fuit idem tempus videndi essentiam, & videndi corpus illud lucidum. Circa quod sciendum, quōd Deus monstrauit hic Moysi duo. Primum fuit essentia diuina, quę solo intellectu intuitu cōcipitur: nec fit aliqua mutatio, aut transitio, aut occultatio ad illam, scilicet quōd non oportet ad illam, quōd gloria Dei dicatur transire: nec quōd Moyses ponatur in foramine petre, aut manus destra Dei ponatur super Moysen, & videat posteriora, & non anteriora. Hęc enim omnia corporalia sunt, & de ista visione modicum tangit litera hęc & obscurē. Secundum, quod Deus hic monstrauit, fuit quoddam corpus lucidū, sicut supra descripsimus illud nihil tollendo, aut addendo: & ad hoc fuerunt factę omnes cæremonię, quę ponuntur in litera. De hoc enim corpore viso clarē loquitur totaliter. Et ista positio est conuenientior quā prima: nam ista ponit totum quidquid ponit prima, & non repugnat ei vllatenus in modo assignandi visionem: ponit insuper & visionem essentie diuine nunc factam, quod valde conuenit. Primō, quia conitar quōd Deus monstrauit se Moysi per essentiam, sed non videtur esse aliud tempus conuenientius,

Resp. ad argu. factū in expositione ter-tius.

Alia positio circa principalem quęstionem.

in quo se demonstrauerit Deus Moyfi quā hoc : ergo nunc demonstratus fuit. Item nunc petit Moyfes a Deo quod mōstraret ei faciem suam, id est essentiam suam, & Deus demōstrauit ei quoddam corpus luminosum: si autem non demonstrasset etiam essentiam suam, nihil ad propositum ageret respondendo petitioni Moyfi. Item valde fundatur ista positio in litera, quia dicitur: ego ostendā tibi omne bonum meū: Deus enim in seipso est bonū spirituale, cum sit spiritus: quia tamen dicitur esse bonum nostrum, eo modo est bonum nostrum, quo perficit nos, & quia infinitus est, potest perficere nos omni modo, quo perfici possumus: nos autē, quia & spirituales sumus, & corpora habentes, possumus perfici spiritualiter, & corporaliter: tunc ergo Deus nobis omne bonum suum demōstrat, quādo nobis bonum, quod est spiritualiter bonum, & corporaliter bonum indicat: sic igitur fecit hic, quia demōstrauit summum bonum intellectus, quod est perfectissimum bonum suum, scilicet essentia digna secundum se clarē cognita: demōstrauit etiam bonum corporale, & quia corporaliter aliquis perfici potest secundū potentias receptiuas, De^o voluit perficere Moysem mōstrando ei bonum, quod est maxime secundam corpus perfectissimum: potissima autem perfectio corporalis est secundum potentiam perfectiorem inter corporales: inter has tamen potentiam visum precipuam constituimus, quia ut ait Philosophus in proemio Metaphy. sensum visus plus diligimus, quia plures rerum nobis differentias ostendit. Dedit ergo Deus Moyfi bonum quoddam maxime perfectissimum secundum potentiam visum, monstrando ei quoddam corpus lucidissimum atque gratissimum, cuius tāta erat excellentia pulchritudinis, & lucis radiis, ut illam ocul^o in armonia corporis adhuc mortalis tolerare vestimentum se totam nō potuerit, sed solum vidit Moyfes posteriorem partem illius lucis, quae remissior erat. Sic ergo omne bonū Dei Moyfi monstratum est: non quidem omne bonū quod Deus habebat explicitē, quia multa alia genera delectationū monstrare potuisset: sed monstrauit omne bonum, quod Moyfes secundum intellectum, & secundum visum recipere poterat. Ab ista autē magna luce corporis illius, quam vidit Moyfes tantū mutatus est, quod non solum delectatus fuit in visione, sed etiam vultus suus radios induit luminosos: vnde dicitur: Facies eius cornuta ex p^o sortio Dei, ita ut non poterant intendere in eum filij Israhel, nisi poneret velamen super vultum suum, ut patet sequenti cap.

Quare Deus Moyfi monstrauit corpus tam lucidum, ut non posset videre partem illius anteriorem.

QV AESTIO. XVIII.

QV AERET autem aliquis de isto corpore luminoso, quod Deus monstrauit Moyfi: quare fecit illud tam luminosum ut Moyfes non potuerit videre vultum eius, sed partem posteriorem. Nam solum fiebat istud corpus, ut videret illud Moyfes, cum De^o veller ei ostendere bonum suum. facere igitur tale corpus, quale Moyfes videre nō posset, videbatur esse frustra. Respondetur, quod Deus fecit istud corpus ad complacendum Moyfi, ut demonstraret ei omne bonum suum: Moyfes enim solum petiuerat videre essentiam Dei, cum dixit: Ostende mihi faciem tuam. Deus autem, quia Moyfes inuenerat gratiam in conspectu eius, non solum voluit ei ostendere essentiam suam, in qua delectaretur secundum intellectum, sed etiam corpus illud luminosum, in quo summe dele-

ctaretur secundum visum: fecit autem in hoc corpore duas differentias luminis, & pulchritudinis. Vna, quae erat tāta quantam posset pati oculus humanus adhuc in armonia mortali existēs, ad hoc quod vltimate perficeretur: & secundum hoc perficiebatur quantum erat perfectibilis, & poterat delectari in statu mortali adhuc existens. Alia autem differentia luminis, & pulchritudinis, quam non poterat tolerare oculus adhuc mortalis existens propter suam excellentiam, fuit ad hoc quod Moyfes moueretur in laudem Dei cognoscens tantam esse lucem eius, ut nec ab hominib^o experiri posset. Ex hoc etiam inurgebat quoddā gaudium intellectus intelligens lucem ita perfectissimā, ad quam sensus accedere non valet. Conclufum autē ex superioribus manet, Deum demōstrasse Moyfi hic lumen corporale ad delectationem visus, & essentiam suam ad summum gaudium, & perfectionem intellectus. *Ostende mihi gloriam tuam.* Id est essentiam tuam, quae est summum, & gloria: signat enim gloria aliquid maximum: sic enim dicimus de aliquo quod est in magno honore, & prosperitate temporalium, & incolumitate ceterisque bonis fortunā, & naturae, quod iste est nunc in tota gloria sua: in Deo autem summū, quod excogitare possum^o est essentia sua, ideo illa vocatur gloria eius, quam petit Moyfes demonstrari, tenendo istam secundam expositionem quam tenui. Alio modo accipitur gloria pro quodam magno apparatu, & ornatu pulchritudinis, & pertinet ad vestes: & sic potest accipi gloria in Deo pro illa maiestate corporis luminosi, quia non fuit aliquando formatū corpus ita splendidum: & ista etiam pulchritudo, & excellentia pertinet ad gloriam vestium, quia in corporibus beatis est lux, sicut est in nobis vestimentum: sicut patet Pf. 103. scilicet: Confessionem, & decorem induisti amictus lumine sicut vestimento. hoc modo accipiēdo gloriam pertinet ad primam expositionem, scilicet quod Moyfes peteret a Deo monstrari sibi gloriam Dei, id est excellentiam apparatus Dei apparentis in corpore luminoso: sed licet diximus secunda est melior. Respondit. Scilicet Deus. *Ego ostendam tibi omne bonum meum.* Supra expositum fuit hoc secundum vtrunque expositionem. Nam tenendo primam positionem, scilicet quod Deus monstrauerit solum corpus illud luminosum, debet dici. *Ego ostendam tibi omne bonum meum.* Id est omne bonum, quo ego iustificare possum corpora secundum visum, quia mōstrauit illud corpus lucidum valde, quod transiit ante Moysem positum in foramine petrae: & non loquitur de bono Dei spirituali, quo iustificat spiritum, quod est essentia sua. Vel aliter: ego monstrabo tibi omne bonum meum, scilicet tam bonum, quod est essentia sua, quam bonum, quod erat corpus luminosum delectans visum: sed bonum quod erat essentia, non fuit nunc demonstratum sed post. Aliam positionē, scilicet secundam tenendo dicendum est. *Ego ostendā tibi omne bonum meum.* Id est ego demonstrabo tibi omnia bona, quibus ego delectationē possum facere hominibus, scilicet bonum spirituale, quod est essentia, & bonum corporale, quod erat corp^o illud luminosum visum. Et sicut promisit, ita nunc vtrunque demōstrauit. In Hebraeo dicitur. *Ego transire faciam coram te omne bonum meum.* Et hoc apparet referri ad illud corpus luminosum, quod transiit ante Moysem, in quo praesentabatur magnum bonum Dei, scilicet magnum bonum, quod Deus faciebat ad delectationem Moyfi: sed dato quod sic intelligatur non tollitur, quod Deus demōstrasset Moyfi tunc essentiam suam. Iero nymus autem cautē attendens, quia vidit quod litera Hebraica intendebat signare, quod Deus demōstraret Moyfi essentiam suam, & illud corpus luminosum dele-

Potentia visiva inter potentias sensiuas externas praecipua.

Expositio Rabbi sal.

Confutatio expositiois magistri hystorici scolasti eg.

delectabile, & vtrique non competeat transire, sed vni soli, scilicet corpori luminoso: posuit verbum quod vtrique competeat, scilicet monstrare, dicens: Ego ostendam tibi omne bonum meum, scilicet bonum, quod est essentia delectans animam, & bonum quod est corpus luminosum delectans potentia visiuam. *Et vocabo in nomine domini coram te.* Id est quando transiero coram te existente in foramine petrae inuocabo in nomine domini, scilicet quod ego dicam coram te nomen domini, scilicet quod Deus diceret nomē suum coram Moyse, & non Moyfes: & vocauit dominus nomen suum, scilicet illa nomina, quae infra ponuntur: dominator domine Deus misericors, & clemens & cetera. Et istam vocationem faciebat Deus, ut Moyfes audiret quando Deus transiret, & respiceret postquam transiisset ad videndum posteriora ei^o. Etiam ut Moyfes addiceret illa nomina a Deo, & doceret Hebraeos, ut sic ipsi Deum inuocarent: litera autem nostra habet hic. *Inuocabo.* Quia tamen infra, scilicet sequenti cap. quando completur hoc, quod promittebatur, non ponitur in litera nostra quod De^o vocauerit, sed quod Moyfes, scilicet cum descendisset dominus per nubem, stetit Moyfes coram eo inuocans nomen domini: quo transiente coram eo ait: Dominator domine Deus & cetera. ideo secundum literā nostram exponi deberet mutando verbum primae personae in tertiam dicendo. *Inuocabo in nomine domini coram te.* Id est faciam inuocari coram te nomen domini. Vel quod transiero ante te, tanta bona demonstrabo tibi, quod faciam te inuocare nomen domini, scilicet domine Deus dominator clemens & cetera. Dicit enim Rabbi Salomon, qui sequitur hanc expositionem, quod transiuit Deus coram Moyse in figura hominis, & habebat in dorso suo scripta ista 13. nomina, & Moyfes videns legit illa. Magister in historia scolastica dicit. *Inuocabo in nomine domini coram te.* Id est faciam me vocari Deum, & ducem vestrum ex miraculis, quae faciam, & non ob aliud, nisi quia miserebor, cui miserebor, & clemens ero, cui clemens ero. Sed ista expositio non multum conuenit, quia secundum hoc referretur ista vocatio ad futurum, scilicet quod in futuro Deus vocaretur dux, & princeps eorum ex miraculis, quae faceret. sed litera ista refert vocationem ad praesens, scilicet quod Deus immediate vocauerit, aut Moyfes, quia dicitur sequenti cap. Cumq; descendisset dominus per nubem stetit Moyfes cum eo inuocans nomen domini, quo transiente ait: domine dominator Deus & cetera. nō ergo potest villo modo referri ista vocatio ad futurum. *Miserebor, cui miserebor.* Refertur hoc ad concessionem factam Moyfi, scilicet quod Deus concesserat ei se demōstraturum gloriam suam siue essentiam, & illud corpus luminosum: & quod inuocaret coram eo: ne forte autem suboriretur Moyfi quaedam cognitio meritorum suorum, quod ipse multa mereretur, quia Deus ei tanta demōstrabat: subiunxit Deus quod hoc non erat ex meritis Moyfi, sed pura Dei bonitate, cum dicit. *Miserebor cui miserebor.* Id est miserebor cui voluero miseri, & non ob aliam causam alicui miseri, nisi quia volo. Et hoc inducit Apostolus ad Rom. nono cap. sub eodem sensu, volens statuere diuinam praedestinationem, scilicet quod fiat ex gratia mera Dei, & non ex meritis dicēs: Moyfi dicit Deus, miserebor cuius miserebor: igitur non currentis, nec volentis, sed Dei misericordiae est, id est solum ista proueniunt ex misericordia Dei, & non ex actibus nostris. *Et clemens ero in quem mihi placuerit.* Ad eandem sententiam pertinet. sed est duplicatio verborum, sicut sepe fit in sacra scriptura. Posiunt tamen accipi ista ut diuersa, si considerentur signata horum nominum misericordia, & clementia, quia misericor-

Quo clementia, & misericordia differant.

dia est compassio habita de illis, qui miserias patiuntur. Clementia est beniuola remissio peccatorum. Est ergo misericordia ad penam: & clementia ad culpam. Vtrunque autem Deus agit: quia & patientibus dolores interdum compatitur auferendo illos, & criminosis interdum peccata remittit gratiam cōferendo. Vel possunt ista accipi ut diuersa eo modo, ut innuit litera Apostoli ad Rom. nono cap. scilicet quod primū signet solam inclinationem ad miserendum: sicut vero signet ipsum actualiter miseri: sic. n. dicitur: Moyfi dicit Deus: miserebor, cui miserebor, & misericordiam praestabo, cuius miserebor. Praestare misericordiam, dicit actum succurrendi ex compassione illa, quae vocatur misericordia. *Rursumque ait: non poteris videre faciem meam.* Declarat Deus Moyfi modum illius visionis, quam daturus erat: & erat mōstraturus duo Moyfi, scilicet essentiam suam, & corpus quoddam luminosum valde: Moyfes autem solum ante petierat videre essentiam, & de visione essentiae non est ista responsio, scilicet nō poteris videre faciem meam, quia visio per essentiam, cum clara sit, dicitur visio faciei, sed respondet Deus quantum ad secundum visibile, quod erat corpus illud lucidum, quod erat factum de aere: & ita erat lucidum, quod nullo modo oculi humani in mortali corpore possent tolerare tantum fulgorem, eratque istud corpus (ut supra dictum fuit) plenè lucidum in parte anteriori, sed non ita in posteriori: ideo anteriorem Moyfes videre non potuit, quia moreretur, si videret. Et hoc est quod dicitur: Non poteris videre faciem meam: in parte posteriori non erat tanta lux, & hanc potuit videre Moyfes. *Non videbit me homo, & viuet.* Dat causam quare non poterit Moyfes videre faciem Dei, quia nullus homo videbit, & viuet postea, sed immediate ut viderit morietur: erat enim tantus fulgor in parte illa, quod oculus humanus in corpore adhuc mortalis armonie existens, illam sine corruptione sua, & totius corporis immutatione videre non poterat: Deus autem nolebat nocere Moyfi: ideo non monstrauit ei faciem suam. Non potest autem hoc intelligi de visione dei per essentiam, quia tunc esset sensus, quod Deus diceret Moyfi, quod non posset videre essentiam eius. Sed hoc falsum est cum sepe probatum sit, quod Moyfes Deum viderit per essentiam: & hoc tenent omnes catholici doctores. Itē quia dicitur: non videbit me homo, & viuet, id est nō poterit me videre per essentiam homo, dum est viuens: non potest stare sic intelligendo, & referendo ad essentiam Dei, quia tunc non potuisset demonstrari essentia Dei Paulo qui viuens erat: & tamen de eo omnes doctores catholici protestantur, quod viderit Deum per essentiam. & idem Apostolus ad Corint. 2. cap. 12. idem de se innuit: ergo non oportebat mortuum esse ad hoc quod Deum viderit. Vel si intelligatur. *Non videbit me homo, & viuet.* Id est, non poterit aliquis videre essentiam meam, quin statim moriatur, falsum est: quia visio essentiae Dei solum pertinet ad intellectum, & non causat aliquam passionem in corpore, vel etiam in apprehensione phantastica: visio autem corporalis, licet nō causat morbum per se, quia species visibilis non habet actionem realem, sed spirituale, tamen causat quandam impressionē fortem in phantasia: & quia phantasia in nobis dominatur multum, naturae nostrae causat veros dolores, & egritudines, & mortē saepe, sicut patet in amantibus. Nam obiectum nō habet actionem realem super potentiam susceptiuam, sed solum immutationem spiritualem: cum tamen species obiecti pulchri in phantasia suscepta est, & iudicatur tanquam bonū, & fruibile, mox pars concupiscibilis mouetur ad desiderium fruitionis: & quia istae vires, scilicet irascibilis, & concupiscibilis

Ideo Deus non demōstrauit faciem suam Moyfi, quia nolebat nocere ei.

Species sensibiles nō habent actionē realem sed spiritualem.

euphantastica sunt magis de complexione corporis, quā phantastica virtus, commouetur totum corpus, & incendanturque desiccant, cum non feruntur in amatum apprehendentes illud: in visione autem essentia diuina, cum non fiat per aliquam speciem a sensibus acceptam, nulla fit successio phantasmatis in potentia phantastica, & consequenter nec phantastica virtus valebit immutare vires affectivas, aut totum corp⁹ ad aliquam passionem. Fit enim purè visio diuinæ essentia per intellectum sine aliqua alia potentia aut virtute naturali, vel animali: non ergo moritur aliquis, nec incurrit aliquam egritudinem, aut corporalem immutationem, quia videt diuinam essentiam: sed potest hō incurrere magnā in mutationem, & mortē ex sola visione alicuius alterius rei: referendo ergo ad visionem illius corporis lucidi est sensus. *Non videbit me homo, & viuēt.* Quod excusat se Deus de ostendendo faciem illius corporis luminosi Moysi. Dixerat enim Deus. *Ego ostendam tibi omne bonum meum.* Putaret ergo Moyses, quod monstraret ei totam illam lucē corporis representantis Deum: Deus autem dicit quod non monstrabit ei faciem, idest partem anteriorem illius lucis, sed posteriorem partem: & hoc non quod Deus recuset demonstrare Moysi anteriorem partem lucis, sed quia Moyses non erat susceptiuus tantum luminis. Dicit enim. *Non poteris videre faciem meam.* Idest non est tanta resistentia potētiae visuæ humanæ, aut potius non est ita fortis complexio contentiuæ armoniæ organi visuī, vt possit tu, aut aliquis homo viuens videre tantam lucem, quanta est in facie mea, idest in anteriori parte huius corporis luminosi, quod tibi ostendam: nam non videbit me homo, & viuēt, idest nullus homo potest me videre per partem anteriorem huius corporis luminosi, quin moriatur. Aliqui autem dixerunt quod visio faciei Dei est cognitio clara Dei: cognitio autem in posterioribus est cognitio per effectus suos. prima cognitio, scilicet clara nō fuit data Moysi, quia non viuēt homo sic videns: secunda fuit ei communitate, quæ est a posteriori. Sed ista expositio multum allegorica est, & non est vera propter duō. Primo, quia ita negat Deum fuisse visum per essentiam a Moysi, quod tamen salū est, vt sepe dictum est. Secundo, quia non potest intelligi aliquo modo de cognitione Dei in se, nec cogniti per priora, nec per posteriora, quia non oportebat aliquam talē mutationē, qualis in litera ista assignatur, fieri ad cognitionem Dei clarā, vel ad cognitionem Dei per posteriora: quia quilibet harum est purè intellectuā, scilicet aut per essentia, aut per speciem cognitā abstractiue: sed hic ponitur quadam formatio corporis luminosi, vt probatum fuit supra: & absconditio Moysi in foramine petrae, vt nō videat anteriorem partem illius lucis. ergo non est ista visio ipsius Dei clara aut p posteriora. Dicit autem Rabbi Cahadiagon, qd Deus formauit quandam nubem valde lucidā, cuius pars anterior erat improporcionata visuū humano propter sui puritatem, ita quod si obijceretur oculis humanis nimis noceret, & videri non posset, sicut sol in meridie existens habet lucem improporcionatā oculis nostris. Nam sensibile excellens corrumpit sensum, pars autē posterior illius nubis erat lucis tanta, quanta oculis humanis poterat cōspici, & erat delectabilis valde. Et licet ista positio satis esset rationalis magis tamē dicendum est, vt diximus, scilicet quod erat quoddā corpus tanquam corpus humanum lucidissimum in parte anteriori tali luce, quali a mortalibus non cernitur: in parte autem posteriori erat lux tanta, quæ proportionaretur potētiae visuæ adhuc mortali, & erat valde delectabilis, & hanc vidit Moyses: & talis lux fuit ista, in qua fortē nulli mortalium Deus visus est.

Visio Dei non fit per aliquā speciem sensibilem.

Expositio de visione facie Dei refellitur.

Expositio Rabbi Cahadiagon.

Non est igitur hoc intelligendum de visione per essentiam, quia ista communicata fuit Paulo, & Moysi, licet ex hoc nō fuerunt beati, quia ad hoc quod aliquis sit beatus, requiritur, quod non solum habeat clarā visionem essentia Dei, sed etiam quod sit certificatus de continuatione illius visionis: & requiritur lumen gloriæ, scilicet gratia consummata tollēs omnem defectum rationis practice, & volūtatis peruersitatem, & potentiarum executuarum deordinationem. Requiritur etiam manutentia gratia increata ad continuationem actus beatifici, & ad non omittere aliquid, nec committere contrarium, quæ omnia defuerunt in Paulo, & Moysi: sola autem clara Dei visio nō habitualis, sed raptum transiens fuit in eis. Sed sensus est. *Non videbit me homo, & viuēt.* i. nullus viuēs poterit me videre in tāta claritate: vel quia tanta claritas a nobis visibilis nō est, aut si visibilis est, De⁹ neminē vult illam videre: quia fortē est tantē delectationis, qd p̄inet ad partē premij, & non viæ. Vel, *Non videbit me homo, & viuēt.* Idest nullus homo poterit me videre, idest lucem anterioris partis illius corporis luminosi, quin moriatur, quasi dicat, si contigerit villo modo videre, morietur. Et iste est sensus, quem proprie faciunt ista verba. Et sic dixit Manue pater Sanfonis ad vxorem: Moriemur quia vidimus dominum. Qualiter autem videns moriatur non quidem directē per actionem coloris, quia color non habet actionem realem, sed spiritualem, vt supra dictum est. Et iterum ista sunt capita diueriarū rationum mēbrarum diuisarum. *Ecce inquit locus apud me.* Hic Deus facit conuenientem dispositionem de Moysi, ne videns Deum moriatur: & hoc occultando eum, ne videat vultum Dei transeuntis, sed tergum. *Locus est apud me.* Idest hic vbi ego sum, est quidam locus, in quo potes abscondi: erat enim Deus in monte Sinai, & Moyses cum eo: & Deus, scilicet angelus Dei loquebatur ista Moysi: & in loco illo, de quo voces illæ destinare ad Moysen formari videbantur, erat quidam locus petrosus, in quo latere posset Moyses. *Stabis super petram.* In Hebræo dicitur. *Super rupem.* Sed idem est. Status Moysi super rupem erat, quod esset positus in foramine petrae, vt declaratur magis immediatē in litera. *Cumque transibit gloria mea.* Idest qñ transire debuerit: nā non fuit positus Moyses in foramine petrae, dum transiret gloria dñi, quia tūc vidisset Moyses anteriora gloriæ transeuntis: cuius contrariū tera subiungit. Gloria accipitur hic pro quodam magno apparatu in ornatu, & maiestate, sicut dicimus aliquem procedere in gloria sua, quando vestibus fulgētibus, & præciosis ornatus incedit: & quia Deus non apparuerat vnquā, siue nūquam aliquem ministrum suum apparere fecerat in tanto corporis ornatu, & lucis fulgore, dicebatur nunc gloria Dei ista solemnitas corporis luminosi precedentis. Et dicitur transire gloria, quia erat hoc quoddam corpus luminosum in effigie humanam, & necessariō erat circumscriptum, atque sequebatur leges loci, & motus: ideo poterat moueri de vno loco ad alterum verissimē acquirēdo locum, & deperdendo locum: hoc autē proprie transire est. *Ponam te in foramine petrae.* Erat aliqua petra concaua, in quam Moyses ingredi poterat, & latere. Et fiebat hoc, quia Deus volebat quod Moyses videret anteriorem partem corporis illius luminosi ne moretur: & si forte esset in propatulo videret vultū eius. posuit at eū in foramine petrae: quia positus in foramine petrae solū poterat videre ad vnam dñam positionis, scilicet ad locū illū in quo esset ingressus foraminis petrae: ad alias autem differentias positionis videre nihil poterat. Si autem staret extra petram, videre posset ad oēm differentia positionis, & esset periculū ibi manere, quia posset videre et si nollet. *Et protegā dextera mea.* Idest

Idest: Pan- p, & Moyses viderit Deum per essentiam: in per illa visionem non fuerunt beati.

Quid fuerit manus dextera, qd Moyses protexit in foramine petrae.

Idest cooperiam foramen petrae manu mea, donec transeam. Protegere accipitur hic proprie quasi porro tegere, idest verè tegere, vel procul tegere: quia antequam accederet corpus luminosum illud transiens ad foramen petrae cooperiebat foramen, ne in transitu videretur vultus transeuntis. Et dicitur: *Dextera mea,* idest ponam meam dexteram super foramen petrae. Est modus loquendi conueniens eis, quæ vulgariter fiunt, scilicet quod quando aliquis vult, qd ille, qui apud eum est, aliquid non videat, ponit manū suam super oculos illius. Deus igitur cum fecisset illud corpus lucidum, poterat ponere manum illius corporis super foramen lapidis, in quo esset Moyses, tegēdo ne Moyses videret quouisque non appareret vult⁹ transeuntis.

Quis esset modus quo Deus posuit Moysen in foramine petrae.

Q V A E S T I O. XIX.

SCIENDVM quod iste transitus fiebat sic, quod Moyses intraret foramen alicuius petrae, & Deus formaret corpus illud lucidum valde, de quo supra dictum est, & pergeret contra illam partē petrae, in qua stabat Moyses: non quidem directē illuc vadens, sed lateraliter transiens, & viquequo peruenisset corpus illud lucidum ad petram, & inciperet transire: debebat Moyses cooperitus esse ne videret: cum verò transisset, dis-cooperiendus erat, vt videret posteriora transeuntis. Et cum Deus transiret clamabat ante Moysen illa verba, quæ habentur sequenti capitulo. scilicet dominator domine Deus & cetera. vsque ad illum locū. *Festinusque Moyses.* Et per auditum istorum verborum sentiebat Moyses quantum distabat corpus illud ab eo: & quando accedebat, & quando recedebat. De ista manu dextera, qua dicitur Deus eum protegere, donec transeat, dicendum est quod erat quadam nubem densa, & obscura adimens totaliter visum eorum, quæ ultra erant, & ista operiebat totum foramen petrae. Non enim potest dici conuenienter, quod manus dextera transeuntis corporis esset, quæ tegeret foramen petrae: & hoc quia manus illa esset multum clara secundum conditionem corporis illius luminosi, & non proprie tegeret, sed magis videre faceret. Item quia non videtur, quod tanta fuerit manus illius corporis, vt totum foramen petrae in quod intrauit Moyses, & latebat, vnde que operiret, quia tunc manus illa esset valde maior, quàm Moyses, quod esset nimis monstruosum, & diffonum corpori, in quo maxima pulchritudo apparebat. Item quia si manus transeuntis corporis tegeret deberet foramen petrae, ante videret Moyses radios faciei transeuntis, quàm manus eum protegeret. Nam radij faciei tam luminose necessariō extenderentur ultra ipsum corpus luminosum, quod omnia luminosa radios suos emittit, & ad valde maiorem distantiam peruenirēt radij vultus illius quàm manus eiusdem corporis: Item quia si consideretur dispositio transeuntis, non videtur, quomodo conuenienter transiens poneret manum suam dexteram ad tegendum foramen petrae: & non videretur vultus eius antequam tegeret, vel cum detegeret. Dicendum ergo fuisse nubem oppositam, quæ immediatē vt transiit illud corpus luminosum ad tātam distantiam, vt Moyses radios vultus eius contemplari non posset, ablata est, & vidit posteriora transeuntis.

Alph. Toft. super Exodum

Quare posita fuit nubes obscura ante foramen petrae, in qua erat Moyses.

Q V A E S T I O. XX.

SED quæres, quare fuit posita ista nubes, quæ vocatur dextera ante foramen petrae? Nā hoc non posito posset Moyses cauere, ne videret anteriora, & videret posteriora, scilicet qd quando transiret corpus illud lucidum, conuerteret Moyses vultum suum ad partem oppositam foramini lapidis, scilicet ad ipsū lapidem, & dato quod non esset posita dextera, siue nubes super foramen, non videret Moyses vultū transeuntis. Sed respondebitur, quod si Moyses sic se conuerteret ad lapidē, nesciret quando corpus illud transierat, vel quando ante foramen erat, vel nondum accesserat, & sic posset se conuertere ad videndum antequam transiret corpus illud, & videret vultum ei⁹, atque moreretur, sicut dixerat Deus: *Non videbit me homo & viuēt.* Sed adhuc non potest hoc stare, quia ille, qui transibat in illo corpore luminoso, clamabat in transitu dicens: Dominator domine, Deus, clemēs, & cetera. sicut patet supra, cum dicitur: *Ego ostendam tibi omne bonum meum: & inuocabo in nomine domini coram te.* Poterat ergo Moyses aliquatē per vocem considerare, quando transiisset, vel quando accedebat ad foramen petrae, vel quando veniebat nondum accedens: sicut nos, & cetera animalia per vocē cognoscunt differentias locorum, scilicet vitrum res calamās sit ante, vel retro, sursum, vel deorsum & cetera. et an sit in motu, vel in quiete, & an veniat, vel recedat: & sic de ceteris. Item ipsemet Moyses nō conuerfus ad lapidē poterat claudere oculos suos, & esset contra ostium petrae, & non videret quando transiret: postea vero apertis oculis videret. Et si dicas, quomodo sciret quādo deberet oculos aperire in clausis tenere. Responderetur quod per voces clamantis manū festaretur hoc, sicut supra dicebamus: vel poterat Moyses manum suam ponere ante oculos suos: & sic de multis alijs modis, quæ omnia arguunt nō esse nubem necessariam ad tegendum foramen petrae. Responderetur, quod necessaria erat nubes ad operiendum, vt Moyses non aspiceret transeuntem antequam transiret: & ne multo post aspiceret quā transisset, quia primo modo moreretur videns faciem transeuntis. Secundō modo nihil videret, quia nec vultum, nec posteriora euntis. Ad hoc autem nō potest dari modus conueniens, nisi opposita nube densa in foramine petrae: ergo debebat poni nubes. In quo duo consideranda sunt. Primum quod nullus modus aliorum est conueniens. Secundum quod iste modus de appositione nubis est sufficiens. De primo patet, quia posito quod aliquatē esset conuersus Moyses ad oppositam partem lapidis, ita vt non videret transeuntem, & audiret voces eius in transitu propter quas iudicaret quantum distabat, poterant sequi duo inconuenientia. Primum quia licet per vocem iudicet homo differentiam positionis in clamante, scilicet vitrum sit ante, vel retro: non tamen iudicat ita distinctē quod determinet quantum est ante, & quantum retro, vt patet exemplariter cnique insipienti: cum ergo Moyses audiret vocem transeuntis, licet aliquatē iudicaret de situ, & motu, non tamen posset iudicare quantum appropinquabat, vel quantum recedebat, & sic putans quod satis transisset non totaliter transisset, & conspiciens videret vultum eius aliquatenus, & moreretur. vel si vellet secure agere permittens, quod corpus illud lucidum multum transiret: & postea videre veller forte iam tantum transisset, quod non esset visio conueniens,

Pars Secunda. X Aliud

Aliud erat periculum, quia licet conuersus esset Moyses ad partem oppositam petre, cum transiret lucidum illud corpus, tanto illud foramen repleteretur fulgore, quod moyses quasi attonitus conuerteretur ad videndum, & periret. Vel fortè, quando consideraret per vocem, quod corpus illud accedebat ad foramen, tanto videndi lucidissimum atque pulcherrimum illud corpus desiderio moueretur, cum audisset illud esse valde mirabile, quod verteretur ad videndum illud, & sic semper erat inconueniens magnum. Si autem dicatur quod Moyses non erat conuersus ad oppositam partem petre, sed versus ostium eius, tenebatque oculos clausos: vel manus oculis imposuerat, sequebantur predicta duo inconuenientia, scilicet quod non posset iudicare perfecte quantum transisset, vel utrum staret totaliter in directo foraminis, vel utrum accessisset, & sic contingeret quod aperiret oculos ante tempus debitum, & moreretur. Secundum inconueniens erat difficilius, quia dato quod aliquis perfecte cognoscat differentiam positionis per vocem, & Moyses hoc facere posset: ita quod certissime scriberet quantum accessisset, aut transisset ne quicquam erraret: tunc difficile erat quod tingeret oculos: nam hoc sepius experimur, quod si quis firmiter proponat oculos clausos tenere, & claudat: dimittendo tamen sibi libertatem in eis: ita quod non ponatur aliquod obstaculum ne videat, cum voluerit, facta aliquo motu exterius subito aperit homo oculos, sine deliberatione: quia ille est motus nature volentis fugere omnia aduersa, & consequi prospera, qui non attendit iudicium rationis, ideo si Moyses audiret gratam illam vocem Dei clamantis: Dominator, domine, Deus & cetera. motus tanta letitia, etiam si firmiter destinasset non aperturum se oculos, subito aperiret, non deliberando: & videns vultum illum veritatem moreretur: non ergo conuenit aliquis de istis modis. Et simili modo refelli possunt omnes alij modi, quotquot assignari possent preter hunc de dextera. i. nube, qui ponitur in litera. Secundum erat videre quomodo iste modus sit conueniens per nubis oppositionem, quia ad conuenienter faciendum hoc oportebat, ut ne Moyses ante debitum tempus videret ne moreretur: & ne post tempus debitum videre inciperet: ne visio inutilis esset: posita autem ista nube ad foramen cooperendum, que munitione angelica ponebatur, & tollebatur, debebat Moyses esse intra caueam lapidis querebus ad ostium lapidis, facta ipsam transeuntem: & habebat oculos apertos quasi paratus ad videndum, & de fiderans videre: nec erat aliquod periculum in hoc, quia nubes tegens foramen petre nunquam tolleretur donec transisset corpus illud lucidum, ita quod nullum esset periculum in videndo. Cum autem transiret corpus: ita quod esset tempus videndi immediate tolleretur nubes, & inciperet videre. Nec posset morari ultra tempus debitum, quia Moyses apertis oculis ad videndum paratus esset velamento nubis adempto.

Quando fuit facta visio Moysi in illo corpore lucido.

QV AESTIO. XXI.

QV AERET aliquis de ista visione quando facta est. Et si velimus respondere vniuersaliter satis notum erit, quod fuit facta in secundis quadraginta diebus, quibus Moyses stetit cum Deo in monte expectans tabulas secundas, antequam descenderet ad castra cum tabulis secundis, quia omnia ista necessario referuntur ad secundam ascensionem Moysi in monte, quia in prima habuerat alias tabulas, & confregerat: & postea dicitur precedenti capi. quod ascenderat ite-

rum ad dominum: & postea in fine sequentis capituli dicitur quomodo descendit portans secundas tabulas: ideo ista, que in medio ponuntur, necessarium est pertinere ad tempus secundae ascensionis, quo stetit Moyses in monte cum Deo. Si autem velimus magis particulariter respondere determinando diem huius apparitionis glorie domini, dicendum est, quod fuit facta in die, quo secundae tabule scripte sunt digito Dei, & datæ Moysi, & in quo die Moyses descendit in castra portans eas. Quod patet, quia postquam Deus dixit Moysi quod demonstraret ei omnia supradicta, subiunxit in capi. sequenti: Ac deinceps precide tibi duas tabulas iustarum priorum, & esto paratus mane, ut ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum in vertice montis: exciditque duas tabulas lapideas, & de nocte confurgens ascendit in montem Sinai, sicut preceperat ei dominus. Et sequitur: Cunque descendisset dominus per nubem stetit inuocans nomen domini, & sic in die, qua Moyses duxit tabulas dolatas apparuit Deus hoc modo, quo dicitur: & scripsit in tabulis, & Moyses cum accepit tabulas, auditis his preceptis, que in sequenti capitulo ponuntur, descendit de monte. Et sic fuit eadem dies apparitionis, & descensionis vltimate in castra, & ista fuit quadragesima dies & vltima illius secundae ascensionis.

Quis formauit corpus illud lucidum, quod Moysi apparuit, & quis illud assumpsit.

QV AESTIO. XXII.

CIRCA hoc adhuc dubitatur, quis fuit iste, qui accepit istud corpus ita lucidum, & transiit ante Moysen existentem in foramine petre: nunquid Deus vel angelus aliquis. Respondetur, quod circa hoc duo sunt videnda, primum de illo corpore lucido, quis illud formauerit: secundum quod illud assumpsit. De primo dicendum, quod multoties angelus quilibet, siue bonus, siue malus, formauerat aliqua corpora ad apparentum in eis, sicut factum est in omnibus apparitionibus, quibus angeli visi sunt prophetis, & alijs sanctis viris apparere: de quo aliquando dictum fuit supra 7. capi. cum de potestate demonum ageretur, & ista corpora formantur de aere, & faciunt illa simillima humanis corporibus ad omnem modum figure, & staturæ, quam volunt. Inducunt etiam colorem, quem volunt illis corporibus, qui fit ex diuersitate condensationis aerarum partium, quarum quedam nigriores, quedam albiores, & sic de ceteris colorum modis, quos in nubibus, & in iride videmus causari naturaliter factis paucis transmutationibus: quanto magis si cura exactissima aliquis cognoscens partes aeris ad hoc, vel hoc dispositas eas, inquireret sicut sciunt angeli boni, vel demones inquirere: ideo aliquis dicit, quod cum non sit penonenda pluralitas sine necessitate, ut ait Aristot. in octauo Topicorum: & potest fieri tale corpus per angelum condensante variè aerem ad talem figuram staturam, & colorem: quod angelus aliquis illud formauit condensando: si enim fuisset aliquod corpus naturale, quod reciperet esse per generationem, sicut corpus hominis, & aliorum animalium, non posset angelus illud gignere: sed illud animal, quod habet virtutem generationis illius. Istud tamen corpus aerium, quod sic formatur, non differt in specie ab aere, sed solum per densum, & rarum, & sic aut sic coloratum: est enim ista non generatio, sed condensatio, & non introducit aliqua forma substantialis in illo corpo-

Corpus, quod de aere condensatur, & apparet non differre ab aere in specie.

corpore, qui faciat illud esse in aliqua specie, & differre a preexistenti corpore (scilicet ab aereo, ex quo factum fuit istud corpus sic aut sic figuratum. Dicendum tamen est quod istud corpus non fuit formatum per angelum, siue ponatur esse corpus ad similitudinem humani corporis, siue ponatur ut nubes: quia istud corpus non solum erat condensatum ex aere, sed etiam erat habens quandam lucem admirabilem quantum oculi humani ferre non poterant, ut supra declaratum est. habebat etiam quandam quantitatem, siue venustatem, sicut ita placebat visui, quod non erat aliqua pulchritudo in vniuerso, que magis, aut tantum delectabilis visui esset. Erat ergo hic due forma. i. lux, & venustas: has autem oportebat, aut preexistere in aere, aut gigni vel creari: si autem in aere preexistere condensando aerem semper manerent: & sicut angelus, aut produdus a Deo. Itè patet hoc, quia supra dicebatur: Ego ostendam tibi omne bonum meum. Si ergo diceretur quod iste fulgor, & venustas corporis illius, que erant de maximis bonis Dei, fuissent genita naturaliter, aut preexistere in aere, daremus magna bona, & specialia dei non differre a bonis naturalibus, & posse causari per agentia nature. Concludendum ergo est, quod siue illud corpus fuerit de aere, & postea fuerit ei superaddita illa luciditas, & venustas, siue fuerit corpus factum a Deo de alia materia vel creatum, quod non fuit factum ministerio angelorum, sed fuit a Deo sic factum, cum nulla alia potentia ad hoc sufficeret.

Quis assumpsit corpus illud, quod Moysi apparuit.

QV AESTIO. XXIII.

SECUNDA dubitatio erat. Quis erat, qui assumpsit illud corpus. Nam facta illo corpore non poterat ei inesse principium motus, & quietis, nisi esset ab aliqua forma intrinseca, cum qua faceret vnum ens per se, vel aliquod ens in actu, acciperet in se illud, idem mouendo. Quod autem non fuerit in eo aliqua forma, cum qua faceret vnum ens per se, satis notum est, quia tunc esset corpus de aliquo genere corporum, quod non concedetur, quia non est aliqua species, vel genus, que talia indistincta sub se habeat. Dicendum igitur, quod illud erat quoddam corpus de genere corporum inanimatorum, cui additæ erant aliquæ perfectiones accidentales, i. lux, & decor, & mouebatur ab aliquo ente rationali: & istud ens necessarium est, quod fuerit Deus, vel angelus. Est ergo circa hoc dubium, utrum angelus mouerit illud corpus, vel Deus. & dicit aliquis, quod Deus mouit illud corpus accipiens illud, quia quod promittebatur ista demonstratio, Deus dixit: Ego ostendam tibi omne bonum meum. ergo Deus est, qui demonstrabat assumendo corpus, & non angelus. Item quia infra sequenti cap. cum ponitur iste transitus, vel apparitio facta coram Moysi existente in foramine petre, dicitur: Cunque descendisset dominus per nubem & cetera. & ista inuocatio, & apparitio refertur ad Deum, & non ad angelum. Sed ista argumenta satis leuia sunt, quia in superioribus multoties ponitur Deus, & accipitur pro angelo, sicut patet supra vigesimo capitulo. in principio, ubi dicitur: Ego sum dominus, Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: non habebis Deos alienos coram me: & tamen iste, qui ibi vocat se dominum Deum, erat angelus: nam angeli fuerunt, qui protulerunt omnia verba legis, ut patet ad Gala. tertio capi. & Actuum. septimo. capitulo. ubi dicitur quod angelus erat, qui loquebatur cum Moysi in monte Sinai. Nihil ergo probant argumenta ista. Dicendum enim, quod iste, qui accepit illud corpus & mouit, erat angelus: licet n. vt supra probauimus solus

Non est aliud corpus quod possit habere naturaliter tantam lucem quantum habet sol.

Deus potuit tale corpus producere, tamē solus angelus erat, qui illud mouit, & mouere potuit: nam proprie dici non potest, quod Deus fecerit hoc: erant enim hic duo, propter q̄ repugnabat Deo facere hoc, nec poterat facere, non quidem quod potentia Dei non se extendat ad hoc, quia nihil est possibile, ad q̄d Dei potentia non se extendat, cum infinita sit: tamen aliquę actiones sunt, quarum modi repugnant infinitati potentie Dei, & eternitati. Et primū quod repugnat hic est, q̄ illud corpus mouebatur: & si Deus per se illud agebat, oportebat q̄ moueret: mouere aliquid repugnat Deo, quia sicut id q̄ mouetur successiue mouet, ita id q̄ mouet successiue mouet: Deus ergo successiue mouet, sed agere aliquid successiue repugnat Deo, quia sicut esse Dei est simul totum s̄m rationem distinctiuam eternitatis, ita actio Dei est simul tota, quia si ageret successiue, cum esse sit in operatione, ut ait Arist. in 9. Ethico. scilicet q̄ in viuere, & operari nostro sit esse nostrū, sequeretur q̄ esse Dei esset in successione, ita q̄ nunc aliquid haberet, & non totū: & postea aliquid haberet, quod ante non habuerat, quod repugnat infinitate perfectioni. Nam si infinitum aliquid esse, nec aliquid ei abest, quod inuit, nec aliquid ad esse poterit quod non inest, quia cui aliquid abest nondum infinitum est, cum pro illa parte nō sit adhuc perfectum. Non ergo potest Deus aliquid mouere: potest tamen Deus facere permutatum esse, q̄ aliquid sit in instanti, ubi poterat esse aliis per motum s̄. q̄ si aliquid agens naturale potest mouere vnum lapidem ab hoc loco vsque mille leucas in aliquot diebus, quod est per motum, Deus in instanti faciet hunc lapidem esse ibi, quod est sine aliquo motu: nō ergo repugnat deo ipsum, quod est potentie, scilicet ponere hunc lapidem in tali loco aut tali, sed modus actionis, qui est imperfectus repugnat ei. s̄. ponere lapidem in tali loco per motum, sed in instanti. Secundum, q̄d repugnat Deo hic, est, quia ille, qui mouebat illud corpus lucidum clamabat: Dominator domine Deus clemens & cetera. sicut infra continetur sequenti cap. Deus autē nō potest sic clamare ex ratione supradicta: nam voces sunt per motum: non enim frangitur totus aer creandum sonum in instanti, sed vna pars frangitur prius, & alia post, quod est motus: non ergo poterat Deus hoc facere. Et magis repugnat hoc Deo, q̄ id, quod supra dicebatur: nam licet non possit Deus mouere aliquam rem, tamen potest sine motu ponere eam in quocunq; loco alius poneret eam per motum. De voce autem non est sic, quia nec potest vocem per motum formare, nec in instanti: non quidem quod ipse non possit facere in instanti quodcunq; non repugnat fieri in instanti, sed quia repugnat voci formaliter in instanti produci: sicut enim tempore, & motui repugnat esse in instanti, quia sua essentia est secundum prius, & posterius, quod conuenit successioni: nihil enim aliud est motus s̄m essentiam, quā quoddam fieri, cuius pars præterita est, & pars futura: & tempus s̄m essentiam nihil aliud est, quā duratio quędam, cuius aliquid est lapsum, aliquid expectatur, & secundum q̄ omnes partes huius durationis sunt in fluxu. Si autem abstrahatur fluxus, nec manet essentia motus, nec temporis: vox autē huiusmodi est, quia constat ex partibus, quę habent ordinem precedēdi, & subsequēdi: & esse illius vocis consistit in hoc, q̄ ista syllaba procedit in scripto, vel prolatione, & illa subsequitur: si autem mutetur iste ordo, vel fiat q̄ nō sit aliquis ordo inter particulas, non erit illa vox, quę ante erat: ut ista vox, homo, consistit in hoc, q̄ ista syllaba, ho, præcedat istā syllabam, mo, q̄ si ordo iste mutetur, ita quod ista syllaba, mo, præcedat hęc syllabam, ho, iam non manet illa vox, homo, quę ante erat, sed

alia secundum essentiam: Et sic est in qualibet voce specialiter sumpta. ita est in voce secundum se, quod si mutetur ordo partium vocis, mutabitur & essentia vocis, & sicut est de mutatione, ita est de partibus, si oēs partes simul proferrentur: ut si in ista dictione dominus, oēs tres syllabę proferantur simul, ita q̄ nullo modo vna præcedat alteram, peribit essentia huius vocis dñs, ita quod non manebit ista vox, quia sicut ista vox non est non existentibus istis tribus syllabis, ita nō existit nō existēte ordine prioritatis, & posterioritatis inter has syllabas: esse autē istum ordinē successione inter has particulas pertinet ad motū: ergo non poterat Deus formare illas voces per se: sed poterat dare virtutem alicui enti naturali, vt formaret eas, quia illi corresponderet modus iste imperfectus agendi, qui est per motum. Concluditur ergo necessario, q̄ non formauit Deus illas voces, nec mouit illud corpus, sed Angelus aliquis. Et si arguas, quod Deus loqui posset & mouere corpus: quia Christus dicit suppositum diuinum, cum persona verbi sit ibi suppositum, & non homo assumptus: & tamen Christus loquebatur, & mouebat aliquid, & sic de ceteris actibus. Respondetur quod licet suppositum, q̄d est Christus, sit suppositum diuinum, & nō suppositum humanum: tamen non est suppositum, quod sit purē Deus, sed est suppositum, quod est diuinum, & idem suppositum est homo: ideo idem suppositum, quia est homo, potest loqui, & moueri cū principia huius actionis non sunt diuina, sed humana: est namq; aīa in Christo principii actionum suarum, sicut in nobis anima nostra, & quia anima Christi habet esse finitū, & aliquid recipit de esse, & aliquid ei effluit, habet essentiam successione: sic igitur actiones, quibus ipsa principii est, erūt s̄m successione, & non obstat quod sit suppositum diuinum, & non humanum, quia principium agēdi est humanum, & nō diuinum, quia suppositum non est quo, sed quod: si autem Christus esset suppositū diuinum, & purē esset Deus, nō haberet actiones in successione, & motu: quia nō esset aliquid in eo s̄m quod fieret motus, & successio: sicut Spiritus sanctus est suppositum purē diuini, & pater: ideo non habet aliquā actionem in successione, & motu. manet igitur q̄d dicebatur: angelū fuisse qui mouebat istud corpus lucidum, & non mouit Deus. *Tollamque manum meam.* Vocatur manus Dei, vt supra dicebatur, quędam nubes densa & opaca, quę operiebat foramen petre, in qua erat Moyſes. Et videbis posteriora mea. Id est videbis tergum meū, quia ille homo apparet lucidus factus de aere, aut alia materia, habebat oēs differētiās partū ad extra sicut nos, & pars sua anterior trāserat, q̄n Moyſes incepit respicere: ideo solū manebat ei q̄ videret partem posteriorem illius, quę non erat. *Faciem autem meam videre non poteris.* Ita loquitur hic Deus Moyſi, ac si illud corpus lucidum esset corpus suum, & videret illud corpus: sed magis diceretur videre angelū, qui sumpsit illud corpus, & transiit clamans coram Moyſe. idem enim angelus est, qui loquebatur oīa Moyſi, & qui faciebat ea. angelus, qui apparuit ei in rubo ardente, & locutus fuit ei: & qui præcedebat eos in columna nubis, & ignis: & qui in monte Sinai in voce tubę locutus est, & omnia alia fecit, & dixit, q̄ pertinebant ad Israelitas, vt significatur Actuum 7. ca. ex verbis beati Stephani. Iste autem erat angelus, qui erat princeps maximus Hebręorum, scilicet Michael, vt magis declarauimus supra decimo tertio capitul. *Faciem meam videre non poteris.* Quia ita erat lucida, q̄ nullus homo poterat videre: nisi moreret, vt dicebatur supra: non videbit me homo & viuere: hęc autem, quę supra posita est, est expositio solida, & verissima. Aliqui

Repugnat Deo per se mouere aliquid corpus.

Sicut esse Dei est totum simul & actio eius tota simul est.

Potest deus facere in instanti quod agens naturale facit per annum.

Repugnat voci formaliter in instanti produci.

Christus quomodo operabatur cum successione & in tempore.

Aliqui tamen doctores exponunt aliter istam literam ab illo loco. *Ego ostendam tibi omne bonum meum.* Scilicet quod Deus promitteret Moyſi. *Ego ostendam tibi omne bonum meum.* Id est ego ostendam tibi vitam beatam: licet non modo, sed post mortem, in qua est totum bonum meum, scilicet quod do viris bonis, quia ibi efficio eos felices, alibi autem nequaquam. *Et uocabo in nomine domini coram te.* Id est uocationem electorum ab aeterno in notitia mea existentem. s̄. predestinationem manifestabo tibi. *Miserere coram me.* Id est licet ego demonstrem tibi sanctos, qui predestinati sunt ad vitam eternam, non existimes quemquam eorum hanc electionem meam eternam suis actionibus meruisse, sed *Miserere coram me uolero.* Id est ego elegi quos uolui, & ideo electi sunt, quia ego eos eligere uolui, sicut dicitur ad Rom. nono ca. cui uult miseretur, quem uult indurat, ita quod non est uolentis nec currentis, sed Dei miserentis est. *Non poteris videre faciem meam.* Id est licet ego non monstraturus sim tibi istam sanctorum uocationem, & vitam eternam: tamen nunc non faciam, quia non poteris uideri faciem meam, id est non poteris ista clare cognoscere nunc. *Sed uidebis posteriora mea.* Id est, sed uidebis istam beatitudinem, vel sanctorum uocationem, in quodam uestigio vel signo, quia hic in via suspicamur de quibusdā, qui bono exitu diem extremum claudent per quaedam signa, quę ponunt sancti doctores de beatitudine: quę licet non uideatur hic in re, nec cognoscitur totaliter qualis est, aliquid tamen cognoscimus quid sit. *Non uidebit me homo, & uiuet.* Id est non poterit aliquis dum uiuere est habere istam vitam beatam, sed oportet quod prius moriatur, & hęc beatitudo est in uisione Dei, & cognitione fruitiua. Sed ista expositio multum aliena est ab intentione, & nō potest vllō mō stare, quia non potest applicari totā literā: nam hanc literā quę in medio est, *lece*, inquit, locus apud me stabis super petra, cumq; trāſibit gloria mea, ponā te in foramine petre, & cetera. & tamē necessarium est, q̄ ista litera aliquid signet, & referatur ad superiorem, & subsequētem. Item quia ista expositio est referēdo hoc, quod hic dicitur ad aliquid quod futurū est: sed ista litera intelligitur, quod iam factum est, & fuit intermediare completum. Quod patet, quia in principio huius promissionis, dixit angelus, qui loquebatur loco Dei: ego ostendam tibi omne bonum meum, & inuocabo in nomine domini coram te: & postea sequenti cap. subditur, quomodo Deus clamauerit inuocans nomen domini coram Moyſe. Illa ergo expositio, quam supra posuimus, solū tenenda est.

CAPITVLVM XXXIII.



Dente. 10. Tabule legis secundę.

A deinceps: Pręcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas uerba, quę habuerunt tabule, quas fregisti. Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum super uerticem montis. Nullus ascendat tecum, nec uideatur quispiam per totum montem, boues quoque, &

Alph. Tost. super Exodum

oues non pascantur e contra: Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant, & de nocte confurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas. Cunque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyſes cum eo inuocans nomen Domini. Quo transeunte coram eo, ait: Dominator domine Deus misericors, & clemēs, patiens, & multę miserationis, ac uerax, qui custodis misericordiam in millia, qui auferis iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullusq; apud te per se innocens est: qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam, & quartam progeniem. Festinusq; Moyſes curuatus est pronus in terram, & adorans ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro, vt gradiaris nobiscum (populus enim dura ceruicis est) vt auferas iniquitates nostras, atque peccata, nosque possideas. Respondit Dominus: Ego inibo pactum uidentibus cunctis, signa faciam, quę nunquam uisa sunt super terram, nec in vllis gentibus, vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus Domini terribile, quod facturus sum.

Anthelmus ibi dicitur quod clarat.

Ter. 32. de pre. dist. 4. capi. quid est.

Ac deinceps. Supra fuit posita responsio Dei de directione itineris: hic ponitur responsio eiusdem de reparatione violatę legis, & diuiditur in tres partes. Primo ponitur quaedam ad hoc dispositio: secundō legis repetitio, ibi. *Obserua.* Tertiō eiusdem conscriptio, ibi. *Dixit dominus ad Moyſen.* Quarto legis datę promulgatio ibi. *Cunque descendit.* Circa primum ponuntur duę dispositiones ad describendam legem. Primo ponitur dispositio materialis. Secundo ponitur dispositio spiritualis ibi. *Cunque descendisset.* Circa primum dicitur. *Ac deinceps pręcide tibi.* Id est factis istis suprapositis, scilicet quia Moyſes obtinuerat a Deo, quod ipse præcederet populum, & petiuerat demonstrari sibi Dei faciem, & Deus cōcesserat reditus ei in gratiam, dixit. *Ac deinceps.* Id est quia ista iam facta sunt, nihil superest, nisi vt doles tibi duas tabulas ad rescribendam legem.

Quomodo se habeant sequentia in hoc cap. ad præcedentia.

QVÆSTIO. PRIMA.

SED quæret aliquis, quam consequentiam inducit ad præcedentia hoc quod dicitur. *Ac deinceps pręcide tibi duas tabulas.* i. quia ista facta sunt, pręcide duas tabulas: nam nihil magis uidetur agere ista additio. *Ac deinceps,* quā si non poneretur, & diceretur: Pręcide tibi duas tabulas. Respondetur, q̄ non ponitur sine mysterio ista cōtinuatio illatiua, ac deinceps. Nā istud, quod hic mandatur, (Pręcide tibi tabulas: non mandaretur, nisi prædicta facta fuissent: nam cum Moyſes ascendit in montē, ista secunda uice p̄cipue aliquid Pars Secunda.

X 3 ad

ad deprecandum Deum pro remissione peccati Israe-
litarum, & tandiu stetit cum domino per quadraginta
dies continuè orans, & petens, ut patet Deute. 9. capi.
tandem obtinuit veniam ut petebat, ut patet ibidem.
Deinde cum adhuc dimissio peccato populi Deus nol-
let præcedere Israelitas: sed diceret quod præcederet
eos angelus suus: oravit tandiu quousque obtinuit, ut
Deus præcederet eos in itinere: si autem ista duo non
obtinuisset Moyſes a Deo, non fuissent conscriptæ se-
cundæ tabulæ legis. Quod patet, quia tabulæ scribun-
tur in signum legis datæ: sed quia Deus dedit legem illi
populo: si autem ille populus confessum periturus ef-
flet, non oportebat eis dare testimonium legis datæ, cum
nihil proficeret: sed si non remitteret iniquitatem eo-
rum deleter eos, ut promiserat: sicut habetur Deut. 9.
cap. ergo si non fieret peccatorum remissio nõ oportebat
dari tabulas in testimonium datæ legis. Itẽ si non
præcederet Deus in via Hebræos, non oportebat dari
tabulas: nam si Deus non præcederet Israelitas in via,
idest si non faceret pro eis miracula, ascendendo ad
terram Chanaan, hostes irruerent in eos, & deleterent
de terra, & multa alia incõmoda circumvenirent eos, in
quibus pereundum erat: Sed pereuntibus non erat
necessarium testimonium legis: ergo si Deus nõ præ-
cederet eos in via, non erant conscribendæ tabulæ istæ
secundæ: rectè ergo infertur illatiuè ex superioribus
per hoc, quod dicitur: ac deinceps, idest si non obti-
nuisset a me quod remitterem iniquitatem populi, & quod
præcederem vos in via: non scriberentur tabulas, quia non
erant necessaria: quia iam mecum obtinuit, quod
remitterem iniquitatem, & præcederem vos in via, iam
deinceps bonum est, quod dem vobis tabulas in testimo-
nium, quod a me legem receperitis, ideo præcide tibi
duas tabulas. Non est igitur sine mysterio hæc conti-
nuatio illatio, ac deinceps. *Præcide aut tibi duas tabulas.*
Idest dominus ait, præcide tibi duas tabulas. De istis ta-
bulis ait Rabbi Cahadiagaon, quod fuerunt digniores pri-
mis tabulis, ad quod ponit septem causas frivolas satis.
Ad quas arguere non convenit: manifestum est enim
quod istæ secundæ non fuerunt ita dignæ, quia primæ
tabulæ dicuntur factæ, & scriptæ opere Dei, ut patet præ-
cedenti cap. siquod Deus, idest angelus eius dolavit il-
las tabulas, & transivit in eis. De his autem dicitur, quod
Moyſes dolaverit eas, cum dicitur hic: *Præcide tibi.* Id-
est tu scinde istas tabulas. *Præcide.* in Hebræo dicitur.
(dola) ad idem pertinet, scilicet ad apparitionem ta-
bularum. Sed potest aliquo modo differre, quia præ-
cedere dicitur quod aliquis de lapidicina tollat aliquem
magnum lapidem, & idem dolare est quod aliquod frag-
mentum lapidis disponatur, ut sit debita figura dispo-
sitionis, & equali superficie cõplanatum: utrunque autem
fecit Moyſes: quia ipse præcudit tabulas illas, id est duos la-
pides rudes, & illos postea dolando complanavit, &
redegit in figuram tabularum, scilicet ut longitudo ef-
fet maior latitudine, & latitudo maior profunditate:
si autem est in tabulis, quas de ligno facimus. Has autem
cõplanatas, & nulla sculptura insignitas detulit Moy-
ses ad dominum. *Duas tabulas.* Quare essent due ta-
bulæ, & non vnica, aut tres, & sic de aliis specie-
bus numerorum, dictum fuit supra trigesimo se-
cundo capitulo. *Lapideas.* De quo lapide fuerunt istæ
tabulæ non constat.

*Opin. Rabbi Salomonis quod tabulæ secundæ fuerint
saphyrinæ refellitur.*

QV AESTIO. II.

RABBI Salomon dicit, quod istæ tabulæ fuerunt
saphyrinæ, scilicet quod Deus monstravit Moy-

si magnam massam lapidis saphyrini, & inde tabulas
dolavit, atque de dolaturis vehemèter ditatus est. Sed
istud falsum est atque ridiculum, & supra trigesimo
secundo capitulo improbatum est. Et probant illi, quod
dicitur in litera Hebraica (dola tibi) idest dola ad vir-
tutem tuam tabulas has, quasi dicat, quamcumque
virtutem inde consequi poterant alij accipientes istos
lapides dolando cõuertendo in suam supellestem,
aut valorem rerum suarum tantam acciperet inde Moy-
ses. Hoc nihil est, quia non oportet sic inniti literæ
Hebraicæ ita quod seruetur per omnia modus loquẽ-
di suus, quia est interdum superfluum, & barbaricus
valde. Sicut enim innitiuntur huic literæ, quæ dicit.
(dola tibi) ita inniti debet literæ vbiunque sic habeat
tur: sed infra ponitur in Hebræo: observa tibi cuncta,
quæ mandavi tibi: manifestum est, quod illud tibi pri-
mum est positum ex superabundanti: nec potest ibi
poni: observa tibi, idest ad virtutem tuam, quia non
videtur aliqua virtus in observatione præceptorum.
Et si forte aliqua sit, non mandat Deus fieri custo-
diam præceptorum ad virtutem aliquam, sed ad bonum
simpliciter. *Instar priorum.* Idest, quæ sint
instar siue similitudo priorum: & est exponens, &
expositum. Nam secundæ totaliter erant instar, siue
imago priorum tabularum: nam quidquid in primis
continebatur & in secundis, & eadem quantitas,
& figura vtrunquæ erat tabularum. *Et scribam super
eas.* Ecce diuisum est opus tabularum. Moyſes tabu-
las istas secundas præcudit, & dolavit, Deus autem
eas scripsit, scilicet angelus Dei, quia Deus nihil horum
faciebat per se, ut sæpe declaratum est. Sed videtur
hoc esse contra id, quod infra habetur, scilicet
Scribe tibi verba hæc. Nicolaus ad hoc respondet quod
Deus scripsit tabulas has, & non Moyſes sicut hic dicitur:
& alij doctores hoc tenent. Sed diuersitas est in
modo respondendi: nam alij doctores dicunt, quod Deus
scripsit istas tabulas auctoritatiuè mandando quid scriberetur
in eis, aut qualiter: Moyſes autem scripsit
actualiter exequendo, sicut dicitur tertio Reg. sexto
capit. quod Salomon fecit templum, & tamen nihil
in eo Salomon manibus propriis laboravit, sed artificibus
facere iussit. Nicolaus dicit hoc esse inconuenienter
dictum, quia Moyſes si dolaret, & sculperet
has tabulas, necessarium esset, ut instrumentis artificum
hoc efficeret: sed non est verisimile, quod Moyſes
ascendens in montem ad vacandum cõtemplationi,
duceret secum instrumenta, quibus malleatoriæ, &
per concuentionem tunforiam figurarentur tabulæ in
sonitu magno. Sed ista redargutio non stat, quia sicut
Moyſes habuit instrumenta præcitoria ad dolandum
tabulas, & præciedum eas de lapidicina: ita portaret
secum instrumenta ad sculpendum eas. Et quando
arguitur quod non esset cõueniens arte malleatoria,
& tunforia cum sonitu sculpi tabulas in monte. Res-
pondetur quod iste sonitus satis paruus erat. Et dato
quod esset aliquo modo magnus, nõ audiretur in castris,
cum castra distarent a cacumine montis ita ut Moy-
ses existens in cacumine montis cum Deo prima vice
non audierit voces Hebræorum choreantium coram
vitulo Deo suo, cum tamen essent magnæ voces, quia to-
tus populus conclamabat. Item non tollebat hoc in-
tentionem Moyſi, quia Moyſes non ascendebat ista
secunda vice factis tabulis secundis ad manendum in
monte contemplando sicut ante fuerat, sed ut scriberentur
verba legis in tabulis illis: non ergo perturbabatur:
& dato quod ascendisset ad cõtemplandum, ista
occupatio nulla erat, ita ut distraheret a contempla-
tione.

Quare

*Quare Moyſes non sculpsit tabulas vbi eas præcudit,
& an Moyſes scripsit tabulas secundas,
vel Deus.*

QV AESTIO. III.

SED tunc dices, si forte Moyſes tulit secum instru-
menta sculpebat in monte, & ipse sculpsit tabulas,
quare non sculpebat eas in loco vbi præcudit eas, ante
quam ascenderet in montem? Si forte tenere velle-
mus istam partem, oportebat respondere, quod scinde-
re tabulas illas, & dolare, nullius auctoritatis, & po-
testatis fuit: ideo quilibet, & vbiunque poterat hoc
efficere: tamen in eis verba erat scribere aliquid, ad
quod obligarentur Hebræi, & hoc erat magna aucto-
ritas: ideo sine presentia speciali Dei scribi non de-
bebant: & sic si Moyſes tabulas secundas scripsit: erat
rationabile cum ascendere in monte, ut ibi scriberet.
Nicolaus tamen respondet aliter dicens, quod Deus
scripsit tabulas illas realiter, & nihil in eis Moyſes scul-
psit. Et cum dicitur: Scribe tibi verba hæc dicitur
non esse referendum ad tabulas, sed ad librum, scilicet
quod Deus scripsit decem præcepta in tabulis, & man-
dauit Moyſi quod eadem in libro scriberet. Sed ista
responsio non potest stare: non enim mandaret De-
us aliquo modo Moyſi, ut scriberet nunc verba decem
præceptorum in libro, quia iam scripta erant: nam si
tabulæ fractæ sunt, & oportuit alias rescribi, tamen
scriptura libri, quam fecit Moyſes, non fracta est, nec
deleta: ideo non oportuit rescribi, nec rescripta est,
quia tunc mandaret Deus aliquid superfluum, quod
non conceditur: repugnat enim prudentiæ agere ali-
quid superuacuum. Quod autem Moyſes scripsisset ista
in libro, patet: quia in die, qua fuit data lex, scilicet
decem præcepta in monte, Moyſes ascendit ad
dominum, & locutus fuit ei omnia, quæ habentur
a fine c. vigesimi vsque ad vigesimum quartum supra
positum, & descendit in eadem die de monte, & re-
tulit omnia verba dei popularibus: qui cum consen-
sissent, scripsit Moyſes vniuersos sermones Dei in li-
bro, & mane conlargens consummavit totam illam le-
gem: ita præceptorum moralium quam iudicialium,
& cõmemorialium cum Israel tingens in sanguine,
ut patet supra 24. cap. & ibi late declaratum est: ergo
iam erant scripta ista præcepta in libro, nec oportebat
denovo scribi, quia inutiliter fieret. Aliam etiam
responsionem dicit Nicolaus posse dari, scilicet quod
Moyſes tulit in montem tabulas illas lapideas, & po-
stea cum manus imponeret super eas ad scribendum,
miraculosè subito formauit literas, & sic Deus dicitur
scripsisse, & Moyſes. Sed hoc nõ dicitur cõuenienter,
quia si sic factum fuisset, non diceretur, quod Moy-
ses scripsisset tabulas, cum nihil in earum scriptura egis-
set: sed Deus taliter scripsit. Itẽ responsio illa Nicolai
superior non stat, cum ipse accipit quod Deus manda-
uit Moyſi scribere verba decem præceptorum in li-
bro, & nõ in tabulis, quia dicitur ibidem, & scripsit in
tabulis verba fœderis Dei. Dicendum quod sicut deus
scripsit primas tabulas, scilicet angelus dei verè, &
realiter nihil in eis agente Moyſe, ita in his secundis
Deus scripsit, & nullo modo scripsit Moyſes, nec per
manus appositionem, aut aliquem alium modum. Quod
evidenter patet Deuterono. decimo cap. cum dicitur:
In illo tempore dixit dominus ad me: dola tibi duas
tabulas lapideas, sicut priores fuerunt: & ascende ad
me in montem: faciesque arcam ligneam, & scribam
in tabulis verba, quæ fuerunt in his, quas confregisti:
cumque dolassem duas tabulas, lapideas ascendi in mon-
tem habens eas in manibus, scripsitque in tabulis iux-
ta id, quod prius scripsit verba decem. Ad argumen-

Alph. Toft. super Exodum

Atum quando dicitur, quod mandauit Deus Moyſi di-
cens: Scribe tibi verba hæc, & cetera dicendum quod non
loquitur Deus de verbis decem præceptorum, sed de ver-
bis quorundam præceptorum cõmemorialium supra
positorum de obseruatione quorundam festorum, &
immolatione primogenitorum, & cauenda cõuer-
satione idolatrarum, & ceteris quæ ibi immediate di-
cta fuerant. Et patet quod intelligatur de illis: nam
cum recitasset Deus Moyſi omnia illa præcepta sub-
igitur: Dixitque dominus ad Moyſen: Scribe tibi ver-
ba hæc. & ista verba decebat, imò necesse erat in libro
scribi, ne obliuione abolerentur: & scripsit ea Moyſes,
quia non fuerant scripta cum aliis primis, quæ fuerant
data, & confirmata. de quibus supra a vigesimo cap.
vsque ad vigesimum quartum: nam ista non fuerunt data
cum illis, sed nunc nouiter data sunt, ideo nouiter oportuit
scribi. Si autem arguas quod necesse non fuerit re-
ferri istam scripturam, quam mandauit facere Moyſi
ad scripturam factam in tabulis, & non ad aliquam
aliam, quia dicitur immediate, & scripsit in tabulis ver-
ba fœderis decem. Respondetur, quod istud verbum,
scripsit, non refertur ad Moyſen, sed ad Deum, scilicet
quod Deus scripsit in tabulis lapideis verba illa. Et
si obiciatur esse necessarium referri ad Moyſen, quia
litera superior sic continuatur, cum dicitur: Stetit ergo
ibi cum domino quadraginta dies, & quadraginta
noctes: panem non comedit, aquam non bibit, &
scripsit in tabulis verba fœderis decem. & sic totum
copulatur tibi, ita ut signetur ad idem subiectum pertine-
re, scilicet ad Moyſen, de quo prius fiebat locutio. Re-
spondetur, quod ista litera non demonstrat, quod ne-
cessario sit hoc verbum attribuendum Moyſi, quia po-
test & ad aliquem alterum referri: si tamen non ap-
pareret, quod ad alterum deberet referri, magis con-
ueniret predicare illud de Moyſe, quia de aliquo alio:
sed quia constat euidentissimè, quod Deus scripsit istas
tabulas, sicut & primas, ut habetur Deuterono. decimo
cap. & supra positum est, oportet quod istud verbum
(scripsit) referatur ad Deum, & non ad Moyſen. *Et
scribam super eas.* Idest in planicie illarum. Et non di-
citur de illis, quod fuerint scriptæ ex vtraque parte, si-
cut dicebatur de primis, ut habetur supra trigesimo se-
cundo cap. Sed dicendum est, quod eodẽ modo istæ
tabulæ fuerunt scriptæ ex vtraque parte: nam eadem
scriptura erat in his, & in illis, & tanta: & erant istæ
tabulæ aequales illis in magnitudine, ergo necesse erat
esse eodem modo scriptas, alias non caperetur scriptura,
quæ erat ex vtraque parte tabulæ in vna parte alterius
tabulæ equalis: nisi forte litera valde parua, & minuta
esset, quod non conceditur, quia vtrique tabulæ habe-
re debebant scripturam equè dispositam, ut quilibet,
qui eam legeret, præcurrere posset. *Verba, quæ habue-
runt tabulæ quas fregisti.* Ista erant decem verba, scilicet
decem præcepta solum, ut patet Deuterono. quarto, &
decimo cap. Et non erat aliqua expositio istorum præ-
ceptorum in parte posteriori tabularum, sicut dicebat
quidam Hebræi, ut probauimus supra cap. 32. *Tabulæ
quas fregisti.* Scilicet tabulæ primæ, quas cõfregit Moy-
ses ad radices montis Sinai, cum vidisset in castris, v-
nulum, & choros ira magna commotus, ut patet su-
pra trigesimo secundo cap. & non repetitur hic ista
fractio tabularum, itaquam per hoc recolatur aliquod
peccatum Moyſi, quia ut probauimus supra trigesimo
secundo capitulo, non peccauit Moyſes in hoc, sed
repetitur tanquam causa scripturæ iecudarum tabu-
larum, quasi dicat, oportet quod nunc scribam ego
alias tabulas, quia tu fregisti tabulas primas continen-
tes præcepta decem, & si tu non fregisti eas, non oportuit
nunc rescribere alias. *Isto paratus mane. ut
ascendam statim.* In hoc appareret, quod Moy-

Pars Secunda X 4 les

tes in vna die precipit illas duas tabulas, & dolauit eas complanando totaliter: quia dicitur. *Isto paratus mane.* Ergo in die, qua hoc mandatum est fecit Moyses illas: aliter non esset paratus in sequenti die: quod sic factum est, quod in ista die in aurora qua Deus dixit illa Moysi, descendit Moyses de monte, & iuit in castra, atque mandauit ibi populo, ne quisquam die sequenti accederet ad montem, aut staret e contra, & pecora etiam non pascerentur ex opposita parte, sicut mandat Deus immediate: & acceptis in castris aliquibus necessarijs instrumentis praecidendi, & dolandi, complanandique lapides: perrexit in locum, ubi erat lapidicina, de qua Deus praecidi volebat lapideas tabulas, & disposuit eas perfecte complanando. Facta aut nocte ante aurorae sequentis diei ascendit in montem praesentans se Deo cum tabulis, quas dolauerat. *ut ascendas statim.* Id est non maneat aliquibus diebus in castris postquam praecideris tabulas, vel antequam praecidas, in immediate veni ad me. *In monte Sinai.* Non est putandum ex hoc quod non staret Moyses tunc in monte Sinai cum Deo, quia mandatur quod ascendat in montem Sinai: sed intelligitur, quod ascenderet in montem Sinai, id est in hunc montem Sinai, quia ad praecidendum lapides debebat descendere de monte, ad commendandum populum ne accederent ad montem, ut patet infra. *Stabisque tecum super verticem montis.* Scilicet in isto vertice, ubi nunc stas: vt ibidem scriberet Deus secundas tabulas, & apparetur transiens ante Moysen positum in foramine petrae. *Nullus ascendat tecum.* Dicit hoc, quia in prima vice cum Moyses ascendit ad Deum datus praecipis decem in voce tubae; Aaron ascendit cum eo, vt patet supra 19. cap. cum dicitur: *Vade, & descende, ascendeque tu, & Aaron tecum.* Et postea cum ascendit ad accipiendum primas tabulas, ascenderunt cum eo Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel, vt patet supra vigesimo quarto cap. Et isti ascenderunt vique ad radices montis: deinde ascendit Iosue cum Moysse, vt patet in eodem capitulo: & declarauimus supra 23. cap. putaret igitur Moyses, quod sicut tunc ascenderunt alii qui cum eo, ita deberent nunc ascendere: Deus autem nolebat hoc, ne forte ascenderet aliquis sicut ante ascenderat Iosue aut in alia vice Aarō, audiret verba Dei transeuntis coram Moysse posito in foramine petrae; & forte videret fulgorem illius corporis, quod Deus enim magna luce Moysi monstraturus erat, & moretetur. Vel quia non erat dignus aliquis talia videre: Moysi autem ex speciali concessione hoc tribuit, quia inuenit gratiam coram eo, & nouerat eum ex nomine, vt patet praecedenti capitulo. *Nec videtur quisquam per totum montem.* Hoc ad duo fiebat: vel ad non videndam illam mirabilem visionem, quam Deus Moysi monstraturus erat: aut propter reuerentiam tanti luminis aduenientis, ita vt locus ei esset consecratus: & nulla res prophana intraret tunc montem. *Bovae quoque, & oves non pascentur e contra.* Oportebat autem quod Moyses mandaret immediate illa die dari edictum voce praconis, ne quis de partibus sineret sequenti die tangere montem, sed abigerent inde pecora sua: hoc autem fiebat non quidem propter primam causam supra assignatam, scilicet ne videretur illa gloria corporis lucidi, quod Deus monstrare volebat Moysi: nam pecora cum careant ratione nihil horum attendunt, neque iudicant vtrum gloriosum an ingloriosum sit, nihil magis est quod deus coram brutis talem monstraret formam lucidam, quam quod monstraret coram lapidibus, equaliter enim de hoc vtraque iudicarent.

Quare Deus mandauit quod pecora non tangerent montem Sinai, quando voluit Moysi corpus illud lucidum monstrare.

Q V A E S T I O. III.

EST igitur fortassis vna causa, vt Moyses existens in monte videns aliquod animal ante moueri, non distraheretur a contemplatione diuina, quae maximè requirebatur circa talem visionem. Aliqui aut assignant aliam causam, quae est in sensu tropologico, scilicet quod ista visio quam hic Moysi Deus concedebat, signat visionem glorie in qua est felicitas nostra. Ad hanc autem visionem non accedunt viri bestiales, qui se voluptatibus pecorum tribuerunt, sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus: sed viri purgati animi soli hanc visionem beatificam inueniunt. Sed hoc nihil est, quia hic sensus literalis, & non tropologicus, nec anagogicus aut allegoricus inquiritur: praecipue quia cum in illa visionem beatam illi, qui viri sunt recipiuntur, qui vero bestiae sunt non recipiuntur: deberet litera dicere quod bestiae non pascerentur e contra, tamen non debet excludere viros, cum dicit: *Nullus ascendat tecum, nec videatur quisquam per totum montem.* Dicendum igitur causam literalem verissimam huius esse reuerentia Dei, scilicet vt Deo tribuatur reuerentia debita: Deo namque summa reuerentia debita est, cum excellentissimum bonum sit. Est autem reuerentia considerata alicuius magnitudine resiliere in propria paruitate cognoscendo nos paruos esse, & recedendo ab eo quod magnum est, ne videamur ei velle comparari. Sic enim est de magnis viris, vt de prelati, & dominis temporalibus, quia subditi cognoscentes eorum maiestatem, & apparatus magni: tanquam paruos se existimantes cedunt eis non ascendentes ad eos localiter, & in vultu, & tota corporis habitudine suam coram eis designantes paruitatem, scilicet in assurrectione, in capitis, & totius corporis humilitione, in aspectu quasi vereduo, aut potius timido, & modestia verborum, & solennitate allocationis ad dominos, & in omnibus generibus obsequiorum. Deus igitur cum excellentissimus sit, & in se, & quantum ad nos tenemur ei ad maximum genus, & gradum reuerentiae tam in omnibus supra dictis, quam in alijs quibuscumque reuerentiae modis: & quia Deus vbique est, tenebamus vbique hanc exhibere reuerentiam: sed quia nos qui terreni sumus, eius praesentiam in omnibus rebus non contemnimus, solum eum ibi magna reuerentia dignum ducere debemus, ubi nobis in aliquo signo specialiter demonstratur, & ista est causa quare in templis aliisque oratorijs Deo specialem honorem tribuimus, quia enim ibi specialiter contemulamur, scilicet quia haec ipsa nobis loca deponunt ad hoc facta fore, vt Deus specialiter colatur ibidem. Item ob hoc ubi aliqua vox aut effigies Dei in corpore cernitur specialiter colendus atque honorandus est. Hoc autem est quemadmodum si nos dominum aliquem temporalem in mente cogitemus: non oportet vbicunque eum mente tractauerimus, quod reuerentiam faciamus, sed solita cum in eius praesentia fuerimus, aut cum aliquod signum eius viderimus: vt pote literas ab eo destinatas aut aliquid aliud in signum alicuius mandati: quia tunc cum magna reuerentia, & honore talia acceptanda sunt. Sic ergo cum Deus vbique sit, & tamen oculis non cernatur, cogitare debemus eum tanquam praesentem nobis solum secundum intellectum, & non secundum praesentiam realem ad hoc, quod ei obsequia, & reuerentiam impendamus: cum autem eum in aliquo signo videamus, oportet eum tanquam praesentem

Quare Deus in templo ut oratorum specialiter honoratur.

sentem cernere, & reuereri. Est autem & alia causa, quare non vbique Deus reuerendus est, quia tunc nullum esset tempus, in quo homines actibus reuerentiae vacare non obligarentur, cum vbicunque fuerint, necesse sit Deum ibi esse, & sic non vacarent cibo, nec potui, aut coeteris vitae necessitatibus, sicut cum in oratorijs ac templis sunt, solis actibus reuerentiae vacant in oratione, & humilitione coeterisque, & non intendimus alijs laboribus, vel occupationibus: hoc autem nobis impossibile esset, quia hoc ad vitam illam, quae post defunctionem est pertinet, ideo non debuimus, nec potuimus in omni loco obseruare reuerentiam ad Deum. Item non solum hoc erat nobis impossibile, sed etiam repugnat ex natura rei, quia reuereri (vt praedictum fuit) est considerata alterius magnitudine resiliere in propria paruitate, & ad hoc requiritur, quod ille, qui reueretur alteri, loco ei non se iungat, sed sicut in excellentia dispares sunt, ita & in loco inaequales reperiantur: necesse igitur erat, quod si in omni loco Deo reuereri deberemus, quod in omni loco a Deo recederemus: sed hoc includit contradictionem, quia tunc oportebat fugere extra omnem locum, vel quod in omni loco reuereremur, & non in omni loco reuereremur: nam si Deum vt hic praesentem (sicut est secundum veritatem) conspiciamus, & volens eum reuereri ab hoc loco semo uear, necesse est alium haberi locum, in quo eodem modo Deus est, & sic volens eum in reuerentia hic habere, non reuereremur ibi, ubi aequaliter eum reuerendum fuerat. Cum igitur omnia loca in hoc aequalia sint, oportet aut in omnibus locis ei speciales reuerentia actus exhibere, aut in nullo: sed in omni loco vacare actibus reuerentiae specialiter, vt praediximus impossibile est: ergo in nullo loco specialiter reuerendus est, nisi ille locus habuerit aliquid speciale a coeteris locis, in quibus communiter modo Deus est: hoc est, quod volebamus, scilicet quod solum sint Deo exhibendae reuerentiales actiones specialiter, ubi specialiter deitatis aliquid reperitur in signo, sicut in templis, aut oratorijs, quae deuota hominum intentio ad colendum Deum specialiter destinavit: & sic apud Israelitas solus locus reuerendi Deum erat sanctuarium, quia ipse instituerat ibi se specialiter colendi, & ibidem specialiter morabatur, vt declaratum fuit supra 23. cap. Erat autem locus reuerentiae Dei vbicunque demonstraret sui praesentiam in aliquo signo sensibili, ideo columna nubis, de qua audiebantur interdum voces Dei, erat locus reuerendi Deum: Erat etiam mons Sinai locus reuerentiae praestandi Deo, quia ibi audiebatur vox eius, vt patet in datione legis, quando vox clangoris profonuit, & audita sunt praecpta decem. Erat etiam aliud signum visibile Dei, scilicet quod mons totus plenus erat fumo, & igne, qui vsque ad caelum ascendere videbatur, quod Deum specialiter aduenisse manifestissimè nunciabat. Sic dicitur supra 19. cap. totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset dominus super montem in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi ex fornace. Et non solum dicebatur ibi esse praesentia Dei, sed etiam Iudaei existimabant hunc apparatus terribilem esse maiestatem Dei: sic patet Deuter. 3. cap. cum dicitur: *Ecce enim ostendit nobis dominus maiestatem, & magnitudinem suam; vocem eius audiamus de medio ignis.* In tali ergo loco Deus reuerendus erat. Sed adhuc in hoc differentia erat, quia licet iste locus fuisset, in quo Deus demonstrasset magnitudinem suam, tamen non semper demonstrabat eam: ideo dum eam ibi monstrabat, populus reuerebatur in loco illo, dum autem non monstrabat, non faciebant ibi speciales reuerentiam, & sic in isto tempore, quo Moyses erat in monte cum Deo, sicut in primis quadraginta diebus, fuit in secundis, erat in vertice Sinai,

Impossibile est in omni loco vacare actibus reuerentiae specialiter erga Deum.

Locus specialis reuerentiae Dei est ubi demonstratur aliquod signum visibile Dei.

& caligo magna, & ignis, vt patet Deut. 9. cap. cum dicitur: *Cumque de monte ardente descenderet, & duas tabulas foederis vtraque tenerem manu, & sic mons erat adhuc ardens in fine quadraginta dierum, quando Moyses descendebat de monte cum tabulis.* De hoc patet etiam supra 24. cap. in fine. Toto ergo isto tempore, quo manebat ibi gloria domini in fumosa caligine, & igne, Israelitae obseruabant reuerentiam non ascendentes ad cacumen montis, & tamen per partes inferiores montis ambulabant pecora, & homines, vt ex verbis huius textus patet, cum dicitur: *Nec videatur quisquam per totum montem, & pecora non pascantur e contra: quasi dicat, quod ante hoc ambulabant homines per partes inferiores montis Sinai, alioquin si ab eo die, quo Deus in voce tubae dedit legem in monte Sinai, non ausus foret aliquis accedere ad montem Sinai, non oportebat, quod nunc mandaretur, ne quisquam per totum montem videretur: sed mandatum fuit nunc: ergo ante hoc dum Moyses erat cum Deo in monte Sinai, ambulabant aliqui per radices montis: quando vero Deus ostendebat se magis in signo in aliquo loco, magis reuerebatur eum. Vnde cum daret legem super montem Sinai, magis demonstrabat ibi suam praesentiam, quam nunc, cum erat Moyses cum eo in monte: nam antea cum fuit data lex, apparebat gloria domini super totum montem in igne, & fumo, & voces buccinae in circuitu montis insonabant. Nunc autem cum Moyses erat in monte, non audiebantur aliqua voces domini extra montem, nec fumabat totus Sinai, sed solum summitas eius erat operata caligine magna, igne, & fumo: ideo quando data fuit lex, maior reuerentia fuit exhibita Deo in loco, quia non solum non ascendebant cacumen montis, sed etiam nec audebant tangere radices montis, cum dominus venisset, dicens: *Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius, omnis qui tetigerit montem, morietur, siue iumentum fuerit, siue homo, non viuat.* Nunc autem Moysse existente in monte ad accipiendas primas tabulas, & postea ad orandum pro peccato, non erat tanta reuerentia, quia ambulabant in partibus inferioribus montis Sinai homines, & iumenta, & non ascendebant ad cacumen: non igitur autem eum debuit secundas tabulas accipere Moyses, & Deus ei apparere, data fuit maior reuerentia, quam omnibus alijs diebus, scilicet quia non solum non accedebat viri, & iumenta ad radices montis, sed etiam, quod non pascerentur iumenta e contra, id est in aliquibus alijs locis extra montem Sinai, quae essent in opposito aspectu montis, scilicet quod ille locus, in quo Deus apparere debebat Moysi videri posset ex illis, ita vt magis nunc omnia a monte elongata essent, quam alijs vicibus. Et hoc, quia nunquam ita praesentia Dei manifestata fuit, sicut nunc, quia alijs vicibus ad ostensionem Dei apparebat aliquod corpus, quod non erat valde excellens, scilicet ignis, & fumus in magna quantitate, & terribilis valde, nunc vero apparuit corpus perfectissimum in luce, & pulchritudine, & venustate, siue pulchritudine: ita quod Deus ostendens illud, diceret Moysi: *Ego ostendam tibi omne bonum meum, & erat in hoc manifestum, quia tanta erat illius corporis excellentia, quod Moyses anteriore parte non poterat videre, quia oculi mortalium hoc non parerentur: Vidit autem posteriorem. Maxima ergo reuerentia exhiberi debebat in loco, ubi talis manifestatio Dei in signo fiebat, & sic nos cum in oibus locis deputatis ad cultum Dei eum colamus, nullus tamen est locus in quo magis eum in reuerentia magna habere debeamus, quam Sacratissimum Corpus Redemptoris nostri Christi Iesu, cum nihil sit, in quo manifestior Dei praesentia appareat, quam in corpore illo sub sacramentalibus speciebus latente.**

Quando data fuit lex in monte Sinai non accedebat homines, nec pecora ad radices montis.

Non est aliquis locus in quo magis Deum reuereri debemus, quam Sacratissimum Corpus.

Ma autem ratio, quæ supra secundum aliquos ponebatur, scilicet quod ideo non debebant pasci pecora e contra in die apparitionis illius, erat, ut non distraheretur Moyfes à cõtemplatione Dei videndo moueri aliquid de illis, nõ est rationabiliter posita, quia tunc eodem modo in quadraginta diebus primis quibus moratus fuit in monte, ut reciperet primas tabulas, feri debuisset, & præcipue in secundis, quando erat continue orãdo ante dominum pro iniquitate populi, ut patet Deute. cap. 9. sed in istis diebus nõ arcebantur pecora, nec homines, quin tangerent montem: ergo non fiebat propter illud. Item hoc nihil obstat: nam per nubem. Moyses videre debebat illud gloriosum valde corpus corã eo transiens, esset inclusus in foramine petræ, ut patet supra præced. capit. & nubes tegeret eum, donec veniret tempus, in quo transiente corpore illo tolleretur nubes, ut videret posteriora transentis: non ergo obstaret quidquid præsentia pecorum etiam in ipso monte Sinai quantum ad hoc. *Excidit quoque.* Scilicet Moyses. *Duas tabulas lapideas.* Id est duo fragmenta lapidum facta secundum figuram tabularum lignearum, scilicet maioris longitudinis, quàm latitudinis, & profunditatis, & maioris latitudinis, quàm profunditatis. *Quales antea fuerant.* Scilicet in figura, & quantitate. *Et de nocte consurgens.* In die, qua descendit Moyses de monte, & admonuit populum, nõ sequenti die quisquam motem tangeret, & nõ pecora pascerentur e contra: lapideas tabulas præcidit, atque dolauit, & in sequenti nocte surrexit ascenditque in montem: surrexit autem de nocte, nõ quisquam eum videret ascendentem in montem cum lapidicinis, vbi tabulas præciderat essent in parte inferiori montis, vel fortè apud castra. *Ascendit in montem Sinai.* De quo præcedenti die descenderat ad præcedendum lapideas tabulas. *Sicut præceperat dominus.* Scilicet quod dominus mandauerat ei: esto paratus mane, ut ascendas statim in monte Sinai. *Portans secum tabulas.* Scilicet nondum scriptas, quia ideo eas ducebat ad dominum, ut faceret eas scribi, sicut fuerant priores. Erant autem istæ tabulæ paruæ, quia poterat Moyses eas solus portare in montem ascendens.

An tabula secunda legis essent valde magnæ.

Q V A E S T I O. V.

ET si dicas, quod erant valde magnæ, tamen Moyses virtute diuina adiutus ferebat eas, non stat conuenienter dictum: quia arca, in qua ponebantur istæ tabulæ, & virga Aaron, & vna continens vnũ gomor manæ, erat satis parua, scilicet duorum cubitorum, & dimidij, & latitudo cubiti, & dimidij, licet si tota arca contentia repletur satis ponderosi lapides isti forent. Sed dicendum est, quod non erant magni. Primum, quia Deus nõquam facit aliquid frustra: sed si isti lapides essent valde magni, illa magnitudo esset frustra: nam finis faciendi istos lapides fuit, ut scriberetur in eis decalogus: ergo cum essent in eo duo lapides sufficientes ad recipiendum scripturam illam, non erat opportunum maioris illos quantitatis esse. Item, quia si isti lapides essent magni, non sufficeret pauci homines ad portandum eos per longam viam: nam quatuor Leuitæ portabant arcam in qua erant istæ lapideæ tabulæ: si istæ tabulæ essent aliquo modo magne, non possent eas portare, quia ipsa arca in se erat satis magni ponderis, quia tabulæ eius erant grosse, & operatorum de auro purissimo, & Cherubim duo: deinde inuoluebatur duobus velamentis, ut patet Num. 4. capit. Hæc ergo etiam sine ipsis tabulis erant satis magni ponderis: si ergo essent tabulæ etiam magni ponderis, nõ possent totum simul portari à quatuor Leuitis. Item, quia

si tabulæ lapideæ essent valde magni ponderis, confingerent arcam: ergo paruæ erant & tenues, quales Moyses manibus suis portare possent. *Cumque descendisset.* Hic ponitur secundum, scilicet spiritualis dispositio, quæ fuit in diuina apparitione demonstrando corpus illud valde excellens lucidum. *Cumque descendisset dominus per nubem.* Id est cum descendisset dominus in nube, erat enim nubes gloriæ eleuata in aere supra verticem montis in aliquanta altitudine, & cum Moyses ascendit in verticem Deus humiliavit nubem ad cacumen montis, ut loqueretur cum Moysè, sicut promiserat, & hoc est descendere Deum per nubem. *Stetit Moyses cum eo inuocans nomen domini.* Hic subintelligenda sunt omnia, quæ dicta sunt supra in fine præcedentis cap. & scriptura non repetit illa, quia studet breuitati, in tantum quod causantur in hoc multæ difficultates, & obnubilationes impediens intelligentiam, ideo requirit sedulum, viuacemque lectorem. *Di xerit. n. supra Deus, quod monstraret Moysi totum bonum suum, & quod poneret eum in foramine petræ, nõ videret faciem eius, & moreretur, sed coram eo transiret posita nube ante oculos eius, donec facies eius transiret, & postea ablata illa videret posteriora sua.* In hoc autem transitu coram Moysè clamabat angelus ille, qui mouebat illud corpus in persona Dei: Dominator domine Deus, &c. Et sic dicitur hic. *Stetit inuocans nomen domini.* Id est quod cum transiret coram Moysè existente in petrâ gloria domini, clamauit Deus, siue ille, qui pro eo loquebatur, & clamor iste erat inuocatio nominis domini. Fuit autem inuocatum per ista nomina, quæ infra continentur, scilicet dominator domine Deus clemens, &c. Sed hic est magna diuersitas inter literam Hebraicam, & literam nostram, quoniam in litera nostra dicitur. *Stetit Moyses cum eo inuocans nomen domini.* In quo est sensus, quod cum descendisset gloria domini ad transeundum coram Moysè, clamauit Moyses ad Deum dicens: Dominator domine deus, &c. in litera hebraica habetur. *Cumque descendisset dominus per nubem stetit coram eo inuocans nomen domini.* Et ista litera refertur ad deũ, scilicet, quod deus stetit coram Moysè inuocans nomen domini, scilicet quod Deus inuocaret nomen suum, & vocabat istis nominibus, quæ sequuntur, scilicet dominator domine, &c. Dicit enim Rabbi Salomon, & tenent communiter Hebræi, quod Deus, siue ille angelus, qui assumpsit corpus illud lucidum, induit quandam vestem sacerdotalem, & cooptrauit eam sibi quodam modo speciali pinnente ad misericordie implorationem, clamauitque dicens ista nomina, quæ intra ponuntur, dans modum Iudæis qualiter postea ipsi inuocare deberent Deum, & dixit Moysi, quando cunq; fueritis in tribulatione, & sic me inuocaueritis, exaudiam vos. Vnde apud Hebræos innotum est ab antiquissimis temporibus, quod cum in aliqua angustia magna sint, sacerdos eorum tali veste indutus, illa nomina coram Deo clamat, ut eruantur, & nunquam aliàs hæc omnia simul nomina proferuntur ab ipsis, nisi cum maximè affligunt. Et satis rationale est, quod Deus inuocaret nomen suum, non tanquam se orans, sed sicut formam orandi præbens: sic enim Christus instituit orationem, & protulit verba eius, non quidem quod seipsum oraret, sed quia Apostolis petentibus formam orandi tribuit, scilicet. Pater noster, qui es in cœlis, ut patet Matth. 6. cap. & Luc. 11. cap. Quod autem hic sit deuiatio literæ nostræ ab Hebræa, satis causa subest, quia Hieronymus sepius de declarat literam Hebræam addendo vnã dictionem, aut valde modicum, non quidem ex arbitrio, sed quod ex necessitate subintelligi apparet, sicut supra in præcedenti capitulo, & in alijs locis declarauimus: hic autem in litera Hebraica ponitur.

Scriptura sacra requirit viuacem sedulum. que lectorem.

Qua oratione Hebræi vrantur in maximis necessitatibus?

Cumque

Cumque descendisset Dominus per nubem, stetit cum eo inuocans nomen Domini. Videtur enim ambigua sententia vtrū referatur istud verbum vocauit, siue stetit inuocans, ad Deum, vel ad Moysen. Non enim repugnat literæ accipi pro quolibet eorum, vnde & multi Iudæorum, & inter eos periti dubitant de hoc, vtrum ad Deum referendum sit, vel ad Moysen, & plurimi eorum tenent, quod Moyses clamauerit inuocans Deum. Et sic Hieronymus reperiens ambiguitatem literæ interposuit hoc suppositum Moyses, ut non videatur posse referri illud, scilicet. Stetit inuocans, ad Deum, sed ad Moysen. Et ad hoc mouere poterant aliquæ rationes. Prima, quia rationabilis videbatur, quod Moyses inuocaret Deum, quàm quod Deus coram Moysè inuocaret Deum, & cum litera Hebraica vtrumque permittrat, translulit id quod rationabilis erat. Item si Deus inuocaret nomen domini, non poneret illud in vocatiuo, & verbum secundæ personæ quasi ad alterum loqueretur, sed poneret in nominatiuo, quasi diceret enunciando de se: sed ista nomina ponuntur in vocatiuo, cum dicitur: Dominator domine, &c. & verba in secundâ personâ, cum dicitur: Qui custodis misericordiam in militia, qui auersis iniquitatem, & scilicet. Item Deus nihil agit frustra, quia hoc valde dissonat illi æternæ, atque rectissimæ: sed non videtur aliqua causa, quare inuocaret: ergo visum fuit rectius esse poni Moysen inuocantem, quàm Deum. Hoc autem ita potest aliquo modo decenter, quia de sententia literæ nihil mutat, non enim multum refert, quod Deus inuocauerit, aut Moyses: magis tamen dicendum est, quod Deus. Et patet, quia præcedenti cap. dicitur: Ego ostendam tibi omne bonum meum, & inuocabo in nomine domini coram te: sed ista demonstratio boni fuit, quando transiit coram Moysè corpus illud gloriosum in luce magna: ergo tunc inuocauit Deus: sed hic dicitur, quod transeunte Deo coram Moysè stetit inuocans nomen domini: ergo necessariò danda est in illo transitu, Deum fuisse inuocantem, alioquin non poterit stare ista litera, scilicet. Inuocabo in nomine domini coram te. Item infra post enumerationem istorum nominũ Dei, scilicet, Dominator, domine, Deus, &c. dicitur, quod Moyses festinus curuatus est pronus in terram adorans: si tamen Moyses protulisset illa nomina inuocans nomen domini, non curuatus fuisset dictis illis nominibus, sed dum diceret illa, quia modò orantium est genua flectere, cum orant, non aut oratione expleta: ergo non vocauit ipse: sed Deus: ideo Moyses post prolationem illorum nominum curuatus est: gratias reddens, quod Deus eum talia nomina docuisset ad petendum in aduersitatibus solamen. Et adhuc potissima ratio confirmata ex litera quare Moyses dictis his verbis incuruatus fuerit, erat, quia vidit, quod Deus ista nomina protulerat dans formam petendi à Deo auxiliũ, assumpta fiducia petendi, inclinauit se coram domino immediatè petens ab eo directionem, & conseruationem populi, cum dicitur: Si inueni gratiam in conspectu tuo domine, obsecro, ut gradiaris nobiscum. Ad rationes motiuas alterius partis respondetur. Ad primam, cum dicitur, quod magis rationale erat, quod Moyses inuocaret nomen domini, quàm Deus. Respondetur, quod si Moyses aliquid debuisset petere rationabilis erat, quod ipse nomen Dei inuocaret, quàm quod Deus: sed hic Moyses nihil petebat, sed postea petijt: Deus autè Moysen in petendo erudire volebat: ergo rationabilis erat, quod Deus inuocaret, quàm Moyses, cum Moyses nesciret hanc formam inuocandi. Et quando dicitur, quod litera Hebraica vtrumque consentit, ideo posuit id quod rationabilis videbatur, dicendũ quod litera Hebraica non consentit hoc æqualiter: nam licet litera ista, quæ hic

Rationes quæ teronymũ idu xerit ad mutandũ hæc literã.

habetur, non repugnet illi sententiæ, quia tamen in sacra scriptura non est ponenda aliqua contradictio, & falsitas, oportet hanc literam sic intelligi, ut superior vera sit: sed in cap. præcedenti dicitur: Et inuocabo in nomine domini coram te. Ergo non consentit litera, quod ista inuocatio referatur ad Moysen. Ad secundam rationem, quando dicitur, quod si Deus ista nomina protulisset, non proferret ea in vocatiuo, nec verba poneret in secundâ personâ, quasi ad alterum loqueretur, sed poneret in tertiâ personâ verba, & nomina in recto, vel saltem nomina in recto, & verba in primâ personâ, quasi de se aliquid enunciaret. Respondetur, quod Deus nõ debuit ponere nomina in recto, & verba in primâ, vel tertiâ personâ, quasi aliquid de se enunciaret, cum Deus nollet aliquid per se enunciare, sed volebat tradere Moysi formam orandi, qui autem formam tribuit, oportet eam per verba proferat, per quæ alij postea prolaturi sunt, alioquin non datur forma orandi, sed intentio orantis: sed oratio semper fit ad alterum sub vocatiuo, & secundâ personâ verbi: ergo in secundâ personâ, & vocatiuo Deus ista omnia proferre debuit. Ad tertiam rationem, cum dicitur, quod Deus nihil agit frustra, sed non videtur aliqua causa, quare Deus protulerit verba ista: ergo non protulit ipse. Respondetur, quod aliqua causa proferendi suberat, scilicet, ut daret formam orandi Moysi, & alijs. *Quo transeunte coram eo.* Id est transeunte Deo corã Moysè: nam cum velle hanc gloriam Moysi monstrare, posuit eum in foramine petræ cooperiente nube foramen illud, & Moyses stabat: Deus verò transiit dicebatur, quia illud corpus, quod erat quoddam imago gloriæ Dei transibat ante foramen petræ: Deus tamen non transibat, quia ut probatum fuit præcedenti cap. non induit Deus illud corpus, sed angelus quidam loci Dei, & transeunte eo transire dicebatur Deus. *Quo transeunte.* Scilicet angelo illo induto corpore illo lucido, qui angelus erat effigior Dei. *Coram eo.* Scilicet coram Moysè manente in foramine petræ. *Ait.* Litera nostra refert istud verbum ait ad Moysen, quia dicebatur immediatè stetit Moyses cum eo inuocans nomen domini, nos tamen sequentes literam Hebraicam secundum expositionem, quam supra posuimus, dicamus, quod istud verbum referatur ad Deum, scilicet quod ipse dixit: Dominator, domine, &c. *Dominator, Domine, Deus.* In Hebræo dicitur. *Adonai, Adonai, Hel.* Et Hebræi vertentes in vulgare idioma dicunt: Deus, Deus, Deus, quia quodlibet horum nominũ Deum notat, litera tamen nostra non posuit pro Deo omnia nomina hæc.

An possit probari Trinitas personarum ex litera ista, ut quidam conuersi opinantur.

Q V A E S T I O. VI.

ET quidam Iudæi conuersi ad Christum putantes se subtiliter arguere, ex hoc loco dicunt probari Trinitatem in Deo, cum ter proferatur Deus. Sed hoc nihil est: nam ista nomina non sunt propria Dei: nam conueniunt hominibus. Vocantur enim aliqui homines Adonai, & Elohim, nomine appellatiuo. De hoc nomine Adonai, patet sepe in Genesi, vbi Eliezer vocauit Abraham Adonai, volens dicere eum esse dominum suum. Accipitur enim tanquam nomen appellatiuum, sicut ista dictio dominus. De hoc Gen. 24. cap. & omnes alij domini mundani, siue boni, siue mali sint, Adonai vocari possunt, & vocantur in plurali Adonin. Sic patet Isa. 19. cap. vbi reges Aegypti pessimi vocantur Adonin, cum dicitur: Ponam super eos dñs crudelēs. Siue ut litera nostra dicit, tradã Aegyptũ in manu dominorum crudelium. Dicitur in Hebræo. *Adonin*

Istud nomen Adonai non solum conuenit Deo, sed et hominibus.

Adonim quasset. Idest dominos durum cum deberet dicere duos pluraliter. De hoc nomine Hel, & Elohim, patet supra 2. cap. ubi vocantur iudices dij, siue Elohim, scilicet applicabit ad Elohim, idest ad Deos, qui sunt ibi iudices. Et iterum in eodem cap. Diji non detrahes, scilicet iudicibus, vel dominis temporalibus, & ponitur in Hebræo Elohim. Ad hoc igitur, quod aliquando coloratè suaderetur hic trinitas, oporteret, quod ponerentur nomina, que sunt convenientia soli Deo: hoc autem est nomen quatuor literarum, quod apud Hebræos ineffabile est, & nunquam dicitur de aliquo homine, aut aliqua alia re, sed solum de illo, qui est verus Deus, aut estimatur verus Deus. Si autem hoc nomen triplicaretur aliquo modo, haberetur color ad probandam trinitatē, sed non ponitur hic aliquod nomen de istis tribus, quod sit nomen proprium Dei, nihil ergo hinc habetur. Et dato, quod poneretur hic ter nomen Dei quatuor literarum, non inferretur necessario, quod trinitatem voluisset hic intelligere Moyses, quia posset responderē quilibet Iudæus, quod posuisset ad honorem trium Patriarcharum, scilicet Abraham, Isaac, & Jacob, & hoc, quia in sacra scriptura reperitur aliquando sic scriptum, scilicet Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob. Item respondere posset aliter, quod ponebatur ter nomen domini non ad signandum aliquod mysterium, sed ad notandam affectionem inuocantis: nam qui inuocando nimis afficitur ad id, quod vocat, sepe idem simul vocat, vt cum nos dicimus aliquem vocantes homo, homo. Et sic angelus vocans Abraham, quando volebat in molare filium suum Isaac, & extendit manum suam super eum cum magno cordis sermone, & velocitate: bis est semel vocauit dicens: Abraham; Abraham; vt patet Gen. 22. cap. Et sic dato, quod Moyses posuisset hic ter nomen domini magnū, tamen non ex hoc inueniebatur sufficienter trinitas, sed solum affectio vocantis: ita enim potuisset ponere quater, aut quinquies idem nomen, & tunc signaretur in Deo quaternitas, vel quinitas, quod omnium absurdissimum est. Si igitur ideo in Deo trinitatem intelligere deberemus, quia ter ponitur istud nomen: ergo dualitatem intelligeremus, quia bis ponitur, & solum dualitatem, quia aliquando bis solum ponitur, vt patet Psal. 21. scilicet Deus Deus meus respice in me, & Psal. 62. f. Deus Deus meus ad te de luce vigilo: ergo notarentur hic due personæ solum in deitate, quod inter se repugnare faceret sacra scripturam. Vel diceremus, quod Psalmista exclamabat ad duas personas, & petebat aliquid ab eis; & non a tercia, quod insanū est, cum quidquid vna faciat, & alia faciat, quia actus trinitatis indiuisi sunt ad extra, & videretur sapere aliquam heresim, qui solum duas personas exprimeret in oratione sua, & singulariter ab illis aliquid peteret non expressa alia persona, quia videretur eam facere minorem alijs duabus, vel constitueret creaturam, sicut Ariana heresis dogmatizat: non ergo potest aliquid contra Iudæos inui ex litera in probationem trinitatis. Alia igitur solidiora testimonia inquirenda sunt. Item ad huc dato, quod Iudæi vellet concedere quidquid nos peteremus, tamen in nullo modo ratio dicitur hic debere intelligi trinitatem personarū, quia ad hoc saltem requireretur, quod licet non poneretur nomen proprium Dei, tamen quodcumque illud esset, deberet replicari idem ter, scilicet quod ter ponitur Hel, siue ter Adonai, vt sicut personæ in diuinis equalis sunt, vt eiusdem naturæ, ita eiusdem nomen conueniat: sed hic mutatur nomen; quia primo ponitur Adonai bis, deinde subiungitur Hel. Hoc autem quandam diuersitatem facit. Nam licet ista omnia nomina prædicentur de Deo, tamen non totaliter secundum eundem modum, quia Adonai dicitur de Deo secun-

si nomen Dei quatuor literarum triplicaretur non haberetur hoc, quod necessarium est nomen personarum significat.

Actus trinitatis indiuisi sunt ad extra.

dum, quod est dominus, Elohim, siue Hel, dicitur de Deo magis secundum quod est Deus, & sic notaretur in personis illis diuinis, quod tertia esset magis Deus, quam prima; & secunda, quod non conueniebat: ergo non signatur hic trinitas personarum. Hoc autem attendit disertissime Beatus Ieronimus: nam non posuit omnia hæc tria sub eodem nomine dicens: Deus, Deus: sed dominator, domine, Deus, cuius ratio est, quia nomen istud Adonai signat Deum, & tamen signat enim sub ratione dominatiuæ potestatis, & nomen istud Hel signat Deum sub ratione deitatis magis, quia Adonai, & cum ponatur bis Adonai in Hebræo, transfuit litera nostra ponens bis nomen domini dicens: Dominator, domine. Et quia istud nomen Hel signabat Deum sub ratione deitatis conuenientius, quam nomen istud Adonai: ideo transfuit litera nostra ponens Deus. Si verò posuisset ter Adonai, aut ter Hel, siue Elohim, posuisset litera nostra ter Deum, quia non videbatur velle facere differentiam aliquam litera Hebræa, sed quia ponit diuersa nomina, fuit rationabile fieri distinctionem in littera Latina. Hæc sententiam videtur sequi Rabbi Salomon Abraham Aben Ezra. Cum autem in Hebræo ponatur bis Adonai hic, & vtrumque significet dominium, videbatur alterum eorum superfluum: ideo litera nostra castissime posuit duo nomina signantia dominium, quorum vnu signat secundum actum, aliud vero secundum habitum, vel virtutem, sicut actualiter principari, & facere opera Domini, aut habere potestatem dominatiuam, & non operari secundum illam aliquid imperando, & istud vocatur retinere potentiam dominatiuam secundum habitum. Primum exprimitur, cum dicitur: Dominator, quod signat actum domini. Secundum notatur, cum dicitur: Domine, quod notat dominium in habitu. Vtrumque habet Deus, scilicet dominium secundum habitum, quia habet potestatem dominatiuam, & dominium secundum actum, quia actualiter dirigit vocatur Deus, quia secundum naturam est Deus. Vel vt quidam dicunt: (Dominator) in populi directione, & defensione: (Domine) in legislatione: (Deus) in veri cultus institutione. Sed prima expositio melior est. *Clemens, & patiens.* Ponuntur hic aliqua tributa Dei, que dicunt relationē quādam ad creaturas, quia Deus non est clemens ad aliquid, quod est in se, nec patiens, sed ad aliquid, quod est in nobis. *Misericors.* Ista duo idem videntur, scilicet misericors, & clemens, sed non sunt idem. Distingueda enim sunt, vt distinximus præcedenti capit. scilicet clementia pertinet ad culpam, & misericordia ad penā. Cum enim aliquis peccauit, & ignoscitur ei, quod peccauerit, clementia est: sic nos clementes sumus, cum aliquis in nos peccauit, propter quod ei debebatur pena, sed nos remittimus ei, quod peccauerit, scilicet culpā, & sic non manet obligatio aliqua, vel poena: Deus igitur clemens hoc modo est, quia nobis peccatis vniuersa delicta remittit. *Misericors* dicitur, qui miseris compatitur, quod ad penas pertinet, scilicet cum quis poenis affligitur succurrit ei, quia miser est: sic & nos cum aliquos, qui iniusta supplicia luunt eruiamus, misericordes sumus, clemētes autem nequaquam. *Patiens.* Dicitur Deus patiens in quantum offensas illatas tolerat, nos enim quotidie Deum offendimus in multis, & si iuxta peccatorum exigentiam plecteremur, modicum nobis in orbe viuendum foret: Deus enim hoc facit, qui tolerat. *Et multa miserationis.* Hoc ponitur ad exaggerandum, scilicet quod non solum Deus est misericors, sed etiam multum misericors, quia magis miseretur nostri, quam nos adinuicem miseremur, ideo in scriptura ad notandam magnā misericordiā Dei sepe dicitur, quod sicut miser est pater filiorū, ita miser est Deus nostri.

Hel in Hebræo Dei signat sub ratione deitatis.

Quæ differentia est inter clementiam Dei, & misericordiā

Vel

Vel sicut non potest obliuisci mater filij sui, ita nec Deus potest obliuisci nos. Solet vocari Deus magne miserationis peccatores ad penitentiam expectando, quia non solum est patiens peccatores pro peccatis irremissibiliter non occidendo, sed eos tolerando, sed etiam est magne miserationis multo tempore ad misericordiam, & penitentiam expectando: sic dicitur Isa. 30. c. ideo expectat nos Deus, vt miseretur nostri. *Ac verax.* Promissa non fallendo. Nulli enim Deus vnquam promissit, quod non obseruaret, quia fidelis est, & seipsum negare non potest, vt patet 1. ad Timo. 2. cap. Et si aliquando Deus aliqui videtur promississe, quod postea violatum est: hoc est, quia promissio sua conditionalis fuit, qui autem non tenet promissionem, cum non obseruatur conditio, propter quam facta fuit promissio, non frangit promissionem, quia conditionalis nihil potest in esse, nullo modo ergo obligat conditionalis promissio, donec iter conditio: si ergo non stat conditio, qui non agit sicut promissit, non infringit conditionem promissionis: sic patet 1. Reg. 2. cap. ubi Deus promiserat domui Eli in patribus suis, vt essent sacerdotes summi de ea in eternum, sed postea, quia peccauit Eli omittendo, & filij sui turpia committendo, non seruauit: Deus promissionem, cum dicitur: Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum, nunc autem ab sit a me, sed quicumque glorificauit me honorificabo eum, qui autem contempnit me, erunt ignobiles. *Conditio autem, quæ in omnibus promissionibus Dei intelligitur est, si illi, quibus promissio facta est, manserint boni, sicut etiam facta fuit promissio. Sic dicitur Psal. 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, & subiungitur: Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, que docebo eos, & ex hoc videtur nobis Deus interdum variare sententias, cum tamen ipse nihil variet, quia si bonum promittit alicui genti, vel populo: ita promittit in quantum bonus est: si autem populus ille ad malum declinauerit, subito proferet contra ipsum sententiam, vt perierat de terra: Et si rursum conuersus penitentiam egerit, mox sententia priori reuocata pronuntiabitur exaltatum, atque stabiliendum illum pactum: sic patet Iere. 18. c. cum dicitur: Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. Repete loquor aduersum gentem, & aduersum regnū, vt eradicem, & destruiam, & disperdam illud. Si penitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam: & ego penitentiam super malo, quod cogitavi, vt facerem ei, & subito loquar de gēte, & regno, vt adificem, & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, penitentiam agam super bono, quod locutus sum, vt facerem ei. *Qui custodis misericordiam in millia.* Idest misereris mille generationibus, vel duabus mille generationibus propter bonū vnus viri, & ponuntur millia, quæ sunt multa millia, vt statuatur numerus indeterminatus, scilicet quod pro vno multis successoribus suis miseretur, sicut patet de Dauid, quia ex eo, quod ipse fuit bonus vir ambulans in conspectu Dei in corde perfecto, vt patet Psal. 88. cum dicit: Inueni virum secundum cor meum, & loquitur de Dauid, confirmauit ei regnum: posteri autem sui mali fuerunt, quia præter Dauid, Ezechiam, & Iosiam omnes reges peccatum commiserunt, vt patet Eccle. 49. capitu. & merebantur perdere regnum, quod reliquerat Dauid: sed meritis Dauid conuauit Deus regnum suis posteris: nam in Salomone, qui pessimus fuerat successor optimi viri Dauid, Deus regnum diuideret volebat, aut totaliter tradere alienis, sed propter Dauid non fuit diuisum in diebus Salomonis, vt dicitur 3. Reg. 1. cap. deinde cum propter peccata sequē-*

Deus veritate tenet in omnibus promissionibus suis.

Quo intelligitur conditio in promissionibus Dei esse.

Deus quæque miseretur toti generi propter vnum virum.

Atium regum sepe deleri debuisset, non destruxit illud Deus totaliter, vt maneret lucerna domui Dauid, vt patet 3. Reg. 15. ca. & multoties in eodem 3. & 4. Reg. Computantur autem istæ generationes, siue dicantur mille, siue quotcumque sint, ab vno capite, propter quod Deus miseretur sequentibus, vt potest, quod fuerit bonus aliquis vir, & miseretur ei Deus, & postea filio eius meritis patris miseretur, & deinde nepoti, & sic computantur quotcumque generationes voluerimus: si autem diceremus, quod Deus aspiceret ad quemlibet pro meritis suis, nunquam computaretur aliqua generatio, ita quod diceremus Deum misereri in generatione vna, aut duabus, vel tribus, quia ista dicunt ordinem, & referuntur ad vnum aliquid, in quo ceperint.

An Deus successoribus alicuius boni viri ex misericordia parcat, vel ex iustitia. Et quomodo vitur misericordia vsque in mille generationes.

Q V A E S T I O. VII.

SED dices, quomodo dicitur Deus seruare misericordiam in mille generationes, siue in duas saltem? quia hic distinguitur misereri contra hoc quod est agere per legem, vel debitum iustitiæ. Sed cum Deus miseretur successoribus alicuius viri, qui bonus fuit: agit illis bona merito illius, à quo descendunt, cum ergo merita illius exigant, non videtur esse misericordia, sed iustitia, aut lex. Respondetur, quod quando Deus sic miseretur in mille generationes, siue in valde multas aliquorum propter vnum virum bonum, à quo descendunt, merita illius secundum valorem non attingunt tot generationes, vt omnia peccata successorum suorum bonis suis operibus deleri debuissent, quia vix sufficit pro se: cum ergo tot generationibus Deus benefecerit propter vnum, à quo descendunt, est ex pura misericordia, & non ex meritorum æquivalencia, ideo eoque iustissime vocatur misericordia, quia ex pura liberalitate fit: Hoc autem verum est, nisi illi, à quo alij descenderent posset mereri in infinitum, quia tunc delerentur omnia peccata sequentium generationum propter bonum illius: sic fuit de homine Christo Iesu, qui ex eo, quod Deus erat, meritum suum erat infinitum: maximè, quia actus sui erant perfectissimi ex genere, scilicet mori pro nobis, cum nihil deberet. Hoc enim est maximum in genere meritorum: scilicet in ipse testatur Ioa. 16. ca. Maiorem hac charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et Philosophus in 9. Ethic. hoc testatur dicens, quod melius est aliquem semel pro amico, aut patria mori, quam viuente multas operationes bonas facere: sic enim dicit: Paucum enim tempus delectari valde magis eliger, quam multam, quiete, & viuere bene annum, quam multos annos qualitercumque; & vnam actionem bonam, & magnam, quam multas, & paruas, morientibus autem hoc forte accidit, eligunt vtrique magnum bonum sibiipsis: Passio ergo Christi ex eo, quod tanta fuit, & quia Deus ille erat, qui patiebatur, merebatur infinitè: ideo pro omnibus satisfaciebat. Deus igitur peccatis nostris condonat in merito passionis Christi. Quod ergo Deus pro merito passionis Christi omnibus nobis, & quibuscumque futuris etiam si infinitis omnia peccata quantacumque, & qualiacumque remittat, non est misereri, sed iustè agere: est tamen maximè misericordia, quod pro nobis mori voluerit, & cuiuslibet nostrum indignissimo peccatori passionis suæ sacratissimæ merita communicare dignetur. Et patet hoc, scilicet, si nos demus valorem duarum duplarum, & detur nobis res valens duas duplas: non est aliquo modo liberalis, aut misericors ille, qui

Merita Christi in finita fuerunt.

Passio Christi pro omnibus satisfecit, quia infiniti erat meriti. Si Deus remittat peccata omnium presentium, & futurorum et si essent infinita propter meritum Christi non facit nobis misericordiā sed iustitiam.

qui nobis tribuit rem tanti valoris pro tanto valore, sed est iustus: sic autem est in remissione peccatorum nostrorum, quia nos omnes grauissime peccauimus, & remissio quam petimus est aliquid valde magnum, sed cum damus pro ea merita passionis Christi, damus aliquid aequalens, imò magis valens, quia passionis Christi merita propter hominē illum esse Deum sunt formaliter infinita, peccata autem nostra, & omnium, quae fuerunt à formatione saeculorum, & viuunt usque ad extremum iudicium, non erunt infinita formaliter, ut secundum se sed solum obiectiue, quod est aliquid extrinsecum: maiora ergo sunt merita passionis Christi, quae sunt verè, & in se infinita, quam peccata omnium saeculorum computatis etiam peccatis demonū, quia omnia haec simul in seipsis infinita non sunt. Nec enim ideo demones redempti non sunt, tanquam Passionis Sacramentum Christi Iesu merita non iussissent, sed quia eos secundum altissimum Dei iudicium redimi non decuit. Cause autem, quare hoc factum sit, alterius speculationis sunt: Cum ergo damus merita passionis Christi pro redemptione peccatorum nostrorum, id est ut nobis remittantur facinora nostra, non agitur nobiscum misericorditer, sed iuste, quia damus aequalens precium pro nobis: imò magis, quam iuste: quia nos plus damus, quam recipimus: recipimus enim peccatorum remissionem, quae non est infinita, cum culpa non sit in se infinita, & damus pro illa merita passionis Christi, quae sunt veraciter in se infinita: non ergo commutamus aequale pro aequali. Sed quasi daremus precium mille duplarum, & daretur nobis res valens unam solum duplam. Aliud etiam patet. si quod est maxima misericordia in hoc quod est Christum pro nobis velle passum fuisse: nam misericordia est (ut vulgariter loquimur) alicui misero aliquid miseriam suam tribuere solum, qui ergo maximum solamen tribuit, maximam misericordiam facit: Christus homo, & Deus nobis iam in foelicibus, & aeternae mortis reus redemptionem tribuit, quod erat maximum solamen: ergo maxima misericordia erat. Etiam erat maxima ex parte intentionis agentis, quia ex maxima charitate factum est: sic patet ad Gal. 3. cap. Propter maximam charitatem, qua dilexit nos Deus, misit unigenitum suum, &c. Etiam erat maxima misericordia ex parte eius, quod beneficiens nobis in beneficiando tolerabat, scilicet mortem atrocissimam, cui nulla unquam acerrima poenarum potuit adaequari. De quibus non est nunc dicendum per singula. Est etiam maxima misericordia, quod velit Christus nobis merita passionis suae accomodare, ut per illa redemptionem mereamur, sicut si nos vellemus aliquid emere non habentes precium aliquod, & alius nobis totam precium, & abundantius, quam indigeremus impenderet. De hoc ergo homine Christo Iesu, quia Deus pariter est, dicendum quod merita sua sufficiunt ad hoc, quod pro eis Deus benefaciat omnibus hominibus, non quidem misericorditer, sed iuste. De alio autem homine non est sic: ideo quoniam Deus pro aliquo viro bene agit omnibus posteris suis, non agit iuste, id est non agit secundum exigentiam meritorum, quasi merita illius exigant tanta bona fieri posteris suis: sed agit ex misericordia: ideo conuenientissime dicitur: Qui custodis misericordiam in millia, & non qui custodis iustitiam. Imò quando aliquis vir bonus est, & Deus ei bonum agit dando vitam aeternam, non obseruatur ibi debitum, siue iustitia, ita quod tantum detur pro tanto: nam iustitiae nostrae non valent secundum se ad merendum aliquid horum, iuxta illud Isa. 64. capit. iustitiae vestrae coram eo tanquam pannus mulieris menstruatae reputatae sunt. Et Apostolus ad Roma. 8. capit. Non sunt condignae passionis huius mundi ad futuram gloriam, quae reuoc-

Maxima misericordia fuit, quod pro nobis Christus passus esset.

Maxima misericordia fuit, quod Christus nobis communiuicauerit merita passionis suae.

labitur in nobis. Et dato quod istae operationes in se essent tantae, ut mereretur nobis dari vitam aeternam, tamen semper obseruabitur in nobis misericordia magis, quam iustitia, quia nos talia non fecissemus, nec facere voluissemus, nisi ipse Deus nos ad hoc mouisset, & ut faceremus adiuuaret. Sic patet Ioa. 15. cap. sine me nihil potestis facere, id est non potestis facere aliquid bonum, nisi ego praecernerem, & adiuuero. *Qui auferens iniquitatem, & scelera.* Id est quod Deus remittit peccata tollens nobis culpas, & reatus, atque peccatorum maculas. *Iniquitatem.* Vocatur iniquitas quodlibet peccatum, quod est ex malitia, non impellente impotentia, aut passione, & est nomen eodem modo ad peccata. *Et scelera.* Dicitur scelus magnum peccatum ex malitia quod fit contra Deum: sicut contra principes sunt quaedam specialia crimina, quae vocantur crimina lese maiestatis, & sunt inter cetera horribiliora, atque atrocioris pene dignissima: contra Deum sunt specialiter aliqua crimina, in quibus specialiter leditur maiestas eius, ut in idolatria colendo alium Deum, & negando hunc, & verus Deus esse Deum, aut asserendo alium eum esse Deum, in quorum altero totum bonum ei abstrahimus, in altero autem eum diminuentes, alios ei pares constituimus. Est etiam haeresis scelus, in quo aliquis male de Deo sentit. Ista vocat crimina lese maiestatis iuxta canonicum, ubi comparat crimina lese maiestatis: quae sunt in principes, haeresi, quae est in Deum, ut patet extra de Hereticis in cap. v. gentis, cum dicit: Longe magis est eternam, quam in temporalem ledere maiestatem. Omnia autem haec Deus remittit, siue sint iniquitates, id est peccata communia, siue scelera, id est peccata in Deum: Tale enim fuit peccatum, quod paulo ante Deus remiserat, scilicet peccatum de cultura, & fabricatura vituli, in quo maxime repugnabatur Deo, ut declarauimus supra 32. cap. super partem. Ut induceres super eum peccatum maximum. *Atque peccata.* Dicuntur peccata omnes errores, quae sunt siue sint magni, siue parui, siue directe in Deum, aut contra proximos, & est genus. Hic tamen accipitur pro peccatis paruis, quae sunt ex passione impotentia, aut ignorantia. *Nullusque apud te per se innocens est.* Id est si homines respiciant se in comparatione ad te, non reperietur aliquis, qui sit innocens per se, & hoc, quia omnes peccant, aut mortaliter, aut venialiter: quia si dixerimus, quod peccatum non habemus ipsi nos sedacimus, & veritas non est, ut patet I. Ioa. cap. 1. & si non peccarent in hoc saltem peccant originaliter contrahentes, ex primogenitoribus, quia omnes in Adam peccauerunt, ut ait Apostolus ad Roma. 5. capit. omnes igitur Deo mortis debitores sumus, qualitercunque nos habeamus. *Apud te.* Id est comparando ad te.

Quo differunt iniquitas, & scelus.

Nullus est innocens si ad Deum comparat.

Quomodo aliqui sunt innocentes apud proximum, non tamen apud Deum.

QV AESTIO VIII.

NON est sensus, quod aliquis comparet, & quod in comparatione eius sit iniquus, sicut in interdum dicimus, quod vnus homo fortis comparatus ad alium fortiolem infirmus esse videtur: hoc enim stultiloquium esset. Quis enim vnquam tam stultus esset, ut se Deo comparare vellet, ut videret an bonus, vel malus foret, quia infiniti ad finitum nulla poterit vnquam esse collatio, ut ait Boetius de Consol. lib. 2. Prosa 7. sed dicitur aliquis esse nocens comparatus ad Deum, sicut si quis respiciat vultum suum in aliquo speculo non puro, dato quod vultus suus aliquas notas habeat, non poterit eas contemplari in illo speculo: si autem intueatur vultum in speculo purissimo, iam non videbitur mundus, qui ante visus in speculo impuro mundus videbatur.

Sic

Sic nos cum nos in nobis ipsis respicimus, mundi nobis A videri possumus, si autem respiciamus nos in illo purissimo speculo deitatis, iam mundi non reperiemur, quia coram Deo nec celi mundi sunt, & in angelis suis inuenit malitiam, ut patet Iob. 4. cap. Aliter intelligitur, & melius, quod nullus est innocens apud Deum. Dicitur aliquis innocens, qui non nocet, id est qui nullo modo offendit. Duo autem sunt quibus nocere possumus, vel offendere, scilicet Deus, & proximus, ideo apud duos aliquis nocens, vel innocens esse potest, qui enim peccat in praecipis, quae dirigunt in Deum, dicitur apud Deum nocens, qui autem peccat in praecipis, quae ad proximum dirigunt, dicitur nocens apud proximum, qui autem peccat proximo nullo modo nocet, apud eum innocens est: qui vero Deum in nullo offendit, apud eum innocens reperitur. Potest autem aliquis homo non esse nocens proximo suo nihil in eum impie, atque iniuste agens, sed si consideretur quantum ad offensionem Dei nullus innocens reperitur, quia proximum solum sequimur opere, & verbo, cogitatione autem non laedimus. Apud Deum autem etiam in paruis cogitationibus (si distorta sint) rei constituiamur. Etiam dato quod in actione nostra nunquam contingeret nos peccare, quod impossibile est (nisi alicui ex speciali privilegio tribueretur, sicut Beatrix Dei Genitrici) tamen necesse erat originalem culpam contrahere, nisi ab hac Deus aliquem praeservaret, sicut deuote dicimus, & congrue fuisse Beatam Virginem praeservatam, licet non multum differret in re, quod incurreret, & immediate purgata fuerit, quae quod praeservata fuit ne incurreret. Nihil enim inuis sanctissima illa anima conditori suo, qui eam ab aeterno ad altissimum gradum creaturarum tenendum praedestinauerat, placuisset. Pugna ergo verborum, & inordinatarum affectionum est circa talia contendere. Magis enim Deo displicent amicos fratres habere, & vera odia fraterna, quae inter huiusmodi arguentes secundum carnem, & sanguinem generantur, quam quod Virginem Beatam, & si fallum esset in peccato originali conceptam fuisse diceremus, quia id malum nos sponte agimus, hoc autem fallum ignoranter asserimus. Nec huiusmodi defensores putent se aliquid apud Beatam Virginem pro huiusmodi clamorosis argumentationibus obtinere, cum extra charitatem cum verissimo fraterno odio ad solam victoriam, quae est secundum intentionem carnis, & sanguinis haec agantur. Neutros autem pro eo quod tenent damnandos censeo, nisi Ecclesia, quae Spiritu Sancto ducitur, alteram particulam diffiniret esse tenendam. Interim tamen pius est Virginem Beatam in hoc saltem secundum considerationem nostram honorare. Si tamen contrarium teneas non in isto, quia nos consuetudinem contentionis non habemus, nec domus patris nostri, sicut ait Apostolus ad Corint. 1. cap. 11. scilicet si quis contentiosus esse videtur, nos consuetudinem istam non habemus, nec Ecclesia Dei. Potissima autem causa abstinenti ab hac quaestione, imò potius odiosa contentione, est quia vtriusque partis rationes ad vnguem limatae nihil habent solidi fundamenti, sed quilibet pro se (ut valet) probabiliter allegat. Cessent ergo murmura, abeat omne odium inter filios charitatis de huiusmodi contententes. Redeuntes ergo ad id quod dicebamus, est regula, quod apud Deum nullus innocens est, id est quod ei reus est pro aliquo viro, siue originali, quod contraxit, siue actuali, quod egit. Nec ex hoc valet si arguas contra id, quod proximo dicebamus asserentes ex hoc probari Beatam Virginem in peccato originali fuisse conceptam, quia nullus apud Deum innocens est: ergo Beata Virgo non fuit innocens, & sic dabitur, vel quod incurreret actuale, vel quod mortale, aut

De contentione quae sunt inter fratres praedicatores & minores

actuale veniale pegerit: sed omnes ab ea actualia peccata negant qualiacunque sint, quia ista maioris culpe sunt, quam originale: ergo videtur concedendum originale. Nec curo in hac parte respondere, sicut quosdam respondere solitos video, non accedentes ad veritatis radicem, sed ad vniuersalia subterfugia recurrentes, scilicet quod licet hoc fit de lege communi, tamē in Beata Virgine propter privilegium maternitatis factum est contrarium. Ista responsio prolixus friuola, & ambigua est, cum possit directe responderi ad argumentum. Sicut si in iure aliquis responderet, & diceret aliquid quod tenet casum esse specialem, impotes respondere per fundamenta iuris communis. Alij etiam respondēt ista signa vniuersalia affirmatiua, aut negatiua in sacra scriptura non facere vniuersalem distributionem. Sed ista responsio totaliter friuola est in presenti, sicut clarissime monstraremus, si locus maiorem indaginem pateretur. Respondendum est sicut ista litera respondere videtur etiam nobis subtrahentibus in eo, quod subiungit per se, scilicet quod nullus apud te per se innocens est, id est licet aliquis apud te sit verè innocens, tamen non est innocens per se, sed per te, qui facis eum innocentem, nunquid illi, qui in vita aeterna sunt, erunt innocentes apud Deum: manifestum est, quod sic, quia nec sunt obligati ad aliquam poenam merito peccatorum actualium, aut originalis macula, nos autem quam diu viuimus totaliter innocentes apud Deum non sumus, quia licet desint in nobis actualia, reatus tamen ad poenam pro originali macula non deletur, quia moriendum nobis est, & sic isto modo omni tempore Deo mortis debitores sumus: isti igitur, qui in vita beata sunt apud Deum innocentes sunt, sed per se innocentes non sunt, quin potius per altissimam Dei clementiam, qui eos ad hoc ab aeterno vocauit, quia miserebor cui miserebor, & misericordiam praestabo cuius miserebor, ut patet ad Rom. 9. c. si ergo aliquis apud Deum innocens esse potest non per se, sed per Deum, Dic quod, quid obstat vtrum Deus clementer aliquem de nocente innocētē reddiderit, an ut eadem clementia aliquem de nocente efficiat? Obticere te oportet. Haec autem sunt, quae ad istam partem respondere oportebat, pie, & sine contentione tenentes Beatam Virginem sine originali fuisse conceptam. Cuius partis mitem assererem, non pertinacē nec contentiosum, donec ecclesia (cui per omnia obediendum reor) oppositum diffiniret, me esse profiteor. Potius tamen oppositam partem asserenti cederem, quam pugna verborum in charitatis praedudicium litigare. *Per se innocens est.* i. nos quantum est ex nobis apud te nocentes sumus, quia nascimur omnes filij irae, ut ait Apostolus ad Rom. 3. Et David ait Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccato concepit me mater mea. Per nos ergo ipsos miseri, & nocentes sumus, maxima tamen Dei pietas non efficit innocentes. Nec putet quisquam, quod se innocentem de nocente per se efficere possit, quia sicut nullus se mortuum suscitare potest, ita nec peccato mortuum viuificabit, sed Deus viuificat, sic patet Osee 13. cap. scilicet perditio tua Israel tantummodo, in me autem auxilium tuum, id est deus Israel solum ex te habes, quod possis perdi, vel quod perditus sis, sed adiutorium tuum solum est ex me, sicut licet ut adiuueris ad resurgendum, & Iob. 13. cap. Quis potest facere mundum de immundo conceptum temine, nisi tu qui solus es? quasi dicat, nullus potest facere: sed facere innocentē de nocente est facere mundum id quod est conceptum de semine immundo: ergo nullus se potest facere innocentē, vel per se apud Deum innocens erit. *Qui reddis iniquitatem patrum filiis.* Reddere iniquitatem patrum filiis est punire filios, quia

Doct. resp. si aliquis apud Deum sit innocens non in se, sed in nocens.

Auctor est fictur Beata Virgo nem non fuisse conceptam in peccato originali.

quia patres peccauerunt, & non est modus loquendi limitatus, quia iniquitas non denominat penam, sed actum posituum in quo fundatur malum, aut denominat culpam, aut maculam, vel reatum, quae sunt magis intranea: poena autem multum extranea est, ideo non dicitur iniquitas de poenis, sed de istis, aut saltim de pluribus eorum, ista autem non possunt reddi filiis pro patribus, id est quod actus ille positus patris, in quo fundabatur ratio peccati, transeat in filium, quia hoc est impossibile. Nec etiam culpa cum sit ens priuatiuum, & fundetur in actu positiuo, ideo consequitur illum, nec transit macula, quae est deformatio imaginis Dei, quae est in anima nostra, & haec deformatio per ablationem gratiae, quae erat ornatus, nec est in filio reatus pro peccato patris, quia tunc semper obligaretur filius pro peccato patris, cum ad omne peccatum sequatur reatus. Item, quia si esset reatus in filio pro peccato patris, esset debita aeterna poena filio pro peccato illo, quae debebatur patri: sed patri debebatur mors aeterna, si non poeniteat, quod absurdum est. De his autem, quid sint, plura diximus supra 32. cap. in fine. Sola igitur poena est, quae infligitur filiis pro peccato patrum. Quando autem reddatur poena filiis pro peccato primogenitorum, & vtrum in omni peccato, vel quomodo, dicitur late Deuter. 24. cap. super partem. *Non occiduntur patres pro filiis, nec filii pro patribus.* Et ibi vide. Sed breuiter in hoc distingui potest, quia cum reddere iniquitatem patrum filiis sit punire filios pro iniquitate patrum, quando licuerit puniri filios pro patribus reddetur iniquitas patrum eis.

Qualiter filii puniantur pro patribus, & quando, & qui filii.

Q V A E S T I O. IX.

Considerandum ergo, quod poena inferenda filiis pro patribus, aut est infligenda per hominem iudicem, aut per Deum, si per hominem, aut illa poena est temporalium rerum perditio, aut poena corporis. Si sit temporalium rerum perditio satis infligi potest filiis pro peccato patris, & sic est in eis, qui incurrunt crimen lese maiestatis, quia eorum filii priuantur successione paterna eis debita, vt patet extra. De Haereticis in cap. vergentis, vbi dicitur secundum legitimas sanctiones relesae maiestatis capite puniuntur, & filii eorum successione priuantur consuetis bonis paternis, filii autem tantum modo vita ex misericordia condonatur. Et habetur hoc in Decretis 6. quaest. 1. §. verum, versus, si quis cum militibus. Item Haereticorum filii priuantur successione paterna bonis eorum publicatis, vt patet extra de Haereticis, capitulo, vergentis. Item aliquando puniuntur filii pro patribus in bonis temporalibus, quia priuantur honoribus, vt filii illegitimi non assumunt honores paternos, donec legitimi fiant, nec beneficia Ecclesiastica accipiunt, vt patet extra, qui filii sunt legitimi, per totum. Item filii clericorum in sacris efficiuntur serui Ecclesiae secundum antiquos canones, nunc vero beneficia Ecclesiastica non assumunt, maxime in Ecclesijs, vbi patres eorum proximè ministraverunt, vt patet extra de filiis presbyterorum in cap. ad praesentiam, & cap. praesentium, & cap. conuenerunt, & cap. veniens, & quasi per totum, & tamen isti filii nihil peccauerunt, sed patres eorum. Item aliquando filii vsque ad quartam generationem priuantur honoribus propter delicta parentum, scilicet si occiderunt clericum Ecclesiae suae per se, vel per alium occiderint, quia non possunt recipi in clericos beneficiatos in collegio clericorum eiusdem loci.

ci, cuius patres sui clericum aliquem occiderunt, vt patet extra. De poenis cap. in quibusdam, cum dicitur: Sacri nihilominus concilij approbatione statuimus, quatenus si patroni, aut feudatarii, vel aduocati, siue vicedomini, aut alij beneficiati alicui? Ecclesiae, rectorum, vel clericum alium ipsius Ecclesiae per se, vel per alios occiderit, vel mutilare aut nequiter praesumpserint, patroni ins patronatus, aduocati aduocatum, feudatarii feudum, vicedomini vicedominatum, & beneficiati beneficium prorsus amittant, & ne minus vindictae, quam excessus memoria protegerent, non solum de praemissis nil perueniat ad haereditates, sed vsque ad quartam generationem posteritatem talium in clerico collegium nullatenus admittantur, nec in omnibus regularibus alicuius praelationis assequantur honorem. Item priuantur aliqui filii in perpetuum honore propter peccatum parentum, vt si parentes occiderunt Episcopum alicuius ciuitatis, & hoc bis fecerint, omnes qui in eadem ciuitate manent priuantur honore habendi Episcopum in praedicta ciuitate, vt patet in Decretis 35. quaest. 2. ita nos. Aut erit punitio corporalis, scilicet quod debeat aliquis mori, vel flagellari, & sic de caeteris torturis, & tunc dicitur, quod filii non debent puniri pro patribus. Sic patet Deuter. 24. cap. Non occiduntur patres pro filiis, nec filii pro patribus. Aliquando tamen propter grauitatem criminum, quae non sunt contra aliquam priuatam personam, sed in destructionem directe totius patrie, aut multum militaria in principem: vt si quis conaretur, & aggredere- tur occidere principem, iudices filios cum patribus occidunt ad detestationem tanti facinoris illius, & hoc licet non sit simpliciter iustum, tamen quia magis vult legislator conseruare statum politicum, & rectoris politicae, quam bonum alicuius personae priuatae, interdum patitur aliquem iniuste puniri, vt status politicus securior habeatur. Si autem poena infligi debet per Deum, quia ipse iudex iustus est qualitercumque faciat, iuste agit, quia causas nouit, licet nos ignari altissimi iudicij eius ista aliquando iniusta arbitremur, quod faciendum non est, vt ait Boetius de Consol. lib. 4. Prosa 5. scilicet. Sed tu quamuis causam tantae dispositionis ignores, tamen quoniam bonus mundum rector temperat, recte fieri cuncta ne dubites. In his tamen datur aliqua regula, quia aut poena infligenda a Deo est aeterna, & tunc respondetur, quod nunquam puniuntur filii pro patribus, sed quilibet portabit iniquitatem suam. Si autem sit poena temporalis infligenda, dicunt aliqui Iudaei, quod solum puniuntur pro patribus filii paruuli, viri autem magni si faciunt iudicium, & iustitiam non puniuntur, dato quod parentes eorum mali fuerint. Et de hoc videtur intelligi id, quod habetur Ezech. 18. non enim debet intelligi solum de poena aeterna, vt quidam volunt, sed de temporali. Quod patet, quia de aeterna nullus sciret vtrum puniretur filius pro peccato an non, quia postquam aliquis moritur de statu illius specialiter nobis ignotum est: sed in eodem cap. ponitur quomodo viuentes videntes patrem aliquem mortuum, quod peccauerat, & filios eius incolumes, dicebat: Quare non portant filii isti iniquitatem patris? ergo isti intelligebant de temporali punitione, & Deus loquens ea, quae in illo cap. continentur, intelligebat de temporali morte, vt patet cum respondit his iuxta id quod interrogauerant, dicens: Quia filius iudicium, & iustitiam operatus est, & omnia praeccepta mea custodiuit ea, vita viuet, anima quae peccauerit ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij, iustitia iusti super eum, & impietas impij super eum. Sed hoc non est simpliciter verum, quia aliquando, & filii magni puniuntur pro patribus, alioquin non fieret continuatio punitionis in filios vsque ad

De cõi lege filij non debent puniri in corpore pro peccato patris, nisi valde magna sit causa contra eorum polliuatum.

Opio quo rudiã ludo dõri dcentiump filij, q. iust magnegeta tis non puniuntur p peccato patrum.

Filij supra quartam generationem nunquam puniuntur pro peccatis patrum.

Filij paruuli infra quartam generationem interdum puniuntur pro peccato patrum.

ad quartam generationem, sed solum punirentur quando essent paruuli in potestate patris, & postea. Sed ad veritatem huius videtur magis distinguendum, quod aut isti filij, qui debent puniri, possunt esse in praesentia patris, vel quod perueniat ad patrem dolor de punitione filij, & tunc filius patitur pro peccato patris. Quia puniuntur, & ista est causa quare vsque ad quartam generationem Deus punit peccata patrum in filios, quia vsque ad illam patres viuere possunt, & videre punitionem filiorum: ideo si aliquis filius alicuius viri peccatoris adeat sedes inco gnitas, vbi nunquam patri de eius prosperis, aut aduersis successibus constare possit: non puniet Deus eum pro peccato parentum: quia punire filios pro peccato patrum est punire eos in quantum ista puniatio redundat in dolorem patris, sed existente filio in sedibus incognitis, a quibus nullus rumor ad parentes de eius successibus peruenire potest, non tristabitur pater, aut mater de punitione filij sui, ergo non puniet eum in tali casu. Si autem sit filius in tali loco, vt possit ad patrem cognitio punitionis peruenire, distinguendum est, quia aut est infra quartam generationem, aut vltra: si autem sit vltra quartam generationem, non punietur aliquo modo, cum solum dicatur hic, quod Deus punit peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem: ergo non debet vltra extendi, quia odia restringi, fauores conuenit ampliari, vt patet de regulis iuris, in sexto in regula, odia. Si vero sit infra quartam generationem, distinguendum, quod aut est poena mortis, aut afflictionis temporalis: si sit poena afflictionis temporalis in perdendum aliquid temporale, vel sustinendum labores: dicendum quod filii puniuntur pro patribus indifferenter, siue magni, siue paruuli sint, vt patet de mansione Israelitarum in deserto per quadraginta annos: nam illi, qui nati sunt tempore illius sententiae promulgatae, vel paulo ante quam promulgaretur, siue paulo post, quando peruenirent ad annos viginti, aut viginti quinque viri essent magni, & tamen restabant eis viginti anni, siue quindecim mansionis in deserto, in qua mansione puniebantur vagi ambulantes, vt patet Num. 14. c. cum dicitur: Filii vestri portabunt fornicationem vestram, quadraginta annis erunt vagi per desertum, donec consumantur cadauera vestra. Itē patet hoc in captiuitate Babylonica, in qua septuaginta annis manserunt, vt patet Ier. 16. cap. Necessē ergo erat aliquos ibi magnos viros, qui non peccauerant, nec meruerant captiuitatem illam, manere in captiuitate, vt patet de illis, qui in tenerima aetate de Iudaea in Babylonem adducti sunt, & de illis, qui post in captiuitate illa geniti sunt, quia quando veniet consumatio annorum septuaginta essent magni viri, & tolerassent multo tempore hanc captiuitatem. Si autem poena infligenda, sit mors, dicendum quod aut isti filii sunt viri magni, aut sunt paruuli nondum venientes ad robustam aetatem, & discretam. Si paruuli sint, manifestum est, quod interdum pro patribus moriuntur, vt patet in submersione Dathan, & Abiron, quia filii sui, & tota familia submersi sunt, vt patet Num. 16. cap. De magnis autem non erat dubium quin consentirent peccato parentum, alioquin segregassent se a rectoris hominum peccatorum, cum Moyses monuisset omnes, vt recederet ab illis peccatoribus, vt patet in eodem capitulo, & illi recedere noluisse. De paruulis autem nihil causa est, cur mori cum parentibus deberent, nisi propter parentum scelus. Idem patet in submersione quatuor ciuitatum in valle Sodomorum, quia tam paruuli, quam magni perierunt praeter Loth cum filiabus, & vxore, sed paruuli, qui nondum aliquid discretionis habebant, solum pro patrum flagitio mortui sunt: magni autem mortui sunt pro suis iniquitatibus, cum in tota ciuitate non fuisset aliquis inuentus iustus, nisi Loth cum filiabus.

Alph. Tost. super Exodum

liabus suis, cum & ipsi pueri, qui ad aliqualem discretionem peruenierant, malitia supplete aetatem, id ipsum, quod potestas prohibebat, malitia affecitabat. Vnde dicitur Gen. 19. cap. quod omnis populus ciuitatis Sodomorum a puero vsque ad senem conuenerunt vallantes domum Loth. Si autem filius fuerit magnus, aut repugnat peccatis parentum suorum, aut consentit: si consentit, iam perspicuum est, quod non pro peccato patris, sed pro suo quisque puniuntur: si autem non consentiant, sed totaliter dissentiant contraria facientes, non puniuntur filii pro patribus, & de hoc loquitur Ezech. capit. 18. vbi ponitur si pater fecerit aliquid de peccatis, quae ibi continentur, aut de aliis similibus, morietur: & si filius eius nullum de illis egerit, nullo modo morietur: & si rursus pater bonus fuerit, & genuerit filium latronem, homicidam, idolorum cultorem, & sic de caeteris, pater viuet, & filius portabit iniquitatem suam solus, & intelliguntur omnia haec de morte corporali, vt patet supra. Est autem solum dubium de filiis Achan, qui lapidatus fuit in valle Achor apud Iericho propter regulam auream, & pallium coecineum, & ducentos siclos argenti, & cum eo lapidati sunt filii sui, & filiae, vt patet Iosue septimo capitulo: ibi autem non constat vtrum isti fuerint magni viri, an paruuli. Si autem paruuli erant, nullam est inconueniens, cum supra hoc probatum fuerit: si autem erant magni viri, aut femine adulte, est difficultas quomodo soluantur. Et si velis soluere, sicut in peccato Dathan, & Abiron, in quo filii magni consentierunt, & in peccato Sodomorum, non valet, quia hic non consentit familia Achan ei furanti, nec postea gratum habuit quod egisset, quia Achā clam omnibus surripuit illa supradicta de Anathemate, & abscondit in Tabernaculo suo, ne quis videret, aut huiusmodi rei conscius esset: non ergo erat vlla culpa in familia Achan: quicumque ergo de familia Achan cum eo lapidati sunt, siue magni, siue paruuli fuerint, solum pro peccato Achan perierunt. De magnis ergo si aliqui ibi fuissent in filiis, aut filiabus suis dicendum est, quod fuerint mortui cum patre suo ad magnam tanti criminis detestationem, vt totus Israel inde timeret, quoniam & boues, atque oues, & tabernaculum, & caetera, quae sui iuris erant igne combusta sunt, vt patet Iosue septimo cap. Nos autem sententiam teneamus, quod isti filii, & filiae erant paruuli, quia non constat oppositum. Cum autem possit constare, respondendum foret, sicut supra respondimus. *Ac nepotibus.* Non solum filiis, qui sunt immediatè a patribus, sed etiam nepotibus, in quibus computatur secunda generatio, cum filius sit id, quod primum gignitur, & cum dicebatur hic, qui reddis iniquitatem patrum in filiis: non solum sunt accipiendi patres pro viris, sed etiam pro matribus. Accipitur enim pater, id est parens: nam sicut pro peccato patrum filii puniuntur, ita & pro peccato matrum, quia filius ita est aliquid matris, sicut patris vsque in tertiam, & quartam generationem. Tertia generatio est in pronepotibus: quarta in abnepotibus. Hucusque accedit ista puniatio. Trinepotes autem, qui sunt in quarta generatione, non puniuntur pro peccato superiorum suorum.

Quare Deus punit peccata patrum vsque ad quartam generationem, & non vltra, sicut miseretur in millia pro bonitate patris.

Q V A E S T I O. X.

Quare autem vltra quartam generationem non extenditur puniatio cum extendatur retributio pro bonis patribus vsque ad mille generationes, & duo milia?

Qsio pro peccato Achan lapidata est tota familia sua cum eo.

Pars Secunda. Y lia?

lia? Causa est, quia proprium est Deo misereri, & non punire, ideo vberior est in miserendo, q̄ in puniendo. Etiam quia s̄m iura humana dictata à ratione odia restringi decet, fauores autē cōuenit ampliari. Quare autē specialiter ad quartā generationē solū extendit, & non ad sextam, vel septimam. Ratio posita est supra. sc̄ quia esset hoc contra intentionem punientis. Nam puniēs filios pro peccato patrū, ideo punit eos, vt in punitōe filiorum patres torquētur, sed non accedit aliquis ad quintā, nec sextā generationē, & rarissimi ad quartā: ergo non debuerunt puniri in quinta, nec sexta, quia tunc non dolerent parentes peccantes de pena filiorū suorum, cum tunc superstitēs non essent. Deu. 5. c. vbi hæc repetuntur, additur. *His qui oderunt me. Quod non habuerit hic, nec Nu. 14. c. vbi hæc verba iterū ponunt.* Ex quo quidam dicunt, q̄ nunq̄ redditur iniquitas patrum in filios, nisi in his, q̄ oderūt Deum. s̄. si pater peccauerit, & filij eodem mō peccauerint, & nepotes, & pronepotes, & abnepotes, De⁹ eis reddet iniquitatem patrum suorū: si autē filij boni fuerint, siue non habuerint Deum exosum nō infligitur eis pena pro peccato patrum. Et similit̄ dicitur de alia parte opposita. s̄. faciens misericordiā in millia his, qui diligunt me, & custodit mādāta mea. s̄. q̄ si fuerint patres boni, & deinde filij boni diligentes Deum, Deus miserabitur eorū vsq; in millia. i. vsq; in duo millia generationū: si verō pater bonus fuerit, & filij mali non miserabitur eorū. Sed hoc non potest stare: primō, quia nō seruat Deus misericordiā suam in mille generationes, q̄n filij sunt boni, sicut pater eorum, à quo originariē descendunt, sed etiam p̄ bono existente, & tota posteritate iniqua, sicut pater in Dauid, quia ipse fuit bon⁹ rex, & post eū Salomon filius eius fuit pessimus vir, colēs idola, & faciens omnem abominationē, & Deus in dieb⁹ eius debuisset diuidere regnum Israel, sed propter Dauid non diuisit: deinde Roboam filius eius fuit malus, & Deus diuisit regnum in duas partes, & totaliter ablatu rus erat regnū à posteris Dauid, sed non fecit propter Dauid, vt non exstingueretur lucerna Dauid in Israel, vt patet 3. Reg. 11. & 15. cap. & sic fuit de tota posteritate Dauid, quia rari fuerunt boni viri, sed Deus miseratus fuit eorum propter Dauid. Non solū ergo De⁹ custodit misericordiā suam in filios alicuius viri boni, quando illi boni sunt, sed etiam si sint mali, dum tamen pater eorum bonus fuerit. Item si Deus filijs bonorum quando boni sunt solū bene ageret, & quando essent mali non bene ageret, non diceretur obseruare misericordiā in filijs, quia nō miseretur filijs p̄pter patres, sed miseretur eis, quia boni erāt, sicut patri eorum miseratus fuit, q̄ bonus erat, q̄ est contra literam, quia vult, q̄ miseretur Deus filijs propter bonitatem patrū. Item si solū miseretur Deus illis, qui boni erant, cum cuilibet propter seipsum miseretur, non posset dici, q̄ miseretur vsq; in tertiam, & quartam generationem, quia tertia, & quarta generatio accipiuntur respectu alicuius primi, à quo incipiūt numerari: & sic est sensus, q̄ si pater est bonus, Deus miseretur filijs eius vsq; in tertiam, & quartam generationem: bonum ergo propter quod De⁹ miseretur, oportet, q̄ accipiatur ab illo patre, à quo incipiunt cōputari generationes, alioquin si Deus respiciat ad bonum cuiuslibet, & propter hoc miseretur illius, non poterit ibi reperiri distinctio generationum quatuor: nam in eodem ad seipsum non est vnam, nec secundum, cum non sit ordo. Et si dicas fortē, quod quando pater est bonus, & filij sunt mali, Deus miseretur vsq; in tertiam, & quartam generationem propter bonitatem patris, ita quod bonitas patris tunc extendatur ad eos, & aliās non posset extendi. Non stat cōuenienter: nam tunc filij boni sunt, ita merita sua eis

suffragantur, vt Deus miseretur eis, sicut suffragabantur patri eorum merita propria. Item si non miseretur Deus aliquibus, qui mali sunt propter patres suos bonos existentes, & non puniret etiam filios non existentes malos pro peccato patrum, nō esset causa quare fieret differentia inter misereri, & puniri: sed sit differentia, quia dicitur, quod Deus miseretur vsq; in millia, & quod punit iniquitatem patrum in filios solū vsq; ad quartam generationem, ergo filios bonos interdum punit pro malis patribus, & filios malos reddit prosperos propter bonos patres. Patet consequentia, quia si respiceret Deus in inflictione poenarum solū ad merita cuiuslibet, & non ad patres, sicut omnes malos pro suis malis puniret, ita omnes bonos pro suis virtuosus actibus præmiaret, & non cōputarentur plures generationes in miserendo, quā in præmiando. Item, quia non esset verum, quod solū vsq; ad quartam generationem puniantur filij pro peccato patrum, accipiendo, vt isti volunt, quia si mali filij solū puniuntur, necesse est eos pro suis scelerib⁹ cruciari magis quam paterna flagitia luere, & tunc queritur, an si pater sit malus, & filius, & nepos, & pronepos, & sic omnes vsq; ad mille generationes: vtrum omnes puniuntur. Si dicas, quod non, ergo manebūt peccatores impuniti, q̄ est contra confessionem fidei Catholicę. s̄. Qui bona egerunt in vitam aternā, qui verō mala, in ignem aeternum. Et Christus sapissimē in Euangelio hoc attestatur. Si autem dicas, q̄ oēs isti puniuntur: ergo non solū puniuntur filij hominū peccatorum vsq; ad tertiam, & quartam generationem, sed etiam vsq; ad millesimam, & bismillesimam, & sic in aeternū, quod est contra istam literā. s̄. q̄ punit iniquitates patrum in filios vsq; in tertiam, & quartam generationem, si sic intelligatur, vt tu intelligis: ergo non est sic intelligendum, sed q̄ filij, etiā si boni sint, si malorum virorum filij sint, interdum p̄ sola iniquitate patris moriantur: si autem bono: ū filij sint, etiam si ipsi mali sint: interdum pro meritis patris non puniuntur. Item si sic non intelligeretur, non diceretur reddi iniquitas patrum in filios, sed quilibet poenam iniquitatis suę luere, vt si pater malus esset, & puniretur, & filius malus esset, & puniretur. Sed hic dicitur, q̄ redditur iniquitas patris in filios, ergo etiam filij boni erunt puniendi interdum pro iniquitate parentum. Et hoc est proprie reddi iniquitatem patrum in filios, vel quod filij mali pro bonitate parentum misericordia digni habeantur, & hoc est proprie misericordiam seruari filijs pro patribus. Ad hæc autem posset responderi fortē defensor huius positionis. s̄. quod filij puniuntur pro peccato patrum, quando sunt mali, & præmiantur pro bono patris quando sunt boni, & hoc solū vsq; ad generationes determinatas hic. s̄. q̄ si pater sit bonus, & filij sint boni, præmiantur filij pro bono suo principaliter, & deinde tribuitur eis aliquid boni pro virtuosā operatione patris. Si autem sint mali filij alicuius viri boni, non datur eis pro bono patris misericordia aliqua. Sic de malis, si sit pater malus, & filij sint mali, puniuntur filij pro malis suis, & hoc vsq; ad mille, & duo millia, vel tria millia generationum. Pro malo autē patris sui etiam aliquo modo puniuntur, sed hoc solū vsq; ad quatuor generationes, deinde autē quilibet p̄ malo suo puniuntur, & nō pro malo patris. Si autē fuerint filij boni, olū puniet p̄, & non filij p̄ eo. Sed isti valde errant: nam licet ad vnam particulam verum dicant, quantum ad aliam tamen falsum est: dicunt enim verum quantum ad hoc quod est puniri filios malos pro peccatis malorum patrum: nam filij boni bonorum virorum præmiantur pro actu suo bono, & merito patrum suorum, & filij mali malorum virorum puniuntur vsq; ad quartam generationem

Quare Deus non punit vsq; ad quintā, & sextā generationem.

Salomon pessimus vir.

Nō est necessarium q̄ se per De⁹ puniat filios p̄ peccato patrū

Homopro dicitis 15. personarū puniri potest.

tionem pro peccato suo, & pro peccato patrum: post quartam autem generationem solū punitur quilibet pro peccato suo. Dicunt tamen isti falsum quantum ad aliam particulam, scilicet quod filij mali virorum bonorum non recipiant misericordiam Dei merito patrum, sicut probauimus supra de tota posteritate domus Dauid. Nam cum omnes successores sui præter duos post magna tempora valde mali fuissent, erat delenda regia potestas ab illis, sed Deus conseruauit illis misericordiam pro Dauid patre eorum, vt non exstingueretur lucerna domus Dauid, vt patet 3. Reg. 11. & 15. cap. Etiam in patribus malis errabant, nam si patres mali existant, & postea filij boni sint, puniuntur pro sola patrum iniquitate, vt patet in exemplis positissimis, scilicet de filijs Israelitarum murmurantium, qui in deserto quadraginta annis manserunt portantes fornicationem patrum suorum, scilicet peccatum murmuracionis, vt patet Numeri decimoquarto cap. Item de paruulis mortuis in ciuitatibus Sodomorum, vt patet Genesis decimonono. Item de paruulis filijs Dathan, & Abiron, & totius congregacionis ducentorum quinquaginta, quia isti paruuli boni erant, tamen perierunt pro murmuracione patrum suorum, vt patet Numeri decimo sexto capitulo. Item de filijs Achar, qui combustus fuit, vt patet Iosue septimo, solo patre peccante: & tamen omnes isti non peccauerunt, & perierunt, patrum luentes in supplicia: non potest ergo stare ista responsio, sed necesse est redire in primam expositionem, scilicet quod puniuntur pro peccato patrum malorum filij tam boni, quā mali, & quod præmiantur pro patribus bonis filij tam mali, quā boni. Considerandum tamen, quod licet verum sit hoc, non tamen tenet vniuersaliter, scilicet q̄ semper puniantur filij pro peccatis patrum: verum est enim, quod si patres boni sint, semper miseretur Deus filiorum eorum; siue totaliter tollendo eis aduersitates, siue in parte: non tamen est vniuersale, quod filios malorum virorum puniat Deus pro peccatis eorum, sed interdum punit, interdum verō impunitos relinquit. Ratio diuersitatis est, quia Deus est prompior ad miserendum, quā ad vlciendum: bonum enim de natura sua dat, poenam autem solū propter necessitatem: & quia non est semper necessarium, semper puniri filios pro patribus malis, non semper puniuntur. Sciendum autem quod aliquis potest secundum istas regulas datas puniri pro multis, & misericordiam pro multorum meritis recipere: nam si patres mali sint, puniuntur filij vsq; in quartam generationem, cum ergo filij fuerint in quarta generatione possunt puniri pro peccatis patrum suorum immediatorum, & ista est vna generatio: si autem aut fuerint mali, etiam puniri poterunt pro peccatis auorum, & ista est secunda generatio: si autem proauit fuerint mali poterunt puniri pro peccato eorum, & ista est tertia generatio: si abauit mali sint, etiam pro eis puniuntur, & ista est quarta generatio: & sicut punitur filius pro peccatis patris vsq; ad quartam generationem per lineam paternam computādo istas quatuor generationes: ita puniuntur pro peccatis matris vsq; ad quartam generationem, scilicet pro peccatis matris, & auie, & proauie, & abauie: sunt ergo secundum istam regulam quindecim personæ pro quarum delictis puniri possunt, scilicet. Primō punitur quilibet pro peccato suo, secundo pro peccato patris sui: tertio pro peccato auis sui paterni, quarto pro peccato auie paternæ, quinto pro peccato proauis paterni, sexto pro peccato proauie paternæ, septimo pro peccato abauis paterni, octauo pro peccato abauie paternæ, & hic sumatur linea patris. Incipientes autem lineam matris dicendum quod punitur pro peccato ma-

Alph. Ios. super Exodum

tris filius, & ista est persona nona, decimo punitur filius pro peccato auis materni, vndecimo pro peccato auie materni, duodecimo pro peccato proauis materni, tertio decimo pro peccato proauie maternæ, quarto decimo pro peccato abauis materni, quinto decimo pro peccato abauie maternæ. Et hic consummatur generatio quarta ex parte matris. In remuneracione autem filiorum pro meritis parentum non possunt assignari certi numeri personarum, cum non ponantur determinatæ generationes, sed dicitur, quod Deus seruat misericordiam in millia, id est in multa millia, ita quod numerus est indeterminatus: sed Deus nouit quantus esse debeat secundum quantitatem meriti paterni: propter quod aliquando Deus miserabitur vsq; ad generationem quintam, aliquando vsq; ad sextam, & aliquando solū ad secundam, interdum verō ad vigesimam, & vltra. Et sic est de punitione, quia fit extensio in generationes secundum quantitatem paterni peccati: nam si sit peccatum magnum, ad plures generationes extendetur, quā si sit paruum: nunquam tamen excedit quartam generationē, quantumcunque sit. Cū autem dicitur Deus seruare misericordiam in millia, quod ad minus duo millia generationum signat, non est intelligendum, quod duret miseratio ad generationes bis mille, quia nunquam erunt tot generationes, imō nec mille, nec quingente, vt communiter arbitrantur: nam ad faciendū mille generationes per eandem lineam continuatam essent necessaria viginquique millia annorum, aut viginti millia, vel plura, scilicet vna generatio computatur à tempore, quo homo nascitur, donec habuerit filium, aut filiam propagetur linea generationum, & hoc communiter fit in anno vigesimo, vel vigesimo quinto, & interdū valde tardius, licet in minori ætate fieri hoc posset: nam à Christo redeūdo ad mundi principium secundum computationem communem sunt anni quinque mille ducenti demptis duobus, & tamen in istis annis omnibus per lineam rectam descendendo ab Adam vsq; ad Christum fuerunt solū generationes septuaginta, & quinque secundum computationem Beati Lucae, vt patet Luc. 3. cap. vbi computat ordine retrogrado lineam Christi reducendo eam vsque ad Adam protoplastum: imō vsq; ad Deum: secundum computationem Beati Matth. capit. 1. sunt generationes quadraginta, & dua, vt patet, quia ab Abraham vsque ad Dauid fuerunt omnes generationes quatuordecim à Dauid vsque ad transmigracionem Babylonis fuerunt alie quatuordecim generationes, & à captiuitate transmigracionis Babylonie vsque ad Christum fuerunt alie quatuordecim generationes, quæ simul sunt quadraginta duo generationes ab Apostolo Matth. 1. cap. designate. Ab Abraham verō vsque ad Adam fuerunt generationes viginti computando eas, quæ habentur Gen. 5. & 11. cap. Quomodo autem Beatus Mattheus, & Lucas discordare videantur, non est hic disputacionis locus, sed videbitur Deo dante in suis locis Euangeliorum: si igitur in quinque millibus, & ducentis annis tam pauca generationes sunt, quando accederetur ad duo millia generationū, non est credibile: maximè, quia non multa tempora durationis mundi communiter homines arbitrantur. Ponuntur ergo hic millia generationum, id est generationes indeterminate, siue multe, siue pauca sint. Sciendum autem, quod ista duo simul sunt multotiens, scilicet quod puniatur aliquis pro peccato patrū suorum, & quod misericordiam recipiat pro meritis parentum. Nam potest aliquis habere bonum patrē, & matrē pessimā: meritis patrum filij habebūt multa prospera, & merito matrum incident in calamitates. Vel aliquis poterit habere patrē, aut auum pessimos,

Pars Secunda. Y 2 &



& proauum, & abanum viros valde iustos. Pro peccato patris, & aut punietur, & pro meritis proauu, & abau prosperabitur, aut tollitur ei pars calamitatis, quæ ei futura erat meritis suis, aut pro peccatis aliorum parentum: & quanto aliquis habet plures progenitores bonos: plus ei de bono adijcitur: & dñ plures ei progenitores malos habet vsque ad quartam generationem plus calamitatis ei infligitur: patet hæc tria exemplariter. De primo in posteritate regum domus Dauid: nam Roboam, & alij sequentes merito malorum progenitorum, scilicet Salomonis, qui fuit peillimus vir, & aliorum inter se, perdidit maiorem partem principatus sui regni, transeunte toto Israel, qui vocantur decem tribus ad principatum Ieroboam, & successorum eius, qui fuerunt de stirpe Ephraim, vt patet 3. Reg. cap. 12. manente in principatu Iuda solis duabus tribubus, scilicet Iuda, & Benjamin, & Leuitis, qui non computantur in tribum, & ista pœna semper fuit in domo regum Iuda, quia nunquam regnum vnitum est, sicut fuerat tempore Dauid, & Saulis. Recipiebant etiam isti miserationem pro merito bonorum progenitorum: nam Dauid fuerat caput stirpis huius, & ipse fuit vir bonus placens domino, propter quem reseruauit Deus in posteritate sua illam partem regni, scilicet duarum tribuum, nè totaliter periret lucerna domus Dauid, cum totaliter promerentur peccata posterorum Dauid ablatum fuisse totaliter sceptrum ab eis, vt patet 3. Reg. 11. & 15. cap. Exempli secundi, & tertij dicti patet: dicebatur enim quod quanto aliquis plures progenitores bonos habet, plus augentur bonæ ei a Deo, quod patet in posteris Abraham: Abraham namque fuit primus, cui factæ sunt primò repromissiones pro se, & semine eius, vt patet Gene. 12. capit. inquirendo historiam totam à mundi origine, quæ textitur ab exordio Genesis. Idem patet ad Gala. 3. cap. scilicet: Abraham factæ sunt repromissiones, & semini eius, & hoc, quia erat bonus, & placebat coram domino. Isaac autem fuit filius Abraham, & meritis suis, atque patris sui adiutus est, & fuerunt in eo adhuc istæ promissiones clariores. Iacob autem fuit filius Isaac, & iste habuit promissiones perfectiori modo, quam Isaac, quia ipse habuit duos progenitores viros sanctos, scilicet Abraham, & Isaac, Isaac autem solùm habuit vnum progenitorem immediatum virum iustum, scilicet Abraham. Quod autem fuerint perfectius repromissiones in Iacob, quam in duobus precedentibus Patriarchis genitoribus eius, patet Gen. 49. cap. cum dicit Iacob benedicens Ioseph: Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collum æternorum, idest benedictiones, quas Deus dedit mihi, fuerunt perfectiores, quam benedictiones datæ patribus nostris, & hoc, quia plura mihi fuerunt reuelata, quam eis, donec veniret desiderium collum æternorum, idest intantum processit reuelatio diuina facta ad me, donec declamaret mihi de beatitudine paradisi, qui videtur esse in collibus æternis propter altitudinem, & durationem: quod non fuit declaratum patribus nostris. De hoc Gen. 49. cap. latius diximus. Item patet hoc cum Deus dicebat tempore Moyfi sepe Israelitis, quod introduceret eos in terram Chanaan, subdebat causam huius esse merita Abraham, Isaac, & Iacob: si enim non magis agerent merita Isaac, & Iacob pro posteris eorum, quam meritum solius Abraham, nihil causæ esset, quare posuisset inutiliter nomina trium. Item Moyfes fuit posterior istis Patriarchis, & meritis suis, atque istorum magis eleuabatur, quam priores, vt patet supra sexto capitulo, cum dicitur: Ego dñs, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonai non indica-

Quanto aliquis plures habet bonos patres, plus de bono Deus ei confert.

Quamuis Deus multa bona tribuit Iacob, tamen contulit Iacob

ni eis. Ecce qualiter hic innuitur, qualiter non haberent perfectam cognitionem de Deo isti antiqui patres: Moyfes verò habuit, quia Deus reuelatus est ei per essentiam, & indicauit ei omne bonum suum, vt patet precedenti cap. & ibi latè diximus, & ista erat reuelatio nominis magni Dei. Exemplum tertij dicti patet: dicebatur enim, quod quanto aliquis habet plures progenitores malos, coeteris paribus, magis punitur, siue qui non habet ita multos malos progenitores, sicut alius non ita grauitur punitur, patet hoc in posteritate Dauid, scilicet in Roboam, & Salomone, Salomon namque fuit malus vir, & meruerat perdere totum regnum, tamen non perdidit propter Dauid patrem suum, qui fuit immediatus ei, dedit tamen Deus Salomoni quandam afflictionem, quia in senectute sua erat ei à Deo suscitatus quidam aduersarius, qui conturbabat eum, & deprimebat statum eius, vt patet 3. Reg. 11. capit. Roboam verò malus fuit, & super peccata sua habuit peccata patris sui Salomonis: ideo in diebus eius diuisum est regnum Israel, & Iude, vt patet 3. Reg. 12. cap. si autem Roboam fuisset filius Dauid immediatè non fuisset in diebus eius diuisum regnum propter Dauid, sicut innuit textus factum fuisse de Salomone propter Dauid: non enim fuit Roboam ita vir malus, sicut Salomon. Demerita ergo paterna ad hanc calamitatem multum impulerunt, & sic reperies multa huiusmodi. *Festinusque Moyfes curuatus est pronus in terram.* Idest Moyfes attendit voces istas Dei, quomodo transiuit clamans coram ipso existente in foramine petre, & confestim intra foramen petre inclinauit se exhibens reuerentiam, & grates pro demonstratione tanti boni facti ei. Vel fortè auditis his vocibus exiit de foramine petre, in quo erat, & curuauit se in terram coram eo. Vel potest dici, quod Moyfes curuauit se coram domino accipientis confidentiam petendi ex supradictis verbis domini, in quibus petere infinebatur, voluit petere, vt Deus ambularet cum eis in via: ad quod vt assequeretur humiliavit se pronus in terra, quia iste est habitus conueniens postulanti. Quidam stultissimi Iudei dixerunt, quod Moyfes ideo se festinanter inclinauit in terram, quia dixerat Deus vsque in tertiam, & quartam generationem, idest quod ipse puniebat peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem: timuit autem Moyfes ne Deus diceret vsque in quintam, sextam, septimam, & ultra: ideo festinanter inclinauit se petiturus, nè diceret ultra quartam generationem. Sed ista magna insania est, quomodo enim Moyfes auderet aliquid petere contra id, quod Deo conuenit? Deus enim de se enuntiabat, vel dabat formam enunciandi, quod ipse erat punitor scelerum vsque in tertiam, & quartam generationem, quomodo ergo enunciandi Deo de se, quod verum est, Moyfes repugnaret petendo oppositum, imò repugnat, quod in talibus petitio fiat: nam petitio est, vt fiat aliquid quod nos volumus fieri, aut quod non fiat quod mandamus, & sic de similibus, quæ sunt in voluntate facientis. De eo autem quod est nõ est petitio: nemo enim petit ab alio ne sit albus, aut vt sit magnus, vel paruus, quia ista sunt in esse, & non ex voluntate dependent, quod ergo Deus esset punitor peccatorum patrum in filios vsq; in tertiam, & quartam generationem, erat quædam proprietatis Dei. Non ergo stat aliquo modo, quod aliquis homo habens granum intellectus peteret ab alio, nè esset talis, aut quia illud iam erat; & dum erat, sic, necesse erat esse: si autem Deus dixisset: Ego volo punire peccatum alicuius viri vsque in tertiam, & quartam generationem, tunc stabat conuenienter, quod Moyfes rogaret dicens: peto domine, nè

Expositio quorundam Iudeorum fatua.

nè hoc facias. Item si Moyfes ad hoc inclinatus fuisset, hoc petiuisset, & poneretur petitio eius: sed in litera sequitur petitio, & non fuit ista, sed quod Deus graderetur cum eis: ergo non inclinatus fuit festinus Moyfes ad petendum, nè Deus diceret in quintam, & sextam generationem. *Et adorans ait.* Duo ponuntur hic, quæ pertinent ad cœremomiam adorationis, scilicet curuari in terra, & extendere manus, & ipsa extensio manuum vocatur hic adoratio, aliud vocatur incuruatio. *Si inueni gratiam in conspectu tuo domine.* Idest, o domine, si tu diligis me, & in aliqua reputatione me habes, atque sum placens coram te, rogo te, quod facias id quod sequitur. Iste modus rogandi est conueniens valde in eis, qui sciunt se diligere, quia amor est vinculum vnituum, & vnit amantem cum amato, & nihil est propter quod magis flectatur amas, quam propter amatum, ideo hoc itaquam potissimum proponere debet, vt fundamentum petitionis suæ: Moyfes autem sciebat se inuenisse gratiam in conspectu Dei, cum Deus dixisset ei supra precedenti capitulo: Et hoc verbum, quod locutus es faciam, quia inuenisti gratiam coram me, & noui te ex nomine: conueniebat ergo modus iste petendi valde Moyfi, & ob hoc supra precedenti capitulo, iterum sic petierat dicens: In quo enim scire poterimus ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum? *Ohsecro vt gradiaris nobiscum.* Qualiter Deus ambularet cum eis precedenti capitulo expositum est: Deus namque cum eis ambulare non poterat, quia cum vbique sit, moueri non potest proprie, nec improprie: angeli autem aliquo modo mouentur, quia relinquunt locum in quo antea erant, & acquirunt alium: de quorum localitate dictum est supra 3. & 20. c. rursus vbicumque essent Iudei, & quocumque mouerentur, necessarium erat Deum eis adesse, cum vbique sit: & hoc tantum est, ac si cum eis moueretur. Quomodo ergo petebat, vt cum eis ambularet? Sicut supra responsum est, intentio Moyfi erat, vt Deus manifestaret pro eis miracula sua, & ista sunt ostensa potentia suæ. Dato enim quod Deus esset semper cum Iudeis, si tamen non faceret in fauorem eorum aliqua miracula, non magis diceretur esse cum eis, quam cum alijs gentibus, vel quam cum asinis: volebat ergo Moyfes Deum ambulare cum eis, idest quod in toto itinere, per quod ambularent manifestaretur per Dei miracula, quod Deus erat cum eis.

Quomodo Moyfes petijt à Deo, vt ambularet cum Iudeis.

Q V A E S T I O. XI.

SED quæres: quomodo Moyfes hic petiuit, vt Deo graderetur cum eis, cum supra precedenti capitulo Deus hoc concessisset dicens: & verbū istud, quod locutus es, faciam: inuenisti enim gratiam coram me. Respondetur, quod Deus concesserat, & Moyfes non dubitabat esse concessum: sed quia Hebræi erant inclinati ad malum, & Deus possit dimittere eos, aut delere, rogabat, vt ambularet cum eis non dimittendo eos, & non delendo. Patet hoc, quia à principio cum Moyfes rogaret pro remissione peccati populi, Deus dixerat: non ascendam tecum: quia populus duræ cervicis es, nè fortè disperdam te in via. Et iterum: Populus duræ cervicis es: semel ascendam in medio tui, & delebo te. Licet ergo postea Deus precibus Moyfi concessisset ire cum Iudeis in via: tamen semper manebat, quia si aliqua die Israelitæ Deum pronocarent ad iram per aliquam malam operationem, Deus ascē-

Alph. Toft. super Exodum

deret super eos, & deleret eos: Hoc autem volebat cauere Moyfes. Sciens ergo, quod Deus ascensurus erat cum eis, sicut promiserat, rogauit vt tales eos faceret, nè eum pronocarent ad iram, & ipse induceretur ad delendum eos. Hoc patet per id, quod habetur in litera, scilicet. *Populus duræ cervicis est.* Idest scio, quod ille populus duræ cervicis est, & tu concitatus poteris eum delere: rogo ergo, vt auferas iniquitates nostras, idest quod facias nos non esse duræ cervicis, sicut nunc sumus, & non erimus occasio, vt nos deleas: rogabat etiam, vt Deus firmiter iret cum eis, nè recederet, & hoc importatur, cum dicitur infra, nosque possideas, scilicet quod sumus firmi apud te. *Populus enim duræ cervicis est.* Idest non est bene domitus, nec mandatis obtemperans: sed nititur in vitium. Hoc ponit ad declarationem suæ petitionis, scilicet quia erat populus duræ cervicis, & hoc erat occasio, vt Deus deleret eum, petebat vt tolleretur illa cervicis durities, nè cum in via iret cum eis, disperderet eos. *Et auferas iniquitates nostras.* Idest facias, quod non sumus duræ cervicis, sicut hætenus consueuimus: non est. n. idem remittere iniquitates, & auferre, quia remittere est parere ei, qui iam peccauit: auferre iniquitates est tollere occasiones ad iniquitates cauendum, siue tollere ne sumus iniquitatem agentes: & hoc magis conueniebat petitioni Moyfi, quam quod peteret auferri, si accipiatur auferri, idest remitti: nam cum ista petebat, Moyfes, non erat aliqua iniquitas in populo, quia iam Deus remiserat iniquitatem adorationis vituli: magis ergo conueniebat, quod peteret, vt Deus disponeret taliter, nè vterius peccarent, in quo viderentur peccare, odium peccati præteriti quasi quod peteret vt remitteret eis iniquitates, quas in via agerent, in quo præsupponebatur eos aliquando peccaturos. Etiam, quia ista petitio prima est securior: nam si Deus auferret eis occasionem peccandi, ita quod nullo modo iam essent duræ cervicis, non esset aliquod periculum, quod Deus deleret illos: si autem peterent, vt Deus deleret iniquitates eorum, quas postea in via incurrerent, non erat tutum, quia aliquando Deus iratus eos deleret. *Atque peccat.* Vocantur iniquitates peccata facta ex malitia. Vocantur peccata alia minora mala communia quomodocumque fiant. Et non ponuntur hic scelera, sicut supra posuerat, quia scelera erant peccata grauissima, quæ fiebant directè in Deum, quem admodum erant idolatria, & similia, de quibus, quia erat tam securus populus, quod nunquam talia agerent, nec erant ad talia inclinati, non curauit Moyfes petere. Etiam hoc prudenter subicitur in detestationem criminis idolatriæ, quia ipsi petebant auferri iniquitates, idest tolli eis occasiones quorundam peccatorum, ad quem inclinati erant, scilicet quod non essent duræ cervicis. Si ergo peterent auferri scelera, esset sensus, quod ipsi peterent tolli sibi occasionem idolatrando, quia erant ad idolatrandum proni: confiteri autem talia de se durum videbatur, & turpe, cum non diceret perfectam detestationem criminis idolatriæ. *Nosque possideas.* Ista erat adhuc alia particula petitionis, quia fortè Deus ascenderet cum eis, & quia erat populus duræ cervicis haberet occasionem ad recedendum ab eis, cum non vellet punire, ideo petit Moyfes, vt non recederet ab eis dicens. *Nosque possideas.* Idest rogo te, vt teneas nos firmiter tanquam possessionem, non recedendo à nobis leuiter, & nostras iniquitates auferas. Loquebatur Moyfes in persona totius populi, qui erat peccator coram domino, & induratus ad peccandum: Moyfes autem non erat habens huiusmodi inclinationes, nec peccauerat cum populo, sed quia prælatus imponit sibi defectus populi humiliando se, vt facilius exaudiat.

Pars Secunda. Y 3 Respondit

Respondit dominus. Hic inducitur Deus consentiens petitioni Moyfi. *Ego inibo pactum*. Hic acceptat Deus, quod dixerat Moyfes, scilicet quod Deus graderetur cum eis, & deleret iniquitates eorum, atque possideret eos firmiter: dicit hic Deus. *Ego inibo pactum*. Id est ego firmabo tecum pactum de faciendo omnia hec, que petiisti. Et dicitur hoc ut magis certificatus esset Moyfes, & magis certificare posset populares de promissione Dei: nam firmiora sunt ea, que foedere componuntur, quam ea, que aliter promittuntur. *Videntibus cunctis signa faciam*. Hic ponitur probatio superioris dicti, scilicet quod Deus iniret pactum cum Israelitis. Nam ipsi perebat, ut graderetur Deus cum eis, & hoc nihil aliud erat, quam quod Deus faceret miracula pro eis ostensura potentia sua, & hoc promisit se facturum dicens. *Videntibus cunctis signa faciam*. Id est ego faciam miracula videntibus omnibus vobis, in quibus clarè cognoscatis me esse. Per miracula namque capiebant experimentum isti Iudæi, an Deus esset cum eis, vel non. Sic dicitur supra 17. cap. cum peterent, ut Deus daret eis aquam in Raphidim, ubi non erat aqua, dixerunt: Est ne Deus inter nos, an non? quasi dicat, si inter nos Deus est, faciet miracula, si autè miracula non facit, non est inter nos. Ista signa, que Deus fecit inter Iudæos post hoc, per que manifestaretur cunctis, satis erant multa, scilicet deoratio Dathan, & Abiron, & combustio Core, & congregationis eorum, ut patet Num. 16. ca. & demonstrationem putei, quando canebant: ascende putee, ut patet Num. 20. Et ductio aquarum de duris silicibus in Cades deserti Sin, ut patet Num. 20. cap. & inclinatio scopulorum in torrentibus Arnon, ut mutuo se tangerent, & opprimerent latentes Amorrhæos, ut patet Num. 21. capit. patet etiam in diuisione aquarum Iordanis ad transitum Iudæorum Ios. 3. capit. & in casu murorum Iericho canentibus tubis, ut habetur Ios. 6. cap. & in multis aliis, tamen hic ista signa, que Deus dicit se facturum, intelliguntur de cornutatione faciei Moyfi, quia alia erant multum distantia, & non conuenienter erant signa foederis huius: imò potius erant effectus huius foederis. Iga Deus cum eis fedus iniebat, facturum erat illa. Signum autem quod pactum cum eis iniret ad faciendum illa, fuit cornutatio faciei Moyfi, id est splendor, vel radiositas. Nam hoc tale aliquid fuit, ut omnes cernentes mirarentur cognoscentes manifestè esse à Deo, quia nihil vnquam tale viderant, nec à seculis factum fuerat. *Signa faciam*. Propriè conuenit hoc cornutationi vultus Moyfi, quia illa, que postea Deus facturum erat, potius erant portenta, aut prodigia, quia dabantur in poenam aliquorum, scilicet deglutitio Core, & Dathan, atque Abiron. Vel erant ad aliquam necessitatem, sicut apertio Iordanis, & percussio silicis ad egressionem aquarum. Cornutatio autem faciei Moyfi fuit solum ad demonstrandum veritatem, & certitudinem pacti, & non ad infligendam alicui poenam, vel ad aliquam necessitatem: ergo erat propriè signum. *Qua nunquam visa sunt super terram*. A principio orbis conditi nunquam tale visum est, ut facies alicuius sic splenderet: emittebat enim radios tanquam solares, ita ut non possent intendere in eum filii Israel præ lucis magnitudine, ut patet infra, & clari⁹ habetur 2. ad Corin. 3. cap. *Nec in vllis gentibus*. Id est nulla gens tale vidit vnquam. Satis inferebatur hoc ex supradicto, quia si talia signa nunquam visa sunt super terram, nulla gens potuit videre illa, quia nullæ gentes sunt extra terram. *Et cernat populus iste in cuius es medio*. Id est hoc faciam, ut iste populus Hebraicus, in quo habitas, videat miracula. Dicitur Moyfes esse in medio Hebræorum. i. inter eos, quia inter eos habitabat. *Opus domini terribile*. Ista opus est cornutatio faciei Moyfi, quod erat ter-

Signa que fecit Deus inter Iudæos post idolatriam.

Ribile, id est admirandum, cum nunquam fuisset visum. *Quod facturum sum tecum*. Id est istam cornutationem sum facturum in te dando radios vultui tuo.

Obserua cuncta que hodie mandauit tibi: ego ipse eiciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chanaanem, & Hethæum, Pherezeum quoque, & Heuzæum, & Iebuseum. Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, que sint tibi in ruinam: sed & aras eorum destrue, confringe statuas, lucosque succide. Noli adorare Deum alienum. Dominus Zelotes nomen eius, Deus est emulador. Ne in eas pactum cum hominibus illarum regionum, nè cum fornicati fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam ut comedas de immolatis. Nec vxore de filiabus eorum accipies filijs tuis, ne postquam ipse fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos. Deos constatiles non facies tibi. Solennitatem azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi in tempore messis nouorum: Mense enim verni temporis egressus es de Aegypto. Omne quod aperit vuluam generis masculini meum erit: de cunctis animantibus, tam de bobus quam de ouibus meum erit. Primo-genitum asini redimes oue. Sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primo-genitum filiorum tuorum redimes, nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare, & merere. Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeæ, & solennitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini dei Israel. Cum enim tulero gentes a facie tua, & dilatauero terminos tuos: nullus insidiabitur terræ tuæ ascendente te, & apparente in conspectu Domini dei tui ter in anno. Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ, neque residebit mane de victimis solennitatis Phase. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini dei tui. Non coques hædum in lacte matris suæ.

Deuter. 7.

Præcepta legalia.

3. Reg. 11.

32. q. 4. ca. sicut actus 26. q. 2. c. fi.

28. q. 1. ca. Sit enim. 35. q. 1. ca. q. autè 9.

In lege supra 13. Lu. 2. supra ca. 13. De voto 35. q. 1. ca. gna. Eccl. 31.

Supra 23. Deut. 14. c.

Obserua

Obserua cuncta. Hic ponitur secundum principale, scilicet legis repetitio. *Obserua cuncta, que hodie mandauit tibi*. Deus fecit foedus cum Moyse, ut custodiret Hebræos in via, & ipse faceret signa, que nullus vnquam vidisset, & ad hoc volebat, quod Israelitæ obseruarent aliquid, ita ut pactum esset mutuum, & sic subiunxit. *Obserua cuncta, que hodie mandauit tibi*. Ista sunt, que sequuntur in litera. *Obserua*. Id est fac obseruari, quia prælatas populi es, ideo denuncia eis ex parte mea, ut hæc obseruent. *Ego ipse eiciam ante faciem tuam*. Hic ponitur pactum ex parte Dei, scilicet quid agere deberet Deus, & erat quod eiceret Chanaanæorum populos de terris suis, ut possiderent eas Israelitæ, & dixit. *Ego ipse eiciam*. Quia antea dixerat capitulo præcedenti, mittam præcursores tuos angelum meum, ut eiciam Chanaanæum, & Amorrhæum, & subiunxit: non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, nè fortè disperdam te in via: populus autem renuebat, ut angelus solus ascenderet cum eis, sed Deus ascenderet, & faceret omnia hæc, ideo, confirmato foedere, Deus dicit se hoc facturum, cum dicitur. *Ego ipse eiciam*. Id est egomet faciam hoc, quod erat assentire petitioni eorum: tamen non est intelligendum, quod Deus per seipsum hoc faceret, cum iste ministratioes non pertineant ad Deum, sed ad creaturas ministrantes ei: dicitur tamen quod ipse faciet, quia aliqua miracula ad hoc fiebant, que pertinent ad Deum solum: nam angelus facere dicitur, quando solus angelus operatur, & non apparet ibi aliqua specialis operatio, que ad Deum pertinet. Sic autem a principio dicebat eis Deus, quod angelus suus præcederet eos, & ipse non iret cum eis, scilicet quod sola potestas angelica appareret in directione, & custodia eorum, & non potestas Diuina operatiua. *miraculorum, quod Deus per se faceret, quia angeli hoc administrarent; & tamen Deus faceret in aliquibus miracula, que potissimum faceret ad eiciendum Chanaanæorum populos de terris suis, que miracula ad solum Deum pertinebant, ut postea factum fuit, scilicet aperuerit Iordanem ad transitum, quod tenuerit solem immotum spatium vnius diei, ut patet Iosue decimo capitulo, & in his potissimum fuit exterminatio Chanaanæorum. Dicebatur igitur Deus per se eicere, licet angeli ministrarent, quia Deus ad hoc aliqua miracula faciebat, que per eum solum fieri debebant. *Eiciam ante faciem tuam*. Dicitur eicere, non quod expelleret eos de terra, sed quod deleret eos: non enim fugati sunt de Terra Chanaanæ, sed ab Israelitis superuenientibus occisi sunt, sed dicitur eicere, id est delere, vel exterminare quod pertinet ad interemptionem. *Ante faciem tuam*. Hoc non dicit de Moyse, sed de populo, quia non fuerunt Chanaanæi eiceti ante faciem Moyfi, cum ipse non intrauerit vltra Iordanem, nec viderit bella illa magna, que gessit Iosue, & alii Israelitæ post: sed dicitur ante faciem tuam, id est, ante faciem populi, quia populus visurus erat ista. Et dicitur. *Ante faciem tuam*. Id est te vidente, scilicet populo, quia videbat populus, quomodo disperdebantur Chanaanæi domino persequente eos. Vel *Ante faciem tuam*. Id est antequam tu possideas terram, ipsi destruentur, quasi paulatim eos ante se Israelitæ portarent abigentes eos, scilicet quod destruerent gentem loci vnius, & illum possiderent, & rursus destruerent gentem loci alterius, & illum possiderent: sic enim ante expellebantur Chanaanæi, quam introducerentur Israelitæ, & sic videbantur ante faciem suam eiici de terra, quia mortui de superficie terre expellantur. *Amorrhæum, Chanaanæum*. Nominat hic Alph. Toss. super Exodum*

Deus non erat eieciturus populos Chanaanæorum, sed per angelos.

populos Terræ Chanaan, quos expulsurus erat Deus de terra, & sunt septem, sed hic solum ponuntur sex: deficit enim Gergefus, qui rarissime ponitur, cuius causa supra assignata fuit. *Caue ne vnquam*. Hic ponuntur mandata, que Deus dabat Israelitæ obseruanda, propter que iniebat istud foedus cum Israelitis de expellendo populos illos de terra. Et primum mandatum est de non communicando Gentilibus Terræ Chanaan, est enim hoc potissimum, quia fundatur super maximum præceptum. Nullum enim præceptum magis necessarium erat, quam non colere idola, cum colere Deum sit maximum præceptum, & non colere idola: colere autem illa est maximum peccatum: sed ex communicatione cum Gentilibus inducebantur ad colendum idola, ergo maxime vitandum erat communicare Gentilibus. *Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius*. Non solum erat prohibita Iudæis communicatio cum Gentilibus terræ illius, sed cū omnibus Gentilibus, quia quicumque Gentiles essent, poterant inducere Iudæos ad idolatrandum.

Duc causa quare specialiter mandabat Iudæis non communicare cum Gentilibus terræ promissionis.

Q V A E S T I O. XII.

ERAT tamen principaliter prohibita conuersatio cum istis propter duo. Primum, quia illa vitia magis prohibenda sunt, que sunt nobis magis opportuna, & ad que magna occasione habemus: sed sic erat de Israelitis respectu Chanaanæorum, quia habebat maiorem opportunitatem communicandi cum eis, quam cum alijs gentibus: quia: aliæ gentes erant extra terminos terræ suæ, & illuc non ibant Hebræi: raro igitur communicare poterant eis: Chanaanis autem valde communicare poterant, quia in terra Chanaanæorum populo Iudæi habitaturi erant, & simul cum Chanaanis: quia Deus non erat deleretur Chanaanæos immediate, ut intraret Israelitæ terram illam, nec in eodem anno, aut duobus, vel tribus, sed paulatim, atque per partes, donec crederent ipsi, nè fortè si expellerentur simul Chanaanæi, non poterant Israelitis replere terram illam, redigeretur in solitudinem, & multiplicarentur bestie contra eos, ut patet supra 23. cap. & Deut. 7. his igitur temporibus communicare poterant valde Israelitæ populis Chanaanæis, præsertim cum non solum in eadem terra morarentur Israelitæ, & Chanaanæi, sed interdum in eodem loco, ut patet de filiis tribus Iuda, qui habitauerunt simul in Ierusalem cum Iebuseis, non potentes eos inde expellere, ut patet Ios. 15. cap. cum dicitur: Iebuseum autem habitantem Ierusalem non potuerunt filii Iuda delere: habitauit Iebuseus cum filiis Iuda in Ierusalē vsque in præsentem diem: in alijs autem partibus terræ Chanaan, ubi erant diuersa loca habitationis Israelitarum, & Chanaanæorum, non semper erant loca separata, ita quod pars, quam tenebant Amorrhæi, & Chanaanæi esset totaliter extra partem, quam tenebant Israelitæ: sed interdum in medio totius terræ vnius tribus Israel erant duo, vel tria loca Chanaanæorum, quod faciebat ad magnam communicationem Israelitarum cum eis: patet hoc de filiis Ephraim, ut habet Ios. 16. c. cum dicitur: Et non interfecerunt filii Ephraim Chanaanæus in medio Ephraim vsque in diem hanc tributaris: idem patet de filiis Manasse, de quibus dicit Ios. 17. c. nec potuerunt filij Manasse has subvertere ciuitates, sed cepit Chanaanæus habitare in terra sua. Postquam autem conualuerant filij Israel, subiecerunt Chanaanæos, nec interfecerunt eos, sed fecerunt sibi tributarios.

Pars Secunda Y 4 rios,

rios, erat igitur Israelitis magna occasio comunicandi cum Chanaanorū populo magisquam cum alijs gentilibus. Secunda causa quare specialiter prohibebatur communicatio istorum, erat quia inter gentes, qui erant in terris vicinis, nullae gentes erant magis peccatrices coram domino, quam istae, non solum in cultu idolorum, sed etiam in abominacionibus varijs vitiorum carnis, sine cum pecoribus, sine cum matulis, & cum personis coniunctis nulla naturae obseruata reuerentia, de quibus Leui. 18. ca. vbi dicitur, quod propter omnia haec gentes illae expulsi sunt de terra illa: & erat valde superstitiosi in diuersis generibus auguriorum omniumque malarum artium, vt patet Deut. 18. cap. Ne igitur Iudaei hoc ab istis Chanaanais acciperent, rationabilius communicatio istorum eis interdicta est, quam comunicatio aliarum gentium. *Iungas amicitias.* Hoc etiam mandatur supra 23. cap. & Deut. 7. ca. ideo Deut. 20. vbi ponitur lex quam habere debebant Israelitae in pugnando contra Gentiles, dicitur quod si ciuitas contra quam pugnare debebat, erat de ciuitatibus, quae non pertinebant ad possessionem eorum, scilicet ad terram promissam, offerre debebat pacem ciuibus, & si apertis foribus ciuitatis sponte ingressum tibi concesserit, erit populus tibi seruiens sub tributo, & non pugnabis aduersus eum: si autem non aperuerit tibi portas, sed pugnando praualueris, & coeperis ciuitatem, interficies omnes, qui in ea sunt in ore gladij exceptis mulieribus, & infantibus: si autem ciuitas ista fuerit de ciuitatibus terrae Chanaan, nullum omnino in ea viuere permittes, ne doceat te abominaciones, quas ipsi fecerunt: iungere amicitias cum illis erat secundum quod aliqua duae ciuitates inter se foedera iungunt de communicando in rebus venalibus: ita quod vicissim de vna ad alteram venalia transferantur, & quod se adiuuent in compugnatione, & si hoc fieret nunquam Israelitae curarent expellere Chanaanos de terra illa, quae erat contra voluntatem Dei. *Quae tibi sint in ruinam.* Id est quod si fiant amicitiae inter te, & gentes illas, istae amicitiae erunt causa, vt tu corruas, quia inducent te ad colendum Deos suos, & ego indignatus ob hoc delebo te de terra, sicut accidebat eis sepe postquam intrauerant terram promissionis, quia colentes idola opprimebantur, & occidebantur a gentibus vicinis. *Sed aras eorum destrue.* Quia si occiderent Iudaei Gentiles alicuius partis terrae Chanaan, & inuenientes ibi Deorum aras, vbi sacrificabatur eis, relinquerent eas, incitarentur ad sacrificandum dijs suis, vel saltem ad sacrificandum Deo vero in aris illis, quorum vtrumque erat abominatio Deo. *Confringe statuas.* Quae sunt idola corpulentiam habentia, dicta statuae a stando, quia per se stant, & non sunt sicut picta idola, quae non sunt per se, sed in re in qua picta sunt tanquam in subiecto. Et hoc est quando statuae erant lapideae. Si autem essent lignae destruebantur appposito igne, si aurea, argentea, vel metallina quocunque modo destruebantur, vel destrui poterant: nec assumendum erat quidquam de auro, vel de argento, aut alio metallo, ex quo essent, vt patet Deut. 7. cap. cum dicitur: Sculptilia eorum igne combures, nec concupisces aurum, & argentum, de quibus facta sunt, nec assumes tibi quidquam ex eis, ne offendas propter ea, quia abominatio est domini Dei tui, nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est, quasi spurciam de testaberis, & velut inquinamentum, & sordes abominacionis habebis, quia anathema est. *Quod autem dicitur hic de statuis, dicendum est de picturis, quia eodem modo, qui coleret aliquam picturam idolatra esset, sed non dicitur de picturis, quia intelligitur nomine statuarum, tamen minus fit mentio de picturis, ga forte tunc solum erant statuae in vsu, & nondum pi-*

Apud Indaeos sicut erat idolatria colere statuas sic etiam figurarum con-

latae inoleuerant. Vel quia picture minus immutat, quam corpora statuarum, & non tantum de eis curabant Gentiles. *Lucosque succide.* Dicitur luci arborum densitates, & accipitur in vsu latino lucus p monte obscuro, dicto de luceo, es, per antiphrasim, quia nihil lucet. Et Gentiles habebant tales arborum densitates apud altaria Deorum suorum, vt expletis sacrificijs vacarent libidinibus, quod maxime continebat in sacrificijs Priapi. De quibus magis dicitur Deuter. 7. cap. Hos autem mandabat Deus succidi, ne haberent occasionem fornicandi in eis filij Israel, & manserunt isti luci in collibus in terra Chanaan etiam tempore regum Israel, & Iuda, & in eis adolebat etiam populus incensum omni militiae Caeli. De hoc sepe in libro 4. Regum, & ob hoc mandabat Deus Israelitis, ne apud altare, quod ei construerent aliquid huiusmodi plantarent, ne haberent occasionem faciendi similia. De hoc Deut. 7. capit. dicitur: Non plantabis lucum, nec omnem arborem circa altare domini Dei tui. Alio modo vocatur lucus quaedam statua, vel imago in aliqua arbore facta, scilicet quod quando aliqua arbor tenera, & parua erat in cortice eius figurabatur quaedam imago incidendo aliquid de cortice arboris, & fiebat ista incisio certis punctis coniunctionum, aut figurarum planetarum, quae inquirebantur per astrologos, & crescente arbore secundum longitudinem, & latitudinem, imago quoque crescebat, expletis autem aliquot annis, aut temporibus alijs incidebatur cortex secundum assignationem, & figurarum factam a principio, & cum illo cortice pariter ligni interior pars praecindebatur, & educabatur, fiebat autem talis statua ad deriuandam virtutem celestem, & loquebatur, sicut capita metallina facta per astrologiam, de quibus magis dicitur Num. 21. cap. *Noli adorare Deum alienum.* Non est aliquis, qui sit Deus alienus, cum nullus nisi vnus Deus sit, & alienus distinguitur contra proprium, sed vocatur dii alieni secundum opinionem, scilicet, quia homines putant esse Deos, & dicendo eos esse Deos, quia non sunt ille Deus, qui verus est, & colendus ab Hebraeis vocantur dii alieni. *Domini zelotes nomen eius.* Id est Deus, qui est verus Deus, est zelotes, & zelotes est nomen eius. Dicitur zelotes a zelo: est autem zelus amor priuatus nolens habere consortium in amaro. Et hoc proprie pertinet ad viros, qui diligunt vxores suas, & volunt, quod ipse diligant eos simpliciter, & quod nullus alius communice eidem in vxoribus: ita Deus vult, quod colatur a nobis, & quod nullus praeter ipsum colatur: ideo est sensus, non colatis Deos alienos: quia sicut viri zelant super vxores suas nolentes alios praeter se ab illis amari, ita Deus zelabit super vos volendo se solum a vobis coli: ideo sicut femina, quae maritali thoro relicto alium querit amatorem, dicitur fornicari, ita qui relicto Deo idola querunt fornicantur. Sic dicitur saepe in Daniele, quod Iuda, & Israel, siue Samaria sunt duae mulieres fornicariae, vt patet Ezech. 16. cap. & Psal. Perdes omnes, qui fornicantur abste, id est omnes, qui colunt alium praeter te destruentur. *Domini amulator est.* Amulator, & zelotes idem sunt, sed duplatur liteta, sicut saepe consuevit in sacra scriptura, quod interdum ad pulchritudinem fit, interdum vero ex lingue proprietate. Et patet hoc, quia in litera Hebraea solum ponitur vna dictio vtrobique, scilicet, chana, quod signat zelum vel zelotem. Litera nostra ad maiorem pulchritudinem ponit duo nomina, scilicet zelotem, & emulato-rem: signat enim proprie emulator modum, vel amatorem, vel superbium, aut imitatorum. Hic autem assumitur pro euidente, quia ille qui zelotes est inuidet alijs volens quod nullus amato suo frueretur, licet si posset alius frui non ablata fruitione sua: quod ad quam-

De luceo erat imago in cortice arboris facta qualiter figurabatur, & scin debatur.

Quo Deus dicitur zelotes.

Heretici Nicolaitae volebant vxores esse communes.

dam inuidie speciem pertinet, scilicet inuidere alteri prosperitati, vel bono, in quo non aufertur suum, sed ista inuidia non est contra charitatem, sed potius charitatem in amato fieri non zelando vxorem suam, ageret contra charitatem: & esset hoc inhonestissimum non seruatis sacris iuribus matrimonialis fedoris: imò talem communicationem vxorum habere est hereticum dicendo eam esse bonam. Et vocantur isti heretici Nicolaitae a Nicolao diacono in Ecclesia primitiua tempore beati Petri, qui cum haberet pulchram vxorem, & accusaretur tanquam nimius zelator eius dixit ad se excusandum: habeat eam sibi, qui voluerit, quasi dicat, quod ipse non multum amabat eam, cum cuilibet habendam permitteret: ex hoc quidam occasione accepta communicationem vxorum introduxerunt: & vocantur Nicolaitae a tota Ecclesia reprobati, & Deo odibiles, vt ipse testatur, vt patet Apoca. 2. cap. Sed & habes hoc quod odisti facta Nicolaitarum, quae & ego odi. *Non inuas passum cum hominibus illarum regionum.* Supra verabatur contractio amicitiarum: hic vetantur pacta, siue sint cum eis contractus emptionis, venditionis, locationis, conductionis, mutationis, accommodationis, fideiussionis, & sic de ceteris. Causa horum infra exprimitur, quia ista inducunt magnam communicationem, & communicatio inducit approbationem morum: nullus enim diu cum aliquo communicare vellet, cuius mores non approbauerit, & ex communicatione hac, quae est legalis incurrit sepe hoies in amicitia, ita vt existiment amare oportere eos, qui se in fidem commutant, vt ait Aristot. in 8. Ethicorum circa finem, cum distinguit amicitiam vilem in legalem, & moralem. *Ne cum fornicari fuerint cum dijs suis.* Ista fornicatio est adoratio, & dicitur fornicatio sicut supra dicebamus. Nam sicut coitus mulieris cum aliquo viro relicto eo cui est vxor, est fornicatio, ita adoratio alicuius rei, quae non est vxor, dicitur fornicatio cum illa re: cum solum deberet adorare verum Deum. *Et adorauerit simulachra eorum.* Ista sententia est eadem cum superiori, sed secundum diuersa fornicari & adorare accipiuntur: nam adorare accipiuntur absolute pro illa inclinatione, quam aliquis facit alicui rei, siue quae sit Deus, siue non Deus: fornicari non dicitur solum inclinationem, & culpam, sed cultum istum, prout datur ei, qui non est Deus. *Vocet te quisquam.* Ex contracta amicitia. *Et comedas de immolatis.* Cum idola colebantur, fiebant eis quaedam sacrificia, sicut fiebant vero Deo, & ista erant sacrificia pacifica, de quibus comedebant immolantes: iste autem vitium per hoc, quod idolis offerebantur, dicebantur consecrari apud ipsos Gentiles, vel benedici.

Quare Deus mandabat Iudaeis ne comederent de immolatis idolis. Et an iste carnes sint hodie prohibere Christianis, vel liceat nobis de omnibus comedere.

QUESTIO XIII.

ET mandabat Deus Iudaeis, ne comederent de his immolatis propter duo. Primum, quia Hebraei erant mentis valde infirme, & putabant, quod sicut ea, quae domino immolabantur, per hoc erant sanctificata, ita quae immolabantur idolis contrahebant aliquam qualitatem sanctificationis, & ob hoc, quod sicut ipsa idola in se erant illicita, ita ea, quae consecrabantur eis contrahentia sanctificationem aliquam erant illicita cultoribus veri Dei. Secundum, & potissimum, propter quod ista fiebant, erat quia Iudaei erant prouidi ad idolatram, & facilliter ad eam induci poterant: si ergo liceret eis comedere de immolatis, liceret ire ad lo-

comederent de immolatis demonibus non est peccatum: quia comedere panem, aut carnes, & degustare vinum secundum se non est malum, sed ex modo fumentis, & intentione poterit esse malum: cum ergo maneat panis, & vinum, & carnes in sua naturali qualitate, nullo proforis eis addito, aut detracto, erunt licita cibo, & potui: sed per immolationem factam idolis nihil magis acquiritur de bono, aut malo illi pani, aut carnibus, quam ante erat acquisitum: ergo sicut antequam immolarentur sine aliquo scrupulo licebat eis vesci, ita postquam fuerint demonibus immolata licebit vesci. Antecedens patet, scilicet quod non consequebatur aliquod res immolata demoni per illam immolationem, quia ad hoc quod consequatur aliquam benedictionem, oportet quod illa sit a virtute demonis, vel idoli, in cuius nomine consecratur: sed nulla virtus ad agendum est ab idolo: ergo non consequetur consecratum aliquam virtutem. Patet hoc, quia idolum nihil est, vt ait Apostolus prima ad Corinth. octauo cap. si nihil est, nulla virtus eius est, quia non enti non datur operatio. Et hoc quomodo cunque velis intelligere, quod idolum nihil est: nam si velis intelligere, quod idolum nihil est, nulla res est in natura existens, quae correspondeat idolo, sicut quidam accipiunt vocantes idolum, quod fit ex partibus diuersorum animalium, vel rerum vt pinguebatur Lybicus a mon corpore humano, cornibus vero arietinis imminetibus. Tale autem nihil in natura est. Siue accipiatur alio modo, si quod nihil est idolum, idolum nullo modo est Deus, sicut creditur a colentibus. Primo modo manifestum est, quod ea, quae idolo consecrantur, non contrahunt aliquam virtutem, quia nulla res est naturaliter existens talis quale illud idolum, quod colitur: sed istud idolum est aliud quid fictum ab arte nostra, ergo non poterit aliqua virtus deriuari ad consecrandum ea, quae idolis immolantur: cum non sit ens aliquod a quo virtus deriuetur. Accipiendo etiam secundo modo, quod idolum nihil sit, id est nullo modo sit Deus, satis concluditur quod volumus, quia qui putat ista immolata recipere aliquam virtutem, ideo putat recipere virtutem, quia existimat eum, cui ista consecrantur esse Deum, a quo possit virtus deriuari ad ista: nam si aliquis putaret illud idolum esse purum lapidem, aut ferrum, & non habere aliquid numinis, nihilque ei deitatis correspondere, stultissimus esset, si illum coleret, quia hoc modo omnes lapides coleret, & quodlibet ferrum: sed scit quilibet quod non potest virtus aliqua deriuari a lapide, vel ferro in ea, quae consecrantur ei, ergo non consecraret, nisi quia arbitratum esse Deum: sed secundum veritatem nihil est, id est nihil est de eo, quod esse existimat, scilicet de Deo: ideo non contrahetur inde aliqua virtus tanquam si non esset ens: quia nihil, & inutile egparantur. Considerandum tamen, quia in eo quod in se peccatum non est, conscientia nostra peccatum constituit, cum agit contra id quod intendit: sic enim ait Apostolus ad Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est, id est qui agit contra conscientiam, peccat mortaliter: licet in hoc magis speculati oporteret, sed non spectat ad presens omnia considerare. Dicendum igitur quod sicut ipsa consecrata demonibus secundum se nullam contrahunt virtutem, & non magis sunt sanctificata, quam ante erant: ita licitum est vesci eis post factam immolationem, sicut ante immolationem. Si igitur aliquis sic existimare possit comedendo de immolatis, nullo modo peccabit magis, quam si comederet de non immolatis: si vero aliquis credens ista immo-

Comederent de immolatis demonibus peccatum non est secundum se.

Et vide quo idolum nihil est.

Quod peccatum non est conscientia nostra peccatum constituit.

immolata consequi aliquam sanctificationem, comederet de eis, ageret contra conscientiam putans se participare idolo, & tunc peccat sic comedens: quia conscientia sua infirma est, & pollutur agens contra id, quod credit. Attendere tamen debet quilibet, quod licet apud se certus sit ista immolata idolis non esse sanctificata magis quam alios cibos communes, non debet comedere de illis, ne scientia ista, quam Deus ei dedit, conuertatur in scandalum, sed magis debet attendere charitatem fraternam sollicitus euitare omnem offensionem, quia scientia talis, secundum quam aliquis libertate hac utitur in aliorum subuersionem inflat, charitas autem edificat, id est charitas, qua intendimus vitare subuersionem proximorum infirmorum. Licet igitur aliquis cognoscens idolum nullius potestatis esse, & ea, quae ei offeruntur nullam consecrationem, aut sanctificationem fortiri, & ob hoc licet posse assumi, tamen non debet assumere, si sciat ex comestione sua scandalum generari: nam non solum in hoc quod habet aequalē colorem, sed etiam in aliis cibis totaliter licitis, si aliquis proximus scandalizaretur, non debemus talem cibum manducare: sic ait Apostolus prima ad Corinthi. octauo capi. Quapropter si propter escam scandalizatur frater meus, non manducabo carnes in aeternum, ne fratrem meum scandalizem. quanto magis de his, quae demonibus sunt immolata, in quibus potest aliquis falli putans esse sanctificata: ideo vitanda est talis comestio, ne scandalum in fratre generetur. Duplex autem scandalum suboriri potest: cum aliquis fidelis manducaret immolata demonibus. Primum est, quia alius catholicus, infirmus tamen, qui putaret idolothyta aliquid esse, videretque hunc manducantem, turbaretur in tra se, & induceretur ad comedendum contra conscientiam, quod erat vere peccatum: dare autem proximo offensionis occasiōem, peccatum est. De hoc ait Apostolus prima ad Corinthi. octauo capi. Non in omnibus est scientia, id est non omnes cognoscunt vitum consecrata idolis contrahant aliquam virtutem an non: quidam autem cum conscientia vique nunc idoli, quasi idolothytum manducant, id est quidam de catholicis vsque hodie tenuerunt, quod ea, quae consecrabantur idolis contraherent aliquam consecrationem, & ex hoc quodcumque comedebant de consecratis idolis, ita comedebant atque essent idolothyta, id est vere contrahentia aliqua consecrationem, aut benedictionem: & conscientia ipsorum, cum sit infirma, pollutur, id est quia ipsi non habent radicatum istam opinionem, scilicet quod consecrata demonibus non consequantur aliquam benedictionem, aut qualitatem, sed est infirma conscientia eorum, scilicet debiliter firmata, & aequaliter inclinata ad partem oppositam, scilicet quod ista immolata contrahant aliquam virtutem, ideo cum manducant, eorum conscientia pollutur incurrendo peccatum: esca autem non nos commendat, nec si non manducauerimus deficiemus, nec si manducauerimus abundabimus, id est si ista manducatio immolatorum esset secundum se bona, sicut sunt actus virtutum, licet esset alicui scandalum quando alius manducaret, non esset cessandum, quia vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur, scilicet veritas vita: licet in hoc magis distinguere possit. Quia tamen non habet aliquid per se boni talis manducatio, nec aliquid per se mali: cum nec faciat nos abundare, nec deficere, & ex comestione sequatur scandalum, melius erit non comedere: ideo Apostolus ibidem concludit suam sententiam: videre autem, ne forte haec licentia vestra offendiculum fiat infirmis: si enim quis viderit eum, qui habet scientiam in idolo recumbentem, id est si quis viderit alium catholicum, qui habet scien-

Duplex scandalum suboriri potest ex comestione immolatorum idolis.

Vtilius est permittere scandalum, quam veritas relinquatur.

tiā, id est qui vere scit quod immolata demonibus non contrahunt aliquam virtutem, recumbentem in idolo: id est quod ipse recumbit ad comedendum de immolatis idolis: nonne conscientia eius, cum sit infirma edificabitur ad manducandum? id est incitabitur ad comedendum, cum viderit alium comedentem, & peribit infirmus in tua scientia, propter quem Christus mortuus est, id est quia vider te comedentem, qui sine conscientia comedis, incitatur, & comedit cum conscientia, cum eam non deposuerit, & peccat in hoc, atque perit. Concludit autem contra illos, qui scientes nihil esse ista consecrata idolis, comedunt de illis, nihil curantes vitum alij scandalizentur, vel non, quia hoc magnum peccatum est, dicens: Sic autem peccantes in fratres, & percussiones conscientiam eorum infirma, in Christo peccatis. Aliud scandalum potest esse quantum ad infideles videntes nos manducare immolata idolis, ipsi enim non possunt pertinere magis circa hoc, quod est colere idola, sed peruertimus nos illos si eis occasionem male iudicandi de nobis, tribuimus: unde cum ipsi viderent nos manducantes immolata demonibus: si sciant nos scire illa esse demonibus immolata mouentur iudicantes nos non bene sentire in nostra fide, aut saltem errare in operationibus contra conscientiam agendo. Si autem comedamus idolothyta coram aliquo infideli, si ipse nesciat nos scire haec idolothyta esse, dato quod nos sciamus, non scandalizabitur iudicans quidquam de nobis aduersum. Ideo Apostolus prima ad Corinthi. decimo capi. dat duas regulas. Prima est quod licet sciamus nos aliquid cibum esse immolatum idolis, & aliquis infidelis eum nobis tribuerit, si tamen ille infidelis non dixit nobis illi fore idolis immolatum, ita quod ipse existimare possit nos scire cibum illum esse idolis immolatum, comedere possumus licite, non obstante quod sit immolatum idolo. Secunda regula est quod si aliquis infidelium dat nobis cibum immolatum idolis, & dicat nobis eum esse immolatum, per quod scit nos scire esse immolatum: non debemus comedere propter conscientiam eius, id est, vt non existimet nos esse malos, de quo in eodem capitulo sic ait: Omne quod in macello venit, id est venditur, manducate nihil interrogantes propter conscientiam: domini est terra, & plenitudo eius. Siquis infidelium vocat vos ad cenam, & vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate nihil interrogantes propter conscientiam: si quis autem vobis dixerit hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum, qui iudicauit, & propter conscientiam: conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? quare ego do occasionem alicui, vt condemnet libertatem meam iudicando de illa? quasi dicat, conscientia mea est libera, quia non est alligata alicui istarum partium, scilicet quod oportet comedere, aut quod illicite sit comedere, sed vtrunque tener, scilicet quod licite comedit & licite abstinet. Nullus ergo debet alteri dare occasionem, vt condemnet hanc libertatem conscientia suae, quod sit comedendo immolata idolis coram aliquo infideli, qui nobis indicat ea esse idolis immolata. Et sicut est de hoc, ita erat de comestione aliarum carniū vitatarum in lege, scilicet carniū suillarum, & similiarum, & animalium quarundam, atque piscium. Unde in principio Ecclesiae tempore Apostolorum inter conuersos de Iudaismo ad Christum, & conuersos de Gentilitate magna erat discordia, quia conuersi de Iudaismo iudicabant haec illicita esse, sicut in Iudaismo illicita fuerant. Conuersi de Gentilitate nullam horum conscientiam habebant, quia in Gentilitate nunquam fuerat ciborum discre-

cretio: & aliqui de Iudeis, qui erant periti videntes statum legis Moisaicae transisse, iudicabant illa vmbra ritualia ceremonialia iam nullum habere vigorem, & comedebant sicut Gentiles, nihil discernentes in cibis. Erat autem ista questio potissimum inter Romanos conuersos de Iudaismo, & inter Iudaeos multo, & quidam magis carnem quam charitatem attendentes, vt alios ad emulationem prouocarent, & conturbarent eorum conscientias infirmas, comedebant coram eis, & obiurgabant eos dicentes, non esse perfectē fideles, qui ritibus Iudaicis immanebant: quod magna afflictio erat conuersis de Iudaismo, qui conscientiam infirmam habebant. Apostolus ergo ad Romanos decimo quarto cap. increpat hos determinans, quod illi, qui possunt sine conscientia comedere iudicantes ceremonialia veteris legis non obligare post euangelium promulgatum, comedant: qui autem conscientiam infirmam habent, scilicet quod non sunt totaliter firmati in hac, sed aliquo modo credunt obligationem ceremonialium manere post euangelium promulgatum, non comedant de talibus carnibus, sed vescantur oleribus: & qui manducat omnia, debet se habere mansuetē ad fratres infirmos, non superbiēdo, nec iudicando eos male agere: & qui non manducat carnes prohibitas in lege Moysi, non debet iudicare, id est redarguere, aut publice, aut in corde suo eum, qui manducat. nam quilibet istorum agit secundum, quod intelligit, & sententia vtriusque recipitur. Concludit tamen quod dato, quod manducantes omnia non spernant, nec iudicant eos, qui discernunt cibos, si tamen discernentes cibos quorum adhuc mentes infirmae sunt, scandalizentur, deberent vitare alij tales cibos saltem in praesentia aliorum, quia ille, propter cuius escam proximus scandalizatur, secundum charitatem non ambulat, quia illum suo cibo perdit, quem Christus suo sanguine redemit. De his latē Apostolus ad Romanos 14. capi. quia in toto illo cap. nihil aliud agit. Haec autem Apostoli sententia mansit vsquequo in concilio primo Apostolorum congregato Ierosolymis sub Petro, & Iacobo, Spiritu Sancto dictante, determinatum est, non debere astringi Christianos ad obseruationem ceremonialium Moisaicae legis, in quo tollebatur discretio ciborum: & totum dubium, quod erat inter habentes mentes infirmas, & scientes veritatem. Hoc tamen apostoli de ceremonialibus reliquerunt, scilicet vt abstinere omnes Christiani a sanguine, scilicet ne comederent sanguinem, & a suffocato, id est ne comederent alia morticina, aut suffocata quorum sanguis in ipsis manebat, & ab immolatis idolis, scilicet ne comederent de immolatis demonibus, sed hoc quidem factum fuit ad tempus, vt sedaretur scandalum magnum, quod inter conuersos de Gentilitate, & de Iudaismo oriebatur: non enim poterant pacifice communicare conuersi de Iudaismo conuersis de Gentilitate, cum videbant eos ista facientes, & exosos valde habebant: ne ergo ruperetur vinculum charitatis, & vnio fidei factis haeresibus, & diuersis scissuris, Ecclesia Spiritu Sancto mota pro bono pacis statuit ab his abstinendum, vt patet Actuum 15. capi. Cum vero per aliquam temporis communicationem solidati fuerunt magis, cessante illo scandalo redierunt Christiani ad non discernendum aliquo modo cibos, nec aliquid horum faciendum. Causa autem quare Iudaei conuersi multum scandalizabantur vidētes Gentiles conuersos, aut aliquos Iudaeos sapientes comedentes de immolatis demonibus, erat quia hic mandatum fuerat ne communicarent Gentilibus, ne forte vocaret eos quispiam ad cenam, & daret ei de cibis immolatis idolis, tanquam hoc esset aliquid valde malum. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis. Non licebat alicui Iudaeo acci-

pere vxorem de Chananais, cuius causa infra subditur. Hoc idem habetur supra 23. & Deuteronomij septimo cap. Et non solum erat hoc in filiabus Chananarum, sed etiam de filiabus omnium Gentilium, quia eadem causa erat in omnibus, scilicet quod peruerterent viros suos ad colendum idola, & filios ex tali matrimonio genitos: sed dicitur hic specialiter de filiabus Chananarum propter duas causas assignatas supra, quare Deus specialiter prohibuisset communicationem Iudaeorum cum Chananais: nā femine Chananarum ita erant edoctae ad omne malum, sicut ipsi Chananai viri.

An liceret Iudeis accipere vxores de filiabus Gentilium.

QV AESTIO. XIII.

SED argues, quod liceret assumi in vxores filias gentilium, & non solum filias Chananarum, Hebraeorum, Pherezeorum: & sic de omnibus illis septem populis. Sic patet de Salomone, qui accepit in vxore filiam Pharaonis regis Aegypti, quae erat Gentilis: accepit etiam vxores Moabitidas, Ammonitidas, Idu-maeas, Sidonias, & Hethaeas. Ad hoc respondetur, quod licet Salomō hoc fecerit, non approbat illud sacra scriptura, quia Salomon fuit pessimus vir: imō valde reprobat, vt patet immediate in litera supra allegata tertio Reg. vndecimo cap. cum dicitur: Super quibus dixit dominus Deus filiis Israel: non ingrediemini ad eas, nec de illis ingredientur ad vestras. Sed adhuc argues de duobus filiis Elimelech, & Noemi, scilicet Mahalon, & Chelion, qui acceperunt vxores duas Moabitidas, scilicet Orpha, & Ruth, vt patet Ruth primo cap. sed non vituperantur isti: ergo licebat accipere vxores de Gentilibus. Aliquis forte respondebit pro istis, quod licet istae duae vxores essent Gentiles, quia ambe erant Moabitides, tamen isti duo filij Elimelech, & Noemi non acceperunt eas in vxores, donec redierunt ad ritum Iudaicum, licet in hoc non fiebat in eis aliqua signum sicut in viris ad cognoscendum si essent conuerse an non: & tunc non erat contra preceptum Dei: nam manens in Gentilitate femina non debebat assumi: si tamen conuerteretur ad ritum iudaicum, assumi poterat. Sic patet Deuteronomio 21. capi. cum dicitur: Quod si exirent ad bellum Iudaei contra Gentiles, & in numero captiuarum viderent aliquam, quae placeret in oculis alicuius eorum, accipiebat eam, & introducens eam in domum suam faciebat vngues eius, scilicet amputando, & radebat totam capillaturam, deponebatque vestem atque flebat mense vno patrem suum, & matrem, & finito mense ingredi debebat ad eam Hebraeus, qui eam adamauerat, dormiensque cum illa accipiebat eam in vxorem. Sed non potest stare ista responsio, quia istae duae puellae Ruth, & Orpha quando acceptae sunt in vxores a Mahalon, & Chelion filijs Elimelech, & Noemi, non redierunt ad fidem, & cultum Iudaicum, sed manserunt in cultu Deorum suorum, quod patet, quia mortuo Elimeleche viro Noemi, & duobus filijs eius Mahalon, & Chelion, cum rediret ipsa in terram suam Bethlechem, vellentque cum ea ire duae nurus eius Orpha, & Ruth, Noemi mandabat eis, quod redirent: si tamen ipsae conuerse essent ad fidem, & cultum Iudaicum non mandasset eis redire in terram suam, quia daret eis occasionem idolatriandi, cum in terra illa omnes essent idolatrae, et a pueritia istae puellae in cultu idolorum fuisset enutrite: sed Noemi non daret eis talem occasionem, cum esset valde magnum peccatum, sed mandauit eis redire in terram suam, ergo non erant conuerse ad ritum Iudaicum.

Iudaicos. Item quia dicitur Ruth primo capit. quod reuerſa Orpha in terram ſuam nolente reuerſi Ruth dixit ei Noemi: En reuerſa eſt cognata tua ad populū ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum ea: ergo illa nōdum Deos reliquerat, ſed eis ſemper cultū exhiberat. Item pater hoc Ruth primo capit. ex reſponſione Ruth ad Noemi, dicentis: quocunq; perrexeris, pergam, vbi morata fueris, ego pariter morabor: populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus: ſed ſi Ruth a principio cum tradita fuit in vxorem Mahalon filio Elimlech & Noemi, non erat conuerſa ad ritum Hebræorum in Deum, Dicendum igitur quod iſte dñe vxores Mahalon, & Chelion cum acceptę ſunt in vxores non erant conuerſę ad cultum, & fidem Iudæorū, nec poſtea conuerſę ſunt dum vixerunt viri ſui: ipſi tamen non redarguntur, quia acceperunt eas nā erant in terra aliena, ſcilicet in terra Moab, & non habebāt ibi mulieres aliquas gentis ſuę, quas in vxores ducere poſſent: nec erat contuens eos expectare quouiſq; redirent in terram ſuam, quia magna fames acciderat in terra Iuda, quę durauit per decem annos, vt colligitur Ruth primo cap. & nesciebant quantum durare deberet: ne ergo ſub diuturna expectatione fugeret ab eis tempus generandi, acceperunt vxores Moabitidas, ſicut potuerunt: nec poterant ipſi conuertere eas ad cultum Dei ſui inuitas, quia manebant in terra Moab, de qua ipſę erant oriundę. Potentiores igitur erant ibi puellę quā viri ſui, fuit ergo ſatis rationabilis cauſa hęc excuſans eos a peccato. Sed adhuc argues, quod accipere tales mulieres in vxorem etiam ſine neceſſitate, non eſſet peccatum: quod pater de Booz, qui fuit proauus Dauid, & accepit hanc puellam Ruth in vxorem, vt patet Ruth quarto capi. tamen nō erat ibi aliqua neceſſitas, quia Booz erat in terra Iſrael in ciuitate Bethlehem, habebatq; multas de filiabus populi ſui, quas poterat accipere in vxores: iſte tamen non vituperatur, imō omnes Bethlehemitę laudabāt tale coniugium, & precabantur vtrique coniugū proſpera euenire, vt patet Ruth capitu. vltimo. Reſpondetur, quod iſtud coniugium Ruth & Booz fuit licitum, quia Ruth erat iam cōuerſa ad Deum verum, quem colebant Hebręi, & hanc cuiſlibet accipere licebat, vt ſupra probauimus, & patet Deutero. 21. capitu. Quod autem eſſet conuerſa ad Deum Iudæorum, patet, quia dicitur Ruth primo capit. ex verbis Ruth ad Noemi dicentis: Quocunq; perrexeris, pergam, vbi morata fueris pariter morabor: populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus: ergo Ruth accipere volebat Deum Iſraelitarum in Deum ſuum, cū venit cum ea in terram Bethlehem: ſed non legitur poſtea mutafſe propoſitum, ſed magis, ac magis laudatur: ergo cōuerſa fuit ad Deum. Item Ruth ſecundo capit. vbi Booz benedicit Ruth dicitur: benedicta tu filia à domino Deo Iſrael, ſub cuius alas conſugiſti. Ergo conuerſa fuerat Ruth ad cultum veri Dei cōfugiens ſub alas eius. Booz igitur accipiens eam nullo modo peccauit. Et ſic manet quod ante dicebatur K ſ. quod non dēbant, nec poterant licitę Iudę accipere vxores de filiabus Chanægorum, & ſicut vetitū erat accipere in vxores de filiabus Gentilium, ita erat vetitum dare de filiabus ſuis vxores gentilibus. Sic patet Deuteron. ſeptimo cap. & tertio Reg. vndecimo capitu. Imō magis erat inconueniens quod femina Hebręa traderetur in vxorem viro Gentili, quā quod vir Iudæus acciperet in vxorem feminam Gentilem. Primō quia vir eſt maior vxore, cū vocetur caput mulieris, vt ait A poſtoloſ primę ad Corinthios vndecimo capit. Si igitur traderetur femina Iudæa in vxorem viro Gentili, ſubiiceretur poteſtati eius: in quo dehonora-

retur Gentilibus, qui valde contemptibiles habebantur apud Iudæos: ſi autem femina Gentilis aſſumeretur in vxorem a viro Iudęo: non eſſet aliquid inconueniens, quātum ad hoc, quod ſubiiceretur illa femina viro, & non dehonoreretur ſemen Iſrael. Item ſi femina Hebręa traderetur in vxorem alicui Gentili, habitaret inter Gentiles, cū femina ſemper conſequatur domicilium viri ſui, & inter Gentiles non haberet aliquem eruditorem ad cultum Dei veri, quem tenebant patres ſui: ideo conuerteretur facilius ad cultum idolorum. Si autem vir Hebræus accipiat in vxorem feminam Gentilem, habitabit inter Hebręos, quia illa conſequetur domicilium viri: non poterit ergo ſic facilius trahi vir ab ipſa, ſicut poteſt trahi ipſa a viro, & ab omnibus aliis, cum quibus habitat. Item cū vir ſit potentior femina, ſi vir Gentilis acciperet feminam Iudęam, poſſet eam violentare ad colendum Deum ſuum totaliter inuitam renitentemque, vel ſaltem quibuſdam penalitatibus, & aſperitatibus in communicatione: femina autem non poteſt aliquo modo horum virum ſuum cogere, ſed ſolis ſuaſoriis verbis, & amorofis ſolicitationibus allicere: ergo maior periculum eſt femine Iudęę cum gentili viro, quā viro Iudęo cum femina Gentili. Item maior inconueniens eſt propter filios, quia filij nati de femina Iudęa, & viro Gentili erudientur iuxta imperium patris, quia pater poteſtatem habet maiorem diſponendi in omnib; hiis: ſicut igitur ipſe eſt infidelis, ita tradet eos erudiendos alicui idolatre, & perdentur: ſi autem vir Iudęus habeat feminam Gentilem in vxorem, erudiri faciet filios pro libito ſuo, faciet igitur eos in ritibus Iudęorum erudiri, ſicut ipſe eruditus eſt, & erunt fideles quantum ad hoc: igitur non eſt aliquod damnum, ſed magis vtilitas, quia quantum perditur dādo Iudęam Gentili: quia tam ſemen Iudaicū quā Gētile efficitur Gētile, tūm acquiritur tradēdo femina gentile viro Iudæo in vxorem, quia tam ſemen Gentile, quā Iudaicum efficitur Iudaicum. Eſt tamen inconueniens ex alia radice, ſcilicet quia femina fortę peruertet cor viri, ſicut ponitur in litera. *Ne cum fornicatę fuerint.* Fornicatio ſicut ſupra dicebatur, accipitur pro cultu eius Dei, qui non eſt verus Deus, ſicut fornicatio, vel adulterium eſt coitus femine cum aliquo viro qui non eſt vir eius: hęc autem mulieres fornicabantur cum dijs ſuis colentes illos, ad quod inducere poterant filios Hebręorum: & dicitur, cū fornicatę fuerint, quaſi dicat, hoc eſt verum cū mulieres aſſumpſerit de Gentilitate retinent Gentiliacos ritus, quia tunc vetitum eſt eas accipi in vxores ab Iſraelitis: ſi tamen iſte mulieres conuertantur ad Iudaicos ritus, deſinent fornicari cum dijs ſuis: & tunc licebit eas accipi in vxores. *Fornicari faciant filios tuos.* Hic poteſt eſſe duplex ſenſus, ſecundum quod iſtud pronomen poſſeſſiuum tuos poteſt referri ad diuerſos poſſeſſores: ſi enim intelligamus, quod iſta locutio fiat ad totum populum, erit ſenſus, quod totus populus nō pmittat aliquē de filiis ſuis accipere vxorē de filiabus Gentilium, id eſt de Iudęis, qui vocantur filij illius populi, ſicut dixit Ephren Hetheus ad omnes, qui erant in portis ciuitatis Hebron, coram omnibus filiis populi mei, id eſt coram hominibus huius ciuitatis: & tunc eſt ſenſus, quod fornicari faciant filios tuos, id eſt eos qui nati ſunt in te, & acceperunt in vxores illas mulieres Gentiles. Alio modo poteſt accipi iſtud poſſeſſiuum, tuos, ad quemlibet de populo, & ad Deum fiat locutio: & tunc eſt ſenſus quod quicumque haberet filium non daret ei vxorem de filiabus Gentilium, ſed de filiabus Iudęorum, ne faciant fornicari filios tuos, id eſt filios, quibus das vxores Gentiles, ſcilicet quod vxores inducent maritos ad colendum Deos ſuos, cū ipſę coluerint. Sic pat-

Mai^r erat inconueniens femina Hebręam dari in vxorē Gentili, q̄ eſt cōtrario.

ter de Salomone, qui accepit vxores multas de filiabus alienigenarum, quę ſubiicerentur cor eius, vt non ſolum idola in ſenectute ſua mala coleret, ſed etiam reple illis ob infantum vxorū ſuarum amorem conſtrueret, vt patet tertio Reg. 11. capitu. cū dicitur: Hiſ itaque, ſcilicet vxoribus alienigenarum nationum, copulatus eſt Salomon ardentiſſimo amore, fueruntq; ei vxores, quaſi reginę ſeptingente, & concubinę trecentę, & auerterunt mulieres cor eius, cūque iam eſſet ſenex deprauatum eſt cor eius, vt ſequeretur Deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Deo, ſed colebat Salomon Aſtharum deam Sidoniorū, & Moloch Deum Ammonitarum. Tunc edificauit Salomon fanum Chamos idolo Moab in monte, qui eſt contra Ieruſalem, & Moloch filiorum Ammon: atq; in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quę adolebant thura, & immolabāt dijs ſuis. Alio modo poſſunt referri iſta ad diuerſos, ſcilicet quod ad alium referatur poſſeſſiuum illud tuos, & ad aliū fiat locutio, & ſic ſenſus eſt, quod nullus vir de Iſraelitis tradat filio ſuo vxorem de Gentilibus, ne poſtquam iſta fuerint fornicatę: faciāt fornicari filios tuos, id eſt filios, qui ex tali matrimonio nati ſunt. Et ſunt iſti nepotes eius, ad quem iſta locutio dirigitur. Vel q̄ fiat locutio ad eundem, tamen quod iſtud nomen filius non accipitur vtrouique eodem modo, ſed primo modo accipitur pro ſolis filiis: ſecundo modo accipitur pro nepotibus, qui etiam vocantur filij: & iſte modus facilis eſt ſatis, quia filij in tenera ætate erudiantur apud matrem, & habent maiorem communicationem cum ipſa quā cum patre, ideo contrahit mores eius, niſi pater cautę auferret matri filiū, ne mores eius aſſumeret. Ideo Ariſtote. in primo Politicorum in fine in vltima propoſitione ait, quod volentibus perfectam poſtitiām non ſolum eſt curādum de virtute, ſcilicet ponere regulas qualiter viri ſint vir tuoſi, ſed etiam de virtute mulierum curandum eſt, quia dimidium liberorum eſt mater, ſcilicet q̄ a bonitate matris dependet bonitas filij quantum ad eruditionem, & a malitia matris dependet eius malitia, ſq̄ ſi mater ſit bona, filius meus bonus eſt, vel ſi mater ſit mala, filius eſt mediocriter ſua eſt malus: etiam antequā aliquid diſcat, cū certiffimē malus erit addiſcens a matre ſic ſe habente: Sententia tamen ſuperior magis videtur eſſe huius literę quā hęc, quia ſecundum illam non oportet mutari ſignificationem huius nominis filius: in hac autem mutatur, cū primō accipitur pro filio, ſecundo accipitur pro nepote. Item quia iſta ſententia ſuperior tenetur Deut. ſeptimo ca. vbi repetitur iſta admonitio, cū dicitur: Non inibis cum eis ſedus, nec miſereberis eorum, filiam tuā non dabis filio eius, nec filiam eius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me. Vbi manifeſtę loquitur de marito habente vxorem Gentilem, & nō de filiis natis ex matrimonio illo. *Deos conſtatiles non facies tibi.* Iſtud eſt præceptum morale. Eſt primum de præceptis decalogi in prima tabula, ſcilicet non habebis Deos alienos coram me: eſt tamen aliquo modo ſimile cęrimoniale, quia tangit aliquid ſpeciale, ſcilicet materiam conſtatilem: quocunq; tamen modo fiat, ſiue modo conſatorio, ſiue per ſculpturam, aut dolationem, non debebat coli: ponit tamen id quod præcipuum, & magis viſitatum erat, ſcilicet facere Deos conſtatiles, cū præcioſiores ſint, quā dii doli, qui lignei ſunt, & quā dii ſculpti, qui ſunt lapidei: hoc autem licet ſupra dictum extitit, tamen repetitur hic, & ſæpius ponitur, quia Iudæi erant multū proxi ad idolatriam, ideo vt ab ea recederent, multum admonendi erant, quod non contingit vnica admonitione, cū vix multis admonitionibus hoc aſſequi

poſſent. *Solemnitate azymorum cuſtodis.* Poſitis ſupra quibuſdam præceptis, in quibus admonentur quedam mala fugere: hic ponuntur præcepta, in quibus admonentur quedam, quę ſunt bona frequentare. Et quia immediatę ponebat de vitando cultu Dei falſi, qui eſt falſus, aut ſculptilis, hic ponit de cultu Dei veri, qui eſt ſpiritalis, & celeſtis: & quia iſti cultus ſunt ſecundum aliquas cęrimonias factas in aliquibus temporibus, ponitur de temporibus cultus diuini. *Solemnitate azymorum.* Poteſt hoc ſic dependere ex ſuperioribus: Non colas Deos conſtatiles, quia ſi eos coleres, non obſeruares ſolemnitates meas, quę ſunt ſolemnitates azymorum, & Pentecoſtes, & tabernaculorum. *Solemnitate azymorum.* Ponuntur hic tempora cultu diuini, quia licet omne tempus eſt tempus colendi Deum, vt nunquā a laudibus eius vacemus, ſine cuius beneficiis nullam horam tranſimus, quia tamen hoc non valet humana infirmitas, ſed vite future, quę poſt mortem eſt relinquatur, oportet vt determinentur aliqua tempora, in quibus ſpecialiter cultu diuino vacemus. Hęc autem per eum, qui coli debebat, condi congruentius ſunt. Sunt autem feſtiuitates iſte dies ad hoc ſpecialiter applicati, vt Deus in eis colatur. Horum autem ſunt quedam, quę in eodem anno ſepe iterantur, ſicut ſabbatum, quod in qualibet hebdomada eſt, & eſt prima feſtiuitas, alię ſunt feſtiuitates, quę ſemel ſolum ſunt in eodem anno, & iſte ſunt quinque. ſ. ſolemnitas Azymorū, & ſolemnitas Hebdomadarū, ſiue Pētecoſtes, & feſtū Clāgoris, & feſtū Propitiationis, & feſtū Tabernaculorū, ſiue Scēophęgię, de quibus Leui. 23. & Nu. 28. & 29. cā. Has ſolas feſtiuitates Deus fieri inſtituit per Moyſen, licet ipſi poſtea alias faciunt, de quibus dicitur Leui. 23. cap. hic autem determinatur de ſolemnitatibus, ſed non de omnibus iſtis, ſed de his ſolum, in quibus aliquid ſpeciale fiebat. erat autem ſpeciale, quod in quibuſdam ſolemnitatibus anni fiebat congregatio totius Iſrael in locū ſanctuarij: & de his ſolum agitur hic, quę ſunt tres, vt infra patet. *Solemnitate azymorum cuſtodis.* Prima iſtarum ſolemnitatum eſt ſolemnitas azymorum. ſ. Palcha, in quo de Aegypto egreſſi ſunt, quod fit in quattodecimo die, menſis primi. ſ. Martij ad veſperum, vt patet ſupra 12. capitu. ſcilicet quod in illa die ad veſperū omne fermentatum de domo excluderetur, & immolaretur agnus per familias, & domos: & ſequenti die, ſ. 15. vſque ad vigefimū ſecundū diem comederēt panes ſine fermento. *Solemnitate azymorum.* Aliquando vocatur ſolemnitas Phaſe, quia in ea immolabatur Phaſe. ſ. agnus ad honorem huius tranſitus: & ſic accipitur in multis locis iſtorum quatuor librorum Moyſi. vocatur aliquando ſolemnitas azymorum, quia in iſta ſolemnitate comedebatur panis azymus, id eſt non fermentatus. *Septem diebus veſceris azymis.* Fiebat autem iſta cęremonia in iſto feſto ad memoriam diuini beneficij, quia Deus eduxerat de Aegypto Hebręos in mēſe primo die quattodecimo. Voluit ergo tñc fieri iſtam ſolemnitatem. Et quia in exitu de Aegypto vrgentibus Aegypitijs, & compellentibus Iudęos ad exeundum, Iudęi maſſas, quas conſperſerant, fermentare non potuerunt, ſed ligauerunt eas in pallijs, ſicq; conſperſas tulerunt coxeruntque in Sochoth; vt patet ſupra 12. cap. Ad memoriam ergo harum afflictionum, & liberationis ab eis, tale feſtum factum eſt. Hęc ſignantur Deutero. 16. cap. cū dicitur: Obſerua menſem nouarum frugum, & primi, & verni temporis, vt facias Phaſe domino Deo tuo, quoniā in iſto menſe eduxit te dominus Deus tuus de Aegypto nocte: non comedes in eo panem fermentatum: ſeptrē diebus comedes abſque fermento afflictionis panem, quoniā in pauore egreſſus es de Aegypto, vt memi-

Nullum eſt tempus in quo cultu diuino vacandū non ſit: cum oī tempore a Deo bona recipiam.

neris diei egressionis tuæ: omnibus diebus vitæ tue. Quare autem per septem dies obseruaretur ista comestio azymorum, dictum fuit supra duodecimo, & septimo capitulo. *Diebus.* Non sunt accipiendi isti dies integri, ita quod essent aliqui septem dies, in quorum nullo possent comedere panem fermentatum, sed accipiuntur septem dies computando de puncto ad punctum, vel momentum ita, quod in die quarto decimo mensis primi immolaretur agnus ad vesperam, & inciperent comedere panem azimum post meridiem, & ab ipso tempore in quo inciperent comedere azimum, computari incipiebat dies primus, qui ergo in quartodecimo, die mensis primi immediatè post meridiem inciperet comedere panem azimum comedere tenebatur vsq; ad vigesimū secundū diem post meridiem: qui autem quarto decimo die occidente sole, aut post occasum incepisset comedere azyma, tenebatur comedere de azymis, vel, vt proprius loquamur, non poterat comedere de fermentatis vsque ad occasum solis diei vigesimisecondi eiusdem mensis. *Sicut præcepisti tibi.* Hoc præceptum positum fuit supra 12. cap. & totus ritus huius solennitatis. *Tempore mensis nouorum.* Id est ista solennitas est in tempore, in quo fructus noui incipiunt, scilicet in Martio, qui est primus mensis apud Hebræos, qui aliquando coincidit cum magna parte Aprilis nostri. Est autem hoc maximè in terra Chanaan, quæ est temperata valde, ideo fruges sunt ibi temporaneæ magis quàm in terra hæc, quæ est vltra medium latitudinis climatis quinti, computando situm Salamantinæ ciuitatis. Et dicitur in mensibus nouorum ad differentiam aliarum duarum solennitatum, quæ ponuntur hic, quæ sunt in mensibus messium, sed non in mensibus nouorum, sicut solennitas Pentecostes, quæ fiebat in principio messis triticeæ, sicut infra dicitur: & ad differentiam festiuitatis tabernaculorum, quæ fiebat in fine messium quando omnia collecta sunt de area, & de vineis, sicut infra patet. Sic enim dicitur supra. 13. cap. de ista festiuitate: Hodie egredimini mense nouarū frugum, i. quia in isto mense fruges nouæ nascuntur, sed quia iam nouiter metere incipimus. Nam non nascuntur fruges nouiter in Martio: non solum enim in terra Chanaan, quæ valde temperata est, sed etiam in alijs terris, quæ non sunt temperatæ sic, multo ante istum mensem fruges nasci incipiunt, sed in isto mense iam falcem in messem mittebant in terra Chanaan, sic patet Leuit. 23. capit. vbi mandatur, quod in illo festo azymorum ferretur manipulus spicarum ad sacerdotem, & offerretur coram domino, & hoc esse dicit, cū falx in messem mitti incipit. *Mense enim verni temporis egressus es de Aegypto.* Hic ponitur causa huius assignationis, quantum ad tempus huius festiuitatis principaliter, & minus directè ponitur causa ipsius festiuitatis: nam dicitur, quod ideo ista festiuitas celebrari debebat tempore mensis nouorum, quia in isto mense nouorum, qui est principium veris, de Aegypto exierunt: si ergo ista festiuitas non celebraretur propter memoriam egressionis de Aegypto, ineptè diceretur, ideo debere celebrari in tempore mensis primi, quia in hoc mense de Aegypto egressi sunt. Habet se ergo sic, quod egressus de Aegypto est causa celebrationis huius festi, & tempus exitus est tempus celebrationis: sicut enim ideo istam festiuitatem celebrant, quia de Aegypto exierunt, ita tali tempore celebrant, quia tali tempore exierunt. *Mense enim verni temporis.* Id est in mense, in quo incipit ver. In Martio. n. ver incipit existere sole in principio Arietis, quando fit æquinoctium in omni terra: & licet alij duo menses sequentes pertineant ad tempus vernum, tamen hic vocatur mensis verni

temporis, quia in hoc incipit. Et hoc obseruatur Deutere. 16. cap. vbi clarius ponitur hoc, scilicet: Obserua mentem nouarum frugum verni primi temporis: id est, mentem, in quo fruges incipiunt nouiter meti: & est mensis primus veris. *Omne quod aperit vuluam.*

Quare præceptum de immolatione primogenitorum ponatur immediatè post præceptum, de festo azymorum.

QUESTIO. XV.

CVM incepisset Deus dicere hic de festiuitatibus, & dicturus esset continuando de omnibus tribus, inepoluit tamè de primogenitorum immolatione, & de quibusdam alijs: & rationabiliter fit talis interpositio, quia primogenitorum immolatio fiebat, quia Deus redemerat primogenita liberado ea in exitu de Aegypto, ne angelus percussens occideret ea, propter quam causam Deus mandauit ea sibi tribui tanquam sibi naturaliter obligata secundum illud supra 13. cap. Cunque te interrogauerit filius tuus, quid est hoc? respondebis ei: in manu forti eduxit nos dominus de Aegypto de domo seruitutis: nam cum induraturus esset Pharaon, & nollet nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti a primogenito hominis vsque ad primogenitum iumentorum, idcirco immolo domino omne, quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. Sed nunc dictū fuerat de festo azymorum, in quo educti sunt Israelitæ de Aegypto, & primogenita eorum liberata sunt, ideo conuenienter hic sequebatur de immolatione primogenitorum. *Omne quod aperit vuluam.* Aperire vuluam duo signat. Vno modo aperire vuluam. i. vuluam apertam habere, & sic solis feminis conuenit. Alio modo aperire vuluam. i. eam aperire patefaciendo cū antea clausa esset, & hoc conuenit fetui nascenti, masculus siue femina fit: & hoc modo adhuc vulua dicitur dupliciter aperiri, aut cū claustra virginalia franguntur quando cognoscitur femina, quæ fit quadam violentia nature, vt partes coniunctæ naturaliter rumpantur, & cruor decurrat. De hac non loquitur hic litera, quia in hac nihil est offerendum; cum nihil nascatur. Alia apertio vuluæ est cū fetus emitti debet, quia tunc fit discatenatio partium coniunctarum ad expellendum fetum, et extensio cutis, quæ ante contracta erat, quæ est magna apertio, ita quæ alia comparata ad hanc non videtur esse apertio: ista autem fit quotiens fetus nascitur: sed hic fit mentio de prima apertura, quæ fit in emissione primogeniti fetus, quia postquam semel vulua aperta est semper aperta esse videtur. *Quod aperit vuluam.* Id est omne quod primo nascitur. *Sexus masculini.* Fiebat autem primogenitorum sanctificatio, id est applicatio ad Deum, & hoc tam de primogenitis hominum quàm iumentorum, sed diuersimodè, quia primogenita hominum, non immolabantur, sed redimebantur quinque siclis, cum non esset animal immolaticium: primogenita autem ouium, bouum, & caprarum immolabantur, primogenitum verò asini mutabatur oue: hic autem dicitur. *Generis masculinum.* Id est quod ista primogenita, quæ immolari debebant, erant generis masculini: si ergo contingeret aliquod primogenitum esse feminini generis, non immolabatur domino. Causa autem est, quia Deus volebat perfecta animalia sibi immolari, genus autem femininum est imperfectum, ergo non debebat immolari. Si forte arguas, quod aliquando offerbantur capræ femella, & oues, atque vaccæ,

Quæ talia femini generis offerri licebat.

Quaedam sacrificia i veteri lege fiebant directè ad laudem dei.

Primogenita solum offerbantur masculina: quia dabantur pro primogenitis liberatis in Aegypto: & solum masculina fuerunt occisa.

vacca, vt patet Leuit. tertio, & quarto, & quinto cap. Respondetur, quod sacrificiorum quedam erant spontanea, & quedam erant coacta: in spontaneis magis permittitur offerri quodcumque voluerimus: in sacrificiis autem necessariis non permittuntur offerri femine, sed solum masculi, nisi sit ex significatione aliqua. Patet hoc in sacrificijs pro peccato, quæ licet sint necessitatis: tamen quia magis conuenit significatio in femina quàm in masculo, ponitur femella: sacrificia autem, quæ sunt pacifica, quia sunt totaliter voluntaria possunt offerri masculi, & femine secundum voluntatem offerentis, vt patet Leuiti. tertio cap. sacrificia autem, quæ sunt votiuia, quia sunt sacrificia necessitatis, non sunt de femellis, vt patet Leuit. vigesimo secundo cap. Patet etiam fundamentum huius responsionis, quia si aliquis voueret offerre aliquod animal, tenebatur dare illud, sine aliqua macula: si autem offerret animalia pacificorum, poterat offerre cum quibusdam maculis, vt pote amputatis auribus, vel cauda, vt patet Leuit. vigesimo secundo cap. sacrificium autem primogenitorum erat de necessarijs: ergo solum fieri debebat de masculis. Item sacrificiorum quedam erant directè in Deum, scilicet ad laudem eius, alia autem erant ex alijs causis, scilicet quia nobis pacificabatur in eis, quæ petebamus, vel vt concederet petitiones, aut vt remitterentur peccata. Primo modo solum masculi offerbantur: & ista erant sacrificia holocaustorum, in quibus solum mandantur offerri masculi, vt patet Leuitic. primo capitulo. alia erant pro alijs causis. Et ibi non erat necessarium semper offerre masculum: sed interdum offerbantur femelle, vt in quibusdam pro peccato, & in hostijs pacificis: sacrificium autem primogenitorum erat ad laudem Dei, qui eduxerat ex Aegypto Iudæos, & liberauerat primogenita eorum ab exterminatore, ideo masculus esse debebat. Sed in hoc non accrescebat aliquid magis cultui domino, quia magis ei accresceret, quod omnia primogenita tam feminina, quàm masculina offerrentur, quàm si sola masculina, cum contingeret multa primogenita esse feminina, de quibus Deus nihil haberet. Ad hoc igitur aliquis responderet dicens, causam quare sola masculina offerantur esse, quia Deus recipiebat ista primogenita pro primogenitis Israelitarum, quæ Deus liberauit ab Angelo exterminatore, cum destrueret primogenita Aegyptiorum. Sed illa primogenita liberata solum fuerat masculina, quia primogenita etiam, quæ apud Aegyptios occidebantur, solum masculina erant: ergo illa quæ Deus recipiebat pro liberatione primogenitorum solum erant masculina. Ista causa valde bene assignata est tangens in radice magis quàm aliqua de alijs, quæ assignari solent: si tamen sit hoc, quod supponitur verum, scilicet quod sola masculina occidebantur ab angelo exterminatore in primogenitis Aegyptiorum. Sed argues non posse stare rationem istam cum fundamentum sit valde dubium: imò videtur esse falsum, quia dicitur supra duodecimo capitulo, quod non fuit domus in tota Aegypto, in qua non iaceret aliquis mortuus, & hoc erat de primogenitis, sed non est verisimile, quod in tota Aegypto essent primogenita masculina, ita quod non esset aliquod femininum: cum ita contingat primos fetus femininos sicut masculinos esse, ergo non solum occidebantur primogenita masculina, sed etiam feminina. Ad hoc respondetur, quod ista coniectura non valet, scilicet, in omni domo in Aegypto erat mortuus primogenitus aliquis, & non erant omnia primogenita masculina: ergo non solum mortua sunt primogenita masculina, sed etiam feminina, quia licet in Aegypto fuerint mortua primogenita, ita quod in

qualibet domo esset mortuus primogenitus aliquis: tamen non sequitur, quod omnia primogenita Aegyptiorum, mortua sunt, quia in aliqua domo poterant esse multa primogenita, quorum quedam erant masculina, & quedam feminina: & mortuo vno primogenito erat verum, quod in illa domo erat mortuus aliquis primogenitus manentibus omnibus alijs, & sic de omnibus domibus Aegypti dici poterat, ergo satis stat mori aliquem in qualibet domo Aegypti, & hunc esse primogenitum; tamen non esse mortua omnia primogenita Aegypti. Antecedens patet, scilicet quod multa primogenita poterant esse in eadem domo, vt si vnus vir haberet multas vxores, quot vxores haberet tot primogenitos habere posset. Etiam quia habebant Aegyptij seruos, & ancillas, & isti gignebant filios habebantque primogenitos: multa ergo primogenita in Aegypto manere poterant destructis ibi, ita vt in qualibet domo vnus moreretur. Sed adhuc non oportet sic totaliter saluare: nam si vnus vir multas vxores haberet, & ex qualibet suscepisset primogenitum: non moriebatur, solum primogenitus vnus mulieris, vel si haberet seruos, & ancillas, & illi haberent primogenitos, non sufficiebat, quod vnus in tota domo moreretur, sed moriebatur cuiuslibet mulieris, aut cuiuslibet viri primogenitus: sic enim prædixerat Deus per Moysen supra vndecimo capitulo, media nocte ingrediar Aegyptum, & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum, a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius vsque ad primogenitum ancillæ, quæ est ad molam. In domo ergo Pharaonis non solum moreretur primogenitus Pharaonis, sed etiam primogeniti ancillarum: sic etiam in alijs domibus moriebantur primogeniti dominorum, & ancillarum atque seruorum. Sed hi soli erant primogeniti masculi: si igitur aliquis dominus domus haberet primogenitum feminini generis, & ancilla sua haberet primogenitum masculini generis, moreretur primogenitus ancillæ, & non primogenitum domini, quia erat feminini generis. Si autem primogenita tam domini, quam ancillarum essent feminini generis, non moreretur aliquod illorum. Sed redibit argumentum: quomodo ergo non fuit domus aliqua in tota Aegypto, in qua non fuisset aliquis primogenitus mortuus, cum tamen primogenita multa essent feminina? Respondetur, quod hoc satis fuit facile, quia in qualibet domo sic eveniebat, vt primogenitus domini siue, primogenitus ancillæ, vel alio modo esset generis masculini, & ille moriebatur, & dato, quod non haberet dominus aliquem primogenitum masculinum, nec serui sui haberent primogenita sexus masculini: si tamen aliquis de seruis erat primogenitus patri suo, aut matri suæ moriebatur, & ille sufficiebat pro tota domo ad hoc, quod non esset domus in tota Aegypto, in qua non esset mortuus aliquis: si tamen in eadem domo essent multi primogeniti masculini sexus, moriebantur omnes. Si forte vt in seruis, aut vernaculis, aut quibuslibet alijs domesticis nullus esset primogenitus, moriebatur vir, vel vxor, si primogeniti essent: & hoc identidem sufficiebat ad hoc, quod non esset aliqua domus, in toto Aegypto, in qua non iaceret aliquis mortuus: per omnes ergo istos modos non effugiebat, quin in qualibet domo esset aliquis primogenitus masculus, qui moreretur, & ille sufficiebat.

Quare

Quare Deus solos primogenitos masculos occidit in Aegypto: & non aliquas feminas.

Q V A E S T I O. XVI.

AD hoc autem est quedam ratio multum inductiua secundum id, pro quo Deus dabat istam penam: Deus enim in omnibus penis inflictiis Aegyptijs seruauit correspondentiam ad aliquod grauamen, quod exercuissent Aegyptij in Iudeos, cum pene sint medicina, & fiant per contraria, ut ait Arist. in secundo Ethicorum. Sed Deus dedit Aegyptijs istam penam, quia filios Iudeorum extinxerant in flumine, & mandabant obstetricibus, vt eos in partu effusione necarent, & omnes isti erant masculi, quia sic mandauerat Pharao: Quidquid masculini sexus fuerit occidite, feminas tantummodo seruate, vt patet supra primo cap. ergo in penam huius soli masculi occidi debebat. Dicendum ergo videtur satis firmiter, & valde probabiliter, quod primogenita tantum hominum, quam pecorum, quae Deus in Aegypto percussit, solum fuerunt primogenita masculina, omnia autem feminina saluata sunt: solum ergo debuit mandare sibi offerri primogenita masculina, & sic mandauit. Hoc autem in hominibus satis magnum habet fundamentum: sed in pecoribus quid dicendum est? nunquid mortua fuerunt primogenita tam masculina, quam feminina, vel sola masculina? Si autem dicatur masculina, & feminina, quaeretur, quare ergo Deus solum iussit in pecoribus offerri primogenita masculina, & nec sine dare causam, nisi redeamus ad illas, quas supra ponebamus, quae licet sint apparentes, tamen non sunt multum solidae. Si autem dicamus, quod solum masculina primogenita in pecoribus occisa sunt, quaeretur quare magis masculina, quam feminina, quia Deus ista occidit, quia Aegyptij non solum vexauerant Hebraeos laboribus, sed etiam iumenta eorum laboribus confecta mori faciebant: hoc autem non magis erat in masculinis animalibus, quam femininis. Respondetur, quod Deus facturus plagam in filios Aegyptiorum potuerat facere in quibuslibet sine primogenitis, siue non primogenitis: voluit tamen magis haec exercere in primogenitos ad maiorem afflictionem Aegyptiorum, cum magis diligentur primogeniti quam alij, quia sunt principium roboris patris. Etiam quia sortiebantur apud antiquos maiorem portionem de bonis parentum, & in hoc manebat domus, & nomen paternum: & sicut in hominibus seruauit, quia etiam in pecoribus, & iumentis facturus erat plagam, seruauit modum, quem seruauerat in viris. In Hebraeo autem aliter habet hic, scilicet. Omne quod aperit vuluam mihi dabitur, & omne pecus tuum masculabis. Et referunt ad duo. Primum referunt ad primogenita virorum: scilicet. Omne quod aperit vuluam mihi dabitur. Id est omne primogenitum in hominibus, quod dicitur aperire vuluam dabitur mihi: quia mihi sanctificari debet. Et omne pecus tuum masculabis. Id est omne pecus quod ex matris actione gignitur offeres mihi: sic enim dicunt, quod de hominibus non solum masculina, sed etiam primogenita dabantur Deo, scilicet quod redimebantur datis quinque siclis, vt patet Num. tertio cap. vbi agit de redemptione. Item dicunt istam sanctificationem, vel redemptionem primogenitorum humanorum fuisse propter liberationem primogenitorum Hebraeorum percussente angelo exterminatore primogenita Aegyptiorum. Sed non solum erant primogenita masculina, sed etiam feminina in Iudaeis, & Aegyptijs: ergo liberata fuerunt primogenita vtraque, & debebant redimi vtraque:

Tumentorum masculina ne an femina mortua fuerint i plaga Aegyptii.

F & hoc tam in hominibus, quam in pecoribus. Item de pecoribus satis patet, quia etiam reperitur multoties in Leuitico, quod femellae offerrentur: ergo poterant, & debebant offerri quando essent primogenitae. Sed ista litera non potest sic intelligi: semper enim falsa erit, nisi reducat ad sensum, quem facit litera nostra: & iste est, quem verissime intendit litera Hebraica, licet loquat valde improprie barbarico modo. debet enim sic reduci. Omne quod aperit vuluam, mihi dabitur, & omne pecus tuum masculabis. Id est & omne primogenitum in hominibus quod aperit vuluam masculabis, id est quod fuerit masculinum mihi dabitur. Et omne pecus tuum masculabis. Id est & omne pecus tuum quod aperit vuluam, id est quod est primogenitum, masculabis, id est si fuerit masculinum mihi dabitur. Exponendo autem, vt supra exponebatur a quibusdam non potest villo modo stare, quia tunc cum omne primogenitum hominis dari deberet, tam mares, quam feminae darentur. Sed hoc non potest stare, quia soli primogeniti masculini mandabantur redimi, vt patet supra 13. cap. & clarius habetur Num. tertio cap. cum dicitur. Numeri primogenitos sexus masculini de filiis Israel, tollesque mihi Leuitas pro omni primogenito filiorum Israel. Item rationes pro hac parte nullae sunt. Cum enim primo dicitur, quod ita redimi poterat primogenitum femininum quinque siclis, sicut primogenitum masculinum, dicendum quod non redimebatur: cum solum Deus mandasset redimi masculina, vt patet Numeri tertio capi. Ad aliam rationem, scilicet quod non solum primogenita masculina, sed etiam feminina fuerunt in Israelitis, & illa liberata sunt percussibus primogenitis Aegyptiorum, ergo quod debuerunt vtraque offerri. Respondetur, quod licet Aegyptij habuerint primogenita aliqua feminina, & hebraei similiter: tamen sola masculina primogenita perierunt in Aegyptijs, & haec sola in Hebraeis saluata dicuntur, quia licet primogenita feminina saluata non dicuntur, cum non perierint, quia non erant aliis peritura, sed primogenita masculina, quae aliis peritura erant percussibus primogenitis Aegyptiorum, nisi Deus eripuisset, saluata dicuntur. Alia pars literae, scilicet. Et omne pecus tuum masculabis. Si per se legatur non faciet aliquam conuenientem sententiam, quia erit sensus secundum corticem literae, quod deberet facere populus omnia pecora masculina. Sed hoc nihil est, quia nec est possibile, nec est aliquid ad propositum pertinens. Vel si accipiatur. Omne pecus tuum masculabis. Id est omnia pecora tua reputabis tanquam masculina, scilicet quod offeras ea tanquam masculina. Sed hoc nihil est: est enim falsum, quia non obligabantur offerre omnia pecora, nec debebant: oportet igitur redire ad sensum, quem facit litera nostra, scilicet quod in pecoribus primogenitum masculinum dandum Deo erat: & non solum sic, sed quod intelligatur totaliter secundum ordinationem literae nostrae, scilicet quod omne primogenitum, siue quod aperit vuluam in pecoribus, & sic masculinum Deo dari debebat: nam nec etiam verum est, quod omnia pecora masculina offerri deberent domino: & dato quod sic esset, nihil attinebat ad propositum, cum hic tractetur de redemptione, & sanctificatione primogenitorum. Ad rationem primam pro ista parte, scilicet quod non solum fuerunt primogenita pecorum masculina mortua, sed etiam feminina. Responsum fuit supra esse falsum, quia tam in hominibus, quam in iumentis sola masculina perierunt. Ad secundam rationem, scilicet quod in sacrificijs recipiuntur femellae, vt patet Leui. 3. cap. & 4. & 5. Respondetur si cut supra dictum est, quia hoc est in pacificis sacrificijs, & quibusdam pro peccato: quia non erant tantum directe in Deum, sicut quaedam alia: illa vero, quae totaliter

Diuersimode De colitur, & in alijs animalibus.

in Deum directa erant, vt holocausta solum fiebant a de masculinis, vt patet Leuit. 1. ca. Oblatio autem primogenitorum, licet non esset holocaustum erat tamen magnae obligationis, & multum directa in Deum, vt magis supra declarauimus. Item causa potissima huius est, quia dato quod in sacrificijs cuiuscunque generis reciperentur femellae: tamen quia ista primogenita dabantur pro redemptione, & liberatione primogenitorum Israelitarum, & pecorum suorum in Aegypto, & sola masculina liberata sunt: ergo sola masculina offerri licebat. De cunctis animantibus. Locutus fuerat Deus multum vniuersaliter, dicens debere dari primogenita de omnibus animantibus, ideo hic specificatur, quae sunt ista cuncta animantia, & dicit ea esse boues, & oues. Tam de bobus, quam de ouibus. Non solum ista duo animalium genera erant ad dandum de eis primogenita, sed etiam de capris, quia ista animalia tria erant immolatitia. Meum erit. Refertur ad superiora, scilicet omne quod aperit vuluam. Primogenitum asini redimes ouem. Id est quando asinus genuerit primogenitum, dabis pro illo ouem: nam deberet dari mihi primogenitus asini, cum mihi obligatus sit, quia in Aegypto liberaui primogenita iumentorum, sicut primogenita hominum: sed quia asinus animal immolatitium non est, debet dari pro illo ouis. Et accipitur hic ouis non pro indiuiduo, sed pro specie: nam accipiendo pro indiuiduo, significat sexum foemininum. Et non debebat loco alicuius primogeniti offerri aliquid foemininum, cum ipsa primogenita nunquam acciperentur, nisi essent masculina, vt probatum est. Accipiendo ouem pro specie non distinguitur sexus masculinum, nec foemininum: ideo potest indifferenter assumi pro sexu quocunque: sed hic solum accipi debebat masculus, dicendo quod commutaretur pro aliquo masculino in specie ouis, pro agno anniculo. Sin autem nec praecium pro eo dederis, occidetur. Id est si non commutaueris illud oue dando pro eo ouem, nec dederis praecium, occidetur. Duo ponuntur hic, scilicet quod daretur pro eo ouis, aut quod daretur praecium: si autem, nec ouis daretur, nec praecium decapitabatur. Aliqui putant praecium dandum pro primogenito asini esse ouem, quae pro eo mutabatur, tanquam si daretur ipse primogenitus asini. Sed falsum est, quia distinctum est praecium, & ouis pro qua commutabatur: nam qui habebat primogenitum asini, poterat dare pro redemptione eius ouem, aut pecuniam: erat autem pecunia, quae dabatur quinque siclis, sic patet Num. 18. c. scilicet omne animal, quod immundum est redimi facies, cuius redemptio erit post unum mensem siclis argenti quinque. Erat igitur in electione dantis offerre quod maluisset. Primogenitum filiorum tuorum redimes. Scilicet dando pro quolibet siclos quinque, vt patet Num. 3. c. quia Deus liberauerat primogenita masculina, tam Israelitarum quam pecorum suorum in Aegypto, erant ei obligata totaliter, quia si ipse non eripuisset, mortura erant. Erant autem obligata, vt applicarentur ad cultum Dei. Diuersimode autem potest Deus coli in homine, & in alijs animalibus, ideo non eodem modo applicabatur homo, & cetera animalia. Nam homo magis colitur Deum viuens, quam moriens, aut mortuus: ideo non occiduntur primogenita hominum, cum Deo applicari debent, sed mancipantur seruitio eius, vt ministrant coram eo, sicut Leuitae, qui ministrabant coram domino, & omnes qui se specialiter applicant ad cultum Dei: animalia autem bruta, quia non communicant ratione, non possunt ministrare ei: nec applicari possunt cultui eius viuentia, ideo applicantur per mortem, scilicet faciendo sacrificium de eis. Sed quia de animalibus brutis quaedam sunt immolatitia, quaedam vero non: rursus non possunt eodem modo applicari ad

Alph. Tost. super Exodum

cultum Dei omnia bruta, sed ea, quae immolatitia sunt immolantur, vt oues, caprae, & boues. Alia autem non sunt immolatitia, vt asinus, & ista applicantur Deo per commutationem, scilicet quod applicetur ouis loco eius, aut quod datur praecium pro eis, vt patet Num. 18. cap. f. Omne animal immundum redimi facies, primogenita autem bouis, ouis, & caprae non facies redimi, quia sanctificata sunt domino. De redemptione autem, & sanctificatione primogenitorum tangitur hic, sed non perfecte dicitur. De quibus habetur Num. 3. c. quantum ad redemptionem primogenitorum humanorum. De primogenitis autem brutorum habetur Num. 18. c.

Quare Deus mandabat offerri solum primogenita ouis, & bouis, caprae, ac hominis, & asini redimendo, & non equorum, & chameleorum, & sic de alijs animalibus.

Q V A E S T I O. XVII.

SED quaeret aliquis, quare solum mandantur sanctificari primogenita ouis, bouis, & caprae, & primogenita hominum, & primogenita asina. Nam non videtur esse maior ratio de asinibus, quam de aquinis, & chamelinis, & sic de ceteris animalibus domesticis. De alijs etiam domesticis eadem causa esse videtur, quia omnia primogenita animalium, quae apud Iudeos erant, liberata sunt: alijs dabatur quod aliqua de primogenitis, quae habebant Israelitae in possessione sua, morerentur: quod tamen falsum est, quia si vidissent Israelitae aliqua de primogenitis, quae possidebant mori, sicut primogenita, quae habebant Aegyptii, constarentur deficientes viribus, putantes Deum eis aduersum, & non auderent egredi de Aegypto iudicantes infaustum omne in exitu suo aliqua de primogenitis suis mori. Item & fortius, quia supra 11. c. cum praenunciaret Moyses istam plagam primogenitorum Pharaoni ait: Morietur omne primogenitum in terra Aegypti. & sequitur: Apud filios autem Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quanto miraculo diuidat Deus Aegyptios, & Israel. ergo nihil inter Israelitas omnino perit: igitur de omnibus alijs animalibus deberent Israelitae dare primogenita. Aliqui respondent dicentes, quod licet alia animalia haberint Iudaei, tamen de solo asino inter animalia immunda mentio facta est, quia magno adiutorio fuit eis in subuehendis filiis, & filiabus atque vxoribus, cunctaque suppellectili. Sed hoc non valet: nam eodem modo chameli ad hoc valde proficere poterant, cum maiora quam asini onera ferant. Idem de equis dicendum est, quia sunt ad subuehendum. Idem de mulis, quia in omnibus his primogenita sunt, quae oneri subuehendo valde conueniunt. Dicendum igitur, quod Hebraei in exitu de Aegypto alia animalia quam haec habuerunt, vel saltem cum occisa sunt primogenita Aegyptiorum, & animalium suorum: est enim verisimile, quod Iudaei haberent in domibus suis, sicut vbiq; terrarum consuetum est, aliquas domesticas aues, aut gallinas, aut anseres, & nihil de istis omnino perit ab angelo exterminatore. Cuius ratio esse poterat, quia forte in his non est assignare primogenitum, aut secundum, vel tertium, cum multa simul auis oua foueat, & omnia simul auentur. Et si forte daremus, quod in his posset assignari primogenitum, vel secundo genitum, vt si interdum vna auis, vnum solum foueret ouum, & deinde aliud, atq; hoc modo varijs temporibus formarentur fetus: tamen non adhuc debebant Hebraei soluere primogenita de his, quia primo modo, scilicet non distinguendo primogenita, non morerentur apud Aegyptios aliqua de istis auibus: quia nulla talis esset primogenita.

Pars Secunda.

Z

Si

Si autem dicamus, quod aliqua in his essent primogenita, morem autem omnes tales inter Aegyptios, & inter Hebraeos nihil omnino periret: non tamen ex hoc dicebantur talia primogenita apud Hebraeos liberata, quia illa sola apud Hebraeos liberata sunt, quae Hebraei de Aegypto eduxerunt, sed non educerent ipsi de Aegypto gallinas, & anseres, caeterasque in hunc modum domesticas aves, quin potius relinquerent in Aegypto: ergo non erant pro eis aliqua primogenita postea reditura Deo, quia in talibus utilitatem nullam consequerentur. Item habebant Hebraei in domibus suis in Aegypto mulos, & canes: inter quos est assignare primogenituram, & de his nihil omnino perijt, quia etiam non tamen non reddebant Israelitae primogenita propter duo. Tum quia non fuerunt ista saluata Hebraeis ex euntibus de Aegypto: quia licet mortua non fuerint: tamen non exierunt cum Israelitis exeuntibus de Aegypto: nam non est verisimile laborasse Hebraeos in educendo de Aegypto mulos, cum ubique terrarum nullo labore eos inuenire possent: praecipue cum ipsi itinere non possunt, nisi ab alijs ducantur, nisi satis modicum. Idem de canibus dicendum esset, quod non curauerunt eos educere secum Israelitae: quia ad nihil necessarios eos habebant. Secunda ratio est, quia dato quod ista de Aegypto exierint cum Israelitis, tamen ita erant parui momenti, quod non licebat ea domino applicari: ipsa namque in se erant immunda, ita quod offerri ea non licebat. Si igitur applicari deberent ad dominum, oporteret, quod aliquid loco eorum Deo daretur, sed non erat aliquid animal immolabile tam parui valoris, quod pro ipsis commutari posset: ergo nihil de eis dabatur: imo nec aliquid precium dandum erat, quia aliqua istorum erant Deo abominabilia, sicut precium canis, ut patet Deut. 23. c. Non offeres mercedem prostruili, nec precium canis in domum domini Dei tui. Alia autem animalia, quae magna forent, ut equi, muli, camelii, & similia iumenta ad ferendum onus nata, non erant Iudaeis in Aegypto, ideo non eduxerunt ea secum inde, nec pro talibus obligati fuerunt in futurum solueret primogenita, cum nihil tale a Deo eis liberatum fuerit in plaga primogenitorum: soli autem asini inter iumenta apud Iudaeos tunc erant, & in his filios, & filias atque uxores, & res suas eduxerunt de Aegypto, ideo eorum primogenita solum eis liberata sunt: istorum ergo primogenita de cunctis iumentis domino erant obligata, ut offerretur pro eis aliquid animal, aut daretur pro eis precium, quod erat quinq; siclorum: si autem equos in Aegypto habuissent, & eos secum eduxissent, liberasset Deus primogenita eorum ab illa clade primogenitorum, ideo essent illa primogenita obligata Deo, & daretur aliquid animal pro eis, sicut dabatur pro primogenitis asinorum: de pecoribus autem quae sunt bestiae comestibiles, quemadmodum sunt animalia, quae communiter ab omnibus nutriuntur, & mansueta sunt, ut oves, boues, & caprae, non est dubium, cum de his saepe fiat mentio in isto libro, & in libro Numerorum, quod obtulerunt in deserto, ut patet supra 24. c. & Num. 7. & Leuit. 8. & 9. & 10. & Nu. 28. De his igitur debebant dari primogenita, & quia erant animalia munda debebant immolari. Sic mandatur Num. 18. c. Et si obijciatur de eo, quod habetur supra 13. c. f. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam, tam de hominibus, quam de iumentis. Respondent quidam Hebraei, quod in Hebrago ponuntur duo nomina signantia bestias, scilicet (Vehemab) & (haia), & in plurali (Vehemoth) & (hioth). & behemab significat bestias comestibiles, quae non sunt ferae. Haia signat bestias non comestibiles: siue feras, quae etiam sunt comestibiles: ibi autem ponitur vehemeth, & non

Propter duo Israelitae non reddebant primogenita canum, & canorum.

Israelitae exitu de Aegypto non habuerunt de iumentis nisi asinum.

F hioth, quod signat bestias comestibiles domesticas, quales sunt istae tres: ille autem, quae comestibiles sunt, & ferae, non signantur hoc nomine, ideo per iumenta, quae in litera nostra ponuntur hic modo solum innuuntur boues, oves, & caprae, quae omnia immolantur: asinus autem non intelligitur sub hac nominatione, quia non pertinet ad immolabilia. Sed non potest stare conuenienter ista responsio, innitendo significationi dictionis huius quomodocumque assumatur: nam assumendo pro solis bestijs comestibilibus, & domesticis, non stat bene positum, quia tunc non includeretur sub ista lege omnia primogenita danda Deo: nam asinus non includeretur, sed hoc inconueniens est, quia ibi datur regula vniuersalis: ergo non debet accipi sic illud nomen. Item accipiendo sic, cum esset porcus animal domesticum, & comestibile, includeretur sub ista lege: sed non includitur, quia nec talia animalia de Aegypto Iudaei eduxerunt, nec talia offerri licebat. Dicendum igitur, quod ibi accipitur iumentum large pro omni quadrupede, siue comestibili, siue non comestibili: sed non manet in tota latitudine significationis suae, sed restringitur ad signandum sola pecora trium specierum, scilicet boues, oves, & capras, & asinos, qui non pertinent ad comestibilia. Non apparebit in conspectu meo vacuus. Sed adduces aliquid ad offerendum. Et hoc conuenienter hic interfertur, quia hic agitur de festiuitatibus tribus, in quibus ascendere debebant omnes Israelitae in sanctuarii locum, quorum prima festiuitas erat solennitas azymorum: ad monet ergo eos hic qualiter coram domino debeant comparere, scilicet quod quando in his festiuitatibus ascenderit, non veniant vacui, sed apportent secum aliquid ad offerendum domino de pecoribus, aut pecunias, ex quibus emerentur pecora offerenda. In conspectu meo. Id est in praesentia mea, ubique est conspectus Dei, & praesentia eius: quia in omni loco oculi domini contemplantur bonos, & malos: ut patet Prou. 15. c. sed dicitur conspectus Dei, ubi specialiter Deus conspicitur. & hoc est in sanctuario, ubi colitur, & ei sacrificia offeruntur. Ad hunc autem locum nullus debebat venire vacuus, cum ad solennitates istas, quae in litera ponuntur ascenderet. Sex diebus operaberis. Hic replicat Deus obseruantiam vniuersae festiuitatis, quae saepe in anno replicabatur, scilicet obseruantiam Sabbathi, & replicatur ad maiorem impressionem, & ut videatur, quod voluntas Dei est, ut haec seruentur: nam cum semel aliquis mandauerit aliquid, non ita plene constat illud intentionis suae esse: sicut cum saepe idem repetat. Et causa replicationis huius obseruationis in isto loco est, quia fiebat hic mentio de ascensu ad festiuitates tres in locum sanctuarii, putaret autem aliquis, quod cum ascenderet, posset in diebus Sabbathorum ambulare: Deus autem cum replicat hic obseruantiam hanc, innuit debere obseruari Sabbathum omni tempore, & non infringi pro aliquid alterum. Sex diebus operaberis. Incipiendo a prima die hebdomadae, quae est dies dominica, & vocatur vna Sabbathorum, siue prima Sabbathi secundum consuetudinem Euangelistarum, ut patet Matth. 28. c. & loquitur hic de operibus, quae erant vetita in Sabbatho, siue essent seruilia, siue non. Et septimo cessabis arare, & metere. Ponit ista duo, quae sunt opera satis magne necessitatis, ut exclusis his videantur exclusa omnia alia, quae non sunt tantae necessitatis, aut non maioris.

An dispensabile esset, quod in Sabbatho araretur, & meteretur. Et an esset in Sabbatho prohibita commixtio carnalis cum uxore.

Q V A E S T I O. XVIII.

DICUNT autem quidam Iudaei, nullo modo esse dispensabile, ut in Sabbatho fierent ista opera nomi-

nominata, scilicet arare, & metere. Sed falsum est, quia quod a deo illicitum est, necessitas licitum facit: urgente igitur necessitate quodlibet horum licite fieret, quia sicut bouem in puteum cadentem die Sabbathi inde educi licet, & asinum, aut asinum ad praecipue alligatum inde solui, & duci ad aduandandum, ut patet Luc. 13. & 14. c. ex testimonio Saluatoris, & concessione omnium Iudaeorum, quia ista necessitatis opera sunt: ita si aliqua tempestas, aut hostilis strages, vel vastatio super fruges existentes in agris, aut arborum futura videretur poterat ei succurri laborando in Sabbatho, quia maior necessitas ista est, ergo magis licitum fit opus. Item Rabbi Salomon dicit, quod licebat in Sabbatho colligere manipulum nouarum spicarum ad offerendum coram domino. Quidam doctor Hebraeorum dixit hanc literam intelligendam fore de commixtione carnali, scilicet Septimo die cessabis arare, & metere. Id est in sex diebus precedentibus poteris carnaliter accedere ad uxorem: in septimo, scilicet Sabbatho cessabis arare, & metere, scilicet cessabis coire. Sed ista magna fatuitas est: quia si Deus talia dicere intendere, aperte dixisset: nam sacra scriptura non erubescit de his aperte loqui. Item quia hoc licitum est in se, imo multoties valde meritorum inter legitimas personas obseruato debito fine, & alijs circumstantijs, non erat ergo vetandum hoc in Sabbatho. Solemnitatem hebdomadarum. Hic ponitur secunda festiuitas de tribus principalibus, quae hic ponuntur, & est solennitas Pentecostes, quae distabat quinquaginta diebus a die azymorum, & habet se ad suum Pascha azymorum, sicut Pentecostes apud nos se habet ad Pascha resurrectionis, quia utrobique est distantia quinquaginta dierum. Et vocatur ista festiuitas hebdomadarum, quia fiebat per computationem hebdomadarum: nam a die altero post diem primum azymorum, in quo offerebatur manipulus spicarum, computabantur septem hebdomadae usque ad completionem earum, & altera die post completionem fiebat festum Pentecostes, siue hebdomadarum. Nulla alia festiuitas fiebat per computationem hebdomadarum nisi haec, ideo haec sola vocatur solennitas hebdomadarum: sic dicitur Leuit. 23. c. numerabis ergo ab altero die Sabbathi, in quo obtulistis manipulum primitiarum septem hebdomadas plenas usque ad alteram diem expletionis hebdomadae, id est quinquaginta dies: & sic offeretis sacrificium nouum. Solemnitatem hebdomadarum. Id est solennitatem Pentecostes. Facies tibi. Ista solennitas durabat vnica die, & veniebant omnes Israelitae in locum sanctuarii, & offerebant victimas pacificas, & epulabantur atque letabantur coram domino, ut patet Leuit. 16. c. ubi de his tribus solennitatibus agitur. In primitijs frugum messis triticeae. Id est quando primo incipit meti triticum, vel quando dantur primitiae de messe triticea, quod ad idem pertinet: quia cum incipiunt messes tritici colligi, dantur primitiae eius, ideo in hac festiuitate offerebatur nouum sacrificium de messe triticea: quia sicut in festiuitate azymorum offerebatur fasciculus spicarum ordeacearum, ita in hac festiuitate offerebantur duo panes triticei de nouo tritico antequam quisquam de tritico illius anni comederet. Sic patet Leuit. 23. c. cum dicitur: Et sic offeretis sacrificium nouum domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similiae fermentatae, quos coquetis in primitijs domini. Et solennitatem. Hic ponitur tertia festiuitas de his tribus principalibus in toto anno, & est festiuitas tabernaculorum, quae fiebat in memoria transitus per desertum, & habitationis ibidem, cum in tabernaculis frondiua habitabant, ideo in festiuitate illa fiebat tabernacula de frondibus, & ramis arborum, & caeremoniae quaedam exultationis, ut patet Leuit. 23. cap. fiebat autem haec festiuitas in septimo mense, Alph. Toft. super Exodum

Opinio cuiuslibet Hebraei fatuitas.

Festum Pentecostes cuiuslibet hebdomadarum.

qui est September: aliquando coincidit cum magna parte Octobris nostri: incipit autem die quintodecimo, & durat per septem dies. etiam Octauus solennis erat, licet non pertineret specialiter ad festiuitatem istam: & in illo fiebant certus, & collectae, id est totus populus Israel, qui conuenerat ad solennitatem, colligebatur in vnum locum, & ibi petebatur ab omnibus, ut contribuerent ad expensas sanctuarii, & quilibet contributebat, quod volebat, ut patet Nu. 29. c. Vocatur autem ista solennitas duobus nominibus, scilicet festiuitas tabernaculorum, & festiuitas Scenophegiae, & quasi ad vnum signatum pertinent: nisi quod vnum est Latinum, alterum Graecum: vocatur enim festum tabernaculorum, quia in illo die faciebant Iudaei tabernacula de ramis arborum ad memoriam habitationis in deserto, cum in vmbra arborum morabantur: vocatur Scenophegia, id est communis comestio, vel vmbrosa comestio, quia omnes in publico comedebant facientes tabernacula ramosa extra domos, vel in solaris: aut nudabant tectum domus, vel quomodolibet aliter: ita ut apparerent in luce, & manifesti essent caelo. De his tribus solennitatibus habetur supra 23. c. ubi mandantur obseruari: & Leuit. 23. ubi ponuntur caeremoniae, quae fiebant in ipsis, & Num. 28. & 29. ubi ponitur ritus sacrificiorum in his solennitatibus: & Deuter. 16. c. ubi repetuntur praedicta de eis in alijs libris. Quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Hic declarat de ista solennitate quando fieri debeat, & dicit quod fit quando est finis anni, & cuncta colliguntur de agris in domos. Est enim festiuitas haec a die quintodecimo mensis septimi, qui est September usque ad diem vigesimum secundum eiusdem mensis, ut patet Leuit. 23. & Nu. 29. c. & in isto mense annus incipit. Cum etiam omnia conduntur, id est omnes fructus, qui in agris erant colliguntur, & reponuntur in domibus in custodia, quod est condere: est autem hoc in Septembri, quia in terris temperatis valde quae admodum est terra Chanaan, incipiente Septembri sunt collecti omnes fructus. Tunc autem dicitur redire tempus anni, id est tunc dicitur incipere annus, quia finitus fuit vnus annus, & redit alius.

Eadem in veteri testamento erat festiuitas tabernaculorum, & Scenophegiae.

Quomodo annus dicatur redire in mense Septembri, cum sit ille septimus mensis anni secundum Hebraeos.

Q V A E S T I O. XIX.

SED quares quomodo dicatur redire annus, cum tunc sit septimus mensis, & annus incipiat in primo mense. Respondetur, quod annus computatur dupliciter, aut quantum ad festiuitates, aut quantum ad vera inchoationem suam. Quantum ad festiuitates annus incipit in Martio, & tunc septimus mensis est September. Quantum ad naturalem inchoationem annus incipit in Septembri, & est Martius septimus mensis. Hoc declaratum fuit latius supra 12. c. nam annus, ad hoc quod naturaliter incipiat, debet inde incipere, unde mundi duratio incepit: ut non sit aliqua duratio temporalis, quae annorum mensura non numeretur, quod tamen contingeret, si non inciperet annus ab eo tempore, in quo fuit exordium durationis rerum: fuit autem exordium rerum quando mundus creatus est: creatio autem mundi facta fuit in Septembri, id est quando mundus creatus fuit, incepit tale tempus secundum conditionem rerum noniter generabilium, & corruptibilium, quale est in Septembri, ut probauimus Gen. 1. & 7. capitu. ab hoc ergo mense Iudaei annum computabant antequam egrederentur de Aegypto: ideo quando Deus eripere voluit Israelitas in-

Primus annus seculi incepit in Septembri. & ibi mundus creatus est.

de: tunc mutauit principium anni, dicens: Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni, si enim ante hoc mensis ille, scilicet Martius, in quo tunc erant Iudaei fuisse semper primus mensis anni, non oportuisset, quod Deus illud mandaret, quia iam erat, esset enim superfluum mandatum. Item quia dicitur mensis iste primus erit in mensibus anni: & sic postea obseruauerunt, quia licet in computatione festorum accipiatur mensis, ille tanquam primus ex euentu illo mirabili, scilicet quod Deus voluit eos tunc eripere, & assumere sibi in populum, tamen in contraetibus, & modis vulgaribus accipiendi Septembris habetur tanquam primus mensis, & isto modo accipitur hic, quod annus tunc redit quando fructus collecti sunt, quod est in Septembri. Sed adhuc argues contra hoc, quia supra 23. c. dicitur quod festiuitas ista sit in exitu anni, scilicet, solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris de agro omnes fruges tuas: hic autem dicitur in principio anni, scilicet redeunte anni tempore. Respondetur, quod idem sunt ista: nam tempus est aliquid continuum: continua autem se habent, quod vltima eorum sunt idem: cum igitur finis vnus anni, & principium alterius sunt duo vltima: necessarium est quod sint idem. non enim potest poni aliqua pars temporis quantumcunque modica inter finem vnus, & principium alterius, sed ponitur vnus in istis imaginarij, quod terminat vnus, & facit inchoari alium: idem igitur est dici, quod aliquid sit in fine vnus anni, vel principio alterius, quia ista duo ad idem pertinent. *Tribus temporibus anni.* Posuit supra Moyses tres festiuitates principales totius anni: hic ponit quandam proprietatem illarum trium, quae non conuenit alicui alteri festo, scilicet quod in qualibet harum festiuitatum ascenderet quilibet Israelita in sanctuarium. Quae autem sunt ista tria tempora, quibus apparere deberet quilibet Israelita in loco sanctuarij? Respondetur, quod sunt ea, quae proximè nominata sunt, scilicet festiuitas azymorum, quae erat in Martio, & festiuitas Pentecostes, quae erat in Maio, & festiuitas Tabernaculorum, quae erat in Septembri.

Quare ascendebant Israelitae omnes ter in anno ad locum sanctuarij.

QVAESTIO. XX.

QVAERES autem, quare ascendebant omnes Israelitae ter per annum in locum sanctuarij? Respondetur, quod fiebat hoc ad augmentandum, & radicandum cultum fidelium Hebraeorum, quem Deo exhibebant, & vt ille continuè maior fieret: consistebat autem cultus Dei principaliter in fide, spe, & charitate ad ipsum, vt ait August. in Enchiridion: nam vt patet Ioan. 4. c. Deus spiritus est, & qui eum colere siue adorare debent, oportet eos in spiritu ambulare: iste autem cultus nec loca discernit, nec tempora, quia semper & vbique puris mentibus exhiberi potest, & hunc Iudaei habere debebant vbicumque essent. Praeter hunc tamen est alius cultus consistens in quibusdam obsequijs exterioribus: & istum specialiter erudiebat lex vetus. Sunt isti cultus exteriores quaedam caeremoniae, & ille secundum quas potissimum videbatur se habere homo in Deum, sunt sacrificia & oblationes: haec autem non poterant fieri in quolibet loco terrae promissionis, sed in vno solo, scilicet in atrio tabernaculi: erat autem vnicum tabernaculum, & vnicum sanctuarium in tota terra promissionis, & in illo offerri debebat quicquid offerretur, qui autem foris

F obtulisset faciens sacrificia, reus mortis erat, ac si sanguinem effudisset, vt patet Leuit. 17. c. idem habetur Deuter. 12. In alijs autem locis terrae Chanaan, solum erant quaedam Synagogae particulae, in quibus per Sabbatha doctores eorum praedicabant, & exponabant libros Moyse secundum consuetudinem Iudaeorum, vt patet Luca 4. c. & Actuum 13. cap. vbi Paulus per Sabbatha praedicabat post lectionem librorum Moyse: in alijs namque diebus vacabant laboribus, & non poterant conuenire ad audiendum praedicationis verbum: in his tamen Synagogis nunquam sacrificia videbant, nec alios ritus legis. Vt ergo ista non deleantur obliuione, mandabat Deus ea frequentari, scilicet ter in anno ascendendo, & tunc videbat totus populus gloriam tabernaculi, & ministracionem admirabilem sacerdotum in apparatu honoris, & multitudinem canentium Leuitarum, caeteraque ministracionem huiusmodi decorantia: & per hoc afficiebantur magis ad cultum Dei sui, & tenacius ei adhaerebant. Item fiebat hoc, vt totus populus Deo praestaret obsequium, offerendo aliquid in sacrificijs, sicut dicebatur supra: Non apparebis vacuus coram me, id est quandoocunque veneris coram me, scilicet in his tribus festiuitatibus anni, non venies vacuus, sed apporabis aliquid ad sacrificandum: nam si ad solam memoriam caeremoniarum istarum ascendere deberent in sanctuarium, sufficeret in quolibet anno semel omnes ascendere, quia sic non obliuiscerentur: hoc tamen modicum erat ad exhibendum aliquem cultum Deo in sacrificijs, ideo iubebat ter ascendere, & qualibet vice quilibet offerere iuxta id, quod poterat, quia dominus sic admonebat, vt patet Deuter. 12. & 16. c. Item quia in quadam festiuitate harum, scilicet tabernaculorum, erat ceteris, & collecta, id est congregabatur totus populus, & quilibet aliquid de pecunijs erogabat ad expensas sacrificiorum, vt patet Num. 29. c. Item fiebat ista congregatio, vt viderentur omnes pertinere ad vnum Deum: nam si Iudaei nunquam conuenirent in vnum locum ad colendum Deum: cum ipsi debiles in fide essent, putarent se diuersos Deos colere, nec vllatenus in vnitatem fidei, & cultus conuenire. Et ista etiam erat causa, quare non fiebant diuersa sanctuaria: cum autem omnes simul ad illum locum oblaturi conuenirent, clarissimè cognoscebant se homodoxos, id est vnus fidei esse, quod satis magnum gaudium erat.

Quomodo distantes à loco sanctuarij poterant ter in anno ascendere ad illud, quia ad hoc sequebantur multa inconuenientia.

QVAESTIO. XXI.

QVAERET adhuc aliquis quomodo illi, qui erant multum distantes à loco sanctuarij, possent ascendere ter in anno ad illud, vt si aliqui morabantur in extremitatibus longitudinis terrae promissionis distantes quin quaginta, aut sexaginta, vel pluribus leucis à loco sanctuarij, & forte quasi centum, quomodo possent ascendere ter. Et ad hoc videbantur sequi multa inconuenientia. Primum, quia videbatur quibusdam penè impossibile, scilicet si habitarent longè, vt dicebatur: nam dato quod inter Pentecosten & festum Tabernaculorum esset eis satis magnum tempus, scilicet spatium quatuor mensium: quia Pentecosten erat in principio mensis tertij, & festum Tabernaculorum erat in die quintadecima mensis septimi.

Item

Iudaei in tota terra promissionis solum vni tabernaculum habebat quo sacrificia faciebant.

Item inter festum tabernaculorum, & sequens festum azymorum erant menses sex, in quo satis poterat quilibet in tota terra promissionis venire in locum sanctuarij, & cum venire de loco sanctuarij satis ei de tempore restabat ad eundem rursus in locum, de quo venerat ante sequens festum: tunc inter festum azymorum, & Pentecosten non erat tempus conueniens ad hoc: nam qui ascenderant in festo azymorum ad locum sanctuarij, manebant ibidem vsque ad diem septimum, qui erat dies magnus festiuitatis, vt patet Leuit. 23. & manebat ibi turba, vt patet Ioan. 8. c. quia in die magno festiuitatis, qui erat nouissimè clamabatur Iesus ad turbas. Dempis ergo istis septem diebus manebant sex hebdomadae inter hunc diem, & Pentecosten: cum totum spatium inter festum azymorum computando à principio vsque ad Pentecosten esset septem hebdomadarum, vt patet Leuit. 23. c. In illis ergo sex hebdomadis oportebat redire in terram suam, & iterum venire in locum sanctuarij. Cum autem esset valde magnum spatium, vt potè septuaginta, vel octuaginta leucarum, non videretur esse opportunum tempus ad eundem, & redeundum: quia totum penè tempus consumeretur eundo, & redeundo, & non possent manere in patria sua, nisi valde paucis diebus, ita vt inutilis esset reditus, & labor itineris superfluus. Aliud autem inconueniens erat, quia non solum in ista festiuitate Pentecostes, & azymorum quantum ad tempus intermedium esset difficultas ire & redire: sed etiam erat magna occupatio temporis quantum ad alia festa: nam cum ter ascenderent, & totiens descenderent, ambulabant sexies iter illud: qui ergo in partibus distantibus à sanctuario habitabant, magnam partem temporis consumerent ambulando istud iter, & maximè quia morabantur aliquot diebus in loco sanctuarij, i. diebus septem in festo azymorum, & diebus octo in festo tabernaculorum: hoc autem erat deperdere magnam partem laborum anni: praecipuè cum haec iterationes fierent in tempore, quo magis essent opportuni labores, sicut in tempore messis triticeae, & in tempore vindemiae quando veniebant ad festum Scenophae. Aliud erat inconueniens, quia cum homines itinerando multa consumant, cum isti quolibet anno totiens itinerare cogerentur, oportebat eos depauperari. Respondetur ad hoc sicut in positionem plurimorum Hebraeorum, quia ista lex ponebatur pro illis, qui erant propinqui loco sanctuarij, qui sine magnis laboribus, & temporis perditione venire poterant: cum illis autem, qui multum distabant à loco sanctuarij dispensabatur, vt solum vna vice venirent, sicut in festo azymorum: quia istud erat principale. Et tunc non stat aliquod de inconuenientibus supra allegatis. Primum erat, quod non videbatur possibile, aut saltem opportunum in tam paucis temporibus eos ire & redire, quam paucis est inter festum azymorum, & Pentecosten, existente autem ista positione non procedit inconueniens illud, quia ante festum azymorum veniebant in locum sanctuarij illi, qui distabant: deinde reuertebantur in terram suam, ante festum Pentecosten, & sic nullo modo vrgebat eos breuitas temporis inter festum azymorum & Pentecosten. Secundum inconueniens erat, quod magnam partem anni in his iterationibus consumerent. Hoc autem non stat posito isto fundamento, quia cum solum semel tenerentur ascendere illuc, paucum de tpe in his consumerent. Tertium inconueniens erat, quod multum depauperarentur in eundo, & redeundo totiens. Respondetur, quod cum solum semel in anno hoc contingeret, non multum grauabantur, qui autem propinqui erant (etiam si ter venirent) non recipiebant magnum laborem in his iterationibus. Alij autem respondent aliter, sicut illi, qui erant propinqui loco, in quo erat sanctuarium veniebant ter in quolibet anno ad lo

Alph. Tost. super Exodum

Secundum inconueniens.

Tertium inconueniens.

R. s. s. m. ista ponit ad inconuenientia adducta.

A cum sanctuarij: qui autem erant distantes valde, veniebant solum in tertio anno his tribus vicibus: in alijs autem annis duobus intermedijs non obligabantur venire, & sic de triennio in triennium venire non erat eis graue. Hoc autem persuadent hac ratione: quia dicitur Deut. 14. c. quod decima quaedam, quae erat tertia separanda erat in anno tertio, & videbatur hac separari, vt daretur Leuitis, & pauperibus in loco sanctuarij: ergo videtur quod in tertio anno erat necessitas eundi specialiter ad locum sanctuarij. Sed hoc nihil est, quia ibi non dicitur de decima comedenda in loco sanctuarij, quia illa est secunda decima, & fiebat quolibet anno, de qua Deut. 14. cap. in fine dicitur, quod decima pars fructuum quolibet anno tollenda est: & ferebatur in loco sanctuarij, & si longior erat terra vendebatur illi fructus, & ducta pecunia in loco sanctuarij, emebatur dans illam decimam quicquid volebat ex illa pecunia, & comedeat coram domino vocans Leuitas, & peregrinos, pauperes, & aduenas, vt comederent secum: hoc autem per singulos annos soluebatur: quia in principio illius literae, quae de hac decima loquitur, dicitur: Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos: alia autem decima, quae tertia erat, non comedebatur in loco sanctuarij, sed in loco, in quo colligebatur, seruabatur, donec ibidem distribuere pauperibus, & Leuitis, vt patet Deuter. 14. capitulo, cum dicitur: Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quae nascuntur tibi eo tempore, & repones intra ianuas tuas, venietque Leuitas, & peregrinus, & pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt: & comedent atque iaturabuntur, vt benedicat tibi dominus: non ergo potest intelligi de hac decima. Item dato quod ista decima tertia darentur in tertio anno in loco sanctuarij: non ex hoc sequeretur magis hoc dici, de distantibus quam de non distantibus, cum non fiat aliqua distinctio, siue differentia inter vtroque: si tamen lex voluisset istos, qui longe erant in tertio anno solum obligari ad ascendendum, & alios in quolibet anno distincta de eis: sed nihil distinguit, aut distinguendum esse innuit. Item non potest stare vlllo modo, quia semper manet inconuenientia assignata supra de longitudine viae, quia non videretur opportunè posse venire de terra longinqua ad sanctuarium in festo azymorum, & quod rediret in terram suam iterum venturus in sanctuarium ad festum Pentecosten. Item quia magnam partem anni impedirent in peragendo sexies tantum iter, & manendo in sanctuarij loco, & erat ista pars anni conuenientior ad labores. Item quia sic multum depauperabantur: non est igitur conueniens positio. Item non potest stare, quod solum in tertio anno compellerentur ascendere ter, quia etiam in quolibet anno litera mandabat, quod venirent in locum sanctuarij etiam illi, qui multum distabant, vt patet Deuter. 14. capitulo: cum mandatur, quod fructus decimarentur, & decima illa portarent in locum sanctuarij, & postea sequitur: cum longior fuerit via, & locus, quem elegerit dominus Deus tuus, nec poteris ad eum cuncta portare: vendas omnia, & in precium rediges, portabisque pecuniam in manu tua ad locum, quem elegerit dominus, & ex eadem pecunia emes quicquid tibi placuerit. Et si forte obiecas, quod hoc intelligitur de decima tertij anni, non ita, quia illa non ferebatur in loco sanctuarij. Item quia in eadem litera continuatiuè patet, quod non intelligatur de decima, quae fiebat in tertio anno, sed de illa, quae fiebat quolibet anno, quia supra dicebatur: Decimam partem separabis de cunctis fructibus, qui nascuntur in terra per annos singulos, & completis his subiungitur infra de decima, quae fiebat de triennio in triennium.

Pars Secunda.

Z 3

Di-

Dicendum igitur, qd ista secunda positio stare non potest, sed prima illa tamen temperanda est, quia dici oportet, qd aut bis in quolibet anno ascendebant, qui erant in partibus distantibus, s. in festo azymorum, & tabernaculorum: aut si dicatur, qd solum semel ascendebant: necessarium est, qd non esset istud festum azymorum, sed tabernaculorum, quia aliquo tempore cogebantur ascendere omnes tempore tabernaculorum ad locum sanctuarii. Vel forte dicendum, qd in quibusdam annis ascendebant solum semel, s. in festo azymorum, & in alijs annis ascendebant bis, s. in festo azymorum, & tabernaculorum, quia aliquo tempore cogebantur ascendere omnes Israelitae in locum sanctuarii per festum tabernaculorum, vt erat in anno septimo remissionis, quia conueniebant tunc omnes, & legebatur coram eis Deuteronomius legis, vt patet Deut. 3. 1. c. cum dicit: Praecepit eis dicens: post septem annos, anno remissionis in festo tabernaculorum concurrentibus cunctis filiis Israel, vt appareant in conspectu domini in loco, quem elegerit, leges verba legis huius coram omni Israel audientibus cunctis, & omni populo congregato, tam viris quam mulieribus: si ergo quolibet anno tenerentur ascendere omnes in festo azymorum ad locum sanctuarii, in septimo anno tenerentur ascendere bis, scilicet in azymorum solennitate, & in festo Scenophaeiae, siue tabernaculorum. Et hoc tenendum est. Nec in hoc erat magnum grauenam habitantibus in locis distantibus a sanctuario, cum de septennio in septennium bis ascenderent. & si forte hoc tanquam grauenam reputarent, non erat curandum de hoc: quia cum Deum colere naturaliter teneamur, aliquid ei impendere oportet, & aliquid temporis quantum ad labores nostros relinquere, cum isti labores vertantur in magnum lucrum. Colentibus namque Deum recto corde, etiam ipsa temporalia abundant, sicut patet in tota sacra scriptura. Isa. 1. c. dicitur: Si uolueritis, & in mandatis meis ambulaueritis, bona terra comedetis: & si aliquis bonum putans solis rebus suis insudare derelicta vacatione necessaria in cultu Dei, solis rebus suis intendat, non prosperabitur, vt patet per Aggeum Prophetam 1. & 2. c. ubi Israelitae, licet multum laborarent nihil assimebant fructuum, quia solis suis occupationibus studentes templum domini restaurare negligebant. *Omne masculinum tuum.*

Colentibus Deum recto corde etiam ipsa temporalia abundant.

Quare feminae non ascendebant ter in anno ad locum sanctuarii.

QVAESTIO. XXII.

SOLI masculi obligabantur ascendere ad istas solennitates, foeminae uero nequaquam, quia non est honestum mulieribus varias terras discurrere propter verecundiam sexus, repugnat enim itineratiua communicatio moribus foeminarum, qui taciti, & verecundi atque valde compositi esse debent: in itineratione autem reuelatur turpitudine earum. Item quia foeminae sunt molles, & inepte ad labores duos: itinerare autem laboriosum est. Item quia necessarium erat aliquos manere in domibus ad habendum curam rei familiaris, s. de animalibus, ne perderentur, & morerentur nullo gerente curam eorum: gerenda etiam erat cura de familia, vt de seruis, & ancillis, licet de seruis, qui erant empticij, non erat necessarium curam gerere, cum ipsi quoque ascendere debebant in locum sanctuarii, quia Iudaei erant sicut domini sui, quia domini compellebantur seruos tuos circumcidere, & facere custodie ritus Hebraicos, vt patet supra 12. ca. scilicet. Omnis seruus empticius circumcidetur, & sic

comedet illud. De ancillis tamen cura gerenda erat, quia ipse manebant in domo, cum non obligarentur ascendere in sanctuarii locum, quia non erant viri: licet aliquando cum dominis suis ascenderent, vt patet Deuter. 12. & 16. ubi cum agatur de pacificis hostiis, quas ascendentes offerrent in sanctuario: dicitur qd offerens comederet, & cum eo filius eius, & filia, seruus, & ancilla, & Leuita, & peregrini: si tamen non ascenderent ancillae, non possent comedere de sacrificiis pacificis: erat igitur potissima cura de animalibus domesticis habenda, pro qua foeminae necessariae erant in domibus: aliquando tamen foeminae ascendebant alternando vices, scilicet vt nunc ascenderet vna foemina alicuius domus, & alia vice ascenderet alia foemina eiusdem domus, vt ipse viderent sacrificia Dei, & sanctuarii, & totam illam gloriam Dei, & sic ipse magis ad cultum Dei allicerentur, sicut & viri alliciendi erant, & sic domus solitariae non manerent in exitium totius rei familiaris: quando tamen erant terrae propinque loco sanctuarii, plures de foeminis ascendebant, vt patet de Domina nostra Beata Virgine commorante cum sponso suo Ioseph, quia ascendebat in sanctuario, vt patet Luc. c. 2. & sic aliae denotae mulieres, & tamen Nazaret, hinc de Domina nostra veniebat in Ierusalem cum sponso suo Ioseph, aequaliter distat a Ierusalem, vt patet in libro de diuisione terrae sanctae. *Omne masculinum.* Id est omnis masculus. Sed non est intelligendum, qd omnes masculi tenerentur apparere in loco sanctuarii ter in anno, quia pueri paruuli non tenebantur, quia isti non poterant illuc ascendere, nisi ab alijs portarentur: qd autem portarentur difficile erat, & dato qd esset facile, erat inutile, quia nihil conferebat pueris his, qd illuc portarentur, nec parentibus eorum: nam intentio quare ascendebant masculi in locum sanctuarii, erat, vt viderent sacrificia, & vt ipsi sacrificarent atque, si callicerentur ad cultum Dei intentus: sed in paruulis non erat hoc, quia non erant rationis capaces, nec aliquid horum perciperent. Dicendum igitur de masculinis, qd non omnes obligantur ascendere in locum sanctuarii, sed solum illi, qui ascendere per se poterant, & rationis capaces erant: propter primam igitur si aliquis infirmaretur, ita qd per se ascendere non possent, non portabatur in iumen to aliquo, quia forte nocuum ei esset. Item pueri paruuli, qui non poterant per se ambulare, non tenebantur ascendere, nec patres illos portare tenebantur: cum uero inciperent esse potentes ad ambulandum, & rationis capaces, ascendebant sic enim fuit in Christo, qui in anno 12. ascendit ad templum secundum consuetudinem diei festi, vt patet Luc. 2. c. nam in anno duodecimo pueri ad ambulandum aequaliter roborantur, & rationis capaces sunt. *In conspectu omnipotentis domini Dei Israel.* Vocat hic Deum omnipotentem ad captandam reuerentiam, scilicet quod ob hoc, quod omnipotens est, magis allicantur ad faciendum, quod mandat: Vel ponitur omnipotens propter ea, quae sequuntur: nam sacra scriptura praedicat de Deo diuersa attributa signantia varias perfectiones. Nam in eo reperitur perfectio infinita, quae continet eminenter omnem perfectionem creaturarum, quae est perfectio in genere, & praeter hanc continet adhuc infinitam perfectionem, & licet ista perfectio vnica sit, quia simplicitas ibi summa est excludens omnem compositionis modum, vt magis declarabitur Deuter. 28. capit. & nominanda esset vnico nomine, sicut vnica est: quia tamen nos non possemus intelligere illam perfectionem vnico nomine, aut exprimere, ponimus diuersa nomina ad signandum haec: & hoc venit ex modo nostro, quia in nobis istae perfectiones distinctae sunt, scilicet fortitudo, sapientia,

Non obligabantur paruuli ascendere ad locum sanctuarii in vet. test.

Perfectio Dei vnica est, & simplex, & de beret vno nomine nominari: sed quia non possumus, pluri bus ea nominamus.

ria, bonitas, & sic de ceteris: ita cum apud omnes has perfectiones reperiamus, non minima eas diuersis nominibus: nam licet in Deo id est sapientia, quod est fortitudo, & idem fortitudo, quod magnificencia, & bonitas, & sic de ceteris: nos tamen alio nomine sapientiam, alio fortitudinem nuncupamus. Et quando scriptura loquitur de Deo, non praedicat de eo simul omnia ista attributa, sed aliquando quaedam, aliquando uero alia. Et hoc non temere, aut sine causa, sed sicut conuenientiam actus, quem de Deo praedicare volumus, ita & attributum de eo praedicamus. Et ratio est, quia attributa sunt quaedam perfectiones, quae in nobis sunt vere qualitates, & principia actionum: in Deo autem non sunt qualitates, tamen praedicantur per modum qualitarum, & vt signare per modum diuersorum principiorum operatum: cum igitur velimus Deo diuersos actus tribuere, oportet de eo praedicare diuersa attributa: sicut de nobis praedicamus diuersa ad diuersos actus: sed aliquando nos volumus de Deo dicere, qd facit aliquid valde magnu, quod procedit a principio potentie, ideo tunc non oportet eum dicere misericordem, sed potentem, aut omnipotentem, vel fortissimum: sicut patet saepe in Gen. aliquando precamur Deum, vt delicta nostra dimittat, ad quod non oportet esse omnipotentem, sed misericordem eum nuncupamus, & sic de ceteris modis attributorum sicut diuersos actus conuenientium: hic autem in eis, quae subiunguntur dicebat Deus Israelitis, qd qn ascenderent ad locum sanctuarii, non esset aliquis, qui auderet ascendere ad inuadendum terram eorum, aut qui auderet inuadere, vel saltem desiderare, sed hoc ad magna potentiam valde pertinebat, & non solum ad magna, sed etiam ad infinitam derinere alicuius voluntatem, ne hoc aut illud velit: cum uolens libera sit: ergo oportebat, qd ad hoc vt assentiretur ei in hoc, quod facturus erat, qd diceret se omnipotentem: alius nihil in hoc proficeret. *Cum enim tuleris gentes a facie tua.* Hic ridet Deus cuidam tacite quaestioni: mandauerat. n. supra, qd omnes masculi Iudaei ter in anno irent ad locum sanctuarii: aliquis autem argueret ad hoc, quia interim hostes sui insurgerent contra ipsos, & non existentibus eis in locis inuaderent atque acciperent loca nullo resistente, & possiderent omnia, quae ante Israelitae possederant, & paruulos eorum atq; coniuges manentes in locis habitationum suarum acciperent depredate: satis ergo erat causa legitima haec ad hoc, qd non ascenderent omnes masculi, sed aliqui eorum in festiuitatibus: Deus autem, vt tollat eis hunc scrupulum permittit, qd gentes non ascendant ad inuadendum terra eorum, nec saltem molientur, aut uellent eam accipere. *Cum tuleris gentes.* Scilicet septem populos Chanaanorum: has. n. solas Deus ablaturus erat, vt possiderent Israelitae terram promissam. Et non intelligitur, qd tollerent gentes, s. omnes gentes istas, quia nunquam oes istae gentes fuerunt ablatae de terra possessionis Hebraeorum: nam etiam in tempore Christi non erant expulsi, aut deleti: nam quidam de Chanaanis adhuc supererant, vt patet Matth. 15. c. quando praedicauit Iesus in finibus Tyri, & Sydonis, & quaedam mulier Chanaea de finibus illis egressa est rogans Christum pro filia sua, quam ipse sanauit: nam & in tempore Salomonis, in quo omnes gentes fuerunt subiugatae, non fuerunt de terra expulsi, vel deleti, sed tributariae factae, vt patet 2. Paralip. 8. c. *A facie tua.* Id est ante te, s. ne sint istae gentes coram te, sed expellantur. *Et dilataueris terminos tuos.* Dilatare terminos est facere terminos ultra locum, in quo existebant. & hoc est postquam possiderint Israelitae terram Chanaan, quia non immediate tota terra erat eis tradenda, sicut dicitur supra 23. c. Non eieciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudine.

Quid sit terminos dilatare & quo Deus dilatauerit terminos Istituaru.

Alph. Tost. super Exodum

tudinem redigatur, & crescant contra te bestiae. Paulatim expellam de conspectu tuo donec augetis, & possideas terram. Tunc igitur cum Israelitae intrauerunt in terram Chanaan ultra Iordanem, & pugnantibus obtinuerunt magnam partem eius, & quieuit terra a prelijs, habuerunt isti primo terminos suos, nec dicebantur tunc dilatati: deinde cum tractu temporis praeualuissent atque expulissent plures gentes Chanaanorum possidentes terram illorum, dicebantur terminis eorum dilatari. Patet hoc ex assignatione ciuitatum refugij, vt habet Deut. 19. c. quia immediate vt Israelitae primo disperderent aliquas gentes Chanaanorum, & inciperent possidere terram cessantes a praelijs, tenebantur assignare tres ciuitates refugij trans Iordanem, & postea subiungitur: Cum dilatauerit dominus terminos tuos, addes alias tres ciuitates, & superaddideris trium ciuitatum numerum duplicabis. Sic accipiendi proprie accipiuntur termini dilatari: sed non accipitur hic sic, quia tunc non tenerentur Iudaei ascendere ter in locum sanctuarii: nam vsq; tunc non faceret Deus, qd hostes non insidiarent eis ad capiendam terram eorum: sed falsum est, quia ista dilatatio non fuit facta vsq; ad tempus Salomonis, quo omnes gentes Chanaanorum factae sunt tributariae Hebraeorum, sed ante hoc ascendebant Israelitae in locum sanctuarii ter in anno. Dicendum igitur, qd non accipitur hic dilatate terminos, id est facere eos maiores, vel latiores, sed dilatate, id est facere latos, & sic uerum est, qd introentibus Israelitis in terram Chanaan post primam cessationem a bellis tempore Iosue fuerunt termini dilatati, id est satis lati constituti quantum exigeret multitudo Israelitarum tunc existens: sic. n. dictum fuerat supra 3. c. cum dicitur: Et educerem de terra illa in terram bonam, & spatiosam, quae fluit lacte, & melle: ergo spatium satis magnum eis dandum erat. Erat igitur dilatatio terminorum facienda tempore Iosue, post primam quietem a bellis, & ex tunc collocato tabernaculo domini in Silo, vt patet Iosue 18. c. & ex tunc obligabantur omnes Israelitae ad ascendendum ter in anno ad locum sanctuarii. *Nullus insidiabitur terra tua.* Quasi dicat, licet in circuitu tuo sint hostes tui multi, tamen non erit aliquis, qui insidiet tibi ascendenti ad capiendam terram. *Ascendente te.* Dicuntur ascendere in locum sanctuarii, non qd respectu sanctuarii semper esset ascensus ab omnibus locis terrae promissionis, quia aliqua loca essent humiliora, & alia altiora: praecipue cum non esset semper idem locus futurus locus sanctuarii: ideo dato, qd respectu vnus loci ab omnibus partibus terrae Chanaan esset ascensus: non tamen poterat hoc esse ex omnibus alijs locis ad omnia illa loca, quae postea essent loca sanctuarii, sed accipitur ascendere, id est ire. *In conspectu domini Dei tui ter in anno.* Licet enim in alijs temporibus hostes Hebraeorum inuaderent illos, vt expugnarent terram eorum: tamen his temporibus non inuadebant: imo dato qd esset inceptum bellum inter Hebraeos, & hostes suos, & obsiderent hostes ciuitates Iudaeorum, & ipsi eas solas desererent euntes in locum sanctuarii, hostes nullo modo intrare possent in eas ad possidendum, vel praedandum: imo nec desiderarent introire. Fiebat autem hoc, quia Deus immittebat quendam terrorem in corda hostium, ita vt non auderent inuadere terram Iudaeorum. Vel quia uoluntatem suam ad alia distrahebant: ita qd non cogitarent aliquid de terra illa. Vel forte dato, quod cogitarent de terra illa, faciebat Deus, quod non uideretur eis bonum pugnare contra eam ad expugnandum illam. Primus modus istorum fuit cum omnes populi Chanaanorum pro penitentia ciuitatis Sichem uolebant irruere super Iacob, & domum eius, quia filii eius deleuerant super Iacob, & domum eius, quia filii eius deleuerant

Dilatatio terminorum Israelitarum fuit tpe Salomonis.

Quae hostes Israelitarum non auderent suadere ciuitates Iudaeorum cum ipsi ad locum sanctuarii ascendebant.

Pars Secunda. Z 4 habi-

habitatores vrbs Sichem, sed Deus misit in eos terrorem, ita vt non auderent persequi Iacob fugientem, aut potius recedentem, vt patet Gen. 35. ca. cum dicitur: Cunque profecti essent, terror domini inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. *Non immolabis super fermento.* Hic ponuntur praecepta varia pertinentia ad istas solennitates tres, de quibus fuerat supra dictum, qd ascendere deberent Israelitae in locum sanctuarij, & qd in tempore hoc nullus infidiaretur terrae eorum, & quia iste ascensus fiebat ad celebrandum solennitates tres supra positas, inter quas praecipua erat solennitas azymoru, ponitur de obseruatione eius. Et quia in hac festiuitate immolabatur agnus in memoriam egressionis de Aegypto, ponit quendam ritum huius solennitatis, scilicet de adipe huius agni, & de his, quae praecedere debebant ad immolationem huius, scilicet de aufereendis fermentatis. *Non immolabis super fermento.* Cum enim deberet fieri pascha accipiebatur agnus, & in die quartadecima mensis primi cum sol occumberet, vel paulo ante qd occumberet, occidebatur, vt patet Deut. 16. c. & quia istud vocabatur festum azymorum: antequam occideretur agnus, perquirebatur tota domus, in qua immolabatur, vt non maneret aliquid fermentatum, & quidquid inueniebatur, expellebatur: non enim poterat aliter fieri immolatio, & hoc est quod dicitur. *Non immolabis super fermento.* Id est existente fermento, aut re fermentata in domo. *Sanguinem hostiae mes.* Id est sanguinem agni paschalis, qui vocatur hostia Dei. Hoc idem ponitur supra 23. c. sanguis dicitur immolari: non qd sanguis proprie immoletur, quia immolare est iugulare: sanguis autem non iugulatur sed per iugulationem effunditur: dicitur hostia agnus paschalis, quia sacrificium Dei erat, vt patet Num. 9. c. vbi dicitur de obseruatione ista paschali, & concludit: si quis autem mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phasce, exterminabitur anima illa de populis suis: quia sacrificium domino non obtulit tempore suo. Item quia sicut in ceteris sacrificijs requirebatur determinatio loci, scilicet in loco sanctuarij, & non alibi, quod non erat de comestione carnis, quas vulgariter comedebant, quia eas vbicumq; vellent comedere possent, vt patet Deuter. 12. cap. sed agnum paschalem solum poterant immolare in loco sanctuarij, vbi immolabantur alia sacrificia, vt patet Deut. 16. c. Item agnum paschalem non poterant comedere aliqui nisi mundi existerent, vt patet supra 12. & Num. 9. ca. sed de carnibus communibus poterant comedere omnes tam mundi quam immundi, vt patet Deut. 12. c. Aliae quoque differentiae sunt inter agnum paschalem, & carnes communiter comedendas, in quibus apparet agnum illum esse sacrificium Dei, siue hostiam, vt hic dicitur: de quibus supra 12. c. magis late dictum est. *Nec residet mane de victima solennitatis Phasce.* Hic ponitur alia obseruatio caeremonialis circa immolationem agni paschalis, scilicet qd non relinqueretur aliquid de carnibus huius agni ad diem alterum. Debebat enim immolari iste agnus ad vesperam diei quartadecimi, & in eadem nocte comederetur: mandabatur quoq; nihil de carnibus eius debere seruari ad alteram diem, sed siquid superesset, quod comedi non posset, cremaretur igne, vt patet supra 12. c. *De victima solennitatis.* Id est de sacrificio, quod fit in solennitate paschali, scilicet de agno. Istud praeceptum ponitur supra 23. cap. & non dicitur sicut hic, sed: Non remanebit adeps solennitatis meae vsq; mane. Hic autem magis refertur ad carnes, sicut supra 12. c. sed vt nunquam verum est, si non deberet manere aliquid de carnibus huius agni vsque mane, sed immediate comederetur, aut cremabatur. De adipe au-

tem patet etiam, quia adeps pertinebat ad Deum: sicut dicitur Leuit. 3. cap. omnis adeps domini erit iure perpetuo, & sicut fundebatur sanguis immolationis, ita adeps tollebatur immediate, & ponebatur super altare holocaustorum in incensum domini. Ista litera tamen si respiciatur magis comprehendit quam omnes aliae: quia hic intelligitur tam de carnibus quam adipe, cum dicitur, nec residet de victima solennitatis, id est qd nihil manebit de illa, ergo nec carnes, nec adipes, nec aliquid alterum, quod sit ipsius agni immolati. *Primitias frugum terrae tuae.* Ista praecepta fuerant posita supra 23. c. sed repetuntur hic ad magis impressionem cauendam, & attentionem, vt faciant ea audientes, & Deut. 14. c. iterum ponuntur.

De triplici genere primitiarum, quod erat apud Hebraeos.

QV AESTIO. XXIII.

ET sciendum, qd apud Iudaeos soluebatur triplex gen^o primitiarum: apud nos autem solum vnum, scilicet id quod transit in ius sacerdotum. Apud Hebraeos autem primum genus primitiarum erat in ipiis ordeaceis, quia in festo azymorum madatum erat, qd offerretur manipulus spicarum, & ille elenabatur coram domino, atque postea torrebatur igne, & confringebantur in morem farri: ita vt fieret farina, licet non bene multa, & desuper ponebatur thus, & oleu, & offerebatur super altare atque cremabatur: de quibus Leuit. 2. & 23. c. Secundum genus primitiarum erat in festo Pentecostes, quia tunc erat initium messis triticeae, vt patet supra in litera, s. solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitijs messis triticeae, & tunc de noua farina antequam homines inciperent comedere de panibus illius anni, fiebant duo panes, & cremabantur super altare loco primitiarum, sicut cremabantur alia sacrificia. De hoc Leuit. 23. c. ista duo primitiarum species cedebant in ius Dei, quia cremabantur in altari. Tertium genus primitiarum, quod soluebatur in festiuitate tabernaculorum, & istae primitiae erant de omnibus fructibus, & dabatur secundum voluntatem dantium, s. qd aliqui dabant plus, & aliqui minus. Qui minus dabant de sexaginta partibus vnam dabant, sicut patet extra de decimis c. 1. & Hieronymus super Ezechielem. De his autem magis dicitur Deuter. 12. c. istae autem primitiae cedebant totaliter in ius sacerdotum, sicut decimae in ius Leuitarum, vt patet Num. 18. c. Et loco istarum primitiaru tertiarum succedunt nostrae primitiae: loco autem primarum, & secundarum succedunt oblationes. *Frugum terrae tuae.* Vocantur fruges generaliter omnes fructus terrae, siue in segetibus, siue vuis, aut fructibus arborum: nam de omnibus his soluebantur primitiae. Accipiendo tamen fruges, vt communiter accipi solet, signant semina, vt triticum, ordeum, &c. *Terrae tuae.* Quilibet tenebatur de terra sua dare aliquid primum in fructibus, id est optimum, vel electum, & in hoc ponitur, qd non intelligatur de omnibus modis primitiarum, quia aliquando accipiuntur primitiae in auro, & argento, & ere, vt patet supra 25. cum dicitur: Loquetur filijs Israel, vt tollant michi primitias: ab omni homine, qui offert eas vltro neus: haec sunt quae accipere debetis, aurum, & argentum &c. *Et offeres in domo Dei tui.* Quia istae primitiae portabantur in locum sanctuarij ad offerendum, vt patet Deut. 12. c. cum dicitur: vt absq; vlllo timore habitetis in loco, quem elegit dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo: illuc omnia, quae pra-

Agnus paschalis erat sacrificium Dei.

Qd Deus vetabat, vt non coqueret haredus in lacte matris.

Supra 23. Deute. 14. Supra 24. De col. di. 5. ca. quadraginta Et 37. dist. c. legitur. s. sed de co. tra.

praecepto vobis conferetis: holocausta, & hostias, & decimas atque primitias manuum vestrarum. *Non coques haredum in lacte matris suae.* Hoc idem ponitur supra 23. c. & Deut. 14. c. Hic vetat quendam crudelitatis speciem, vt quidam volunt, quia agnus, aut haredus ex materno lacte nutritur, si autem coqueretur in lacte materno ab eodem esse reciperet, & perderetur: quia in eo dissolueretur, in quo esse acceperat. Alia autem est probabilior causa huius praeccepti, s. vetatio ritus Gentilici, Gentiles enim omnium rerum Deos fecerunt, sicut declarat Marcus Varro vir disertissimus in libro sacrorum, & August. de Ciuit. Dei lib. 6. & 7. inter quos constituerunt Deos frugum, scilicet qd Ceres, & Proserpina essent Deae frugum. Hos autem Deos, vt darent rerum sibi commissarum abundantiam varijs sacrificijs placabant: Cereri enim porcus mactabatur, Siluano autem Deo Siluarum lac tribuebatur, vt ait Horatius: & Quidius de his in libris Fastorum lib. 1. offerebatur ergo apud quosdam Gentiles agnus in materno lacte decoctus, vt dij agrorum placarentur, sicut dicit se vidisse Rabbi Moyses, qui fecit librum, qui apud Hebraeos dicitur More. De hoc latius declaratum fuit supra 23. cap. Est ergo continuatio huius literae, quod supra mandauit dari primitias Deo, & tunc est ista velut quaedam admonitio, quasi dicat, si dederis primitias terrae tuae, sicut tibi mando, non erit opus tibi, vt coquas haredum in lacte matris ad placandos Deos agrorum, vt dent tibi frugum copiam, quia ego dabo ad abundantiam: similis modus loquendi habetur Malachiae secundo capitulo, in solutione decimarum.

Dixitque Dominus ad Moysen: Scribe tibi verba haec, quibus & tecum, & cum Israel pepigi faedus. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba faederis decem. Cunque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis domini. Videntes autem Aaron, & filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere. Vocatiq; ab eo, reuerfi sunt tam Aaron quam principes synagogae. Et postquam locutus est ad eos, venerunt ad eum etiam omnes filij Israel: quibus praecipit cuncta, quae audierat a Domino in monte Sinai. Impletisque sermonibus, posuit velamen super faciem suam. Qui ingressus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia, quae sibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos.

Dixitque dominus. Hic ponitur tertium principale, s. violatae legis iterata conscriptio. *Dixit dominus ad Moysen.* Ista verba dicta fuerunt die vltimo, quo Moyses stetit in monte secunda vice, & in quo fuerunt scriptae secunda tabulae legis. *Scribe tibi verba haec.* Aliquis diceret ex hoc, qd Moyses scripsit tabulas secundas, quia Deus mandauit ei scribere. Respondetur, qd Deus scripsit. De hoc autem in principio c. declaratum fuit. Cum autem dicitur hic. *Scribe tibi verba haec.* Non demonstrantur verba decem praecceptorum, sed verba haec, quae immediate dicta sunt, s. omnia haec praeccepta, quae scripta sunt in hoc c. ab illo loco. Obserua cuncta, &c. Et haec scripsit Moyses iuxta mandatum Dei: non quidem in tabulis lapideis, sed in libro: nam in tabulis sola decem praeccepta scripta fuerunt, quae Deus scripsit: & scripsit haec Moyses postquam descendit de monte in castra. *Quibus tecum, & cum Israel pepigi faedus.* Id est qd per haec verba Deus pepigit faedus cu Moysen, & cum Israel, & fuit istud faedus, vt seruaretur haec. *Tecum & cum Israel.* Ponitur Moyses in principio, quia istud faedus cum ipso principaliter factum est, quia ipse erat rector, & princeps populi, & quando aliqua fiunt ab aliqua communitate, vel cum aliqua communitate, rector communitatis, qui est principalis persona repraesentans & vicem gerens totius communitatis, dicitur hoc principaliter agere, aut cum ipso fieri. Pactum igitur istud, quod Deus faciebat cum Israel, principaliter facere dicebatur cum Moysen. *Pepigi faedus.* Deus multoties faedus pepigit cum Israel, primo pepigit cum eis faedus in Horeb, vt patet supra 19. c. & confirmatum fuit hoc faedus per sanguinem taurorum, & hircorum, vt patet supra 24. cap. Iterum pepigit cum eis faedus in campestribus terre Moab super Iordanem, vt patet Deut. 29. ca. cum dicitur: haec sunt verba faederis, quod praecipit dominus Moysi, vt feriret cum filijs Israel in terra Moab: praeter illud faedus, quod cum eis pepigit in Horeb. Iterum autem hic pepigit faedus super haec verba, quae dicta sunt in hoc c. & licet Deus pepigerit faedus cum Israelitis super obseruatione decem praecceptorum, tamen magis proprie faedus inuitur in his verbis, & in his, quae habentur in Deut. de quibus fuit factum faedus in terra Moab. Na decem praeccepta erant moralia, haec autem sunt caeremonialia: magis enim in caeremonialibus faedus est quam in moralibus, quia in illo faedus Dei cum Israel magis est, in quo magis Israel efficitur populus specialis Dei: sed per praeccepta caeremonialia specialius applicatur Israel, vt sit populus Dei, quam per moralia: ergo per illa est magis faedus. Patet hoc, quia praeccepta caeremonialia sunt Deo viuientia specialiter, cum non teneatur aliquis ad illa specialiter, vel generaliter nisi ex spontanea assentione: idem de iudicialibus dicitur. praeccepta autem moralia sunt, ad quae tenetur quilibet homo naturaliter, & obligant quemlibet sine aliqua speciali datione, nec enim solum obligauerunt Iudaeos, quia eis solis data sunt, sed etiam obligabant ceteras gentes, & non solum obligauerunt Iudaeos postquam eis data sunt: sed etiam antequam data forent a principio obligabant, sed forte magis obligabant Iudaeos post dationem, quam ante dationem, quia ante solum erant in dictamine conscientiae cuiuslibet. Item quia ille, qui peccabat antea contra aliquod praecceptorum peccabat solum contra dictamen rationis praecitae: quia vero peccabat post dationem illorum praecceptorum a Deo, peccabat contra dictamen rationis, & contra maiestatem diuinam, quae illa specialiter declarauit, & eis auctoritatem praestitit. Caeremonialia autem, & iudicialia non pertinebant ad omnes gentes naturaliter, nec ad aliquam vnam gentem specia-

Deus magis pepigit faedus cu Israelitis in praecceptis legalibus, q. in moralibus.

Iudaei non solum obligantur ad obseruationem praecceptoru decalogi postquam data sunt, sed etiam ante.

specialiter, sed solum illis, quibus Deus specialiter ea dedisset: magis ergo sibi populum Israeliticum per ista vniebat quam per moralia, quae communia erant. Et inter haec adhuc erat differentia, quia magis vniebat Deus sibi populum per caeremonialia precepta, quam per iudicialia: nam caeremonialia directe ordinabant populum in respectu ad Deum: iudicialia autem ordinabant Hebraeos inter seipsum: patet quia caeremonialia sunt quaedam determinationes cultus diuini, iudicialia sunt leges forales sedatiuae contentionum. *Stetit ergo ibi cum domino quadraginta dies, & quadraginta noctes.* Id est moratus fuit in monte quadraginta dies. Computantur isti quadraginta dies, quibus Moyse iacebat coram domino orans, vt remitteret peccatum populi, & dies illi in quibus descendit de monte, & exiit tabulas lapideas, atque portauit ad Deum, atque scripsit eas Deus, & reuertus fuit Moyse de monte portans eas. *Panem non comedit.* Ponitur panis loco omnis cibi, quia nec etiam comedit herbas, aut arborum fructus, aut manna, vel quidquid alterum ad pabulum pertinens. Nam si accipiatur pro pane solo, non est aliquid speciale, quia etiam illi, qui manebant in castris, non comederunt panem in his quadraginta diebus: imò nec in quadraginta annis, vt patet Deut. 29. c. *Et aquam non bibit.* Ponuntur ista pro miraculo: quia naturaliter impossibile erat aliquem hominem manere diebus quadraginta incibitum, & impotatum: sed Moyse sola Dei praesentia refocillabatur magis quam omnibus cibis: nam licet homo per cibum reficiatur aliquoties in eo, quod deperdit, tamen non potest totaliter redire in pristinum statum, quin magis continue deperdat quam acquiratur, & ista est causa quare homines, licet continue cibentur, tamen veterascunt, & deficiunt. Ibi autem Moyse stans cum Deo quadraginta diebus, non fuit immutatus, ita vt fieret aliqua deperditio, sed nihil magis deperditum erat in die quadagesimo, quando Moyse descendit de monte, quam in die primo, quando ascendit, & sic nunquam ibi factus fuit senior quam ante erat, & datur vt mansisset cum Deo quadraginta annis, sicut mansisset quadraginta diebus, non fuisse aliquoties senior in fine illorum quadraginta annorum, quam in principio. Dico autem esse magis, aut minus senem quantum ad corporis habitudinem, non solum in apparentia exteriori, sed etiam quantum ad realitatem interiori, s. nulla mutatione facta: sed non quantum ad aetatem, quia iam plurimum annorum esset, quam erat ad principio. Et isto modo se habebunt corpora glorificata beatorum in via aeterna, quia non fiet in eis aliqua mutatio, aut corruptio, sed in aeternum talia manebunt, qualia semel post resurrectionem esse ceperunt. Eodem modo erit de duobus sanctis viris, qui sunt in paradiso terrestri: scilicet Elias, & Henoch, qui venturi sunt in vltimis diebus, vt conuertant corda patrum ad filios, & filiorum ad patres, de quibus Henoch est iam antiquus annorum sex mille, & amplius: Elias aut est annorum iam ferme duorum milium, & quadringentorum, aut amplius: sed non magis effecti sunt veteres postquam ibi steterunt quam cum primo illuc introducti sunt. Nam si inueterascerent ibi existentes: cum iam Henoch sit plurimum quam sex mille annorum, iam vltra omnem humanam existimationem esset in corpore deficiens, & non solum deficiens, imò iam poenitus defecisset, si ibi in eo immutationes essent, & deperditiones eius, quod est de veritate naturae humanae quantum ad illam carnem, quae vocatur caro secundum speciem: quia tantum tempus tot immutationes, & deperditiones fieri exigeret, vt in nullo homine fieri possent, qui ante illas factas moreretur. Dicendum ergo, vt Elias, & Henoch in paradiso

terrestri existentes non veterascunt, id est vt non sunt nunc magis senes quam die prima, qua illuc introierunt. Vtrum autem hoc fiat per ligni vitae esum conseruantis ab omni corruptione intrinseca, aut per aliquam aliam virtutem eis assistentem: alibi dicendi erit conuenientior locus.

Differentia inter Henoch, & Eliam, & corpora glorificata.

QV AESTIO. XXIII.

EST autem ista differentia inter Eliam, & Henoch, qui sunt nunc in paradiso terrestri, & corpora nostra cum glorificata fuerint, vt Elias & Henoch, licet nihil veterascant, aut aliquoties immutentur, tamen mortales sunt, & aliquando corrumpendi: corpora autem glorificata, nec nunc corruptionem, aut immutationem aliquam habent, nec vnquam corrumpenda sunt, nec corruptibilia. Item est alia differentia, quia licet corpora Eliæ & Henoch non veterascant secundum dispositionem corporalem, veterascunt tamen secundum etatem, quia plurimum annorum nunc est Elias, quam erat quando in paradiso fuit raptus, eodem modo Henoch. Sed sancti post iudicium in corporibus glorificatis non solum non veterascunt quantum ad corporalem dispositionem, sed etiam nec quantum ad etatem, quia post diem iudicij, non erit tempus, cum cesset motus caelorum, & non erunt anni, nec menses, qui fiebant per motum corporum supra coelestium: & non solum non erunt anni, nec menses, & etates, sed etiam non erit aliqua temporalis successio: quia tempus est passio motus, & necesse est fundari in motu: vbi ergo non est aliquid motus, non est tempus. Sic erit post in vita aeterna, quia non reperietur aliqua species motus in beatis: non enim erit ibi generatio, nec corruptio, licet istae non sint proprie motus, sed mutationes: nihil in vita aeterna gignetur, quod non fuerat, & nihil corrumpetur, quod fuerat. Non est etiam ibi alterationis motus: quia alteratio fit per actionem qualitatum primarum actiuarum & passiuarum positarum secundum proportionem maioris, & minoris inaequalitatis: sed in vita aeterna erunt qualitates in tali armonia, vt nulla sit in alteram actiua: ergo non erit alteratio. Etiam quia omnis alteratio fit, cum quadam passione alterati, sed in beatis non erit vlla passio, quia iam tempus pleni gaudij est, & non meroris, quia absterget Deus omnem lachrimam ab oculis sanctorum suorum, & non erit amplius luctus, & dolor, nec vllus clamor, quoniam priora transierunt, vt patet Apocal. 7. c. Item quia omnis alteratio fit ad acquirendam aliquam formam directam, & haec vt perficiat subiectum, in quo fit alteratio: sed corpora glorificata ita perfecta erunt, vt iam non recipient vllam alteram perfectionem, ergo nec alterabuntur. Item alteratio est via ad generationem, & corruptionem, ergo si corpora glorificata alterarentur, contingeret ea corrumpi, sed nunquam corrumpuntur, ergo nec alterantur. Item non est in eis motus augmentationis, qui est ad maiorem quantitatem, quia cum resurreximus reformabuntur corpora nostra in statura, quam in aeternum tenere debebunt, & eodem modo nec minuentur in quantitate, quia hoc non fit sine magnis alterationibus, quas in vita aeterna esse impossibile est. Item non fiet mutatio secundum locum, quia existentes beati in vita aeterna, in quacunq; parte celi fuerint Deum sibi presentem habent quantum sufficit ad eorum beatitudinem: nec aliquid vquam est, quod ad eorum felicitatem necessarium, fit ad quod oporteat eos moueri. Cum igitur nullus motus

Post diem iudicij non erunt dies nec menses nec anni, nec generatio, nec corruptio

Moyse stans cum Deo quadraginta diebus nihil mutatus est.

Corpora glorificata beatorum non mutantur nec corrumpuntur.

Henoch & Elias, qui sunt in paradiso terrestri nunquam inueterati sunt.

Si cessaret motus caelorum, & ipsi adhuc in eis esset successio temporalis.

Cessante motu corporum caelorum, cessat successio temporalis.

An stante sole Iosue dimicante fuerit dies vna.

Caelo non habet aliquem motum localem.

in vita aeterna erit, patet nullum tempus ibi futurum, scilicet nullam successionem temporalem. Sed sciendum, vt ad hoc, vt aliquis sit maioris aetatis, scilicet plurimum annorum, aut mensium quam ante erat, non oportet solum, vt sit in eo motus, qui mensuretur tempore, sed etiam vt mensuretur tempore consequente motum caelestem: nam dato vt cessaret omnis motus caelorum, & cessaret tempus, quod est mensura illius motus, tamen adhuc esset temporalis successio in rebus, vt si aliquis curreret, aut comederet, vel scriberet: cum necesse sit istos actus habere partes, quas impossibile est esse si nul, oportet, vt successio sit in eis, quam mensurat tempus. Eodem modo si aliqua res alteretur, aut diminuat, vel augmentetur, etiam si non moueatur caelum aliquod, necesse est esse tempus, cum ibi sit partium succedentium continuatio: in his tamen omnibus non est tempus mensurans motum caeli, cum nullum caelum moueatur ex hypotesi. Annus autem vel dies, menses, hebdomadae, & horae non sunt quodlibet tempus, aut continet quodlibet tempus, sed solum sunt tempus, quod mensurat motum caelestem: nam mensura durationis motus solis a puncto in punctum circuli sui motu naturali est annus. eodem modo de mense dicimus, vt est spatium quo sol pertransit vnum signum, aut serem. Hora eodem modo est spatium, quo sol pertransit quindecim gradus aequinoctiales. Cessantibus ergo istis motibus non erit annus, mensis, dies, aut hora, quibus proprie distinguuntur, & sunt etates. Licet ergo aliquis duraret in tempore habens in se omnia genera motus, si tamen caelum non moueretur quantocumque duraret illi motus, & iste viueret, non diceretur vixisse vnam diem, aut vnam horam, quia nunquam pertransierat vna dies, aut vna hora. Et si arguatur de eo, quod habetur Iosue 10. ca. quando sol stetit contra Gabaon, & dicitur: Stetitque sol contra Gabaon, & non festinauit occumbere spatio vnus diei, ergo dum sol stetit fuit vna dies. Respondetur, vt dum sol stetit, non transijt vna dies, aut vna hora, quia dies, & hora sunt mensura motus corporis solaris per se, sed tunc non motum fuit corpus solare, ergo nec fuit dies, aut hora. Licet posset dici vt dato, vt non moueretur sol, si tamen moti fuerunt alij caeli: mouente eos primo mobili, esset vna dies, aut vna hora, quia primum mobile rapiens omnes celos secum transit a puncto in punctum motu perfecto in viginti quatuor horis. Sed dicendum est, vt tunc nec primum mobile, nec aliquod alterum caelum motum fuit, vt magis declarabitur super 10. cap. Iosue. Dicendum igitur, vt non fuit dies, aut hora illud tempus, quo sol stetit immotus: fuit tamen tempus, quia interim erat aliqua successio actionum, & passionum nostrarum: non tamen erat tempus, quod mensuraret caelum, aut corpus solis, quia non est tempus mensurans aliquam rem, nisi secundum vt reperitur in ea motus: sed ablato motu secundum locum, siue, vt forte melius dicamus, secundum situm, non est in caelo aliquid motus: sed tunc adhibebatur motus caelestis: ergo non erat aliquod tempus mensurans corpora caelestia. Antecedens patet, scilicet quod in caelo non sit aliquid motus, nec mutatio praeter motum locali, aut situs: quia non gignitur caelum nec corrumpitur, ideo non est in eo generatio, nec corruptio: etiam non alteratur caelum, quia non sunt ibi qualitates actiuae, & passivae, quia corpora caelestia non suscipiunt peregrinas impressiones, vt ait Arist. 2. de caelo, & mundo, nec est in eis augmentatio, aut diminutio: cum caelum nunquam sit maius, nec minus. Ergo quantum ad mensuram istorum motuum non potest esse tempus in caelo, sed solum in mensurando motum localem, vel secundum situm: sed, vt ponitur, tempore,

quo pugnante Iosue contra reges quinque stetit sol, steterunt & alia corpora caelestia: ergo non erat tunc aliquod tempus mensurans corpora caelestia per se, vel per accidens. Erat autem tempus mensurans res naturales, cum in eis sit continuus motus alterationis, aut aliquid alius: potissimum, quia tunc erat motus localis magnus, scilicet impetus bellantium Iudaeorum contra quinque reges. Et quando dicitur in litera Iosue 10. cap. non festinauit sol occumbere spatio vnus diei: non dicitur vt sol stetit vna die, sed spatio vnus diei, quia tantum fecerunt Hebraei, dum sol stetit, quantum poterant facere toto tempore vnus diei artificialis. Ex hoc sequitur corollarie vt Iudaei, & alij Amorrhai, contra quos pugnabant Iudaei, non vixerant pluribus horis, quando bellum finitum est, quod durauit spatio vnus diei, & amplius quam quando inceperant: quod patet, quia hora sunt partem motum solis cum perficit quindecim gradus aequinoctiales, aut per motum primi mobilis, sed tunc nihil horum mouebatur: ergo non erat hora aliqua. Et si vique nunc durasset illa statio solis, non transisset aliqua hora, nec quarta pars hora, & tamen transissent multae hominum durationes, & generationes. *Scriptumque in tabulis verba faderis.* Istud verbum scriptum non refertur ad Moysem, quia ipse nihil scripsit in tabulis lapideis, sed refertur ad Deum, vt supra in principio cap. probauimus. *Verba faderis.* Dicuntur verba faderis hic decem praepcepta, quia per ea, vel in eis pepigit Deus fadus cum Israel in Horeb, vt patet supra 19. & 24. cap. Non tamen est putandum, quod ista sint illa verba, de quibus dicebatur supra immediate: *Scribe tibi verba haec quibus tecum & cum Israel pepigit fadus, quia illa fuerunt praepcepta, quae habita fuerunt in hoc capite.* Et patet hoc non esse inconueniens, quia multoties Deus pepigit fadus cum Israel, sicut supra declarauimus: fuit ergo vnum fadus factum quantum ad praepcepta decalogi, & aliud quantum ad ista caeremonialia. *Cumque descenderet de monte.* Hic ponitur quartum, scilicet legis iteratae promulgatio. *Cumque descenderet Moyse de monte Sinai.* In ipso enim monte erat orando Deum pro peccato populi, & tabulas acceptat: nunc vero omnibus expletis descendebat. *Tenebat duas tabulas testimonij.* Scilicet portans eas in manu sua, sicut portauerat alias priores vtraque manu, vt patet Deuter. 9. capitulo. *Ignorabat quod cornuta esset facies eius.* Id est quod emitteret radios tanquam cornua. Nam sicut cornua de facie procedunt animalis, ita de facie Moyse procedebant radij magni fulgoris. Et non vocantur quilibet radij cornua, sed solum radij fortes, qui videntur esse tanquam aliquid durum natum de cute: & ita erat in vultu Moyse, quia illi radij erant ita intensi in luce, vt videbantur quasi quidam lucis cumuli procedentes de cute aperiendo eam: vnde in Hebraeo dicitur (caran hor) id est cornu de cute. Haec autem cornua vocat Apostolus gloriam vultus Moyse, vt patet 2. ad Corin. 3. cap. cum dicitur: *Quod si ministratio mortis formata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non possent filij Israel intendere in faciem Moyse, propter gloriam vultus eius, quae euacuatur, &c.* De ista conuersione Moyse quidam Rabbi infuscus valde dixit, quod facies Moyse fuit cornuta, id est deficcata sicut cornu: & hoc quia quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, panem non comederat, aquam non biberat, & ita ossa faciei eius macie conficiente nuda erant sola cute contecta, vt acuta velut cornua viderentur. Et cum dicitur infra, quod Aaron, & principes Israel fugerunt timentes accedere ad Moysem propter conuersionem faciem eius, dicit quod hoc erat, quia facies Moyse macie, & pallore confecta, ita cunctis erat horribilis, quod fugiebant ab eo, vt non

Radij fortes cornua vocantur.

Opinio quaedam fatua Hebraeorum.

non viderent. Sed iste inscius ita irrationabiliter loquitur, quod redargutione non indiget, cum ipse seipsum redarguat. Nam si Moyses stans cum domino patiebatur aliquem defectum corporis, quia non comedebar, nec bibebat, non solum facies eius esset ita macilenta, sed etiam a multis ante diebus esset mortuus, non enim posset sine cibo & potu quindecim dies naturaliter agere. Si autem nullum defectum patiebatur Deo operante, non solum non moreretur, sed etiam nec vultus eius villo modo immutaretur deficiendo in maciem tam horrendam. *Ex consorcio sermonis Dei.* Idest quia loquebatur cum Deo, & ibi radios lucis induerat. Fuit autem hoc quando Moyses intrauit in foramen petrae, & transiit coram eo corpus illud lucidum valde, cuius anteriora Moyses non vidit, nec videre potuisset; sed posteriora contempletus est, ut patet precedenti capitulo. Et quia adhuc posteriora erant tam lucida, ut speculum mortalium maiorem lucem tolerare non possent, non solum eam vidit, sed etiam ab ea radios recepit. Nec est sensus, quod ideo, quia locutus fuit cum Deo, facies eius suscepit radios, quia etiam alia vice cum Deo locutus fuerat, quando accepit primas tabulas, sed non fuit cornuta facies eius: fuit ergo hoc, quia in ista secunda vice ostendit ei Deo corpus illud lucidum valde, quod non ostenderat alia vice. *Ignorabat quod cornuta esset.* Licet facies Moysi suscepit radiorum cornutationem in monte, tamen non sciebat se habere hanc lucem, quousque populares videntes faciem eius cornutam recesserunt ab eo, & hoc quia radij exhibant de facie Moysi, & terminabantur ad alias res. Et quia non potest aliquis videre ea, quae sunt in vultu suo, non poterat videre cornua lucis: alij autem videbant, quia terminabantur illi radij ad oculos eorum. Potuisset tamen Moyses per se videre illum radiorum cornutationem si habuisset speculum, in quo respiceret, quia sicut aliquis videt in speculo vultum suum, & notas, quae in eo sunt, ita videret Moyses fulgorem vultus sui, quia terminaretur in speculo, & repraesentaretur oculis eius.

Quare facies Moysi non fuit prima vice, cum in monte ascendit, cornuta, sed in secunda.

QVAESTIO. XXV.

QVAERVNT aliqui, quare facies Moysi, non fuit cornuta prima vice, quando ascendit in montem pro primis tabulis, sicut in ista secunda. Aliqui respondent, quod Moyses in prima vice non habuit, ita claram cognitionem de Deo, sicut in secunda, ideo ad designandum hoc dedit ei cornua lucis. Alii dicunt, quod factum fuit, ut populus, qui per idolatriam peccaverat, eum magis timeret, & haberet in reuerentia. Rabbi Salomon dicit, ideo factum esse, quia dominus posuit manum suam super oculos eius, ut patet in fine precedentis capituli, & ex contactu facies eius resplenduit. Istarum responsonum prima est indifferens, nec enim multum videtur adaptari, nec rursus videtur continere aliquid in conueniens. Secunda non stat conuenienter, quia si ideo radij dati sunt, ut magis timerent eum idolatrae, debuisset potius apparere facies eius cornuta prima vice, quam secunda, quia in prima vice populus idolatruerat, & erat ludendo, & choreando coram vitulo, quando descendit Moyses, & accensus magno furore occidit viginti tria milia eorum: magis ergo tunc debuissent radij inesse vultui Moysi quam postea, quia cum descendit in secunda vice, non puniuit populum, quia iam

Qsi Moyses accepit radios lucis in facie.

Opi. Rabbi Salom. cofutatur.

peccatum dimissum erat, pro quo ipse ad dominum ascenderat. Tertia respon. scilicet Rabbi Salomonis, non conuenit, quia ipse procedit ex quodam fundamento valde rustico, scilicet quod Deus haberet ibi corpus, & esset valde lucidum, & posuisset manum illius corporis super faciem Moysi, ex quo contactu redderetur vultus eius clarus. Sed hoc falsum est, quia ut precedenti cap. patet, non posuit manum illius corporis lucidi Deus super faciem Moysi, siue super foramen petrae, sed fuit illa manus quaedam nubes obscura posita super foramen petrae, donec transiret facies illius corporis lucidi, ut nihil Moyses videret: si autem fuisset illius corporis manus, cum illud corpus ita lucidum esset, manus quoque valde lucida esset, & sic tantam lucem Moyses videret posita manu super oculos eius, sicut cum auferretur manus, quod falsum est: quia tunc nihil causeret, quare manus poneretur super oculos Moysi, & postea tolleretur ad videndum posteriora corporis transcuntis. Dicendum ergo, quod hic quaeruntur duo. Primum quare ille splendor datus fuerit vultui Moysi. Secundum, quare magis in secunda vice, quam in prima. Ad primum respondetur, quod Deus voluit dare Moysi istam lucem in faciem in signum specialis amoris, quia Deus diligebat specialiter Moysen super omnes, qui praecesserant eum, ideo dedit ei quoddam privilegium, quod nulli vnquam contulerat. Patet hoc, quia dicitur supra precedenti capitulo, inuenisti enim gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. Alia ratio est, quia Moyses petierat, ut Deus ambularet cum eis, & remitteret iniquitates eorum, faceretque eos tales, ut amplius non peccarent: cum dicitur supra in litera: si inueni gratiam in conspectu tuo domine: obsecro, ut gradiaris nobiscum, populus enim durus ceruicis est, & auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas: Deus autem voluit hoc facere obligans populum ad quadam pracepta. Et quia forte non constaret populo, quod Deus volebat praecedere eos, si solum Moyses dixisset, quia iste populus semper ab initio fuit durus ceruicis non assentiens his, quae dicebantur quae credere oporteret, nisi signa fierent, ut patet 1. ad Corin. 1. cap. scilicet. Iudaei signa quaerunt, Graeci autem sapientiam. Voluit ergo Deus facere miraculum, per quod crederent, quod Deus volebat praecedere eos, & istud miraculum fieri debebat in ipso Moysi, ut assentiretur verbis eius, & fuit istud miraculum cornutationis vultus sui, ut quasi in illo fulgore Deus testimonium perhiberet his, quae dicerentur a Moysi. Et patet hoc, quia immediate post petitionem Moysi, subiungitur hoc in signum concessionis diuinae, cum dixit Deus: Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam, quae nunquam visa sunt super terram, nec in villis gentibus, ut cernat populus iste, in cuius medio es, opus domini terribile, quod facturus sum. Item dedit dominus Moysi istam cornutationem vultus, ut in reuerentia magna haberetur: nam tantus erat fulgor faciei eius, quod ad eum accedere non poterant, nec loqui ei. Item dabat Deus istum fulgorem ad honorem legis, ut lex illa valde honorata crederetur, cuius minister radios fulgoris de facie emittebat. Secundum erat quare magis in secunda vice, isti radij ei dati sunt, quam in prima. Ad quod responderi potest, quod iste fulgor fuit in facie Moysi ex visu domini, scilicet quando vidit illud corpus lucidum, quod transiit ante eum: tunc enim fuerunt radij impressi vultus eius, sed ista apparitio fuit facta in secunda vice, & non in prima: ergo in secunda debuit dari cornutatio faciei. Item fuit data ista cornutatio in signum approbatiuum pacti domini cum Moysi, quia Deus promittebat, quod dirigeret Israelitas in via pra-

Qsi vultus Moysi lucidus factus fuit.

praecedendo eos per seipsum, sed ista promissio fuit facta in secunda vice, quia tunc rogauit Moyses, quod praecederet Deus Israel in via, & non in prima vice, ut patet in precedenti c. & in isto: ergo in ista vice debuit dari cornutatio faciei, & non in prima. Item iste fulgor faciei Moysi dabatur ad honorem legis, quam ferebat: sed lex, quam primo ferebat in tabulis non posuit, quia fractae fuerunt tabulae: secundae autem tabulae manserunt: ergo dari debuit cornutatio in secunda vice. Haec ratio assumitur ex fundamento verborum Apost. 2. ad Cor. c. 3. vbi splendorem vultus Moysi, dicit gloriam illius legis, quae tunc data est. Item Deus volebat honorificare populum suum inter ceteros populos, sicut petierat Moyses supra praecedenti c. 1. Ut glorificemur ab omnibus populis, qui sunt super terram: sed in prima vice, cum Moyses descendit de monte, Deus erat iratus populo, quia coluerant vitulum, & tunc actualiter colebant: ergo non debuit eos tunc honorare, sed potius penis afficere. In secunda autem vice, erat Deus reconciliatus populo precibus Moysi, ut patet in isto cap. & precedenti, & Deuter. 9. capitulo: ergo in secunda vice dare debuit hunc honorem, ut faceret principem eorum radijs refulgentem.

Quanto tempore durauit fulgor in facie Moysi.

QVAESTIO. XXVI.

QVAERITVR circa hoc de ista cornutatione faciei Moysi quanto tempore durauerit, id est vtrum iste fulgor immediate, ut descendit Moyses, & apparuit filiis Israel durauerit semper, vel solum durauerit in quantum eis apparuit, siue aliquo magno tempore. Aliquis forte respondebit, quod iste fulgor solum durauit immediate, ut descendit Moyses, & locutus fuit ad filios Israel ea, quae dixerat Deus de fabricatione sanctuarij, & quod post immediate fuit ablatum. Cuius ratio videtur, quia iste fulgor dabatur in testimonium eorum, quae erat Moyses diciturus, ut supra declarauimus: sed ad hoc satis erat illum fulgorem esse tunc quia illa verba dicebantur, ut tunc mouerentur ad assentiendum his, quae dicebantur: ergo post hoc non durauit. In contrarium autem dicit aliquis, quod iste fulgor faciei Moysi durauit usque ad mortem eius, quia Deut. c. 34. dicitur in litera nostra: non caligauit oculus eius: in litera Hebraica ponitur (en) quod signat oculum, vel colorem, & potest dici, & non caligauit color eius, quod intelligitur de illo oculorum fulgore, & torius faciei, qui non caligauit, id est non obscuratus fuit, vel non fuit sublatus usque ad mortem. Ad istam quaestionem respondendum in duabus conclusionibus. Prima, quod fulgor vultus Moysi non fuit sublatus immediate, ut Moyses finiuisset loqui haec verba ad populum, quae Deus mandauerat loqui. Secunda conclusio est, quod non fuit sublatus usque ad mortem Moysi. Prima conclusio patet ex verbis sequentibus in litera, scilicet finitissimis sermonibus ad populum posuit velamen super faciem suam: quod ingressus ad dominum aufereret loquens cum eo donec exiret: ergo tunc post locutionem priorem ad populum mansit fulgor, quia alius non oporteret poni velamen, aut tolli. Et non solum arguitur ex litera hac, quod durauit post istam locutionem: sed etiam quod durauit multo tempore post, quia infra dicitur, quod Moyses exiens a domino loquebatur ad filios Israel omnia, quae ei fuerant imperata, qui videbant faciem

egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos: ergo videtur, quod hoc in consuetudinem venerat, ut quando docunque loqueretur Moyses ad filios Israel, poneret velamen, & cum loqueretur ad dominum tolleret: sed hoc ad multum tempus spectat: ergo multo tempore post illam locutionem mansit fulgor in vultu Moysi. Secunda conclusio erat, quod iste fulgor mansit usque ad mortem Moysi: sed nec ex hoc approbo istam confirmationem huius, quae assumitur ex vltimo c. Deut. quia siue dicatur, quod non caligauit oculus eius, siue quod non caligauit color eius, quia quodlibet illorum pertinet ad ea, quae erant naturalia Moysi: vult enim signare litera, quod licet Moyses in senectute fuerit mortuus, scilicet cum esset annorum centum & viginti: tamen valde sanus fuit semper, quia non caligauerunt oculi eius, siue non fuit obscuratus color eius. Quod autem fuerit cornutatio faciei perseverans in Moysi usque ad mortem, vel quod ablata fuerit immediate, ut concessa fuit: non arguebat eum esse sanum vel non, quia iste fulgor non erat naturalis, sed gratis concessus, & supernaturaliter. Quod autem hic velit litera signare sanitatem corporis Moysi, patet in his, quae subiunguntur immediate ibidem, scilicet nec dentes illius mori sunt: hoc enim ad naturalia pertinet attestantia bonam complexionem, & continuam sanitatem. Si autem poneretur hic fulgor faciei, qui erat cornutatio, & pertinebat ad ea, quae erant ex miraculo, & dentes non mori, quod pertinebat ad naturalia, non concordarent ad concludendum aliquid vnum: non est ergo ista conueniens probatio. Sed aliter arguendum est, scilicet quod Deus dederat istam cornutationem Moysi, ut gratiam gratis datam, quia erat ei familiaris, & nouerat eum ex nomine, ut patet precedenti capitulo: quando autem Deus aliquam gratiam dat alicui, nisi forte illa sit determinata ad aliquod tempus specialiter, non tollit eam, nisi ex demeritis eius, cui tale quid ex gratia tributum est: sed ista gratia secundum se non erat determinata ad aliquod tempus, sed erat quadam honoratio Moysi coram Israelitis: quia Deus eum diligebat, & Moyses non fecit aliquid propter quod demeretur perdere illum fulgorem, ergo ille fulgor mansit semper in eo. Item quia Deus dederat istum fulgorem Moysi ad honorandum eum coram populo, sed si abstulisset ei hunc ante mortem, magis puniret eum, & dehonoreret quam honorauerat in conferendo: ergo non abstulit. Patet antecedens, scilicet quod Deus dedit ad honorandum Moysen, quia Moyses inuenerat gratiam coram domino, & erat ei notus ex nomine, ut patet precedenti capitulo. Quod autem Moyses magis dehonoreretur si ablatum fuisset ei iste fulgor, quam honoratus fuerat quando ei concessus est, patet: quia cum aliquis est in aliquo statu humili, aut mediocri, & ab illo statu non decidit, nec ascendit, non est honoratus, nec dedecus: cum vero ascendit ad aliquem statum, a quo postea decidit, dedecus est maxime in his, quae a Deo solo conferuntur. Nam si bona fortuna, quae temere venire, & recedere videntur perderet, non esset ad dedecus reputandum, quia sine culpa sua iniuste bonis suis poterat spoliari: cum tamen Deus aliquid confert (quia ipse nunquam aliquid iniuste tollit) videtur iuste tollere, & sic est: ille ergo, qui tenebat rem, & cui nunc auferatur, iuste puniuitur in ablatione rei. Sed hoc non potest esse, nisi aliquid demeruerit: ergo demeruit, ut tolleretur. Videns ergo populus Moysen refulgentem repararet eum tanquam multum honoratum a Deo: si autem postea conspiceret eum carentem fulgore

Fulgor radiorum in facie Moysi remansit usque ad mortem suam.

illo, existimare eum peccauisse coram Deo, propter quod Deo ei abstulerit fulgorem, in quo multum Moyses de honorabatur, cum de eo talia reputarentur, non ergo tolleretur Deus illum fulgorem faciei Moysi. Itē fuit datus iste fulgor principaliter in testimonium, quod Deus praecederet Israelitas in via, ut Moysi dicenti crederent. cum autem iste fulgor fuit in Moysē postquam verba illa dicta sunt populo aliquanto tempore, & forte satis magno, ut conijcitur ex litera hac, si postea cessaret, crederent Israelitas, quod iam Deus iratus eis nollet ambulare cum eis, in quo dolerent. Non ergo debuit tolli fulgor ille usque ad mortem Moysi. Ad rationem autem, quae in principio ponebatur pro contraria parte, scilicet quod immediate postquam locutus fuit Moyses cessauerit: non oportet respondere, cum litera ipsa dicat oppositum, ponens post illam locutionem durasse, ut declaratum fuit. Et quando dicitur, quod solum erat iste fulgor ad indicandum eam, quae Moyses dicebat esse vera: sed hoc solum oportebat esse quoniam Moyses verba proferret, ergo non debebat ulterius durare. Respondet, quod non solum fuit datus ille fulgor ad indicandam veritatem verborum Moysi, sed etiam ad multa alia, ut probatum fuit hic, & supra: sed ista post illam primam locutionem ad populum subsistebant: ergo fulgor post dies illos mansit. *Videns autem Aaron, & filij Israel.* Poniatur Aaron specialiter seorsum a toto populo, quia erat rector totius populi: nam sicut Moyses ponitur nominatim, cum dicuntur aliqua, quae pertinent ad eum, & ad populum, quia ipse erat totaliter rector populi: ita Aaron quia erat rector populi in absentia Moysi, ponitur hic singulariter, & populus per te. Patet hoc, nam quando prima vice Moyses ascendit ad deum, dimisit in rectorem populi Aaron, & cum eo Hur, ut patet supra 24. c. cum dicitur: Habetis Aaron, & Hur vobiscum, si quid quaestionis ortu fuerit, referetis ad eos. Cum ergo in hac secunda vice Moyses ascenderet ad deum, & nesciret quantum ibi moraturus esset, non est verisimile, quod non dimitteret rectorem loco sui, quia multae quaestiones oriri possent, quae si veloci discussione non sopirentur, possent magna scandala generare, dimisit ergo Moyses Aaron in rectorem, etiam hac secunda vice, quia non erat in populo aliquis honorabilior, aut dignior tanto regimine: licet videtur errasse in prima vice, & certissime errauit: magis tamen alij de populo errauerunt, & non erat aliquis, qui forte si tenuisset locum, quem tenebat Aaron, & conuenisset contra eum totus populus, sicut conuenit contra Aaron, non errasset in eo, in quo Aaron, aut forte magis. *Comutata Moysi faciem.* Id est emittentem cornua lucis, scilicet fulgidos radios in modum cornuum. *Timuerunt prope accedere.* Non timuerunt accedere tanquam formidantes lucē illam, sicut aliquod visibile horredum, ut videre aspides, vel dracones: quia gratus aspectus lucis illius erat, imo inter formas visibiles nihil delectabilius est luce: sic enim ait Salomon Ecclesiastes ultimo c. Dulce lumen, & delectabile oculis hominum videre solē. Sed timuerunt accedere propter reuerentiam, quia videntes Moysē sic fulgentem, putauerunt illud esse aliquid valde diuinitum: ideo cognoscentes suam paruitatem retrocesserunt non audentes se ei iungere. Vel forte dicendum, quod ideo timuerunt prope accedere, quia illa lux ita fortis, & intensa erat, quod non poterant oculi filiorum Israel sustinere eam prope, poterant autem aliquantulum a longe sustinere. Hoc notat Apostolus 2. ad Corin. 3. c. dicens, quod ita fulsit facies Moysi, ut non possent intendere in eam filij Israel. *Vocati quoque ab eo reuersi sunt.* Videns Moyses Aaron, & Israelitas recedentes a conspectu suo, admiratus quare hoc facerent, vocauit eos, & tunc cognouit vultum suum esse corniculatum. *Tam Aaron, quam principes Synagoga.* Isti. n.

sunt, qui ad Moysē veniebant, quia principales erant, nec oportebat totam multitudinem congregari. Vocantur principes Synagoga, id est principes multitudinis, quia Synagoga idem est, quod multitudo congregata, & erant isti principes duodecim tribuum, qui primi erant inter omnes de populo, & alij iudices, scilicet quinquagenarii, decani, centuriones, atque tribuni, & seniores Israel: isti enim conueniebant quantum ad consilia, quae erant specialia, & ad deliberandum aliqua: populus autē aliquando conueniebat ad audiendum ea, quae deliberata erant: vel ea, quae Deus dicit mandabat: sicut patet infra, quod populus congregatus fuit ad audiendum verba, quae dixerat Deus Moysi. *Et postquam locutus est.* Scilicet vocando principes illos, qui propter reuerentiam vultus eius recesserunt ab eo. *Venerunt ad eum etiam omnes filij Israel.* Antea non audebant accedere ad eum principes, quia viderant vultum fulgentem, nunc vero postquam ipse eis timorem abstulit, non solum ipsi, sed etiam populares venerunt, ut audirent quid dicere vellet. *Quibus praecepit cuncta, quae audivit a domino in monte Sinai.* Referendo praecepta de fabricatione totius sanctuarij, & utensilium eius. Retulit etiam ista praecepta, quae hic dicta sunt: retulit etiam de vestibus Aaron, & de ritu consecrationis eorum, quae omnia supra habentur a principio 25. capituli usque huc. *Impletisque sermonibus posuit velamen super faciem suam.* Locutusque fuit coram eis omnia, quae retulimus, & hoc nudata facie, & apparente fulgore, & postquam compleuit loqui, cooperuit faciem suam.

Quare Moyses posuit velamen super vultum finitio sermonis, quem habuit ad populum.

QVAESTIO. XXVII.

CVIVS causam aliqui esse volunt, quia tunc primum cognouit faciem suam esse cornutam, & oportebat eam velari, ne splendor eius intuentium oculos verberaret. Magis tamen videtur, quod ante hoc cognouisset faciem suam cornutam, scilicet quando recedebant ab eo principes propter radios eius: non est enim verisimile, quod ipse tunc non quaereret ab eis quare recederent ab eo, si nescirent causam, quare recederent cum aliis non consueuissent recedere ab eo: cum dicitur autem hic, quod operuit faciem postquam locutus est: in quo innuitur, quod cum loquebatur erat facies eius aperta. Causa erat, quia decebat, quod Moyses aliquando vultum suum loquens tegeret, & aliquando aperiret: nam quia radii eius offendeabant oculos intuentium, decebat cooperiri, cum loqueretur eis. Etiam quia non erat conueniens, quod Israelitae viderent omni tempore radios illos gloriosos vultus Moysi: decuit tamen quod aliquando viderent, & hoc in prima locutione, quoniam venit de monte, tum quia si nunquam vidissent attente radios illos faciei Moysi, non potuissent iudicare de gloria vultus eius, nec existimare quantum Deus eum honorauerat. Nam dato, quod primo vidissent faciem Moysi cornutam, tamen offensus radijs eius, non potuerunt attente considerare illum fulgorem: nunc autem quia Moyses sedebat cum eis loquens, poterant distinetè considerare quantum vellent. Fuit etiam tunc facta reuelatio vultus, ut aspicientes tantum fulgorem, in maiori reuerentia haberent ea, quae dicebantur a Moysē ex parte Dei: in aliis autem vicibus, quando loquebatur Moyses ad populum tegebatur faciem suam, ne aspicientes offenderentur in lumine vultus sui. *Quod ingressus ad dominum.* Ingredi dicebatur ad dominum,

Quod Israelitae videntes vultum Moysi lucidum fugierunt ab eo.

nam, cum ingrediebatur in tabernaculum illud paruum, quod tetenderat extra castra, de quo dictum fuit c. praecedenti, vel postea cum ingrediebatur in tabernaculum magnum factum illo, quia sapere ingrediebatur in illud ad consulendum dominum, ut patet Num. 7. c. in tabernaculo etiam paruo posito extra castra Deus esse dicebatur, quia super illud sedet gloria domini in columna nubis, ut patet c. praecedenti: sicut postea sedet super alterum tabernaculum magnum, ut patet infra 40. c. & Num. 9. *Et loquens cum eo.* Quando intrabat in tabernaculum intrabat ad loquendum cum domino, ut patet Num. 7. c. cum dicitur: Cumque vellet Moyses consulere oraculum, ingrediebatur tabernaculum faderis, & audiebat vocem domini de propitiatorio de medio duorum Cherubim: unde & loquebatur ei. *Auferat donec exiret.* Causa est, quia cum vultus Moysi esset fulgens, & fulgor ille esset aliquid pulchrum, non debebat operiri, sed potius aperiri: si autem operiretur, hoc erat propter infirmitatem oculorum intuentium: sed coram Deo non subsistebat aliqua talis causa: ergo non erat tegendus vultus coram domino. *Et tunc loquebatur ad filios Israel.* Scilicet quando exibat de tabernaculo de consulendo dominum. *Omnia quae sibi fuerant imperata.* Moyses intrabat consulurus dominum, siue quando populus in aliquo dubitabat, aut quaestiones popularium eum dubitare faciebant. Sicut patet in quaestione filiarum Saphad, ut habetur Num. 27. c. in qua nesciuit respondere Moyses, donec consuluit dominum: siue quando ipse Moyses se dubitabat in aliqua re, & tunc videbat ei Deus, quid agendum esset, & ipse veniens ad Israelitas respondebat eis, quid Deus determinasset, aut fieri iussisset. *Qui videbant faciem egredientis Moysi cornutam.* Quando Moyses egrediebatur de tabernaculo ante dominum, non ponebat velamen in facie: Israelitae autem expectantes eum ad portam, quando egrederetur videbant vultum eius sine velamine resplendentem, & tunc Moyses reuelebat velamen, ne offederet oculos eorum.

An fulgor semper esset in vultu Moysi.
QVAESTIO. XXVIII.

IN hoc autem quidam dicunt de isto fulgore Moysi, quod non erat semper in facie Moysi, sed aliquando tollebat, & aliquando inerat, scilicet quod cum Moyses ambulabat inter Israelitas, non erat fulgor in facie eius, & cum intrabat ad dominum, resumebat illum fulgorē, & tunc cum loquebatur ad eos, operiebat faciem suam, quia resplendebat. Et ista sententia satis conueniens est. Nam quando Moyses vulgariter loquebatur cum popularibus communicando eis, non erat aliquid causa, quia ille splendor existeret in vultu eius: nam si semper existeret, non haberetur in magna reputatione. Etiam quia conueniens erat, ut distantia esset inter locutionem, quam Moyses ex parte Dei cum popularibus habebat, & inter illam, quam habebat vulgariter colloquendo. Etiam quia hoc maxime comprobabat esse a Deo illum fulgorē, cum semper renouaretur ex colloquatione Dei, quod non sic appareret si semper inisteret: quia posset aliquis existimare hoc inesse sibi a complexionem, vel ex aliqua mutatione facta in eo, sicut contingit aliquando quasi subito fieri barbati ex timore, vel alia passione: vel sicut contingit aliquem subito fieri canum propter exigentiam aetatis: & manent postea istae formae: cum autem iste fulgor tolleretur Moysē communicante vulgaribus, & postea rediret eodem intrante coram domino: satis notum erat hoc fieri ex operatione specialis Dei, in quo maior Moysi tribuebatur auctoritas. *Sed operiebat ille rursum faciem suam.* Ne paterentur oculi intuentium reuerberari a radijs, scilicet. *Quando loquebatur ad eos.* Id est si post illam apparitionem rediret ad loquendum Israelitis. Quamuis ista supradicta sint verisimilia, ve-

ra tamen non sunt, quia secundum quod ex litera innuitur, non tollebat fulgor ille a facie Moysi, ita quod postea rediret: sed potest dici, quod aliquantulum suscipiebat augmentum, vel reformabatur. Sed dicendum est, quod postquam esse cepit in vultu eius, semper fuit donec mortuus est. Et patet, quia dicitur in litera, quod quando redibat Moyses, ut appareret coram domino, tollebat velamen de vultu suo: ergo oportet, quod ante hoc habebat fulgorem faciei: alias non esset oportere vultum: sed non semper quando Moyses intrabat ad Deum, veniebat de loquendo filijs Israel: ergo non solum facies Moysi erat cornuta, quando loquebatur cum domino, & quando loquebatur populo egrediens a domino: ergo dicendum quod prae ter facies Moysi erat cornuta. Item quando Moyses intrabat ad Deum, habebat faciem fulgidam, cum dicitur, quod tunc auferat velamen de facie sua, ergo non recipiebat fulgorem nouiter, quando intrabat ad dominum, sed habebat. sed non erat dandum aliud tempus, in quo fulgorem recuperaret si recuperaturus erat, nisi quando ingrediebatur ad dominum: sed tunc non recuperabat, quia habebat: ergo semper habebat non perdendo. Item quia dicitur hic in litera, quod Moyses operiebat vultum suum, scilicet quando loquebatur ad filios Israel, id est quod postquam exibat a domino, si coningeret eum loqui filijs Israel, operiebat vultum suum: ex quo innuebatur, quod aliquando egrediebatur a domino, & non loquebatur filijs Israel, & tamen habebat faciem cornutam, & non operiebat eam: sed quando veniebat ad loquendum illis operiebat faciem suam: erant igitur aliqua tempora, in quibus Moyses, nec erat coram domino, nec coram filijs Israel egrediebatur, & tamen habebat faciem cornutam. Dicendum igitur, quod facies Moysi semper fuit fulgens postquam cepit. Sed quare, quare Moyses tegebatur faciem suam coram filijs Israel? Respondet forte, quod ideo faciebat, quia non poterant Israelitae intendere in faciem eius. Et hoc verum est. Sed adhuc non solum quaeritur, quare non intendebant in eam, sed quare erat tanta lux, ut non possent intendere. Et ad hoc potest responderi sicut supra respondebat. Sed praeter hoc est & alia ratio potissima in hoc, quae forte alicui videbitur allegorica, cum tamen sit literalis, quia aliquando ista videntur coincidere, ut declarauimus supra 12. c. in principio, & est quia lex vetus continebat in se legem nouam, & ita erant sacramenta illa velata in cortice literae veteris testamenti, quae licet ipsa in se clara sint, tamen Iudaei non respiciebant ea, sine velamine, cum solam corticem intuebantur. ad lucem autem illam noui testamētis oculos at tollere non poterant. Hoc innuit Apostolus 2. ad Cor. 3. c. dicens: Et sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ut non intenderent filij Israel in faciem suam, sed obtusi sunt sensus eorum usque in hodiernum diem velamen id ipsum in lectione veteris testamētis manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur, sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum, cum autem conuersi fuerint ad deum, auferetur velamen.

CAPITVLVM XXXV.



ITUR congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos: Haec sunt quae iussit Dominus fieri. Sex diebus facietis opus: septimus dies, erit vobis sanctus, sabbatum, & requies Domini: qui

Quod Moyses tegebatur faciem suam coram filijs Israel.

qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem Sabbathi. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: Iste est sermo, quem præcepit Dominus, dicens: Separate apud vos primitias domino. Omnis voluntarius, & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs, hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, pellesque arietum rubricatas, & hyacinthinas, ligna ferim, & oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiam suauissimum, lapides onychinos, & gemmas ad ornatum superhumeralis, & rationalis. Quisquis vestrum sapiens est, veniat, & faciat quod Dominus imperauit, tabernaculum scilicet & tectum eius, atque operimentum; annulos, & tabulata cum vectibus, & paxillos, & bases, arcam, & vectes, propitiatorium, & velum, quod ante illud oppanditur, mensam cum vectibus, & vasis, & propositionis panibus: candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius, & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium: altare thymiamatis, & vectes, & oleum vinctio- nis, & thymiam ex aromatibus: tentorium ad ostium tabernaculi: altare holocausti, & craticulam eius æneam cum vectibus, & vasis suis: labrum & basim eius: cortinas atrij cum columnis, & basibus, tentorium in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi, & atrij cum funiculis suis: vestimenta, quorum vsus est in ministerio sanctuarij, vestes Aaron Pontificis ac filiorum eius, vt sacerdotio fungantur mihi. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulerunt mente promptissima, atque deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quidquid ad cultum, & ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas, & inares, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini separatim est. Siquis habebat hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, byssum, & pilos caprarum, pelles arietum rubrica-

Oblatio, p
fabricatio
ne taberna-
culi supra
25.

ras, & hyacinthinas, argenti, ærisque metalla obtulerunt Domino, lignaque ferim in varios vsus. Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum, & pilos caprarum, sponte propria cuncta tribuentes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumera- le, & rationale, Aromataque & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiam odoris suauissimi componendum. Omnes viri, & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera, quæ iusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filij Israel voluntaria Domino dedica- uerunt.

Igitur. Descripta ablatione impedimenti constru- ctionis tabernaculi, quod acciderat ex adoratione vitu- li: hic redit legislator ad enarrandam constructionem sanctuarij. Et diuiditur in duo. Primò agitur de qua- dam præuia dispositione: secundò agitur de taberna- culi, & totius sanctuarij fabricatione in principio seq. cap. Prima in duas, quia primò agitur de materiae con- gregatione: secundò de artificij electione ibi. *Dixitq; Moyses.* Circa primum. *Igitur congregata.* Volens Moy- ses mandare fabricationem sanctuarij filijs Israel, præ- posuit de obseruatione Sabbathi, ne forte putarent filij Israel, se solutos ab obseruatione Sabbathi, cum ta- lia opera ad Deum pertinerent. Et istum eundem mo- dum tenuit Deus in mandado Moysi, qd denunciaret hæc filijs Israel, vt patet supra 31. c. licet fuit ordo mu- tatus, quia Deus mandatis omnibus, quæ pertinebant ad sanctuarij constructionem, in fine conclusit manda- tum de obseruatione Sabbathi: hic autè Moyses præ- posuit Sabbathi obseruationem. *Congregata omni turba filiorum Israel.* Dixerat. n. supra qd Aaron, & principes synagoga viderunt faciem Moysi cornutam, & timuerunt accedere ad eum: sed postea vocauit eos, & nò solum accesserunt ipsi, sed etiam omnes filij Israel, vt patet in fine præcedentis capituli. & recte fuit hoc factum con- gregata tota turba, quia istud præceptum pertinebat ad totum populum, scilicet quòd offerrent aurum, & argentum, & alia necessaria ad constructionem sanctuarij, sed hoc non poterant facere, nisi de- nunciarentur eis ista mandata: ergo debuerunt dici congregata multitudo filiorum Israel. *Hæc sunt, quæ iussit dominus fieri.* Præmittit hoc, vt credant se obligatos ad faciendum ea, quæ sequuntur, quia auctoritas mandantis Dei eos astringit. *Sex diebus facies opus.* Computando dies à prima die hebdoma- dæ, quæ est dies dominica. *Facies opus.* Tam opus, quod ad vos pertinet, quam opus quod pertinet ad Deum, scilicet opus tabernaculi. *Septimus dies erit vobis sanctus.* Id est reputabitur apud vos sanctus, scilicet applicatus ad cultum Dei, quia sicut alios dies actionibus vestris applicatis, ita hunc diem dño applicare debetis. *Sabbatum, & requies domini.* Ista duo idem sunt. Vocatur requies domini: vel quia Deus requieuit in die illa ab omni opere, quod patrarat, & nos ob hoc requie- scere debemus. Vel requies domini, id est requies il- lius diei debet applicari Deo, quia licet in illa die quies- camus

scamus a negotiis, & laboribus nostris, non debet ista requies applicari ad corporalem desidiam, sed ad occupationem in Dei laudibus, & consideratione eius. *Qui fecerit opus in eo.* Quod sit opus prohibitum in sab- bathum determinatur Leuit. 23. capi. scilicet omne o- pus tam feruile, qd non feruile: quò in licet aliquid face- re in sabbatho, & quid sit illud, dictum fuit supra 12. ca- pitu. *Occidetur.* Id est mando quòd occidatur, scilicet per sententiam iudicum, si constiterit aliquem fuisse operatum in eo: vt patet Num. 15. ca. de homine, qui fuit inuentus colligens ligna in sabbatho. *Non succendetis ignem in cunctis tabernaculis vestris.* Erat enim verum eis facere aliquid opus in tabernaculis suis, quia nec facere aliquid ad cibum poterant: sed in die Pasche azymorum, quia erat minoris obseruationis dici- tur specialiter, quòd nihil facere poterant præter ea, quæ ad cibum pertinent, vt patet supra 12. capi. in sab- batho autem non poterant: & quia ignis succedeba- tur ad parandum cibos, mandabatur, quòd non accen- deretur ignis.

An liceret Iudeis in sabbato ignem
accendere.

QVÆSTIO PRIMA.

SED circa hoc Rabbi Abraham Aben Ezra dicit, quòd non licebat in sabbatho accendere ignem ad pa- randu cibos, sed licebat accendere ignem ad calefaciendu, si vigeret frigus, quia hoc non est sicut in alijs diebus, in apparatione ciborum, cū cibi apparati possint ex alijs diebus, scilicet in die præcedenti: & propter hoc alij Rabbini dissentientes voluerunt eum pronunciare hereticum: & contra eum quendam libellum ex no- mine sabbathi composuerunt, fingentes personam sab- bathi, quali sabbathum contra eum loqueretur. *In cunctis tabernaculis vestris.* Nominè tabernaculorum non exprimitur tabernaculu domini, quia in sanctua- rio ignis accendebatur cum in atrio eius quotidie sa- cerdos fouere debebat ignem apponens ligna, vt pa- tet Leuit. 6. cap. cum dicitur: Ignis in altari meo sem- per ardebit, quem nutriet sacerdos subiiciens ligna ma- ne per singulos dies: & non solum hoc, sed etiam mul- ta alia licebat fieri in sanctuario, quæ non liceret fieri in aliquo alio loco: sicut iugulare victimas, & deco- riare, & coquere, & lauare iustitiam, & cetera opera car- nificum, quæ pertinebant ad sacerdotem immolantes: & oia opera carnificu, qd pertinebant ad offerentes hostias pacificas, qui coquebant eas, & comedebat partem earu in loco sancto: & fiebant istæ oblationes nò solum in alijs diebus, sed etiam in sabbatho. Christus tamen ar- guens contra Phariseos de obseruatione sabbathi, solù expressit de his, quæ faciebant sacerdotes in sanctua- rio dicens: Sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt, vt patet Matt. 12. cap. *Per diem sab- bathi.* Aliqui dicere voluerunt ex hoc, quòd non lice- bat accendere ignem in die sabbathi ab ortu solis vsq; ad occasum, & tamen in nocte sabbathi licebat hoc. Et hanc positionem tenuit Rabbi Abraham Aben Ezra respondendo ad illum Iudeum, qui contra eum arguebat. Sed in hoc irrationabiliter locutus est, quia Leuit. vigesimo tertio cap. a vespera in vesperam ce- lebrabitur sabbatha vestra. Ad hoc autem ipse respon- det, quòd solum dicitur de die propitiationis, quia di- citur ibidem in litera: Die nono mensis a vespere vs- que in vesperu celebrabitur sabbatha vestra. Sed hoc non solum est de illo die, sed etiam de omnibus alijs, Alph. Toit. super Exodum

Opera li-
uita in sab-
batho.

A cum dies vnus dicatur nox & dies, & non solum dies artificialis: alioquin daretur, quòd cum non sit nox sab- bathi de obseruatione sabbathi, quòd etiam in nocte sabbathi possent facere omnia opera: sed hoc nullus concedit, nec ipse Aben Ezra hoc diceret. Item si totu computaretur dies artificialis in obseruatione festo- rum, & non nox eius: cum Deus mandauerit, qd septem diebus non comederetur fermentatum, pote- rant comedere in noctibus eorum: sed falsum est, quia dicitur supra 12. capi. Primo mensis 14. die mensis ad vesperum comedetis azyma vsque ad diem 21. eiusdem mensis ad vesperum. Et si forte aliquis responderet quòd appellatione dierum non comprehenduntur noctes, sed hic est speciale, quia non dantur dies, sed datur tempus limitatum, scilicet a vespera 14. diei vsque ad vesperam 21. Dicendum quòd falsum est, quia ponit- tur dies, quibus abstinere debeant a fermentato: nam postquam positum fuisset spatium, in quo debe- rent abstinere a fermentato, subiunctus fuit numerus dierum, cum dicitur: Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris: & sic idem dixit esse septem dies, quòd spatium totum interceptum inter vesperam 14. diei & 21: & Deute. 16. capi. ponit- tur: Non inuenietur fermentatum in omnibus ter- minis tuis septem diebus: & non ponitur aliqua alia li- mitatio, quasi per septem dies intelligatur totum spa- tium noctium, & dierum artificialium. Dicendum igitur quòd non solum pertinet ad obseruationem sab- bathi dies artificialis, sed etiam nox: & sicut non lice- bat in sabbatho post ortum solis accendere ignem in tabernaculo Hebræorum, ita nec per noctem ante. *Et ait Moyses.* Assignata obseruatione sabbathi, quæ erat tenenda etiam tempore, quo fabricabatur sanctua- rium: hic agitur de preparatione materie, quæ ad hæc fabricationem exigebatur. *Ad omnem egrum.* Id est ad omnem multitudinem. *Filiorum Israel.* Ponitur hoc hic: quia licet tota esset vna narratio continua, tamen ponitur hoc, quòd est caput narrationis, quia hoc qd subiungitur, nò pertinet ad idem. *Iste est sermo, quem præcepit dominus.* Id est ista est res, quam mandauit domi- nus fieri: ponitur sermo pro re, sicut cõsuetum est in sacra scriptura: in qua vocatur verbum sepe ipsa res, sicut dicitur primo Reg. 3. ca. Ecce ego facio verbum in Israel, quòd quicumque audierit tinniant ambæ au- res eius. & 2. Reg. 1. ca. Quod est verbu, quòd factu est in castris. i. qd res accidit in castris. *Separate apud vos pri- mitias.* Primitiæ accipiuntur dupliciter scilicet quòd istud nomen primitia in deriuatione Latina descendit ab hoc nomine primus, quòd signat duo: primus. n. dicit præcessionem: & ista est duplex, quia quædam est præcessio temporis: alia est præcessio dignitatis. Accipiendo primo modo dicitur primitiæ frugū, & oium fructuū terre, quæ istæ dabantur de omnibus fructibus terre, & dabatur de primis fructibus, scilicet primum, quòd erat in hor- deo, & primum quòd erat in tritico, & sic de ceteris: erant autem in his quædam genera: quædam primitiæ dabantur in festo azymorum, scilicet manipulus de spicis virentibus, & offerrebatur in conspectu domini: de quo Leuitici vigesimo tertio cap. & erant istæ spicæ ordeacæ, quia hoc erat, quòd erat primitiuum in seminibus: & non dabatur de qualibet domo istæ primitiæ, ita quòd quilibet teneretur de agris suis portare manipulum spicarum, sed solum portabatur vnus manipulus loco totius multitudinis. Secundum genus decimarum erat in festo Penteco- stes, & offerrebatur primitiæ messis triticeæ panes duo cocti de tritico nono primò illius anni: & sibi in alta- ri offerrebantur, vt patet Leuit. vigesimo tertio cap. Tercium genus primitiarum erat in primitiis, quæ of- ferebantur in festo tabernaculorum quoniam omnes fruges

Sermo p
re quando
que acci-
piuntur.

Pars secunda Aa erant

erant collectæ, & vinum, & alij fructus, & de istis dabat quilibet de fructibus suis, & cedebant in ius sacerdotum: & in his erat quantitas indeterminata, sed qui multum dabat quædragesimam: qui verò modicum cogebatur dare ad minus sexagesimam, quia sic determinatur Ezechi. 45. cap. ubi propheta loquens de mensura primitiarum ait: Hæ sunt primitiæ, quas tolletis: sextam partem ephi de choro frumeti: & sextam partem ephi de choro ordei. sed ephi est decima pars chori, & tollebatur sexta pars ephi, ergo tollebatur de vno choro sexagesima pars chori, quia chorus continet sexagies sextam partem ephi cum cõtineat decies ephi, & ephi continet sex partibus, quæ sunt sextæ suæ. Alio modo dicunt primitiæ verbo primus, vt signat primus dignitatem, & tunc primitiæ dicitur quadam partes alicuius rei dignissimæ in tota illa re. Et isto modo pars melior auri vocat primitia auri, & pars melior argenti aut eris, & sic ceteris de primitia auri, & argenti, & æris, & isto modo accipitur hic: quia Deus volebat, vt de partibus melioribus istarum rerum daretur pro cõstructione sanctuarij sui: vnde in Hebræo dicitur. *Separate apud vos separationes domino.* Id est separate aliquid, quod specialiter dño dedit. *Omnis voluntarius, & prono animo.* Ponit a quibus deberent accipi iste primitiæ, ab omnibus, qui eas sponte offerrent: qui autem nolent, non cogebantur aliquid dare, quia Deus non recipit munera coacta, cum magis ei voluntas, quam res ipsa placeat: sic dicitur supra 25. cap. ab omni hoie, qui offert eas vtroneus accipietis eas. *Aurum, & argenti.* Ista sunt, quæ recipi debebant ad necessitates fabricationis sanctuarij, & utensilium eius. De auro, & argento ad quid necessaria erant in his fabricationibus dictum fuit supra 25. cap. *Hyacinthum, & purpuram.* Hyacinthus est nomen ferici habentis colorem celestem. *Purpuram.* In Hebræo vocatur argaman. Et vocatur vulgariter a quibusdam vocado. Et iste est color rubeus declinans ad nigredinem, quemadmodum color sanguinis, & color rosarum. *Coccumque bis tinctum.* Id est sericum valde rubeum, quod est tinctum de sanguine coccorum, quos vulgariter vocamus grana, qua tinguntur quidam panni multum rubei. Et vocatur bis tinctus, quia ita tinctus est, quod videbatur bis tinctus: licet semel esset tinctus. Vel forte quod esset bis tinctus ad intensiorem in rubedine. *Et byssum.* Genus lini candidissimi, quale erat in Aegypto. De his omnibus magis diximus supra 25. cap. in principio quid ista sint, & ad quid proficiebant in fabricatione sanctuarij, & utensilium eius. *Pilos caprarum.* Non accipiebantur pili ouium, quia isti erant ad faciendam saga cilicina: de pilis autem ouium non fiunt saga. *Et pelles arietum rubricatas.* Scilicet pelles arietum, quæ opere artificum rubricatæ sunt. Et erant iste ad faciendum tertium operimentum tabernaculi. *Et hyacinthinæ.* Id est et necessariae erant pelles hyacinthinæ. Dicuntur hyacinthinæ a colore: quia habent colorem celestem, & sunt quedam pelles magnorum animalium, vt bouum, & bubalorum artificum labore dispositæ: & habentes colorem. In Hebræo dicitur. *Tabasin.* Quod Hebræi glossant vertentes in vulgari, id est quadamenti. Et alij qui dicunt. *Tabasin.* Id est bubalorum. Et idem est, quia bubali sunt animalia a quibus tollebantur iste pelles, & postea artificiosè disponebantur, vt essent molles, & haberent conuenientem colorem. Et tunc vocantur quadamenti. Et erant pelles hæ ad faciendum cooperimentum vltimum tabernaculi. Est etiam *Tabasin,* nomen pellis ad faciendum præciosos sotalares: sic dicitur Ezechi. decimo sexto cap. Calciauit hyacintho, & induit subtilibus. Et hoc dicebatur ad nimis extollendum, quia Deus in hoc exprobat illi mulieri meretrici, per quam signabat tribum Iuda,

cui tribuerat multa bona adornando eam pulchris vestibus, & tamen fornicata est. *Et ligna ferim.* Ad diuersa opera sanctuarij, vt declarauimus supra 25. cap. *Et oleum ad luminaria concinnanda.* Id est componenda, vel sustinenda. Dicitur enim cinnus quoddam genus mixtionis ex multis rebus: inde venit verbum concinno, id est compono, vel commisceo. Luminaria dicuntur lucernæ septem existentes in candelabro intra tabernaculum ad latus meridianaum: & in illis ponebatur continuè oleum, quia Aarõ ingrediebatur mane & vespere ad componenda ista luminaria, vt patet supra trigesimo cap. & mandauit Deus, vt filij Israel adducerent oleum purissimum oliuarum pilo consum, vt patet supra 27. cap. *Et vt conficiatur vnguentum, & thymiam.* Ad tria erat oleum, de quo hic loquitur Deus mandans illud adduci. Primum ad sustinenda fouendaque luminaria: secundò ad faciendum vnguentum. Et vocatur hic vnguentum quoddam mixtum ex diuersis speciebus, scilicet ex aromatibus myrrhe primæ, & electæ, & ex cinnamomo, & ceteris, de quibus dicitur supra 30. cap. Et istud mixtum erat aliquantum liquidum, vt vngerentur ex eo sacerdotes vestes, & sacerdotes, & omnia tabernaculi utensilia, vt patet eodem cap. Tertio erat istud oleum ad faciendum thymiam. Erat autem thymiam quoddam compositio facta ex multis speciebus, de quibus habetur supra 30. cap. Et ista compositio erat sicca, ideo omnia ista contrebantur vsque in puluerem tenuissimum, vt adoleretur coram domino, de quo eodem capitu. *Lapides onychinos.* Isti præderant ad vestes sacerdotales, quia in duabus partibus superhumeralis super humerum dextræ, & sinistræ sacerdotis magni ponebantur duo lapides onychini, scilicet in vno latere vnus onychinus, & in alio latere alius onychinus, & in quolibet horum erant scripta sex nomina filiorum Israel. Erant etiam onychini ad ornandum rationale, quia inter duodecim lapides ibi positos, erat vnus lapis onychinus, vt patet supra 28. cap. *Et gemmas.* Gema est nomen generale ad lapides preciosos, & signat lapides vnus decem de duodecim, qui ponebantur in rationali. *Ad ornatum superhumeralis, & rationalis.* Qualiter se habeant superhumeralis, & rationale inter se, & qualiter quodlibet formetur supra 28. cap. satis dictum fuit. Ornabantur ista duo lapidibus preciosis, quia superhumeralis habebat duos onychinos in vtraque extremitate super humeros sacerdotis: rationale ornabatur duodecim lapidibus preciosis diuersarum specierum: de quibus supra dictum fuit. *Quisquis vestrum sapiens est,* Hic admonet artifices, vt quicunque fuerit in populo, qui sit peritus circa hæc, veniat ad Moysen, vt faciat opus domini. Et non vocat hic Moyses principales magistros operis huius, quia hos determinauerat ei Deus, qui futuri essent, scilicet Beseleel, & Ooliab socius eius, vt dictum fuerat supra 31. cap. Ecce vocauit ex nomine Beseleel filium Huri, dedique ei socium Ooliab filium Achisamech. Et sic Moyses vocauit eos ex nomine. *ingillatim,* infra cõtra. Dixit Moyses ad filios Israel: ecce vocauit ex nomine Beseleel filium Vri & ceter. sed quia Deus dixerat postea vniuersaliter: & in corde omnis viri eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta opera, quæ præcepti tibi: & quia istos non vocauit Deus specialiter, nesciebat Moyses vocare eos ex nomine, ideo vniuersaliter dixit: *Quisquis vestrum est sapiens.* Et accipitur sapiens improprie, quia sapientia ad habitus speculatiuos pertinet, & est primus, & perfectior habitus. Hic autem necessarium est accipi pro habitu factiuo, qui est habitus artis. Posset tamen dici, quod accipitur sapientia pro habitu directiuo per causas altissimas artis, & isto modo nihil aliud est sapientia, quam virtus artis, vt ait Aristot. in 6. Ethico. cap. de sapientia.

piencia. In istis tamen non conuenit sic vocari sapientes tanquam architectonicos, vel principales in artificio, quia principales erant duo, quos vocauerat Deus ex nomine. scilicet Beseleel, & Ooliab. Vocantur igitur isti sapientes, id est scientes aliquid in arte, licet non essent isti principales. *Veniatis, & faciat opus, quod dominus imperauit.* Id est veniat ad adiunandum fieri opus istud, quia fabricatores principales non erant isti, sed duo iam nominati. *Tabernaculum, scilicet, & reatum eius.* Accipit tripliciter tabernaculum. Vno modo pro domo illa facta de tabulis, & operimentis, basibus, atque colibus: & sic cõter vocatur tabernaculum in sacra scriptura. Secundo modo sumitur tabernaculum pro ipso operimento tabernaculi, scilicet pro cortinis, aut sagis: sic dicitur supra 26. cap. cum dicitur: *Facies & 50. circulos aureos, quibus cortinarum vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat.* Aliqui volebant dicere accipi tabernaculum hic tertio modo, scilicet pro tabulis, cum ponantur hic operimenta tabernaculi: sed falsum est, quia infra dicitur, & tabulata cum vectibus. Dicendum quod tertio modo accipitur tabernaculum valde large pro toto ipso sanctuario, siue pro parte illa, quæ cooperta erat, & vocatur tabernaculum, siue pro parte, quæ erat discooperta, & vocatur atrium tabernaculi: hic autem accipitur secundo modo tabernaculum pro ipso cortinis acceptibus tabulas immediate, sicut accipiebatur supra 26. cap. & hoc patet, quia omnia alia ponuntur hic expresse præter istam operituram cortinarum. *Tabernaculum.* Id est operimentum magnum factum ex cortinis sibi confutis, & in medio connexis per circulos aureos, vt patet supra 26. cap. *Et testum.* Vocatur testum secundum cooperitorium factum de sagis continens saga vndecim per medium connexa fibulis, & ansulis æneis, vt patet supra 26. cap. *Atque operimentum.* Istud est duplex operimentum, quoddam de pellibus arietum rubricatis: aliud de pellibus hyacinthinis, vt patet supra 26. cap. *Annulos.* Per annulos intelligit circulos aureos, quibus connectebantur vela cortinarum: & ansulas atque fibulas æneas quibus neceiebantur saga. *Et tabulata.* Id est connexiones tabularum: nam fiebat tabernaculum longitudinis cubitorum triginta, & latitudinis decem, & erat coopertum tabulis in lateribus, supra autem tabulas non habebat sed operimenta filorum, & pellium: sed nec in onibus lateribus erant operita, quia in latere orientali non habebat aliquas tabulas, solis meridiano, & occiduo atque boreali lateribus circumdatis. Erat autem quilibet tabularum altitudinis cubitorum decem: latitudinis verò cubitus, & dimidius. Erat igitur in latere meridiano tabule viginti, quæ continebant triginta cubitos spatij, supputato cuilibet tabule cubito, & dimidio: in latere autem boreali totidem tabule, & tantundem spatij: in latere autem occiduo erant cubiti decem latitudinis. spatij intercepti inter latus meridianaum, & boreale: & in hoc ponebantur tabule octo, quarum sex continebant cubitos nouem supputato cuilibet tabule cubito & dimidio: quilibet autem aliarum tabularum duarum dimidium cubitum continebat, & sic complebantur decem cubiti. Quodlibet autem istorum laterum trium connectebatur vectibus, vt se tenerent mutuo tabule simul: & sic vnum latus erat vnum tabularum, & tria latera tria tabulata. *Cum vectibus.* Dicuntur vectes quedam ligna magna in longitudine, & rotunda, quæ ponebantur in dorso tabularum per quosdam circulos fixos dorsis tabularum, ita quod in qualibet tabula esset vnus circulus. *Paxillos.* Dicuntur paxilli, id est parui pali, quia diminutiuum est huius nominis palus, & erant facti de ere, fixi in terra, quibus fortiter aligabantur funes extendentes operimenta, & testum tabernaculi. *Et bases.* Duplices sunt bases. Quæ

Alph. Toft. super Exodum

dam sunt bases tabularum, & quedam columnarum. Bases tabularum erant facte in modum paxillorum, ita quod in extremitate inferiori cuiuslibet tabule ponebatur due bases factis duobus foraminibus, quibus firmiter immitterentur, & figebantur in terra sicut paxilli: quia erant iste bases lateratae. habentes quatuor latera, & & quatuor angulos solidos, & versus partem inferiorem, quæ figebatur in terra, semper acuebantur, donec terminaretur in acuta pyramide tetragona. Et vocantur vulgariter tales bases stacas ad figendum in terra. Alie erant bases columnarum, & iste erant amplè in parte inferiori plusquam columnæ habentes formam circulearem, aut tetragonam super quæ ponitur extremitas columnæ, vt melius sedeat, sicut fit in columnis edificiorum nostrorum. Et istarum basium quedam erant argenteæ. bases columnarum quatuor, quæ erant distinguentes sancta sanctorum, & partem anteriorem tabernaculi, & bases columnarum quinque, quæ erant in introitu tabernaculi, alie bases erant ere. bases columnarum totius atrij, vt patet supra 26. & 27. cap. *Arca.* Scilicet arcam fœderis, in qua erant tabule, & virga Aaron, quæ fronderat, & manna in vna aurea. *Et vectes.* Duo vectes erant, quibus arca portanda erat, & immitebantur per annulos aureos infixos lateribus arce in angulis eius. *Propitiatorium.* Erat cooperitorium atque quod erat de auro purissimo, positum super arcam, quia nullum aliud cooperitorium arca habebat, vt patet ex his, quæ diximus supra 25. ca. *Et velum quod ante illud operanditur.* Est in tabernaculo duplex distinctio, scilicet vna pars posterior apud latus occidentale tabernaculi, & alia pars ad latus orientale: & pars illa, quæ est ad latus occidentale erat secretior, quia erat introitus per partem orientalem: & ista erat quadrata, scilicet continens decem cubitos in quolibet latere, & vocabatur ista pars sancta sanctorum. Alia pars erat anterior, quæ pertingebat vsque ad introitum tabernaculi in latere orientali: & ista erat altera parte longior, quia in longitudine continebat cubitos viginti, in latitudine vero cubitos decem. Distinguebantur iste due partes quibusdam columnis intermediis, & in his columnis pendeat velum quoddam occultans ea, quæ intra columnas erant, ne viderentur: & istud est velum, de quo dicitur hic, quod oppanditur ante propitiatorium, scilicet ad tegendum propitiatorium, ne videatur a parte exterioris tabernaculi. Ista duas partes dimidit Aposto. ad Hebræ. 9. cap. licet forte distinctio ab eo ibi posita plura comprehendat, vt ibidem dicitur. *Mensa cum vectibus suis.* Mensa erat intra tabernaculum, & cooperta laminis aureis: ipsa verò erat de lignis ferim, & in hac ponebantur vasa quedam aurea pertinentia ad ministracionem altaris holocaustorum, & quedam pertinentia ad altare thymiamatum: quæ autem sint vasa habentur supra 25. cap. Vectes autem habebat ista mensa, vt portari posset sicut portabatur arca. *Et propositionis panibus.* Panes propositionis erant, qui ponebantur in mensa illa per singula sabbatha, & manebant illic septem diebus: & in alio sabbatho auferebantur illi panes, vt ponerentur alij recentes. De his habetur Leuitic. vigesimo quarto, & primo Regum 21. capitu. De his autem panibus soli sacerdotes comedebant, vt patet Leuit. 22. cap. & Matt. 12. *Candelabrum ad luminaria sustentanda.* Erat istud candelabrum totum de auro purissimo cõtinens vnum talentum auri, quod satis difficile fabricari poterat sicut varietatè, quæ in eo requirebatur, de qua supra 25. capitu. in hoc autem fiebat septem lucernæ, in quibus ponebatur lumen: erat autem candelabrum ad sustentanda luminaria, quia super candelabrum ponebantur luminaria, id est lumen, scilicet lychnus ardens in oleo. Vasa illius dicuntur vasa candelabri, emundatoria, scilicet forfices ad tollendum lychnum

Pars Secunda. A a 2 exultum

exustum, & quaedam vasa plena aqua, in quibus abscisus lychnus proieciatur, ne fumigaret in tabernaculo. De his habetur supra 25. cap. ubi nominantur vasa can delabri emunctoria, & ubi ea, quae emuncta sunt extinguntur. Alia etiam erant vasa eius, scilicet duo suo suffoioria aurea pendentes in duobus rostris candelabri, in quibus oleum continebatur ad effundendum in lucernis: de quibus Zac. 4. cap. *Et lucernas*. Lucernae erant vasa quaedam aurea, quae erant in extremitatibus calamorum, & hastilis infixae eis, & erant septem secundum numerum calamorum sex, & vnius hastilis: & in his ponebatur oleum, ut esset pabulum ignis: & non vocantur lucernae factae de cera, aut sepo, sicut nos accipimus, quia nihil tale veniebat in usus tabernaculi. *Et oleum ad nutrimenta ignium*. Etiam isti artifices parabant oleum, ut esset conueniens ad hoc ut esset nutrimentum ignis: debebat autem esse oleum purissimum, & pilo contusum, ut patet supra 27. cap. *Altare thymiamatis*. Hoc erat factum de lignis setim, & totum coopertum auro, & fiebat ad ponendum super illud in quibusdam vasis aeneis thymiamatis, & prunas ut arderet coram domino, & esset odor suauissimus. Erat autem hoc altare intra tabernaculum ante velum, quod oppanditur sancto sanctorum. *Et vestes*. Portabatur in vestibus altare thymiamatis, sicut arca, & mensa immixtis vestibus per circulos aureos infixos in angulis laterum altaris. *Oleum vntionis*. Istud est quoddam vnguentum liquidum, quod vocatur oleum vntionis, quia erat ad vngendum sacerdotes, & vestes eorum, & ipsum sanctuarium cum vntionibus suis. *Et thymiamata ex aromatis*. Hoc erat durum, & siccum, & contundebatur, donec solueretur in pulueres minutissimos ad cremam coram domino. *Tentorium ad ostium tabernaculi*. Vocatur tentorium quaedam cortina pendens ad ostium tabernaculi cooperiens totum latus orientale, quod erat decem cubitorum, & non habebat tabulas: *Alta re holocausti*. Ea, quae ponebantur supra, erant partes tabernaculi, aut vntilia eius, ita quod essent intra tabernaculum. Nunc agitur de his, quae erant extra tabernaculum, & primum erat altare holocausti, quod erat de lignis setim coopertum laminis aeneis, & cauum, cuius fabricatura ponitur supra 27. cap. Et vocatur altare holocaustorum, quia licet alia sacrificia in eo fiebant, tamen principale inter omnia holocaustum erat. De quo magis diximus supra 29. cap. *Craticulam eius quaeam*. Craticula dicitur in Hebraeo (Cribrum) quia erat perforata tota, ut cribrum, & vocatur proprie rete, siue retiaculum, ut patet infra 37. capit. Erat autem ista craticula, quasi si acciperetur vna lamina magna eris satis tenuis, & perforaretur tota: ponebatur autem ista craticula in parietibus altaris affixa eis, & accedebat usque ad altaris medium. In altitudine cubiti, & dimidij ascendendo a pavimento per altaris parietes: erat namque altitudo altaris cubitorum trium, ut patet supra 27. capit. *Cum vestibus*. Habebat etiam istud altare vestes, ut portaretur in eis. *Et vasis suis*.

Duplicia vasa ad ministracionem altaris holocaustorum necessaria.

Q V A E S T I O . II.

DVPLICIA vasa erant ad ministracionem in hoc altari. Quaedam erant vasa ministracionis mundae. scilicet ad accipiendum vinum, vel oleum, & similia: & ista erant triplicia, scilicet yathi, phialae, & acceptacula, de quibus supra 25. cap. erant autem ista vasa de auro purissimo, quia ad ministracionem mundam pertinebant, & ponebantur intra tabernaculum super mensam propositionis. Alia erant vasa eius, quae pertinebant

ad ministracionem bannausam, quae est ministratio eorum: & erant fuscinulae, & forcipes, & lebetes, & ignium receptacula. Fuscinulae erant ad extrahendas carnes de ollis, cacabis, siue caldariis, quae erant carnes sacrificiorum. Lebetes erant vasa ad fuscipiendos cineres, & eiciendos extra sanctuarium. Forcipes erant instrumenta apprehendendi carbones, aut disponendi ligna, & prunas ne cogerebantur manibus tangere ignem. Ignium receptacula sunt vasa in quibus ponebantur prunae, & mittebantur ad altare thymiamatum, ut interpositum eis thymiamata arderet in altari coram domino: & ista vasa erant aenea, quia pertinebant ad ministracionem bannausam, ut patet supra 27. cap. & erant ista instrumenta pendentes de cornibus altaris holocaustorum. **L**abrum. Erat vas aeneum pendens, aut positum super aliquam columnam continens intra se aquam, quae fiebat per quosdam canales ad volutatem sacerdotum: & erat factum de creta. de speculis mulierum, quae excubabant ad ostium tabernaculi, ut patet infra 38. cap. *Et bases eius*. Aliquando ponuntur bases huius pluraliter, aliquando singulariter quasi vnica sit, cum dicitur supra 30. capitu. Facies labrum aeneum cum basi sua ad lauan dum. Erat. n. vna basis, sed non multum refertur hanc vocari basem singulariter, aut pluraliter: erat. n. basis quaedam magna peluis aerea posita in pavimento, in quam fiebat aqua cadens de labro aeneo, ne per pavementum deflueret, & ut res lauandae sic melius lauerent, ut intus ponerentur intestina pecorum cum lauanda essent, & sacerdotes ibi pedes ponerent cum lauerentur ad ministrandum. De fabricatura huius labri, & basis eius dictum est supra 30. cap. *Cortinas atrij*. Atrium erat magnum spatium in circuitu tabernaculi circumdatum columnis, & cortinis: nam tabernaculum paruae magnitudinis erat. in longitudine cubitorum triginta, & in latitudine decem: atrium autem continebat in longitudine cubitos centum: in latitudine cubitos quinquaginta, ut patet supra 27. cap. & intra istud spatium erat tabernaculum. hoc spatium circumdabatur in formam quadranguli altera parte longioris: & erant in latere meridiano columnae 20. & in latere aquilonari columnae totidem: in latere autem orientali decem columnae, & in occidentali totidem. In his columnis pendebant tentoria per circuitum, ita ut totum spatium illud clausum esset columnis, & cortinis, & illa velamina pendentes in columnis vocabantur cortinae atrij. *Cum columnis, & basibus*. Erant columnae atrij de lignis setim cubitorum 5. secundum altitudinem cortinarum, & habebant bases aeneas, ut patet supra 27. & infra 38. capit. *Tentorium in foribus vestibuli*. Accipiuntur hic fores per foribus atrij, & in eis ponebatur tentorium. scilicet quoddam operimentum, quod aliquando extendebatur, & aliquando colligebatur ad claudendum, vel ad introeundum. Erat autem hoc tentorium de hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta opere plumario, cuius longitudo erat cubitorum 15. & pendebat ante tres columnas. *In foribus vestibuli*. Atrium vocatur hic vestibulum, quia vestibulum est aliquod spatium ante introitum alicuius domus, maxime quoniam est tectum domus foris prominens, & manet aliqua pars cooperta extra domum. Hic autem quia ante fores tabernaculi erat spatium quoddam atrij intra portas atrij, vocatur illud spatium vestibulum. Vel vocatur atrium vestibulum respectu tabernaculi, quantum ad illam partem, quae stat intra portas atrij ante portas tabernaculi. *Paxillos tabernaculi*. Id est paruos palos, qui vocantur vulgariter staccas, & erant de aere: figebantur autem in terra, & religebantur eis funiculi, ut operimenta tabernaculi, & & cortinae atrij sic extenderent, & firmiter manerent: ne quolibet impetu ventorum impellente in diuersa trahe-

traherentur, & nudaretur atrium, & tabernaculum. *Vestimenta quorum usus est in ministerio sanctuarij*. Dicuntur vestimenta ad usum, siue ministerium sanctuarij vestes Aaron sacerdotis magni, & vestes filiorum eius, quibus induti accedebant ad ministrandum in altari holocaustorum, aut in tabernaculo, in altari thymiamatis, vel in candelabro. Et si arguatur, quia dicitur immediatè. *Vestes Aaron pontificis ac filiorum eius*. Quia ponuntur ista hic simul, ergo non deberet poni tanquam signantia idem, sed ut diuersa referentur: ergo vestimenta quorum usus est in sanctuario est ad aliquid aliud. Respondetur, quod refertur ad vestes Aaron, & filiorum eius, sed ponuntur hic ista geminata, quia sunt sicut expositiones, & expositum. Vel potest dici quod ista sunt diuersa, quia ista vestimenta sunt quidam panni facti ad inuoluendum vntilia sanctuarij quando in itinere portabantur: nihil enim de vasis ministracionis portabatur, quod quibusdam palliis non operiretur. Nam si populares, aut etiam ipsi Leuitae, qui haec deportabant viderent ea discoperita illo modo morerentur: ut patet Num. quarto cap. vnde quando arca portanda erat, inuoluebatur primo illo velo quod pendebat ante sancta sanctorum, & postea pallio hyacinthinorum pellium, & deinde pallio toto hyacintho: mensa operiebatur primo pallio coccineo, & de super ponebatur pallium hyacinthinorum pellium: & sic de omnibus aliis vntilibus, de quibus Num. quarto cap. Haec autem vestimenta facere debent etiam artifices sanctuarij. Sed hic magis videtur dicendum, quod ponatur pro vestibus Aaron, & filiorum suorum, quia vocantur vestes siue vestimenta: quod non conueniebat illis pannis. *Vestes Aaron pontificis*. Aaron erat pontifex, siue sacerdos magnus: & habebat speciales vestes, ut patet supra 28. capit. scilicet nouem vestes, vel ut quidam scribunt decem, filij sui pauciores habebant. *Et filiorum eius*. Id est omnium sacerdotum descendentium de semine Aaron. Nam eadem vestes sunt Aaron, & filiorum eius, qui essent sacerdotes magni: & eadem vestes sunt filiorum Aaron, & omnium successorum suorum, & fratrum, qui non sunt sacerdotes magni. *Ut sacerdotio fungantur mihi*. Id est ut exequantur actum officij sui siue ordinis induti vestibus his. Nam non decebat in vestibus communibus indutos sacerdotes coram domino ministrare: quod facit ad munditiam, & ad magnam ministracionis siue reuerentiam, quia si in vestibus communibus ministrarent, actus isti a communibus nihil differre viderent. *Egressus est omnis multitudo filiorum Israel*. Describebatur supra Moyses ad offerendum admonens: hic ponitur populus offerens. *Egressa est omnis multitudo*. Non dicitur hic egredi proprie quasi tota multitudo staret in aliquo loco clauso, sicut in aliqua domo aut tentorio, quia domus ibi nulla erat: tentoria autem non erant tante quantitates, ut aliquod eorum posset capere totam hanc multitudinem: sed dicitur egredi, id est recedere: quia quando Moyses loquebatur stabat coram eo tota multitudo filiorum Israel, nunc autem audito sermone de offerendo perrexit vnusquisque in tentorium suum, ut aliquid apud se eligeret ad offerendum domino, & hoc fuit egredi a conspectu Moyse. *Obtulit mente promptissima*. Id est multum parata, quasi dicat, non oportuit eos multum suaderi ad faciendum hoc, quia sine magna suasione fecerunt eum parati essent. *Et deuota*. Id est seipso tradentes Deo secundum voluntatem suam, & hoc ponitur, quia supra dictum fuerat, omnis voluntarius, & prout animi offerret eas domino. *Primicias domino*. Id est separationes factas de rebus suis tollendo id quod melius erat in eis. *Ad faciendum opus tabernaculi*. Non solum ad opus tabernaculi tribuerunt, sed etiam ad opus

Alph. Toff. super Exodum

opus cortinarum atrij, & ad opus columnarum, & tentorium, & basium atque capitellorum columnarum, & ad fabricandum vntilia, quae erant in atrio, scilicet altare holocaustorum, & labrum aeneum. Sed vocatur tabernaculum large tertio modo, ut supra dicebatur, pro toto sanctuario cum tabernaculo & atrio eius. *Quidquid in cultu, & ad vestes sanctas necessarium erat*. Id est dederunt omnia, quae erant necessaria ad ornatum vel ministracionem tabernaculi, & quidquid erat necessarium ad vestes. *In cultu*. Signat cultus duo, scilicet ornatum, aut ministerium, quia derivatur à verbo colo. quod cum signet plura, hic duo signata eius conuenire possunt, scilicet honorare, aut ornare. Cultus igitur est honor, vel ornatu: & quia honor prout se tenet ex parte honorantis, nihil aliud est, quam quaedam reuerentia exhibita, vel obsequium ad alterum vocabitur cultus ministerium, vel seruitium. Dicuntur ergo aliqua esse ad cultum tabernaculi, id est ad ornatum eius, vel ad ministerium faciendum in eo. *Et ad vestes sanctas*. Ponit vestes sanctas per se, quia quidquid in tabernaculo aut toto sanctuario erat, aut erat pars sanctuarij, aut aliquod vas, vel supellex sanctuarij, pertinebat ad sanctuarium: vestes autem sacerdotum non erant sanctuarij pars, nec aliqd vas eius, sed magis ornatus sacerdotis. *Ad vestes sanctas*. Vestes sacerdotales vocantur vestes sanctae, quia applicatae erant ad usum sanctuarij, cum solum in ministerio eius acciperentur, & aliam nunquam vterentur eis sacerdotes. *Viri cum mulieribus praeberunt*. Id est viri, & mulieres: quia viri per se offerabant, mulieres offeriebant, & femine per se: femine autem non possunt per se non consentiente viro aliquid offerre, quia sicut non licet eis aliquid dare in elemosynam non consentiente viro, quia ad ministracionem bonorum non est femine attributa sed viro, nisi forte femina habeat aliqua specialia bona, quia acquirat ex aliquo officio suo factis omnibus obsequijs viro necessarijs, & debitis, & procurata utilitate domus: sicut de cet feminas procurare: nam de his bonis potest femina disponere ut ei liberit: quia apud eam tam proprietaria, quam possessio, & administratio eorum est. Si tamen in acquirendis his aequaliter impediatur utilitas domus, vel vir priuatur obsequijs debitis, non pertinebit illa acquisita ad feminam, sed tantum pertinebit ad bona communia de illis bonis quantum de bonis coibus deperditum est, vel non procuratum est, & debuit procurari: vel quantum de obsequio viro tollitur, & ista pars pertinebit ad virorum administracionem sicut alia bona communia. Possunt autem aliae femine offerre, aut elemosynam dare de licentia virorum suorum habentium administracionem bonorum: hic autem sic videtur esse factum, quod viri, & mulieres conueniret inter se ad comunem concordiam, ut aliquid viri offerrent, & aliquid femine: nam licet ius offerendi viro inesset, qui potestate dispensationem in administracione rerum gerit, vel ut femine ex mandato virorum offerrent, tamen non est factum sic, sed quilibet per se aliquid obtulit. Pro quo considerandum, quod elemosyna proficit illi, qui dat eam, aut pro quo datur, & tunc cum vir, & vxor simul maneant bona, quae possident communia sunt, & cum datur aliquid de eis in elemosynam, vel oblationem, aut donationem, vel quemlibet alium modum, datur de eo, quod bonum est cuiuslibet eorum, & sic datur aliquid de bonis viri, & aliquid de bonis vxoris, quicumque ergo horum elemosynam daret siue vir, siue femina, proficeret alteri, quia de bonis eius dabatur, nisi forte alter eorum repugnaret danti, quia tunc non poterat esse proficere, cum meritum, & demeritum fundentur super voluntarium: siue igitur hic offerret vir, & femina non dissentiret, proficiebat haec oblatio vtri.

Femine si possunt aliquid offerre non consentiente viro.

Pars Secunda Aa 3 que

que equaliter quantum est ex opere, quod fit, quia ipsum quod fiebat tantum pertinebat ad virum, sicut ad feminam, quia dabatur bonum, quod equaliter erat viri, sicut siue offerretur femina iubente viro, aut consentiente eodem modo ad utrumque; pertinet id bonum, quod fiebat: non factum fuit tamen hic sic ad concordiam inter virum & uxorem, quia si vir per se offerret, crederet vxor non sibi proficere illud, quia solus vir agebat, qui administrationem rerum solus gerebat. In hoc tamen erraret, quia proprietates, & possessio ad utrumque, indistinctim & equaliter pertinebat, quidquid tamen esset ipsa non potens magis iudicare sic crederet, & indignaretur, atque molestè ferret nullam partem boni ad eam pertinere. Si autem ipsa femina ex mandato viri aliquid offerret, & vir nihil offerret, etiam femina crederet ad se non pertinere partem illius operis, quia mandato alterius hoc efficiebat. Vt ergo tolleretur omnis scrupulus, & haberetur pax omnimoda, permiserunt viri mulieribus quod ipse offerrent aliquid pro se solis, & viri offerrent aliquid pro se solis, & hoc quidem quantum ad opinionem aliquid erat, ad rem tamen nihil: quia etiam sic conuenit inter eos id quod femina pro se sola offerebat viro proficiebat, cum medietas illius esset viri, & ipse consentisse, uxorem sic offerre, & id quod vir pro se solo offerebat proficiebat et femina, quia medietas eorum, quæ offerebat vir, erat ipsius uxoris: sic autem fiebat in solutione pro expensis sanctuarij quando computabatur totus populus, quilibet qui transibat ad numerum, dabat dimidium solum, ad quem nec diues permittebatur addere, nec pauper diminuire: vt patet supra 30. cap. vt quilibet putaret se equaliter pertinere ad cultum Dei, sicut quilibet putaret: ita hic cum vir offerret per se, & femina per se: putaret se quilibet eorum pertinere ad cultum Dei. *Armillas, & inanes.* Hic ponitur ea, quæ femina dederunt, scilicet armillas. Vocantur armille quædam ornamenta ab armo pendentia, quæ argentea, & aurea sunt: & ponuntur ad colligandum vestes. *Et inanes.* Dederunt etiam inanes, quæ sunt aurum ornamenta, & ista non solum pertinent ad feminas, sed etiam ad masculos, maxime in ætate puerili: sic dicitur supra 32. cap. cum Israelitæ peterent, vt Aaron faceret eis Deos, respondit Aaron: tollite inanes aureas de vxorum filiorumque, & filiarum vestrarum auribus. *Et dextralia.* Vocantur dextralia ornamenta brachiorum dextrorum dicta a dextris, in quibus ponebantur. *Omne vas aureum.* Ista supra posita erant ornamenta de auro aut de argento, & pertinebant ad feminas magis specialiter, ponuntur hic ea, quæ generaliter viris, & feminis conueniebant, scilicet. *Omne vas aureum.* Viri dabant vasa aurea multa ad istam fabricationem: & ista fuit causa potissima quare Deus mandauit Israelitis spoliare Aegyptum auro, & argento petendo vasa aurea, & argentea, quia si non accepissent ab Aegyptiis, ipsi non habebant tantum aurum, & argentum cum non possent diuites esse in Aegypto, quia præmebant eos Aegyptij, cogenites pro aliis laborare, & pro se nihil lucrabantur, aut valde paucum, vt vix possent vitam suam sustentare. *In donaria domini separatum est.* Idest separatum fuit, vt esset donum Dei. Est hic hyperbole, quia tanta multitudo auri, & argenti offerebatur, quod videretur nihil dimitti apud ipsos offerentes: sed multa alia dimissa sunt, quia alias non habuissent principes tribuum aliqua vasa aurea, vel argentea, quæ offerrent: sed postea in die dedicationis tabernaculi obtulit quilibet de principibus acetabulum vnum argenteum pondi siclorum centum triginta, & phialam argenteam 70. siclorum, & mortariolum ex decem siclis, vt patet Num. septimo cap. Ergo multa vasa manserunt aurea, & argentea apud

Israelitas. *Siquis habuit hyacinthum.* Idest sericum coloris celestis. *Aut purpuram.* Idest sericum coloris rubei vergentis ad nigrum, & hoc non in panno contexto, sed in filo, quia omnia, quæ in sanctuario fabricata sunt, artifices fabricauerunt, & texerunt. *Coccumque bis tinctum.* Idest fila bis tincta sanguine coccorum. *Byssum.* Scilicet genus lini candidi. *Et pilos caprarum.* Dicitur pilos caprarum, & non vellera: quia in capris non fiunt vellera sicut in ouibus, quia pili caprarum sunt hispidi, & recti, & non cohererent inuicem sicut pili ouium. *Et pelles arietum rubricatas.* Quia multi eorum habebant pelles taliter paratas ad aliquos vsus suos, & postea dederunt ea, domino offerentes. *Et hyacinthinus.* Habebant etiam pelles illas bouum sic paratas ad suas necessitates, nam ibi in deserto non parauerunt eas. *Argenti, & avis metalla.* Omnia hæc de Aegypto asportabant præter ligna setim, & factum fuit hoc, quia Deus eos mouit ad portandum ista: nam licet de auro, & argento non esset mirandum, quod ipsi portarent de illo quantum possent, cum præ ipsa, de quibusdam tamen aliis rebus, vt de cere & pellibus rubricatis tamen arietinis, quam hyacinthinis, mirandum est, quomodo eas secum detulerint, cum vix possent ducere vxores, & filios in asinis: sed Deus ad hoc specialiter mouit vt construeretur sanctuarium ei. *Ligna quoque setim.* Ista fuerunt ad faciendum diuersas constructiones in sanctuario, de quibus dictum fuit supra vigesimo quinto cap. Ista ligna setim non fuerunt adducta de Aegypto sicut cetera, quæ hic continentur, sed in deserto habita sunt, quomodo autem, vel vnde habita fuerint, dictum fuit supra 25. cap. *In varios vsus.* Quia ad omnes vsus tabernaculi, in quibus ponebantur ligna, profuerunt ligna setim: nec aliquod alterum genus ligni habitum fuit in toto opere sanctuarij. *Sed & mulieres doctæ.* Hic ponuntur aliqua, quæ pertinebant ad specialem operationem mulierum. *Quæ neuerant hyacinthum.* Idest quæ nouerant tingere vel filare, aut texere hyacinthum, quia iste neuerunt hyacinthinam fila, & purpuream habentes ibi materiã istorum. *Fuerant istæ mulieres doctæ in Aegypto circa materiam hyacinthinam, & purpuream facere quidquid fieri poterat: & duxerunt materiam hanc, scilicet lanam in desertum, & ibi neuerunt atque cetera fecerunt, quæ necessaria erant ad purpuram, & hyacinthum. Et vermiculum.* Vocatur hic vermiculus id quod supra vocabatur coccus bis tinctus: quia ille est quidã vermis, qui est valde rubens, & de sanguine eius, qui est tenax, valde tinguntur res rubræ valde colore viuido. *Ac byssum.* Idest quæ nouerant filare byssum. *Et pilos caprarum.* Idest quæ nouerant nere de filis caprarum. *Sponste propria cuncta tribuentes.* Idest omnes mulieres, quæ aliquid horum habebant, vel aliquid facere sciebant, tribuerunt Deo sponte. *Principes vero.* Scilicet principes duodecim tribuum. *Obtulerunt lapides onychinos.* Scilicet ad ponendum in superhumerali, & in rationali. Nam in duabus extremitatibus superhumeralis duo onychini ponebantur, in rationali autem ponebantur vnus onychinus. *Et gemmas ad superhumerali, & rationale.* Vocantur hic gemmæ omnes lapides præciosi præter onychinos. Et legenda est tota ista litera copulata, scilicet quod obtulerunt principes onychinos, & gemmas, & hoc ad ad ornandum superhumerali & rationale, referendo singula singulis, scilicet onychinos ad ornandum superhumerali. *Et gemmas.* Idest alios lapides præciosos ad ornandum rationale. *Aromata, & oleum.* Obtulerunt enim Israelitæ aromata, quæ sunt aliqua confecta de myrrha: & erant ad faciendum vnctionis oleum. Oleum aut quod ponitur hic erat oleum simplex, quia ponebatur ad luminaria cinnamada, id est sustentandum, vel fouendum. *Et*

Et ad præparandum unguentum. Idest est unguentum, quo ungebantur sacerdotes, & sacerdotales vestes, & totum tabernaculum cum vniuersis suppellectilibus, vt patet supra 30. cap. *Et thymiam odoris suauissimam.* Idest thymiam est quod ex multis speciebus fiebat, & erant omnia dara atque contundebantur in puluerem minutissimum, vt postea ponerentur in altari thymiamatis ad cremandum coram domino, vt patet supra 30. ca. *Omnes viri, & mulieres.* Scilicet quod quilibet eorum pro se obtulit: aliquid enim vir offerebat, & aliquid femina, vt cuilibet eorum videretur hoc proficere, vt supra declarauimus. *Mento deuota.* Idest ardenti, & prompta. *Obtulerunt donaria.* Idest dederunt dona. *Vt fieret opera, quæ iussisset Deus.* Ideo secundum quod Moyse dicebat eis necessarium esse talem, aut talem rem, ita ipsi offerebant. *Per manum Moysi.* Non est sensus, quod dominus iussisset ista fieri per manum Moysi, idest quod Moyse ista faceret, quia dicitur quod Deus elegerit ad hoc Beseleel, & Ooliab, & quod in corde omnis eruditi dederit sapientiam, vt patet supra 31. cap. & hic infra, sed dicitur per manum Moysi referendo ad illud verbum, iussisset, & non ad illud verbum, fieri scilicet: quod Deus mandauit per manum Moysi, idest per Moysem, ita quod Moyse loqueretur ista mandando filiis Israel ex parte Dei. *Cuncti filij Israel.* Notatur hic magna deuotio populi: quia ponitur quod omnes de populo obtulerunt tam viri, quam femine. Fortè non fuit aliquis in toto Israel, qui non offerret aliquid ad opus istud. *Voluntaria domino dedicauerunt.* Idest omnes dederunt aliquid, & quilibet dedit illud sponte.

Operari
fapientia
uocatur.

Dixitque Moyses ad filios Israel: Ecce, vocauit Dominus ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, impleuitque eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia, & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro, & argento, & ære, sculpendisque lapidibus, & opere carpentario. Quidquid fabre adinueniri potest, dedit in corde eius: Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan ambos eruditum sapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij de hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, & bysso, & texant omnia, ac noua, quæque reperiant.

Dixitque Moyses. Hic ponitur secundum de artificum vocatione, & electione. *Ecce vocauit dominus.* Idest elegit, quia non vocauit accipiendo proprie vocare. *Ex nomine Beseleel.* Idest quod: Deus multos artifices ad hoc opus elegit, sed quosdam eorum elegit non expresso nomine eorum, sed solum dedit eis sapientiam scilicet dando eis, quod scirent facere, quæ nunquam sciuerant: vel fecit eis scire melius illa quam fruerant: & postea cum fuit tempus fabricandi Moyses vocauit eos vniuersaliter, dicens: quisquis vestrum sapiens est veniat, & faciat opus domini, quod imperauit. Specialiter autem vocauit quosdam, scilicet Beseleel, & Ooliab exprimens nomina eorum, & hoc est dicere, quod vocauit eos Deus ex nomine, idest vocauit nominatim eos. *Filium Vri, filij Hur.* Fuit autem Hur aut Beseleel, & Caleb dicitur proauus Beseleel: sic patet primo Paralip. 2. cap. quia dicitur, quod Caleb accepit uxorem nomine Azuba, & genuit ex ea filios: deinceps. *Alph. Toft. super Exodum*

de mortua ea accepit uxorem Ephrata, quæ peperit ei Hur, porro Hur genuit Vri, & Vri genuit Beseleel. Est igitur necessarius Caleb proauus Beseleel.

An Caleb proauus Beseleel fuerit ille, qui missus est in exploratorem ad terram promissionis.

QUESTIO. III.

DICUNT autem quidam hunc Caleb esse, qui fuit de exploratoribus missis ad terram Chanaan, & post ingressum terræ Chanaan ipse erat quasi princeps in tribu Iuda. Quod patet, quia Iosue, 14. ca. cū accederet tota tribus Iuda ad Iosue ponit inter eos Caleb loquens, quod maioribus conuenit. Hunc Caleb dicunt habuisse filium nomine Hur, qui accepit in uxorem Mariam sororem Moysi. Hæc autem tatis starent nisi manga inconuenientia sequerentur. Fundamentum autem ad inducendum inconuenientia est, quia dicitur Iosue 14. cap. quod tempore, quo Moyses misit Caleb cum aliis exploratoribus, erat annorum 40. videtur autem difficile, imò penè impossibile, quod homo quadraginta annorum haberet pronepotem, qui esset iam aliquante ætatis, ita vt aliquid facere posset fabricando, quemadmodum necesse est poni in Caleb: dando quod Caleb, qui fuit nepos Hur fuerit ille, qui iuit cum exploratoribus ad terram Chanaan. *Glosa autem Hebraica, vt concordet hoc, ponit quasi plurima alia inconuenientia, assignando modum per quæ hoc fuerit, & dicit quod Caleb cum esset octo annorum, accepit uxorem nomine Azubam, & genuit ex ea in sequenti anno, & mortua fuit Azuba in isto anno, scilicet in fine noni: in principio autem decimi anni accepit aliam uxorem, quæ vocabatur Ephrat, siue Ephrata, & alio nomine dicitur Maria, scilicet soror Moysi, & genuit ex ea in anno decimo suo Hur, scilicet in fine decimi. Deinde Hur in fine decimi anni sui, qui erat annus vicefimus primus Caleb genuit Vri, Vri autem in anno nono suo, qui erat annus tricesimus vitæ Caleb genuit Beseleel, Beseleel autem anno decimo gratis suæ, qui erat annus quadagesimus vitæ Caleb incepit construere sanctuarium: & hoc fuit paulo antequam irent exploratores ad terram Chanaan: nam exploratores missi sunt in tertio, vel quarto, mense secundi anni ab exitu de Aegypto, vt patet ex processu libri Numerorum. Beseleel autem cepit construere sanctuarium primo anno exitus de Aegypto, ita quod fuit constructum in prima die sequentis anni, vt patet infra 40. cap. Sed hic valde magna inconuenientia sunt. Primum est quia dicitur quod Caleb anno suo octauo accepit uxorem, & genuit ex ea. Quid enim stultius quam dicere aliquem hominem gignere posse anno octauo? Et dato quod ex aliquo specialissimo euentu gignere potuisset, quis tamen in tali tempore uxorem ei dare velleret, cum vix sit tunc in pueris aliquis vsus rationis? Item est aliud inconueniens quod accepit Caleb Maria in uxorem, quia mulier ista vetus non acciperet in virum aliquem ita iuuenem; maxime cum ipsa esset mulier sancta, & prophetissa: vt patet supra 15. cap. Nam quando esset Caleb annorum 40. esset Maria annorum quasi centum aut 95. Quod patet, quia Maria erat maior Moysè 12. vel 13. annis ad minus: nam cum Moyses fuit expositus in fiscella scirpea in carreto fluminis, Maria soror eius erat in custo diæ, & itans coram filia Pharaonis prudenter locuta est coram ea pallians veritatem facti, quod non pertinet ad puellas parue ætatis, sed ad eas, quæ iam sunt ad minus duodecim, vel tresdecim, aut quatuordecim annorum: Moyses autem erat nunc annorum 82. quia iste erat Pars Secunda. Aa 4 secun.*

Confutatio
glosæ
Hebraicæ.

secundus annus ab exitu de Aegypto, in quo missi sunt exploratores, & compleuit Caleb annos quadraginta, quia antequam exiret de Aegypto cum primis fuerit Moyses coram Pharaone erat annorum octuaginta, ut patet supra cap. septimo: erat igitur nunc annorum octuaginta duorum, quibus si addantur 13. vel 14. anni quos Maria haberet supra Moysen, essent anni 95. aut 96. vel quasi centum. Concluditur ergo, quod quando foret annorum 40. Caleb, Maria vxor eius esset annorum 95. aut quasi centum: hoc autem non conuenit, quia mulier ita vetus tam iuuenem maritum acciperet, quia hoc ad libidinem explenda esse videbatur. Item si accipiatur secundum quod ipsi ponunt, adhuc erit maius inconueniens, scilicet quod acciperet Caleb in anno decimo vite sue in principio Mariae in vxorem, quia cum eo tempore, quo erat Caleb 40. annorum esset Maria ad minus annorum 95. vel centum, sequeretur quod quando esset Caleb annorum decem esset Maria annorum 65. vel quasi 70. Hoc autem valde ridiculum est, quod mulier 70. annorum, vel quasi acciperet in vxorem puerum annorum decem. Item magnum inconueniens erat eodem modo, quod Hur filius Caleb anno suo decimo, gigneret filium suum Vri. Item erat inconueniens, quod Vri in anno suo nono gigneret Beseleel. Item erat inconueniens, quod Beseleel anno decimo vite sue fabricaret sanctuarium, quia hoc requirebat magnam peritiam artis, & robur organorum executionum, quorum neutrum inest vnquam alicui puero decem annorum. Et si forte dicatur, quod ista facta sunt miraculose, scilicet quod Deus docuerit Beseleel sicut dicitur in littera, quod repleuit eum spiritu sapientie, & intelligentie, & scientie. Respondetur quod hoc non agit: nam licet Deus infuderit, & augmentauerit miraculose artem Beseleel, tamen non totaliter infudit quidquid Beseleel sciuit: quia ante hoc erat ipse peritus in omnibus artibus his, quas alij homines eiusdem temporis sciebant, sed quia non sufficiebant ille, Deus adauxit apponendo possibiles habitus, & perficiendo eos, qui perfecti non erant: sicut declarauimus supra 28. & 31. cap. ergo in etate annorum decem non poterat Beseleel ista habere: non est ergo verum, quod Caleb, qui fuit explorator fuerit proauus Beseleel, aut quod fuerit ipse maritus Mariae sororis Moysi. Nicolaus autem dicit quod fuit iste Beseleel filius Vri, & fuit nepos Hur, sed non fuit pronepos Caleb. Et ratio ista est, quia hic cum ponitur genealogia Beseleel, solum ponitur Hur auus, & pater Vri, sed non ponitur Caleb proauus. Cum autem dicitur quod Beseleel fuit filius Vri, filij Hur, filij Caleb, ut habetur primo Paralipo. cap. secundo. Respondetur quod non sunt eadem persone illae, quae ponuntur illic, & quae ponuntur hic, licet sint in eadem tribu, scilicet in tribu Iuda vtrique, quia multo tiens nominantur multae persone eiusdem nominibus. Sed hoc licet Nicolaus dicat quodcunque voluerit, factis est difficile: nec vnquam tale vidi in sacra scriptura. Nam quod aliqua nota diuersarum personarum coinciderit factis facile est, cum plura sint individua humana quae nomina differentia, ideo necessaria est in eis aequiuocatio, sed quod in aliqua cognatione sint tres viri, scilicet auus, pater, & filius, qui nominentur tribus nominibus diuersis sicut hic, scilicet Hur, & Vri, & Beseleel, & in eadem cognatione sint alij tres, scilicet auus, & pater, & filius vocati eiusdem tribus nominibus differentibus, & eodem ordine, scilicet auus Hur, & pater Vri, atque filius Beseleel, factis difficile est: nec credo in rota sacra scriptura reperiri: licet non est negandum fieri potuisse, cum nos imponamus nomina, ut volumus. Quod tamen Nicolaus saluet veritatem huius textus in casu quem non reperimus in sacra scriptura,

Opi. Nico
lai de lyra
resoluitur.

& est difficile reperiri, cum nullus eum ad hoc inducat, satis videtur dissonum rationi. Sed Nicolaus in hoc deficit, quia putauit se cogi ad hoc. Et patet quia cum Paralip. primo in ca. secundo ponatur Caleb pater Hur, & Hur pater Vri, & Vri pater Beseleel, necessarium est, ut ipse ponat illum esse Beseleel, qui fabricauit sanctuarium. Aut cum hic dicatur Beseleel filius Vri filij Hur, quod ponatur tres persone alicui, scilicet auus, pater, & filius eorundem nominum in eodem ordine in eadem cognatione. debuerat tamen dicere quod ille Beseleel, qui ponitur primo Paralip. capi. 2. sit qui construxit sanctuarium, & quod fuit proauus eius Caleb, & istae tres persone hic posite, scilicet Hur, Vri, Beseleel sunt eadem, quae habentur primo Paralip. 2. cap. Sed Nicolaus recusauit hoc confiteri, quia putabat se per hoc incidere in omnia inconuenientia, quae assignauerat, sed non incidit. Est autem principium apparentie, quia iste, qui ponitur proauus Beseleel, primo Paralip. 2. cap. vocatur Caleb, & ille qui intrauit cum exploratoribus in terram Chanaan vocabatur Caleb, principium autem defectus est, quia ipse putauit esse eundem Caleb, tamen non est. Et supradicta patent: quia dupliciter Caleb inuenitur, scilicet vnus, qui vocatur Caleb filius Esrom, filij Phares, filij Iudae, & alius Caleb, qui vocatur filius Iephonne: ille autem qui vocatur Caleb filius Iephonne fuit explorator intrans in terram Chanaan, & erat quadraginta annorum, quando intrauit in terram Chanaan ad explorandum, ut patet Iosue. 14. cap. vbi vocatur Caleb filius Iephonne Cenezus, qui fuit explorator. Idem dicitur Num. 26. cap. vbi soli Iosue, & Caleb filius Iephonne dicitur superfuisse de cuncta multitudine bellatorum. Idem habetur Num. 14. cap. de hoc igitur procedunt inconuenientia, quae nos supra assignauimus, & quae assignat Nicolaus, si ponatur esse proauus Beseleel, quia erat quadraginta annorum nondum completorum, quando Beseleel incepit fabricare sanctuarium, & inconueniens erat hunc poni maritum Mariae sororis Moysi, putauit autem Nicolaus, quod ille Caleb, de quo agitur primo Paralip. 2. cap. sit Caleb explorator, ideo non concessit vilo modo esse illum Beseleel, qui ibi ponitur constructorem sanctuarij. Quod autem isti duo Caleb sint distincti, patet, quia vnus vocatur filius Esrom alius vocatur filius Iephonne. Item quia de cognatione vnus agitur primo Paralip. 2. cap. scilicet de Caleb filio Esrom: de Caleb autem filio Iephonne, & de cognatione sua agitur primo Paralip. 4. capi. Item patet in progenie sua, quia si consideretur tota progenies immediata Caleb filij Esrom, & Caleb filij Iephonne nullo modo concordant: quod patet considerando 2. & 4. cap. primo Paralipo. Item patet, quod non sit idem Caleb, quia Caleb filius Iephonne erat annorum quadraginta, in secundo anno ab exitu de Aegypto, quando missus fuit ut explorator, ut patet Iosue 14. capit. Caleb autem filius Esrom, si tunc viveret, esset quasi 190. annorum, quae etas non concedebatur alicui homini in illo tempore, ergo non vivebat tunc ille Caleb, ut posset mitti in explorator. Antecedens patet, quia Esrom fuit filius Phares filij Iuda: Phares autem intrauit cum patre suo in Aegyptum, ut patet Gene. 46. cap. deinde genuit Esrom: unde posset eum gignere post 16. vel 17. annos introitum in Aegyptum, sed in Aegypto fuit mansio filiorum Israel annis 215: ut declaratum fuit Gen. 15. cap. & supra primo & 2. capi. a quibus detrahendo 16. vel 17. annos antequam gigneretur Esrom manent 198. anni quibus mansuri erant Israelite in Aegypto post natiuitatem Esrom: genuit autem Esrom primogenitum suum Caleb anno 15. aut 16. quia anno suo 60. genitus erat abnepos suus Beseleel, quod patet primo Paralipo. 2. cap. cum dicitur:

Caleb

Duo fuerunt
Caleb. scilicet
Caleb filius
Esrom, &
Caleb filius
Iephonne.

Abraham
vixit annis
175. Isaac
vero 180.

Iacob
vixit annis
147.
Doct. det.

Caleb filius Esrom accepit vxorem nomine Azuba, cumque mortua esset, accepit vxorem nomine Ephrata, quae peperit ei Hur, porro Hur genuit Vri, & Vri genuit Beseleel, post haec ingressus est Esrom ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam, cum esset annorum sexaginta, sed in isto tempore genitus fuerat abnepos eius Beseleel, ergo pro tot generationibus oportebat annos sic diuidi, ut fierent generationes in anno 15. vel aliqua in 16. & aliqua in 18. fuisse ergo genitus Caleb filius Esrom anno 15. Esrom. Demendo igitur hos 15. annos a 198. qui antea remanebant a natiuitate Esrom vsque ad exitum de Aegypto, manebunt anni 183. a natiuitate Caleb filij Esrom vsque ad exitum de Aegypto, quibus superaddantur duo anni, qui inceperant fluere, quando missi sunt exploratores, essent anni 185. nulli autem talis etas concessa est. Quia & Abraham, qui iam a multis diebus transierat, solum vixit annis 175. ut patet Gen. 25. cap. & Isaac, qui plus vixit durauit annis 180. ut patet Gen. 35. cap. non ergo potuit tunc viuere Caleb filius Esrom, ut mitteretur in exploratorem in terram Chanaan, maxime cum dicitur Caleb annorum 40. quando fuit explorator, ut patet Ios. 14. cap. Et hoc est quod concluditur, accipiendum, quod illud quod dicitur 1. Paralip. 2. cap. scilicet. Post haec ingressus est Esrom, referatur ad immediatam supraposita cum dicebatur Vri genuit Beseleel. scilicet quod ante natus esset Beseleel, quam acciperet Esrom in vxorem filiam Machir, quod erat in anno suo 60. Sed non est sic referendum: quia tunc Beseleel esset annorum 145. quando debuisset incipere primam fabricationem tabernaculi: sed ad hanc etatem nullus in illo tempore accedebat: postquam enim mortuus fuit Iacob, qui vixit annis 147. ut patet Gen. 47. cap. non legitur, quod aliquis 140. annos attigerit, quanto magis 145. etiam dato quod tanta etatem attingisset, non posset in illa etate aliquid construere, aut saltem clare videre. Dicendum ergo, quod post hoc, non refertur ad immediata, sed alia superiora, & tunc non erit sensus, quod prius natus esset Beseleel, quam Esrom accepisset filiam Machir in anno suo 60. & tunc poterit assignari aliter satis conuenienter. scilicet Phares, qui in primo anno vite sue descendit in Aegyptum, ut patet in his, quae diximus Gen. 38. cap. genuit primogenitum suum Esrom anno suo 25. aut modicum ultra, vel citra, & deinde Esrom genuit Caleb anno suo 25. & Caleb genuit Hur anno suo 25. & Hur genuit Vri anno suo 25. & Vri genuit Beseleel anno 25. erunt isti anni simul sumpti 125. qui detracti a 215. quibus fuit tota mansio filiorum Israel in Aegypto manebunt anni 90. Et istos annos haberet Beseleel, quando incepit fabricare opus tabernaculi. Et tunc etiam manet id quod volebamus, scilicet quod Caleb tot annorum esset, quod tunc viuere non posset accipiendum pro Caleb filio Esrom, quia tunc esset Caleb filius Esrom annorum 167. Quod patet, quia mansio Israelitarum in Aegypto fuit annorum 215. a quibus detractis 50. annis, qui transferant quoad natus est Caleb filius Esrom secundum computationem supra positam manebunt 165. quibus addantur duo anni, qui inceperant fluere quando Beseleel finiuit Tabernaculum, & postea cum missi sunt exploratores erunt anni 167. Si ergo tunc esset Caleb filius Esrom viuens, esset annorum 167. sed nullus tantam etatem attingebat: ergo non posset esse viuens Caleb filius Esrom, quando missi sunt exploratores, cum quibus dicitur iussisse Caleb filius Iephonne Cenezai. Dicendum ergo, quod isti fuerunt duo Caleb. Et intelligitur hic de Caleb illo, qui fuit filius Esrom, & non de illo, qui fuit filius Iephonne: nam accipiendum Caleb filium Iephonne proauum Beseleel, necesse erat, Beseleel anno vite suae 10. aut ante incepisse fabrica-

tionem sanctuarij. Si autem ponatur Caleb filius Esrom esse proauus Beseleel huius, qui fabricauit sanctuarium, stat multum conuenienter, quia poterit stare Beseleel esse annorum 92. aut paulo minus, in qua etate satis poterat esse eruditus in omnibus artificijs mechanicis. Patet antecedes, quia ut diximus supra, Phares intrauit in Aegyptum cum patre suo Iuda primo, aut secundo anno vite suae, & genuit filium suum Esrom anno 25. aut paulo ante, vel paulo post: sic Esrom genuit Caleb, & Caleb genuit Hur, & Hur genuit Vri, & Vri genuit Beseleel: in quibus generationibus transferunt anni 125. quibus demptis a 215. quibus manserunt Israelite in Aegypto, manent 90. anni: hos autem haberet Beseleel in exitu de Aegypto, quibus addantur duo erunt anni 92. qui fluxerunt de vita Beseleel, quando incepit construere sanctuarium. Concluditur ergo, quod Caleb fuit proauus Beseleel: sed non Caleb filius Iephonne, sed Caleb filius Esrom. Sed dicendum quoque est, quod iste Hur, qui est auus Beseleel, non fuerit maritus Mariae sororis Aaron & Moysi, qui constitutus fuit in iudicem absente Moysse, de quo supra 24. cap. scilicet: Habetis Aaron, & Hur vobiscum, siquid quaestiois natum fuerit referre ad eos: & ille de quo dicitur supra 17. cap. quod Hur, & Aaron sustentabant manus Moysi, quae graues erant, quia necessarij esset, quod illo tempore iste esset ad minus annorum 142. secundum computationem factam supra, quia Beseleel erat annorum 92. aut 91. quando incepit construere sanctuarium, sed genuit eum Vri anno suo 25. & Hur genuit Vri anno suo 25. ergo erant 50. anni, quando natus fuit Beseleel, quibus natus fuerat Hur, qui additi ad annos 91. vel 92. Beseleel complebunt annos 141. vel 142. Hur, nulli tamen tanta etas concedebatur illo tempore, nec adhuc 135. Dicendum igitur quod ille Hur, qui fuit iudex cum Aaron, & sustinuit manus Moysi, & comuniter dicitur esse maritus Mariae sororis Moysi, non fuit auus Beseleel. Impleuitque eum spiritu sapientiae. Id est impleuit eum sapientia, quae est aliquid spirituale. Vel impleuit eum sapientia, quae est quoddam principium operationum sicut spiritus, & accipitur sapientia pro arte. Et distinguuntur hic tria, scilicet spiritus scientiae, & sapientiae, & intelligentiae: sapientia dicitur quantum ad eam, quae est infusa: scientia dicitur quantum ad eam, quae est acquisita, intelligentia dicitur acumen naturalis ingenij. Et omni doctrina. Licet doctrina dicatur scientia demonstratiua, quod pertinet ad Mathematicas, ut innuit Isidorus Etymolog. lib. 1. cap. 1. tamen accipitur hic pro arte, scilicet quod Beseleel fuit repletus a Deo omni modo cognitionis artis. De istis autem quomodo distinguantur, & quomodo accipienda sunt, dictum fuit supra 31. cap. & ibi vide. Ad excogitandum, & faciendum. Hoc potest dupliciter accipi: vno modo ad excogitandum, & faciendum, id est ad cogitandum primo quod aliqua res fieri debeat, & postea ad exequendum illam factionem: nam ista duo necessaria sunt: oportet enim primo intelligere modum fabricandi. scilicet quid primo, aut quid secundo fieri debeat, & vbi inchoandum, & vbi desinendum sit. Et post hoc oportet esse in manibus talem habitum, secundum quem possimus perficere, quod disponimus, vtrumque autem ad artem pertinet, quia est conditio habitus perfecti. Alio modo potest intelligi. Ad excogitandum, & faciendum. Id est ad excogitandum figuras aliquarum rerum artificialium, quae nunquam vitae sunt, quarum exemplaria videntur, vtrumque autem intelligitur hic: primum, cum dicitur ad excogitandum: secundum, cum dicitur ad faciendum: & pertinet quodlibet horum ad habitum artis, sed primum adhuc magis pertinet ad quoddam naturale acumen, quod multum adiuuat habitum artis.

In

In auro, & argento. Hoc pertinet ad vnam artem, nam argentarii, & aurifices licet differant in materia, tamē non differunt in habitu artis, cum eadem sint factibilia per habitum aurificum, & per habitum argentarii, & idem modus fabricandi est vtriusque. *Et are.* Alij sunt artifices are, quia alias res faciunt, & aliam modum fabricandi habent. Et necessarium erat, quod isti essent artifices in are, quia in opere sanctuarij multa fiebant de are, vt operatur altaris, & craticula, & bases columnarum atq; & paxilli funicularum, & vasa altaris holocaustorum. *Sculpendisque lapidibus.* Hoc est aliud officium, quia est aliud opus, & non solum erat necessarium sculpere lapides, sed etiam incastrare. Sculpere dicitur cauare, & hoc fiebat in lapidibus, vt in eis insignita essent nomina filiorum Israel: nam in duobus onychinis, qui erant in duabus extremitatibus superhumeralis, erant sculpta 12. nomina filiorum Israel, in quolibet onychino sex nomina. Erant etiam in pectorali, quod rationale dicitur scripta nomina 12. filiorum Israel in 12. lapidibus, vt patet supra 28. cap. Incastrare dicitur facere de auro quosdam loculos, in quibus ponerentur lapides, ne caderent, & quaedam pars lapidum occulta esset, quaedam verò apparens, in qua esset scriptura nominis: erat ergo necessaria peritia sculpendi, & incastrandum in artificibus his. *Et opere carpentario.* Opus carpentarium est quidquid in lignis fit per dolationem, & necessarium erat hoc pro fabricatione arca, & columnarum de lignis Setim, & altaris holocaustorum, & altaris thymiamati, atq; mensae.


Et quidquid fabre adiuueneri potest. Id est quidquid potest fieri per artem fabrilem. Faber est nomen artificis generale ad omnes artifices, qui aliquid faciunt in materia dura percutiendo: sic aurifices, argentarii, carpentarii, ferrarii, marmorarii, ceterique, qui duram supellectilem excudunt fabrorum nomen assumunt: ideo istud nomen faber determinatur interdum per adiunctiones materiae, vt cum dicimus faber ferrarius, faber lignarius, & sic de ceteris: cum autem siue adiuncto ponimus, signat fabros quoslibet, & sic ponitur hic fabre, vt signat omne officium, quo agitur in materia duram percutiendo, licet aliquando ex vsu vulgari grammaticorum cum istud nomen faber per se proferimus pro fabris ferrarijs illud ponimus. *Adiuueneri potest.* Id est quidquid potest fieri, aut excogitari per artem fabrilem aliquam, aut fieri in materia fabrilis. Est autem locutio ista hyperbolica, quia non est verum si accipitur secundum vim sermonis, vt signatur, quod quidquid potest acquiri per artem fabrilem, aut factibilem in arte fabrilis Deus eruditur Beseleel, quia ista infinita sunt: proceditur enim in infinitum in figuris diuersis. Sed mathematica ars, cuiusmodi est quaelibet ars fabrilis, de causandis figuris est. Sed non est dicendum, quod Deus dederit, ei cognitionem infinitorum, quia talis cognitio soli homini Christo communicata est. Ergo intelligendum est, quod iste plura acceperit, quam alij artifices, ita quod nihil erat de his, quae excogitari, & fieri oportebat ad vsum sanctuarij, quod ipse non excogitaret, aut faceret. *Dedit in corde eius.* Id est Deus poluit omnia haec in corde suo, infundendo ei habitus artis, vel perficiendo eos, qui praexistebant in eo. *Ooliab quoque filium Achisamech.* Ille erat secundus artifex, qui licet non esset ita perfectus in arte varia fabrilis, sicut Beseleel: erat tamen perfectior omnibus alijs artificibus, qui tunc erant in Israel: ideo isti duo soli ex nomine vocati sunt, ceteri autem sub clausula generali, scilicet quisquis vestrum sapiens est corde veniat, & faciat opus, quod dominus imperauit. *Filium Achisamech.* Ponitur ad differentiam, quia multi alij essent, qui vocarentur Oliab. *De tribu Dan.* Fuit Dan de filijs Bala, & ab isto descendit Ooliab,

Faber qd
qd signet.

Infinitorū
cognitio
soli Chri-
sto homi-
ni commu-
nicata est.

& ponitur hoc etiam ad differentiam, quia in alijs tribus essent alia personae sic vocatae. *Ambos erudit sapientia.* Id est ambobus dedit habitus artis infundendo in anima eorum, vel ponendo novos habitus, qui non fuerant, nec eorum dispositiones praecesserant, aut habitus nondum perfectos perficiendo. *Vt faciunt opera abietarij.* Vtrique erat commune hoc, scilicet quod scirent facere opera abietarii. Dicuntur abietarii fabri lignarii, qui abietes parant faciendo aliquid de abietibus, aut qui totam suam considerationem vertunt circa abietes, faciendo de eis aliquid. Sunt abietes quaedam species lignorum, quae vulgariter in idiomate nostro vocantur hayas, sed hic non accipitur abietarius strictè pro eo, qui solum abietes considerat, & de eis solis fabricat, quia abietes non fuerunt in toto opere sanctuarij, sed solum ligna Setim, vt patet discurrenti omnia, quae mandauit Deus fieri in sanctuario: sed vocatur abietarius large, pro omni carpentario. *Polymitarij.* Isti sunt, qui fila diuersorum colorum contexunt, & faciunt imagines ex vtraque facie panni, sicut est in pannis gallicis. *Atque plumarij.* Vocantur plumarii operantes in diuersis coloribus filorum, & facientes imagines solum ex vna facie panni. *De hyacintho, & purpura.* Id est isti debent esse plumarii, aut polymitarii in istis filis. scilicet hyacinthinis, purpureis, byssinis, coccineis, quia nulla alia fila erant in fabricatione tentorium, velorum, atque cortinarum. *Ac noua quaeque reperiant.* Id est non solum sciant isti in omni materia sibi data fabricare, vel inducere omnem figuram, cuius iam existit exemplar, sed etiam figuras artificibilium, quae nunquam visae sunt, in quo signatur magna sufficientia artis, aut naturaliter, & per exercitium habitae, aut supernaturaliter infusa.

CAPITVLVM XXXVI.



FECIT ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam, & intellectum, vt scirent fabre operari, quae in vsu sanctuarij necessaria sunt, & quae praecipit Dominus. Cumque vocasset eos Moyse, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus sapientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel. Qui cum instarent operi, quotidie mane vota populus offerebat. Vnde artifices venire compulsi, dixerunt Moyse: Plus offert populus, quam necessarium est. Iussit ergo Moyse praconis voce cantari, nec vir, nec mulier quidquid offerat ultra in opere sanctuarij. Sicque cessatum est à muneribus offerendis, eo quod oblata sufficerent, & superabundarent. *Feceruntque omnes corde sapientes* ad

Cortinae
tabernaculi.

ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de bysso retorta, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario, & arte polymita: quarum vna habebat in longitudine vigintiocto cubitos, & in latitudine quatuor. Vna mensura erat omnium cortinarum. Coniunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque sibi inuicem copulauit. Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinae vnus ex vtroque latere, & in ora cortinae alterius similiter, vt contra se inuicem venirent ansae, & mutuo iungerentur. Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fieret vnum tabernaculum. Fecit & saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi: vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor: vnus mensurae erant omnia saga: quorum quinque iunxit seorsum, & sex alia separatim. Facitque ansas quinquaginta in ora sagi vnus, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem iungerentur, & fibulas aeneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit & opertorium Tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudque desuper velamen de pellibus hyacinthinis. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis Setim stantes. Decem cubitorum erat longitudo tabulae vnus, & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat. Binæ incastraturae erant per singulas tabulas, vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra Austrum, cum quadraginta basibus argenteis. Duae bases sub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum, vbi incastraturae laterum in angulis terminantur. Ad plagam quoque tabernaculi, quae respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas, cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. Contra Occidentem verò, id est ad eam partem tabernaculi, quae mare respicit, fecit sex tabulas, & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro, quae iunctae erant à deorsum vsque sursum, & in vnam com-

Cooperto-
riū taber-
naculi.

Tabulae ta-
bernaculi.

Bases.

paginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: vt octo essent simul tabulae, & haberent bases argenteas sexdecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit & vectes de lignis Setim, quinq; ad continendas tabulas vnus lateris tabernaculi, & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas, & extra hos, quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret. Ipsa autem tabulata deaurauit, fuis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent: quos & ipsos laminis aureis operuit. Fecit & velum de hyacintho, & purpura, velum vermiculo, ac bysso retorta, opere polymitario, varium atque distinctum, & quatuor columnas de lignis Setim, quas cum capitibus deaurauit, fuis basibus earum argenteis. Fecit & tentorium in introitu Tentorium tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoque retorta, opere plumarij, & columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro, basesque earum fudit aeneas, quas & operuit auro.

Fecit ergo. Descripta praecedenti dispositione, hic agitur de ipsius sanctuarii fabricatione. Et primo agitur de ipso tabernaculo quantum ad constructionem eius: secundo agitur de eis, quae erant intra ipsum, vel aliquo modo pertinebant ad ipsam mediare, vel immediare in sequenti capitulo. Et scilicet videndum, quod non tenetur hic talis ordo in narrando facta, sicut tenebatur supra mandando faciendae: nam quia Deus mandauit fieri, primo mandauit ea, quae erant intra tabernaculum, scilicet arcam, & candelabrum, mensam, & altare thymiamatum cum omnibus vasibus suis, vt patet supra 25. cap. hic autem incipitur à fabricatione ipsius tabernaculi in partibus suis: deinde agitur de eis, quae erant in eo, vt patet sequenti capitulo, scilicet de arca candelabro, & ceteris. Prima diuiditur in duas, quia primo ponitur populi in superabundantia offerentis deuotio: secundo operis propositi executio ibidem. *Feceruntque omnes.* Ista secunda in duas, quia primo ponitur fabricatura partium tabernaculi in cortinis sagis, & pellibus: secundo ponitur fabricatura in tabulatis, columnis, & basibus ibi. *Fecit et tabernaculi tabulas.* Licet in istis non teneatur totaliter ordo, quia litera aequaliter intermiscet. Circa primam. *Fecit ergo Beseleel.* Ille primo nominatur inter artifices, quia erat excellentior alijs, vt patet ex dictis supra 31. & praeced. cap. *Et Ooliab.* Ille erat secundus in perfectione datus in socium Beseleel, vt patet supra 31. c. *Et omnis vir sapiens.* Quia omnes sapientes vocati sunt, vt patet praecedenti capitulo, cum dixit Moyse: Quisquis sapiens est corde, veniat & faciat opus, quod dominus imperauit: audientes igitur omnes viri, qui aliquid in artibus his nouerant

nouerant uocationem Moysi, sponte uenerunt ad laborandum in opere sanctuarij. *Quibus Deus dedit sapientiam.* Idest peritiam in arte fabriliter sumpta, & in arte plumaria, atque polymitaria. Nam non solum dedit infusam artem istam, vel aliquam partem eius Beseleel, & Ooliab, sed etiam aliis, qui uenerunt ad fabricandum: quod patet supra 31. ca. cum dicitur: Et in corde omnis uiri eruditi posui sapientiam, ut faciant cuncta, quae precepi tibi. *Et intellectum.* Intellectus, uel intelligentia, ut dictum fuit supra 31. cap. & precedenti capitulo, est acumen naturalis ingenij, quo quis subtiliter se habet, siue in speculatiuis circa speculatiua, siue in factibilibus, aut agibilibus circa factibilia, & agibilia. *Ut sciant operari fabre.* Idest per artem fabriliter, accipiendi artem fabriliter large prout conuenit omni arti, secundum quam in materia duram percutiendo agimus: uel magis proprie loquendo accipitur hic fabre, idest magistraliter, uel subtiliter, & tunc est generale non solum ad operationem in materia dura, in qua est ars fabriliter sumpta, sed etiam ad operationem polymitariam, atque plumariam, & simpliciter textoriam, aut coriariam, quae sunt in materia non dura, nec percutiendo, ut dolando, aut sculpendo fiunt. Et si acciperetur fabre primo modo non extenderetur ad polymitariam artem, plumariam, atque coriariam, in qua non modica peritia, & solertia necessaria erat. *Qua in usus sanctuarij necessaria sunt.*

Duplex usus erat in rebus sanctuarij.

QVAESTIO PRIMA.

HOC potest dupliciter intelligi secundum diuersum modum assumendi istud nomen usus: nam usus si accipitur proprie secundum suam primariam significationem, dicitur actus rei existentis, quae se habet ut instrumentum, uel similiter instrumento, ut dicimus, quod aliquis habet usum martelli, quia percussit mouendo ipsum martellum, qui iam est: sic est de aliis, ut cum dicimus, quod iste habet usum equi, & sic assumendo dicimus aliqua esse ad usus sanctuarij, idest quod aliqua res sunt, quibus agimus aliquid ad necessitates sanctuarij: & isto modo oportet distinguere sanctuarium, & ea, quae sunt ad usus sanctuarij, & oportet ponere sanctuarium esse, cum aliquid ad usus eius est. Et quia non est eadem res ad seipsam, uel ad aliquem usum propter seipsam, necessarium est, quod ea, quae sunt ad usus sanctuarij non sint ipsum sanctuarium. Cum ergo dicitur, quod isti facturi erant omnia, quae pertinerent ad usus sanctuarij, & nihil aliud exprimitur, necessarium erat, ut facerent ea, quae erant suppellectilia sanctuarij, & non aliquid aliud quod esset sanctuarium, aut pars sanctuarij: sed non solum isti uiri fecerunt ea, quae erant suppellectilia, uel instrumenta ad ministraciones in sanctuario, sed etiam ipsum sanctuarium: ergo non accipitur sic in usus sanctuarij. Alio modo dicitur aliqua necessaria in usus tabernaculi, uel sanctuarij, idest necessaria ad faciendum sanctuarium, quod facere est quidam usus: & isto modo non praesupponitur sanctuarium existens. Idcirco accipiendo isto modo aliqua necessaria ad usus sanctuarij, dicendum quod non solum sunt necessaria ad usus sanctuarij ea, per quae fit ministratio in sanctuario, sed etiam ea, ex quibus fit sanctuarium. Et sic accipitur hic, ita quod nihil maneat de his, quae isti fabricare debebant, quod non comprehendatur sub hoc, quod est necessarium ad usus sanctuarij. *Et quae praecipit dominus Deus fieri.* Idem est quod superius, quia ea, quae necessaria erant ad construendum sanctuarium, & ad ministrandum in eo, Deus mandauit fieri. *Cumque uocasset eos Moyses, Scilicet duos*

istos Beseleel, & Ooliab, qui ex nomine uocati erant, *Et omnem uirum eruditum.* Istos uiros eruditos non uocauit Moyses ex nomine, quia nesciebat, qui essent, cum Deus non nominasset illos: sed uocauit eos sub clausula generali, quae habetur precedenti capitulo dicens: *Quisquis sapiens est corde, ueniat & faciat opus quod dominus imperauit. Cui dederat dominus sapientiam.* Deum dare alicui sapientiam stat dupliciter. Primo modo, quod ipse supernaturaliter infuderit sine aliqua operatione eius, quod recipit. Secundo modo, quod Deus aliquem ita promptum naturaliter fecit tribuendo ei omnia, quae faciunt ad acumen intellectus, ita ut faciliter multa scire possit, & hoc tam ad speculatiua, quam ad factibilia, uel agibilia extenditur. *Qui sponte se obtulerant ad faciendum opus.* Idest quod isti non recusauerunt uenire uocati a Moysse specialiter, uel generaliter, sed sicut ceteri res suas domino offerrebant: ita isti sponte labores obtulerunt, quod tantum aut plus erat. *Tradidit eis uniuersa donaria filiorum Israel.* Ut ipsi secundum peritiam suam de illis donis oblati disponerent ea, quae fieri mandata fuerant: *Qui cum instarent operi.* Scilicet facientes cum magna solertia. Et quanto celerius possent, tanto celerius faciebant, ut factum hoc iret in terram Chanaan: sic enim faciendum erat, quod immediate ut finitum fuisset tabernaculum, & consecratum mouerent castra filii Israel de monte Sinai, & velociter transcursum omnibus mansionibus intrarent in terram Chanaan, nisi peccatum murmurationis quod postea fuit in Cades in deserto Pharan, ubi dicitur Cadesbarne obtinisset, faciens eos morari annis quadraginta in deserto. *Quotidie.* Laborabant quotidie praecipue in sabbathis: nam in principio praecedentis & supra trigesimo primo mandatum fuerat cum magna diligentia nihil debere fieri in sabbathis: sed in aliis diebus continue laborabant, quia nullum erat ad illud festum publicatum nisi sabbatum: alia autem licet mandata fuissent a Deo Moysi, ut custodirentur, de quibus Leui. 23. & Num. 28. & 29. cap. tamen non debebant obseruari quousque intrarent in terram Chanaan, ut patet ex forma ipsorum mandatorum. *Mane uota populus offerrebat.* Ipsi erant in loco quodam congregati fabricando res diuersas secundum mandatum, & regulam Beseleel, & ad eum locum ueniebant quotidie populares in aurora, siue in prima parte diei, & offerrebant domino ad opus sanctuarij ea, quae uouerant, aut apud se sine uoto disposuerant. Et hoc fiebat in aurora, quia tunc populus uacabat orationi, & erat attentus laudibus diuinis, & magis insistebant deuotioni: in aliis autem partibus diei ad officia sua diuertebant. *Unde artifices uenire compulsi dixerunt Moysi: plus offert populus.* Beseleel & alij periti artifices scientes magnitudinem operis sciebant quanta esset materia necessaria, cum ergo uiderent, quod populus ultra necessitatem offerret, uenerunt ad Moysen, ut praeciperet, ne aliquid ultra offerretur, quia non proderat. In quo patet artificum fidelitas, quia eis commissa fuerat donaria filiorum Israel, ut patet supra, & poterant de eis surripere, aut tollere quidquid uellent, praecipue cum nunc populus offerret supra necessitatem: sed factum erant ad Deum affecti isti populares artifices, quod nec ipsi aliquantulum lucrum elegerunt, nec bona populi per contumaciam oblationem diminiuisti sunt. *Uenire compulsi sunt.* Erant enim in quodam loco segregato, & populus quotidie confluere ad eos ad offerendum, & Moyses non erat cum eis, quia in negociis populi iudicandis laborabat, sicut conuenerat, & tunc uenerunt ad eum artifices isti. *Populus offert plusquam necessarium est.* Magnum quid hoc in populo fuit, & raro, aut nunquam de eis talis uox audita fuit, ut darent domino de rebus suis magis, quam peteretur. Et fuit hoc, quia populus erat

erat nunc recenter multum conuersus ad Deum: nam ante hoc ualde peccauerant, & Moyses de eis viginti tria millia occiderat, & post hoc ascendens in montem quadraginta diebus stetit cum Deo, & obtinuit ueniam iniquitatum populi reducens tabulas: in quo populus ualde laetatus ad Deum affectuose ualde mouebatur, & faciebat quod Deus mandauerat, & aliquid ultra. *Insuper ergo Moyses praecis uocantari.* Erat enim populus multus, nec conueniebant omnes in locum unum, in quo posset eis Moyses mandare, ne ultra offerrent. Mandauit ergo hoc per praecisem, ut ille discurreret per omnes uicos castrorum: clamaretque, ut omnes audirent, quod non liceret eis ultra aliquid offerre. *Nec uir, nec mulier quidquam ultra offerat.* Quia dictum fuerat precedenti capitulo, quod uiri, & mulieres necessaria sponte propria obtulerunt. *In opere sanctuarij.* Idest ad faciendum opus sanctuarij, quia quod oblatum est, sufficiens est. *Sicque cessatum est a numeribus offerendis.* Quasi dicat, si hoc factum non fuisset, non cessasset populus offerre donec ualde multa obtulisset sine aliqua necessitate, ita forte, quod nihil populo remaneret. *Eo quod oblata sufficerent, atque superabundarent.* Artifices sciebant quantum sufficeret pro eo, quod mandabat Deus fieri: nolabant igitur inutiliter esse populo onerosi permittentes eos ualde multa offerre. *Feceruntque omnes corde sapientes ad explendum.* Idest laborauerunt ad hoc, quod explerent ista opera, quae mandata eis fuerant. *Omnes sapientes corde.* Idest omnes artifices, qui sapientiam habebant, uel acutiem naturalem, quae uocatur esse sapientem corde. *Ad explendum opus tabernaculi.* Hic accipitur tabernaculum proprie solum pro illa domo, quae pellibus tecta erat, & tabularis circumdabatur, quia ad faciendum illa constructa sunt omnia, quae continentur in hoc capitulo. *Vel potest aliter intelligi id quod supra dictum est.* *Feceruntque omnes sapientes corde ad explendum opus tabernaculi cortinas decem.* Ita quod terminetur hic sententia, & est melius, quam ante, & est sensus, quod illi uiri sapientes uolentes complere opus tabernaculi, fecerunt cortinas decem, & fecerunt omnia, quae sequuntur. *Cortinas decem.* Erat quaelibet cortina habens in longitudine cubitos uiginti octo, & in latitudine quatuor, & istae cortinae ponebantur ad tegendum totam illam domum, siue in tecto, siue pendendo in lateribus secundum modum, quem assignauimus supra 26. cap. *De bysso retorta.* Bysus reorquebatur, quia ipsa erat fundamentum super quod fila hyacinthina, & purpurea, & coccinea texebantur. *Et hyacintho, & purpura.* Quatuor genera filorum erant, de quibus dictum fuit supra 25. cap. & saepe in aliis locis. *Opere uario.* Quia non erat opus unicolor, sed secundum diuersam filorum intextionem fiebant diuersae imagines, sicut fuit in pannis gallicis. *Et arte polymita.* Dicuntur aliquando polymitarij illi, qui tingunt pannos diuersorum colorum. Et dicitur a polis, quod est pluralitas, & nuchos, quod est gutta: quasi pluralitas guttarum, scilicet uariolorum colorum. Hic autem non accipitur sic ars polymitaria, quia nihil tingebatur, sed fila iam tincta erant, aut potius lana ipsa, & postea contexebatur, & fiebat panni nulla eis superaddita tinctura. Dicuntur igitur hic polymitarij, & ars polymita, quia faciunt uestes diuersorum colorum, quia fila sunt diuersorum colorum, aut partes pannorum, & non tingunt ipsi aliquid, & isto modo uidetur dici uestis Ioseph polymita, quam fecit ei pater suus. De qua Gen. 37. cap. & isto modo faciebant isti, quia texendo figurabant istas imagines in panno, in quo operabantur: si autem texerent fila unius coloris, non uocarentur polymitarij, nec ars polymitaria, sed simpliciter textores. *Quarum una habebat in longitu-*

dine uiginti octo cubitos. Idest quod quaelibet habebat in longitudine cubitos istos uiginti octo. *Et in latitudine quatuor.* Et sic tegebat tabernaculum totum, quod intendebant tegere: nam tabernaculum secundum ambitum tabularum erat in longitudine cubitorum triginta, & in latitudine cubitorum decem, utrumque autem tegi oportebat, & per has cortinas tegendum erat, sed ponebatur istae cortinae super tabernaculum transuersaliter, scilicet longitudo cortinarum super latitudinem tabernaculi, & latitudo earum super longitudinem tabernaculi. Et quia istae cortinae decem erant, & quaelibet continebat quatuor cubitos latitudinis, fiebant simul quadraginta cubiti latitudinis omnium tabernaculi simul sumptarum super longitudinem tabernaculi superessent cubiti decem latitudinis cortinarum, & isti pendebat super partem posterioris lateris tabernaculi. Et quia istud latus erat cubitorum decem altitudinis secundum altitudinem omnium tabularum tabernaculi, & pertingebat extremitas cortinarum usque ad pavementum, quia ista pars posterior tabernaculi, in qua erat sancta sanctorum, erat tabulis circumdata, pars uero anterior, scilicet orientalis, in qua erat introitus ad tabernaculum non erat cooperta tabulis, nec pendebat aliqua pars cortinarum super illam, nec erat aliquid quod pendere posset. Longitudo autem cortinarum ponebatur super latitudinem tabernaculi: erat autem latitudo cubitorum decem, sed quia non solum cooperiendum erat tectum tabernaculi, scilicet spatium interseptum inter tabulas duorum laterum, sed etiam ipsa latera, oportebat, ut esset tanta longitudo cuiuslibet cortinae, ut ualere operire duo latera tabernaculi, scilicet meridianum, & septentrionale pendendo super ea. Et quia altitudo cuiuslibet lateris, erat cubitorum decem, si cortina tegere debebat duo latera, & tectum, oportebat, ut esset longitudinis triginta cubitorum, quia tectum erat decem cubitorum latitudinis, & quodlibet laterum erat decem cubitorum altitudinis, qui simul sunt cubiti triginta. Cortinae autem cuiuslibet longitudo erat uiginti octo cubitorum, ideo non poterat hoc totum tegere, cum deficerent duo cubiti, sed ponebatur quaelibet cortina aequaliter pendens super tectum tabernaculi, & latera, & non pertinebat ad pavementum, sed deficiebat ex qualibet parte unus cubitus, & illud spatium tegebatur postea per longitudinem fagorum, quorum quodlibet erat cubitorum triginta, ut patet infra. *Una mensura erat omnium cortinarum.* Tam in longitudine, quam in latitudine: omnes istae postea coniungebantur ad faciendum unam operturam, ut patet supra 26. cap. scilicet, ut unum tabernaculum ex his fiat: tamen non fuerunt omnes una cortina, quia non posset talis cortina tanta latitudinis contexti. Item, quia si tanta esset, ruperetur faciliter ex magnitudine ponderis sui quibusdam partibus trahentibus alias. Item, quia non posset portari, nec conuenienter moueri, quae omnia inconuenientia sunt. Debuerunt ergo multae cortinae esse, & postea fieret iunctura omnium harum. *Coniunxitque cortinas quinque altera alteri.* Idest fecit unam cortinam magnam de quinque cortinis. Et non coniungebantur istae inter se per circulos aureos, & anfulas, quia solum erat ista coniunctio inter duas magnas cortinas, quarum una erat cubitorum uiginti in latitudine copulata ex quinque cortinis, & alia ex totidem copulata ex totidem cortinis. De istis enim fit mentio, quod colligarentur mutuo circulis, & anfulis. Si autem quaelibet cortina alteri circulis aureis, & anfulis ligaretur, non esset aliquid speciale de quinque cortinis ad quinque cortinas, & de qualibet cortina ad quamlibet cortinam: litera tamen supra uigesimo sexto capitulo, dicit uela cortinarum iungenda esse, &

De cortinis tabernaculi.

Cortinae tabernaculi. Secunda.

Polymitarij, quae sunt, & in hoc nomen dicitur.

& non cortinas iungebantur ergo istae cortinae inter se, scilicet vna alteri, scilicet per suturam, & vela cortinarum iungebantur circulis, & anfulis. *Et alias quinque sibi inuicem copulantur.* Et sic erant duae magnae cortinae, quarum quaelibet constabat ex quinque cortinis, & vocantur istae duae vela cortinarum, vt patet supra vigesimo sexto, & cortinae paruae ex quibus coniungebantur ista vela, vocantur cortinae. *Fecit ansas hyacinthinis.* Ansa dicitur quaedam complicatio facta de panno per cuius foramen medium mittitur circulus aureus, vt hic fiebat, vel mittitur aliquando funis, aut aliquid alterum. Et ille pannus complicatus insuitur alteri panno: sic fiebat hic, & erant istae ansulae hyacinthinae, idest factae de hyacintho. *In ora cortinae vnus.* Idest in extremitate. Cortina vocatur hic non quaelibet cortina parua, secundum quod communiter vocat, sed velum cortinae quod est coniunctum ex quinque cortinis. Quaelibet istarum omninarum habebat duas oras, idest duas extremitates secundum latitudinem, scilicet vnam in vno latere, & aliam in alio, non tamen ponebantur ansae in vtraque ora, quia non coniungebantur istae cortinae in vtraque ora, sed in vna tantum. *Ex vtroque latere.* Non est accipiendum, quod ex vtroque latere eiusdem cortinae, siue veli essent positae ansae, quia esset superfluum: sed dicitur ex vtroque latere respectu duarum cortinarum, ita quod in vno latere vnus cortinae essent ansae: & in vno alterius cortinae latere: & quia ista latera duo erant, & simul, dicitur ex vtroque latere, tanquam iam illae duae cortinae magnae essent factae aliquid, & dicerentur illa duo latera esse duo latera eius: & patet in assignatione literae, cum dicitur immediate: Vt contra se inuicem venirent ansae, & mutuo iungerentur: sed non potest hoc intelligi de ansis si existerent in oris duabus cuiuslibet cortinae illarum duarum magnarum. *Et in ora cortinae alterius similiter.* Scilicet in vna ora, siue extremitate eius solum, quia coniungi debebat alteri cortinae. *Vt contra se inuicem venirent.* Duo latera duarum cortinarum contra se inuicem veniunt, quia vnus coniungitur alteri ab oppositis. *Et ansae mutuo iungerentur.* Idest sic venientibus ex opposito ansis cortinarum iungebantur cortinae: quod non esset si ponerentur ansae immediate alicuius cortinae magnae. Vel si forte ponerentur ansae in vna ora latitudinis, & in alia cortina ponerentur ansae in alia ora longitudinis, non venirent tunc e contra, nec mutuo iungerentur. *Vnde quinquaginta fudit circulos aureos.* Circuli dicuntur quidam annuli rotundi de auro facti, qui mittebantur in ansulas antequam confuerentur ansulae cortinis. *Qui morderent cortinarum ansas.* In ora cortinae ponebantur ansulae, & circuli: & fiebat hoc, quia licet quinque cortinae paruae iunctae essent mediante sutura sine circulis, & anfulis: & aliae quinque eodem modo, tamen istae duae cortinae magnae non iungebantur inter se mediante sutura, quia esset hoc ad facilem rupturam: nam cum partes extremales pendeant, trahunt pondere suo ex medio assumentes sustentationem. Cum igitur quaelibet partes extremales penderent ex medio, necesse esset illud rumpi, nisi esset valde solidum. Si autem esset confutis vnio duarum magnarum cortinarum, non haberet vires, & faciliter rumperetur: positum fuit ergo medium forte, scilicet circulus aureus, a quo omnes partes penderent, & non rumperentur. Et quia si circulus aureus subintraret cortinas, duricie sua rumperet eas, positae fuerunt ansulae, scilicet vt in quolibet cortinarum duarum magnarum in vna extremitate cortinae ponerentur quinquaginta ansulae: & in his ponebantur circuli aurei, ita vt ansulae cortinas tra-

De ansulis
& circulis
cortinae.

herent, & circuli traherent ansas: sed non ponebantur tot circuli, quot ansulae, quia ansulae ponebantur in quolibet duarum magnarum cortinarum, & circuli non ponebantur in aliqua cortinarum, sed inter ansulas: ideo ansulae centum erant, circuli vero quinquaginta. Quia quilibet circulus duas ansulas tenebat missus per vtramque. Et dicitur de istis circulis, quod isti morderent ansas cortinarum, idest mitterentur per ansas: nam morderere est quodocumque pars rei intra mordentem est, & pars extra, qui enim totum intra se accipit, non mordet, sed deuorat, vel deglutit. Sic erat de circulis respectu ansularum, quia pars ansularum erat intra circulos, pars vero extra relicta erat, vt patet in dispositione concatenationis eorum, si quis respiciat. *Et sic vnus fieret tabernaculum.* Accipitur hic tabernaculum pro coopertorio factum de cortinis, quod totum tegit tabernaculum: fit autem vnus tabernaculum, cum omnes ille cortinae iunctae in medio per ansulas, & circulos, faciunt vnus coopertorium, quod tegat totum tabernaculum. *Fecit ergo saga vndecim.* Posuit supra de vno coopertorio tabernaculi, hic ponit de alio: erant enim quatuor operimenta, scilicet vnus de cortinis, aliud de sagis, tertium de pellibus arietum rubricatis, quartum de pellibus hyacinthinis. *Fecit ergo saga vndecim.* Dicitur sagum pannus factus de pilis caprarum, & ad hoc erant offerendi pili caprarum: de quibus supra dicebatur: & non fuit factum istud operimentum de pilis ouium, quia fortiori pannus fit de pilis caprarum, quod expediebat pro operimento tabernaculi. *Saga vndecim.* Numerus sagorum excedit numerum cortinarum, quia cortinae erant decem, & saga erant vndecim. Ratio diuersitatis est, quia in sagis superesse debebant quatuor cubiti latitudinis, de quibus duo replicarentur ad posteriorem partem tabernaculi, scilicet in latere sancti sanctorum circa pauimentum ad protegendum posteriora tabernaculi, & duo cubiti replicabantur in parte anteriori, scilicet in introitu tabernaculi super capita columnarum. *Ad operiendum tectum tabernaculi.* Tectum tabernaculi vocatur operimentum de cortinis factum: tabernaculum autem iam operum erat, cum poneretur primum operimentum cortinarum, sed tectum tabernaculi, scilicet operimentum cortinarum non erat coopertum; ergo positum est operimentum de sagis ad tegendum illud. *Vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine octo.* Ista mensura erat communis ad omnia saga. Erat autem tanta longitudo, & latitudo sagorum secundum convenientiam tabernaculi, quod operiendum erat: ponebantur saga transversaliter super tabernaculum, sicut cortinae positae sunt. Erat autem tegendum non solum tectum, quod erat spatium interceptum inter latera meridiana, & septentrionale, sed etiam altitudo duorum laterum oppositorum, super quae cadebant transversaliter saga. Erat autem spatium tecti cubitorum decem, scilicet quantum intercipitur inter duo latera tabularum. Erat autem quodlibet illorum duorum laterum altitudinis cubitorum decem, qui simul erant cubiti triginta, tanta autem erat longitudo cuiuslibet sagi. Cooperiebat ergo sufficienter quodlibet sagum totam latitudinem tabernaculi, & altitudinem laterum vsque ad pauimentum, quam non operuerant cortinae, cum esset longitudo earum vigintiocto cubitorum solum. Erat autem latitudo omnium sagorum simul sumptorum quadragintaquatuor cubitorum, quia erant vndecim saga, & quodlibet erat latitudinis cubitorum quatuor triginta, superabundabant ergo cubiti quatuordecim, quorum

Coopertorium
tabernaculi.

quorum decem pendebant ad cooperiendum latera occidentale tabernaculi, scilicet sancti sanctorum vsque ad pauimentum. Supererant ergo quatuordecim, quorum duo replicabantur in parte anteriori tabernaculi super capita columnarum, & duo replicabantur in parte posteriori tabernaculi apud pauimentum in latere occidentali. *Vnius mensurae erant omnia saga.* Tam longitudine, quam latitudine. *Quorum quinque iunxit seorsum.* De sagis fiebat, sicut de cortinis: nam cortinae quinque simul erant, & aliae cortinae quinque simul mediante sutura forti: sed vna magna cortina facta ex quinque coniungebatur alteri magnae cortinae mediantibus circulis, & anfulis: ita hic quinque saga inter se iungebantur sutura forti: & sex saga inuicem iungebantur eodem modo: deinde inter ista duo saga magna ponebantur ansae, & fibulae aeneae. *Et sex alia separatim.* Quia ista sex non vniebantur illis quinque mediante sutura, sicut iungebantur illa quinque inter se, sed vniebantur solum fibulis, & ansis, & necessarium erat sex saga facere vnus magnum sagum, & quinque saga vnus sagum, quia erant vndecim saga: & illud vnus quod faciebat imparitatem comode diuidi non poterat. *Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi vnus.* Quid sint ansae iam dictum est: nam inter ansas cortinarum, & sagorum quantum ad figuram, & officium nihil differt, sed differt in materia: quia ansulae cortinarum erant hyacinthinae, vt declaratum fuit supra: ansae vero sagorum quales fuerint, non ponitur: constat tamen eas non fuisse hyacinthinas, quia ansae debebant esse de materia grossiori, & fortiori, quam sint panni, quibus apponuntur: quia in eis pendet tota vis panni: sed hyacinthinae ansulae non sunt fortes, sicut sagorum materia, nec ita rudes: oportebat ergo esse ansas sagorum de materia ita rudi, & forti, sicut est materia sagorum, aut de fortiori: sed non videtur alia fortior: ergo ponendum est ansas fuisse de pilis caprarum. Et maxime conijcitur hoc, quia cum mandetur hic fieri ansas in ora sagorum, & non mandetur de qua materia fiant: satis datur intelligi, quod mandauerit fieri de materia sagorum. *In ora sagi vnus.* De illius duobus magnis. *Et quinquaginta in ora sagi alterius.* Hoc erat in duobus lateribus oppositis, scilicet quod vnus sagum habebat istas ansas in latere vno, & aliud sagum habebat istas ansas in latere altero, quae duo latera iungebantur. *Et fibulae aeneae quinquaginta.* Fibulae aeneae possunt esse circuli aenei, sicut supra dicebatur de circulis aureis existentibus in cortinis, vel vocantur fibulae alio modo factae, sicut sunt fibulae zonarum. Quocumque modo ponatur, coniungebantur ansae sagorum in fibulis, & erant centum ansae, cum in duabus extremitatibus duorum sagorum ponerentur ansae, scilicet in quolibet extremitate quinquaginta, fibulae autem solum erant quinquaginta, quia duae ansae coniungebantur in vna fibula. *Quibus necitur tectum.* Vocat hic tectum illud coopertorium secundum, quod fiebat de sagis, & neciebat istud coopertorium per has fibulas, quia erat diuisum in duas partes, scilicet in duo saga magna. *Et vnus pallium ex omnibus sagis fieri.* Totum illud coopertorium coniunctum vocabatur pallium, & fiebat ex vndecim sagis, ex quinque simul iunctis, & ex sex simul, quae quinque, & sex vnica iunctura per ansas, & fibulas connectuntur. *Fecit & operitorium tabernaculi.* Hic agitur de tertio operimento. *Fecit & operitorium tabernaculi.* Idest non solum fecit duo supraposita operimenta, sed etiam fecit tertium quod hic ponitur. *De pellibus arietum rubricatis.* Erant pelles arietum paratae, & tinctae rubeo colore, ex quibus fiebat coopertorium: & hoc ne-

Ex qua materia
erant
ansae, quae
in sagis po-
nebantur.

cessarium erat, quia duo operimenta supraposita, scilicet vnus de cortinis, & aliud de sagis, non poterant sustinere aquam de Coelo cadentem: oportuit ergo esse de pellibus, vt hymbres non penetrarent. *Aliud desuper velamentum de pellibus hyacinthinis.* Istud erat quartum velamentum, quod erat ceteris grossius, atque praeceteris magis defendens tabernaculum: hic autem licet multiplicarentur velamenta, quia quatuor erant, tamen non erat aliquid superfluum: nam omnia erant ad necessitatem, & convenientiam sanctuarii, quia duo prima operimenta erant ad decorem, & necessitatem, secunda duo erant ad solam necessitatem. Omnia autem erant ad stabilitatem: nam duo prima si non fuissent, non erat aliqua pulchritudo in sanctuario, quia si poneretur operimentum de pellibus non erat illud ita pulchrum, sicut cum poneretur operimentum de purpura hyacintho cocco bis tincto, & bysso retorta, quia materia erat de se valde pulchra, & pulchri colores, atque figurae. Ista autem adhuc non sufficiebant ad totalem protectionem sanctuarii, quia si hymbres inciderent non sustinerent haec duo operimenta, pelles autem defenderent pluias. Omnia autem simul ad stabilitatem proficiebant, quia stabilius operimentum erat cum quatuor ponerentur, quam cum vnus esset. *Fecit & tabulas.* Supra ponebatur de tabernaculi operimentis. Hic agitur de eius tabulis. *Fecit tabulas tabernaculi.* Idest tabulas, ex quibus tabernaculum circumdabatur in tribus lateribus. *De lignis Setim.* Nulla alia materia lignorum fuit in tabernaculo, aut in toto atrio eius. *Decem cubitorum erat longitudo tabulae.* Idest quaelibet tabulae erat decem cubitorum in altitudine, & ista erat tota altitudo tabernaculi. *Et vnus ac semis cubitum latitudo retinebat.* Omnes tabulae erant huius mensurae, vt haberent in latitudine sua cubitum atque dimidium, & isto modo complebatur tota longitudo tabernaculi ex latitudinibus tabularum: nam cum viginti tabulae sint in longitudine tabernaculi, & quaelibet contineat cubitum & dimidium, necesse est omnes continere triginta cubitos, quae est tota longitudo tabernaculi in latere meridiano, aut septentrionali. *Binae incastratae per tabulas singulas erant.* Ad hoc, quod istae tabulae inter se iungerentur, ne vna caderet ab alia, necessariae erant istae incastratae. Et dicitur incastratae tabularum concavitas, vel acuitas tabulae, secundum quam vna tabula subintrat aliam, & firmiter ligantur, atque continentur. Erat autem in quolibet incastratura duplex, quia quaelibet tabula duabus tabulis coniungebatur praeter vltimas duas tabulas, quae erant in lateribus duobus, scilicet vna in latere meridiano ad introitum tabernaculi, & alia eodem modo in latere septentrionali ad introitum tabernaculi: istae autem duae tabulae singulas incastraturas habebant: omnes aliae habebant duas incastraturas, quia quaelibet coniungebatur duabus tabulis. *Vt altera alteri iungeretur.* Non solum vt iungeretur, sed vt firma esset iunctura: nam si essent tabularum extremitates planae, & bene leuigatae iungerentur: tamen non contineretur vna aliam, sed in diuersa caderent, existentibus autem incastraturis non poterant discompaginari: & dicitur (vt altera alteri iungeretur) non quidem quod sola vna vni iungenda esset, sed vna duabus, quia alias non diceretur, quod quaelibet tabula haberet duas incastraturas. *Sic fecit in omnibus tabulis.* Scilicet Beseleel, qui ista ordinabat tanquam prudens architectus. *Sic fecit.* Quali dicat, sicut in vna fiebat, quod duas incastraturas haberet, ita fiebat in omnibus alijs, quod quaelibet haberet duas incastraturas

Tabulae
tabernaculi.

straturas præter ultimas duas tabulas, scilicet vnam, quæ erat vltima in latere meridiano, & vnam, quæ erat vltima in latere septentrionali, quia in qualibet harum vnica erat incastratura. Ex quibus viginti ad plagam meridianam erant. Tabernaculum erat domus in figura quadrangula altera parte longiori, scilicet quod latera duo essent maiora reliquis duobus lateribus: & non erant in tabernaculo quatuor latera tabularum, licet esset figura quadrangula, quia in latere orientali non erat tabulatum, sed introitus tabernaculi habens columnas quinque, & tentorium pendens ante illas: solum enim alia tria latera erant, scilicet meridiano, occidentale, & aquilonare: latera autem duo, scilicet orientale quod non erat tabulatum & occidentale, quod habebat tabulas: erant minora latera continentia cubitos decem: latera duo, scilicet septentrionale, & meridiano erant latera maiora continentia longitudinem, & erat quodlibet cubitorum triginta, ad quod requirebantur tabule viginti, cum qualibet contineret cubitum, & dimidium. Ad plagam meridianam. Idest ad partem meridianam: Plaga signat vulnus, & signat rete ad capiendum feras, & signat mundi partem secundum situm, scilicet ad Occidentem, vel Orientem, Meridiem, & Aquilonem. Contra austrum. Idest contra ventum illum, qui vocatur Aufter, quia Aufter fiat de parte meridiana. Cùm quadraginta basibus argenteis. Bases tabularum, & bases columnarum differunt: quia bases columnarum sunt amplæ, & rotundæ, in quibus fundantur columnæ, & locantur: bases autem tabularum sunt acutæ: quia sunt paxilli quidam argentei quadrati subintrantes concavitates tabularum, qui acuntur, donec terminentur ad acutam pyramidem, secundum quam terræ insiguntur. Duo bases sub vna tabula ponebantur. Idest, sub qualibet tabula ponebantur duæ bases, quia quælibet tabula erat habens aliquantam profunditatem, scilicet grossiciei, & in extremitatibus duabus fiebant duo foramina, in quibus ponebantur capita basium, & cætera pars earum insigebatur terræ, vt tabulæ firmiter se tenerent. Ex vtraque angulorum parte. Quælibet tabula habebat vnam extremitatem suam locatam super terram, & in illa fiebant duo foramina ad ponendum capita basium, nec tamen fiebant ista foramina in medio tabulæ, quia sic non se tenerent firmiter, sed in angulis: nam illa extremitas in duobus lateribus tabulæ habet duos angulos corporeos, & apud quemlibet eorum fiebat vna cauatura, in qua esset caput basis argenteæ. Vbi incastratura laterum in angulis terminantur. In qualibet tabula erant duæ incastraturæ, scilicet duæ cauaturæ venientes per latera tabulæ à summo vsque ad deorsum: vbi autem terminabatur incastratura in parte infima tabulæ, erat angulus corporeus clausus ex ipsa superficie incastraturæ, & ex superficie plana inferiori super quam sedet tabulæ, & ex superficie lateris latitudinis. Erat enim clausus ille angulus solidus, siue corporeus ex tribus superficiebus trigonis, & apud illum in superficie trigona, super quam sedet tabula, erat ista cauatura, in qua ponebatur caput basis. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ respicit Aquilonem. Idest ad partem Aquilonarem tabernaculi. Pars Aquilonaris denominatur à vento, quia Aquilo ventus est frigidus flans à puncto septentrionali orbis. Et dicitur Aquilo quasi aquas ligans, quia eo flante non fiunt pluuie, & ipse fugat nebulas. Fecit quadraginta tabulas. Tanta longitudo erat huius lateris, sicut lateris meridiani. Sicut ergo in latere meridiano erant tabulæ viginti habentes, vel causantes simul longi-

tudinem cubitorum triginta, ita in hoc latere erant totidem tabulæ claudentes tantundem de longitudine. Contra occidentem vero. Istud erat tertium latus, quod erat post sancta sanctorum. Nam latus Orientale non erat tabulis coopertum: ideo de lateribus latitudinis hoc solum erat habens tabulas. Idest ad eam partem tabernaculi, quæ respicit mare. Ista est expositio, quia magis notum erat Iudæis dicere partem, ad quam est mare; quam dicere partem occidentiam, & loquitur de mari Mediterraneo. Nam terra illa, in qua tunc erant Israelitæ, scilicet deserta Arabica, & tota Terra Chanaan habet pro Occidentali parte mare Mediterraneum, cum & ipsa terra Iudææ in sorte Zabulon, & Iachar mari abluitur, vt patet Genesis quadragessimono capite. Fecit sex tabulas, & duas alias. Ponuntur in isto latere Occidentali octo tabulæ: & deberet dici: fecit tabulas octo: dicitur tamen: Fecit tabulas sex, & deinde, fecit duas alias tabulas, quia non erant omnes eiusdem mensuræ, sed primæ sex erant mensuram priorum habentes, scilicet cubitum & dimidium in latitudine, ideo non nominantur tabulæ absolute sumendo. Aliæ duæ non erant eiusdem quantitatis in latitudine, sed dimidium solum cubitum continebant. In longitudine autem omnes tabulæ æquales erant, & istæ duæ tabulæ, quæ reliquis inæquales erant, continebant angulos tabernaculi. Et duas alias. Scilicet quæ erant minoris latitudinis. Per singulos angulos. Duo anguli solum erant, quia latus septentrionale cum latere occidentali claudit angulum vnum, & latus meridiano cum occidentali claudit angulum alterum: & in quolibet istorum duorum angulorum ponuntur istæ tabulæ paruæ, scilicet in vno angulo vna, & in alio angulo alia. Retro. Dicuntur esse retro, quia isti anguli erant in parte posteriori tabernaculi, scilicet ad occidentalem plagam, vbi terminatur totum tabernaculum. Nam pars anterior est pars orientalis, in qua non erat aliquod latus tabularum. Quæ iunctæ erant deorsum vsque sursum. Idest omnes istæ tabulæ erant iunctæ à parte superiori vsque ad partem inferiorem: & hoc per incastraturas, quæ erant factæ in tabulis: quælibet enim duas incastraturas habebat, & omnes istæ tabulæ simul iunctæ erant. Et in vnam pariter compagem ferebantur. Idest vna colligatio fiebat de his tabulis. Hoc erat, per vestes, quia quilibet vestis illius partis posterioris transibat ab angulo vsque ad angulum, quia erat paruus latus, & sic cum portari debebant istæ octo tabulæ ferebantur simul, nisi fortè educerentur vestes, & posset quælibet tabula per se portari. Ita fecit ex vtraque parte per angulos. Scilicet coniungendo illas paruas tabulas alijs sex tabulis magnis. Vt octo essent simul tabulæ. Idest facta ista compaginatione erant octo tabulæ simul, scilicet omnes octo tabulæ illius lateris erant pertinentes ad eandem compagem, quia quilibet vestis illius lateris totaliter continebat eas. Et haberent bases argenteas sexdecim. Licet essent inæquales tabulæ, quia quædam, scilicet paruæ tabulæ continebant solum dimidium cubitum: tamen quælibet habuit duas bases argenteas. Duo, scilicet bases sub singulis tabulis. Non curando vtrum magnæ tabulæ an paruæ essent. Fecit & vestes. Hic ponuntur vestes, qui per dorsa tabularum ponebantur. Et dicuntur vestes ligna rotunda, & longa posita in dorsis tabularum per circuitos aureos infixos tabulis ad hoc, vt sic tabulæ tabulæ cohererent. Et licet vestes dicantur à vehendo secundum derivationem suam, sicut erat de vestibus arcis, & menis, atque altaris, & aliorum yfensilium: hic

Plaga qd.

Bases.

hic tamen non sunt proprie dicti vestes à vehendo, sed ab inuehendo, quia non portantur tabulæ per vestes, cum ipsæ tabulæ à Gersonitis in plaustris portarentur, vt patet Numeri septimo capitulo: yfensilia alia quemadmodum arca, & altare, atque similia ducebantur in vestibus à Caathitis, vt patet Numeri quarto capitulo: sed vestes isti inuehebantur in tabulis, idest immittebantur in eis per annulos aureos infixos in dorsis tabularum, & cum infixi essent continebant tabulas. Vestes. De lignis Setim, quia nulla materia ligni erat in tabernaculo, nisi ligna Setim. Quinque ad continendas tabulas vnus lateris. In quolibet latere tabernaculi erant quinque vestes: quomodo autem isti essent, scilicet vtrum esset vnus vestis magnus pertingens ab extremitate vsque ad extremitatem lateris, & esset compositus ex quinque vestibus partialibus, qui sic se haberent, quod caput vnus subintraret extremitatem alterius, sicut fit in crucibus compactis ex pluribus partibus inuicem subintrantibus: aut quod essent tres ordines vestium, & in ordine inferiori essent duo vestes, quorum caput vnus subintraret alterius summitatem, quemadmodum supra dicebamus: in ordine superiori essent eodem modo alij duo vestes: in medio ordine esset vnus vestis perueniens ab extremo vsque ad extremum: & sic fierent quinque vestes, aut si essent quinque vestium ordines, & in quolibet ordine esset vnus vestis integer, dictum fuit supra vigesimo sexto. Et quinque alios ad alterius lateris tabulas captandas. Tria latera tabularum erant: ideo ter dicitur, quod fierent quinque vestes, scilicet pro quolibet latere quinque. Et extra hos quinque alios. Illi vestes supra positi erant ad latus meridiano, & ad septentrionale: isti qui ponuntur hic sunt ad Occidentale. Contra mare. Expositio superioris est, quia Occidentalis pars terræ illius, in qua fiebat tabernaculum, erat ad mare Mediterraneum, quod erat mare Terræ Phylistinorum: nam hoc mare ponitur pro termino Terræ Chanaan ad Occidentalem plagam, vt patet supra vigesimo tertio capitulo, scilicet: Ponam terminos tuos à mari rubro vsque ad mare Palestinorum, sunt autem illi duo termini ibi Orientalis, & Occidentalis, vt ibidem declaratum est. Fecit quoque vestem aliam.

De veste, qui ponebatur per medias tabulas.

QVÆSTIO. II.

ISTE vestis non ponebatur in eodem ordine, quo ponebantur alij: nam alij ponebantur in dorsis tabularum per annulos aureos, iste autem ponebatur per concavitates factas intra ipsas tabulas: nam quælibet tabula erat satis grossa, & per medium grossiciei suæ perforabatur, ita vt subintraret vestis intra substantiam, siue corpulentiam tabulæ, & hoc fiebat in omnibus tabulis, ita quod iste vestis non videbatur, quia latens erant in visceribus tabularum, sed solum videbantur duo capita eius in extremitatibus lateris tabularum, scilicet vnum caput in prima tabula lateris cuiuslibet, & aliud in extrema tabula eiusdem lateris: erat autem iste vestis integer, & magnus, perueniens ab extremo vsque ad extremum lateris. Et patet, quod non se haberet iste vestis, sicut ceteri vestes, Alph. Toft. super Exodum

Nam si poneretur in eodem ordine, aut modo, cum dictum fuerit supra de quolibet latere: Facies quinque vestes, non diceretur hic: Facies & alium: sed diceretur: Facies sex vestes: manifestè igitur patet, quod non ponitur habitudo istius ad omnes quinque, quæ ponitur omnium quinque inter se, quia istum vnum separat ab alijs quinque, & ipsos quinque non separat inter se. Item patet, quia de alijs quinque vestibus ponitur, quod erant ad continendas tabulas: de hoc autem ponitur, quod erat ad mittendum per medias tabulas. Item de alijs vestibus dicitur, quod inducebantur per circuitos aureos in lateribus tabularum: de hoc autem dicitur, quod mittebatur non per vestes, sed per medias tabulas. Iste vestis non solum ponebatur in latere occidentio, de quo hic videtur satis clarè, sed etiam in quolibet aliorum duorum laterum, quia eadem necessitas, aut vtilitas operis erat in ponendo in vno latere, quæ in omnibus. Item, quia hic dicitur, quod ponendus est vnus vestis per medias tabulas, & non dicitur per quas medias tabulas: ergo intelligendum est de omnibus medijs tabulis. Qui per medias tabulas. Idest per medietatem tabularum, scilicet per grossiciei mediam tabularum. Etiam erat per medias tabulas, quia erat per medium altitudinis tabularum, quia conuenientius ibi ponebatur vestis, quam ad extremitatem supremam, vel infimam tabularum. Ab angulo vsque ad angulum. Idest ab vno angulo lateris vsque ad alterum angulum. Ex hoc aliquis fortè argueret, quod iste vestis, qui mittendus erat per medias tabulas, solum erat in latere occidentio, quia si in alijs lateribus ponerentur, tales vestes non peruenirent ab angulo vsque ad angulum, cum non esset latus Orientale tabularum, ad quod peruenirent. Et patet, quia si poneretur iste vestis in latere meridiano, perueniret ad vnum angulum, scilicet ad angulum, qui causatur ex contactu lateris meridiani & occidentalis: non tamen potest peruenire ad aliquem alterum angulum, quia cum extendatur vestis ille ad partem Orientalem, non perueniet ad aliquem angulum, quia angulus debet causari ex contactu duorum laterum: ibi autem non sunt duo latera contingentia, quia latus Orientale non habebat tabulas. Eodem modo si poneretur iste vestis in latere septentrionali, non posset peruenire ab angulo vsque ad angulum. Nam licet inciperet ab angulo, qui clauditur in contactu occidui, & septentrionali lateris, tamen quando protensus fuerit vestis ille versus partem orientalem, non reperiet aliquem angulum ad quem perueniat, cum non sint ibi duo latera concurrentia, quæ claudant angulum: nam latus orientale non est, cum non ponantur ibi tabulæ. Solum igitur potest in latere occidentio. Nam ibi potest peruenire ab angulo vsque ad angulum, quia cum incipiat iste vestis à parte meridiana, incipiet ab angulo, quia angulus causatur ibi ex contactu lateris meridiani & occidentalis: cum autem protensus fuerit iste vestis versus latus septentrionale, perueniet ad angulum, qui causatur ex contactu lateris occidui & septentrionalis. Fortè ad hoc aliquis respondebit defendens superiorem positionem, scilicet quod iste vestis poneretur in quolibet latere, & essent tales tres vestes sicut numerus laterum, quod in quolibet latere peruenirent ab angulo vsque ad angulum. Et cū probas, quod non causetur angulus, quia latus orientale non est latus, quod deberet claudere angulos cū latere septentrionali & meridiano. Respondetur quod latus orientale est, quia licet non sit latus tabularum reale: est tamen latus secundum imaginationem

An vestis que Deus mandabat poni per medias tabulas esset solum in latere occidentio.

Secundum argumentum.

Pars Secunda. B b exten-

Primi argumenti.

extentum inter latus septentrionale, & meridianum. Sed hoc non potest stare: tenenda est ergo ista secunda positio, quæ adducebatur in argumentum. Responsio autem, quam isti dant, non potest stare, quia latus Orientale nullo modo est. Et si dicas, quod est per imaginationem, nihil prodest, quia licet Mathematici, qui considerant abstractam quantitatem, curent de quantitate, quæ est secundum imaginationem, artifices tamen mechanici, qui habent determinatam materiam, non considerant de imaginabili quantitate. Item, quia operatio istorum artificum mechanicorum realis est, & in solis substantijs realibus, & instrumenta sua sunt realia: non ergo curant vtilitatem de imaginata quantitate. Item dato, quod isti artifices mechanici considerarent de imaginata quantitate, & aliquo modo attinerent ad eos, tamen nullo modo dicerent, quod latus septentrionale, quod est reale, claudat angulum cum latere orientali, quod est purè imaginatum: aut quod latus meridianum realiter ens claudat angulum cum orientali latere, quod est purè imaginatum. Nam latera realia angulum realem claudunt, imaginaria autem latera angulum imaginarium claudunt. Ex latere autem imaginario & reali nullus potest angulus claudi, quia sunt duorum generum. Argumenta autem, quæ fiebant pro superiori positione, non tenent. Primum argumentum erat, quia eadem necessitas, aut vtilitas operis erat ponere in latere meridiano, aut septentrionali, sicut in occidentali. Respondetur, quod falsum est, quia maior necessitas erat in occiduo, quam in alijs duobus: nam in occiduo ponebatur iste vectis ad continendum totum opus tabernaculi, scilicet omnia latera: in alijs autem lateribus non poterat poni ad continendum totum opus. Pro quo sciendum, quod vectes ponebantur ad continendum tabulas, scilicet dupliciter, quia quidam ponebantur ad continendum omnes tabulas, quidam verò ad continendum aliquas, scilicet tabulas solum alicuius lateris: nam quodlibet latus habebat tabulas, & illæ tabulæ continebantur simul, scilicet viginti in latere meridiano, & viginti in latere septentrionali, & octo in latere occiduo. Tabulæ autem cuiuslibet lateris horum continebantur per se. Nam quinque vectes positi in latere meridiano continebant omnes tabulas lateris meridiani, & quinque vectes in latere septentrionali continebant viginti tabulas eiusdem lateris, & in latere occiduo quinque vectes continebant octo tabulas. Quodlibet ergo istorum laterum per se continebatur à suis vectibus, nè tabulæ defluerent: nulla tamen compago omnes tabulas omnium tabularum continebat: poterat enim tabulatum, siue latus à latere coniungi: fuit ergo ad necessitatem operis opportunum, vt poneretur vnus vectis, qui continebat omnia ista tabulata. Et iste est, qui mittebatur per medias tabulas, & ponebatur in latere occidentali solum, quia ibi existens poterat continere omnia tabulata: si autem poneretur in aliquo alio latere, non poterat continere omnia tabulata. Et patet, quia cum poneretur iste vectis intra tabulas lateris occidentalis in vna extremitate lateris, ille vectis exiens tangeret latus septentrionale, & subintraret in quandam cauaturam tabulæ vltimæ lateris illius, & teneret illud firmiter cum ipso occidentali: deinde ipse vectis lateris occidui protensus in aliam partem, scilicet in partem meridianam, & subintraret in vltimam tabulam lateris illius per quandam cauaturam: & sic ille vectis

Ad primū
argumētū
pro parte
negatiua.

contineret firmiter omnia tria tabulata: si autem poneretur in latere meridiano iste vectis ex parte occidentali posset subintrare latus occidentale in vltimam tabulam, & contineret illud latus, non tamen poterat continere latus septentrionale. Si autem poneretur talis vectis in latere septentrionali, contineretur occidentale, quia ad angulum occidentis protensus ille vectis subintraret vltimam tabulam illius lateris, & contineret illud cum latere septentrionali; latus tamen meridianum continere non posset: solum ergo in latere occiduo positus talis vectis contineret tria tabulata. Sed forte dices, quod dato, quod in latere occiduo conuenientior erat iste vectis, quam in alijs lateribus, tamen ponebatur in hoc, & in alijs lateribus, ita quod essent tres secundum positionem primam. Respondetur, quod non potest stare, quia sicut Deus, & natura nihil frustra faciunt: ita & ars nihil facit frustra, cum sit habitus rationis directiuus circa factibilia: sed sufficiebat ille vectis vnus positus in latere occiduo: ergo non erat ponendus aliquis alius in aliquo altero latere, esset enim hic in duobus error. Primò quantum ad Deum, quia Deus mandauit fieri ista, quæ hic ponuntur. Sed Deus nunquam agit aliquid frustra, ergo non mandauit vectes tales poni in quolibet latere tabernaculi, quia magnum inconueniens esset dicere, fecit aliquid frustra. Secundò erat inconueniens quantum ad Beseleel, qui erat peritissimus artifex, & non ageret aliquid superfluum. Non est ergo concedendum vilo modo fuisse tres vectes tales, præcipuè cum litera de vno faciat solummodo mentionem. Ad secundum argumentum cum dicebatur, quod litera mandat poni vnum vectem per medias tabulas: & non dicit per quas medias tabulas: ergo intelligendum est de omnibus tabulis omnium laterum. Respondetur, quod non valet ista consequentia: imò potius videtur è contrario: quia cum mandat poni vnum vectem per medias tabulas, & non facit mentionem de quibus medijs tabulis intelligi velit: oportet intelligi de vnicijs tabulis, scilicet de tabulis vnicijs lateris. Item antecedens, siue fundamentum argumentationis illius est falsum: quia litera satis declarat hic de quibus tabulis intelligi velit: nam cum dixisset, quod in tabulis occidui lateris positi fuerant quinque vectes, subiunxit, quod etiam fecit alium vectem, qui per medias tabulas mitteretur: referri ergo necessarium videtur ad latus occidentale in quo positus fuerit iste vectis, & non in aliquo alio latere. Ipsas autem tabulas deaurauit. Posuit laminas aureas super tabulas, vt totus paries aureus videretur: & hoc tam ex parte exteriori, quam ex parte anteriori. Fusis basibus eorum argenteis. Id est immisit in ipsis tabulis argenteas bases ponendo capita basium in cauaturis tabularum: & ibi firmiter manebant tanquam ante fuloria missæ fuissent in foramina tabularum: nam cuiuslibet tabulæ duæ bases supponebantur, vt patuit supra. Et circulos eorum. Id est circulos tabularum: erant circuli quidam annuli rotundi, quorum capita insigebantur ipsis dorsis tabularum, in qualibet tabula vnus circulus, & per illos mittebantur vectes. Per quos vectes induci possent. Id est per quos possent mitti vectes. Induci enim mitti est, siue intus duci. Quos & ipsos laminis aureis operuit. Id est non solum tabulata operuit laminis aureis, sed etiam vectes, qui erant in dorsis tabularum operuit auro, vt nulla deformitas appareret: sed totum quidquid esset aurum videretur. Fecit & velum de hyacintho.

Supra

Ad secundum
argumētum.

Supra posuit de constructione durorum: hic ponit de fabricatione mollium, scilicet de tentorijs cortinis, velis, pellibus. Fecit velum. Scilicet Beseleel, quia ipse mandabat fieri, & dabat modum in faciendis: istud velum quod hic dicitur fieri, erat intra tabernaculum ad distinguendum partem illam, quæ vocabatur sancta sanctorum, & partem illam, quæ vocabatur sanctuarium solum, siue sanctum. De hyacintho. De istis saepe dictum est. Vermiculus. Dicitur vermiculus coccus bis tinctus: nam supra vigesimoquarto capitulo, & supra præcedenti capitulo, posita sunt omnia, quæ offerri debebant pro fabricatione totius sanctuarij: sed inter ea non ponitur vermiculus: necessarium ergo est esse coccum bis tinctum: patet etiam hoc ex dictione Hebraica hic posita, quæ eadem est cum ea, quæ signat coccum bis tinctum: dicitur autem vermiculus, id est vermīs paruis valde rubeus cuius sanguine tinguntur panni ad hoc, quod recipiant colorem valde intensum. Et sic dicitur Isaac primo capitulo, cum dicitur: Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabitur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, quasi lana alba erunt. Opere polimitario. Id est faciendo diuersitatem imaginum, & colorum ex diuersis filis: & hoc per texturam solam. Varium. Quia erat multiplicitas figurarum, & colorum. Atque bis tinctum. Non erat velum bis tinctum, quia postquam textum erat nunquam tingebatur, sed solum fila sua ante texturam tingebantur. Vel vt verius dicatur, ipsa lana antequam dederetur in fila tingebatur, & licet semel tingeretur, tamen dicebatur esse bis tincta, sicut dicitur coccus bis tinctus pannus, vel filum, aut lana, quæ tincta sunt vermiculo, qui causat intensum colorem semel tingendo, ita vt si multoties fuisset tincta: & hoc erat in quolibet colore ipsius veli: nam omnes erant multum intensi. Et quatuor columnas. Istæ sunt quatuor columnæ posite intra tabernaculum ad distinguendum partem, quæ dicebatur sanctuarium solum, & sancta sanctorum, & ante has pendeat velum. Erant autem posite istæ columnæ in tertia parte longitudinis tabernaculi, scilicet quod longitudo tabernaculi erat triginta cubitorum: erant autem posite pertransito spatio cubitorum decem: & hoc incipiendo à parte occidentali: manebat autem vltra columnas versus introitum tabernaculi spatium cubitorum viginti: & illud erat sanctum, siue sanctuarium: de quo magis diximus supra vigesimo sexto capitulo. Quas cum capitibus deaurauit. Id est illæ columnæ, quia erant lignæ deauratæ sunt, vt aureæ viderentur, & etiam capita deaurata fuerunt. Fusis basibus eorum argenteis. Id est bases, quæ factæ sunt pro istis columnis, erant argenteæ: & fuerunt factæ opere fusorio. Fecit & tentorium. Hic ponitur aliud opus, quod erat ad tegendum introitum tabernaculi. Nam solum erant tria latera tabernaculi facta de tabulis, scilicet occidentale, meridianum, & septentrionale, orientale autem non erat, quia non ponebantur ibi aliqua tabulæ: debebat ergo operiri aliquo velamine, & hoc vocatur tentorium, quia extendebatur, & complicabatur cum vellent sacerdotes: & sic vocatur tentorium id, quod pendeat ad introitum atrij. In introitu tabernaculi. Introitus tabernaculi erat latus orientale, quod totaliter apertum erat, quia non ponebantur ibi aliqua tabulæ. Ex hyacintho. Eadem materia erat veli sancti sanctorum, & tentorij pendens ad introitum tabernaculi: sed differunt in

Tentorium
tabernacu-
li.

Alph. Tost. super Exodum

A figurationis modo, scilicet, quia velum erat factum opere polimitario, & tentorium erat factum opere plumario. Quid sit opus plumarium, dictum fuit supra vigesimo sexto capitulo, est enim opus factum non per texturam, sed per acum, quia acus pluma dicitur: & est differentia, quia in opere polimitario apparent figurae ex vtraque parte æqualiter. In opere autem plumario ex vna parte apparent imagines, ex alia autem non.

Quare differenter velum, & tentorium fabre facta sunt.

QV. AESTIO. III.

SE D quæres, quare fuit facta ista differentia inter velum, & tentorium, ita vt vnum esset opere plumario, factum, aliud autem opere polimitario? Respondetur, quod opus polimitarium est pulcherrimum opere plumario, ideo in toto sanctuario polimitarium opus fieret, nisi esset aliquid quod obstaret: obstat autem pulchritudo totius operis, quia licet quodlibet in se pulchrius esset si gradum summum haberet, tamen non conuenit pulchritudini totius operis, quia pulchritudo totius consistit in quadam armonia. Est autem armonia in diuersis. Circa eundem totaliter, vel partitus similia non est armonia: sed si in toto sanctuario essent opera polimitaria, non esset aliqua differentia perfectionis in opere: ergo oportet poni quoddam esse opus polimitarium, & quoddam plumarium: sed ad interiora tabernaculi spectat habere maiorem pulchritudinem, ergo in velo, quod erat intra tabernaculum, deberet esse opus polimitarium. Et columnas quinque cum capitibus suis. Istæ quinque columnæ sunt ad ponendum in introitu tabernaculi, quia totum illud spatium lateris Orientalis, quod erat decem cubitorum, erat apertum non existentibus ibi aliquibus tabulis. Cum capitibus suis. Non est intelligendum, quod capita istarum columnarum deberent deaurari, quia ipsa aurea erant, vt patet supra vigesimo sexto capitulo; vbi capita quatuor columnarum ante sancta sanctorum fuisse dicuntur aureæ, & bases argenteæ. Idem de columnarum capitibus, quæ sunt ante tabernaculum in introitu eius. Quas operuit auro. Scilicet columnas, quæ erant de lignis Setim, & non capita columnarum, quæ aurea erant. Basesque earum fudit aeneas. Id est fecit istarum columnarum bases, quæ amplæ erant, & formauit eas opere fusorio, quoniam per malleationem graue satis erat fieri: licet alia grauiora sola malleatione fieri iussa sunt, quæ productilia vocantur, scilicet candelabrum cum omnibus partibus suis, de quo supra vigesimo quinto capitulo, & infra sequenti capitulo. Quas operuit auro. Ad hoc enim quod omnia purum aurum esse viderentur: non erant tamen affixæ columnæ basibus suis, sed simpliciter locate super illas. Eodem modo de capitibus columnarum dicendum est; ideo quodlibet eorum per se portabatur.

Pars Secunda.

Bb 2

CAP-

CAPITVLVM XXXVII.

Arca testa menti fit.



36. dist. ca. Ecclesiasti. §. ecce.

Duo Cherubim.

Mensa positiois.

Vasa tabernaculi.

Candelabrum.

FECIT autem Beseleel & arcam de lignis Setim, habentem duos, & semis cubitos in longitudine, & cubitum ac semissem. in latitudine, altitudo quoque vnus cubiti fuit, & dimidij: vestiuitque eam auro purissimo intus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, constans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis Setim, quos vestiuit auro, & quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam. Fecit & propitiatorium, idest oraculum de auro mundissimo, duorum cubitorum & dimidij in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. Duos etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorij: Cherub vnum in summitate vnus partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius: duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorij, extendentes alas, & regentes propitiatorium, seque mutuo & illud respicientes. Fecit & mensam de lignis Setim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnus cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem. Circumdeditque eam auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, ipsique labio coronam auream in terra filem quatuor digitorum, & super eandem alteram coronam auream. Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ contra coronam: misitque in eos vectes, vt possit mensa portari. Ipsos quoque vectes fecit de lignis Setim, & circumdedit eos auro. Et vasa ad diuersos vsus mensæ, acceperabula, phialas, & cyathos, & thuribula ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina. Fecit & candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte calami, scyphi, spherulæque ac lilia

procedebant sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera: tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, spherulæque simul & lilia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero, spherulæque simul & lilia. Aequum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, spherulæque per singulos simul, & lilia: & spherulæ sub duobus calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno: & spherulæ igitur, & calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa vbi ea quæ emuncta sunt, extinguantur, de auro mundissimo. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis. Fecit & altare thymiamatis de lignis Setim, per quadrum singulos habens cubitos, & altitudine duos: e cuius angulis procedebant cornua. Vestiuitque illud auro purissimo cum craticula ac parietibus, & cornibus. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & possit altare portari. Ipsos autem vectes fecit de lignis Setim, & operuit laminis aureis. Composuit, & oleum ad sanctificationis vnguentum, & thymiamata de aromatis mundissimis opere pigmentarij.

Fecit autem. Descripta supra fabricatione eorum, quæ erant partes tabernaculi, hic consequenter describitur id, quod erat in continentiam ipsius tabernaculi: & diuiditur in duas partes. Primò ponitur descriptio eorum, quæ erant intra sancta sanctorum: deinde ponitur fabricatio utensilium exteriorum ibidem. *Fecit mensam.* Prima diuiditur in tres partes, secundum quod ponebantur tria in parte anteriori tabernaculi, scilicet fabricatio mensæ propositionis. Secundum fabricatio candelabri luminis. Tertium constructio altaris thymiamatis. Secunda ibidem. *Fecit & candelabrum.* Tertia ibidem. *Fecit & altare.* Circa primum. *Fecit autem Beseleel.* Licet ista non fierent per Beseleel, sed etiam per alios: imò magis per alios cum alij plures essent: tamen omnia dicitur fecisse Beseleel, quia actio attribuitur principali agenti: sed Beseleel erat architectus, alij autem secundum dispositionem eius faciebant, ergo de ipso debebat dici facere: erat enim principium agendi, alij autem erant secundum quod instrumenta: ideo in his capitulis quomodocumque ponatur (fecit) etiam si sit sine supposito, semper intelligendum est, quod fecit Beseleel. *Et arcam.* Ista dictio (&) ponitur hic pro etiam: sic enim consuevit poni in sacra scriptura.

Lucerna aurea.

Altare thymiamatis.

Oleum & thymiamata.

Continuum cap.

Diuisio eorundem.

Arca testamenti fit.

Et

Et est sensus, non solum Beseleel fecit ea, quæ supra dicta sunt, sed etiam fecit arcam. *Habentem duos semis cubitos in longitudine.* Id est habentem duos cubitos & semis: si enim intelligeretur sic, vt videntur sonare ista verba prima facie, esset sensus, quod arca continebat in longitudine duos dimidios cubitos, & sunt duo dimidij cubiti vnus cubitus: ergo vnum solum in longitudine cubitum obtinebat: sed falsum est, quia tunc maior esset latitudo, quam longitudo, cum ponatur latitudo cubiti, & dimidij: esse autem latitudinem maiorem longitudine impossibile est. Nam tunc id quod maius est longitudo vocatur, etiam si nos aliter vocare velimus: dicitur ergo, quod arca habebat duos semis cubitos, id est duos cubitos, & semis. *Et cubitum & semis in altitudine.* Non conueniebat angustior esse, quia esset deformitas. De magnitudine autem horum cubitorum dicendum est, quod non fuerunt cubiti geometrici, sicut dicebat de cubitis arcæ Noè, sed cubiti brachij virilis, qui erant cubitus mediocres: nam aliter magna latitudo arcæ esset, quod non conueniebat secundum capacitatem eorum, quæ in ea erant. *Altitudo quoque vnus cubiti fuit & dimidij.* Tanta erat altitudo quanta latitudo. Ratio autem istarum mensurarum fuit aequaliter quantitas rerum continentiarum, & pulchritudo arcæ, quia nisi sic facta fuisset pulchra non esset. *Vestiuitque eam auro purissimo.* Id est posuit ei operturam laminarum aurearum affixarum tabulis mediantibus, vel ligneis clauis. Et hoc, vt totum aureum videretur. *Intus & foris.* Hoc erat speciale in arca, quod etiam intra esset deaurata. Nam quod extra esset, generale erat in alijs rebus tabernaculi, quia omnes, aut aurum erant, aut auro mundo tegebantur, scilicet res duræ, quæ de ligno, aut metallo erant. Arca tamen propter dignitatem eorum, quæ intra seruabantur intus deaurata erat. *Et fecit illi coronam auream.* Dicitur corona aurea non aliquid rotundum, quale nos coronam vocamus, & vt reges habere solent. Sed aliquid quod totam arcam circumdabat. Nam sicut corona, quam nos vocamus totum caput regium ambit, ita istud, quod in arca corona vocatur, totam arcam in circuitu ambebat.

Corona, quæ erat super arcam non erat rotunda, sed quadrata.

QVAESTIO PRIMA.

ERAT autem ista corona quadam lamina aurea circumdans totam arcam in forma quadraturæ, sicut ipsa arca quadrata erat, & erigebatur ista lamina tanquam quoddam labium prominens, & insurgebat a parte inferiori, scilicet per tabulam altitudinis vsque ad aliquantum spatium, & fiebat quadam vacuitas super extremitates tabularum secundum quantitatem densitatis earum, & in illam vacuitatem subintrabat propitiatorium: quod erat tabula de auro purissimo secundum quod magis declarauimus supra 25. capit. *Per gyrum.* Id est quod illa lamina circumdabat omnia quatuor latera arcæ perueniens a puncto in punctum. *Constans quatuor annulos aureos.* Id est ponens, vel mittens quatuor annulos: isti erant ad ponendum in eis vectes, & erant quatuor, vt ponerentur in eis duo vectes, scilicet in quibuslibet duobus annulis aureis ponebatur vnus vectis. *Per quatuor angulos eius.* Arca habebat quatuor latera: ideo necesse erat, vt ipsa latera conueniendo ad punctum mutuo causarent quatuor angulos solidos: in his autem angulis erat necesse poni annulos, vt bene se haberent: non quidem in

De angulis solidis arcæ testamenti.

Alph. Tost. super Exodum

summitate tabularum arcæ, vbi est verè angulus solidus clauis ex tribus quadratis superficiebus, aut in extremitatibus inferioribus tabularum, vbi eodem modo sunt anguli caustati ex tribus quadratis, siue quadrangulis superficiebus, sicut est in corpore, quod geometræ exacedron vocant continente sex superficies quadratas, & quatuor angulos corporeos, quia non conuenienter locarentur ibi annuli, vt patet cuilibet intuenti dispositionem, quæ apparet ex tali inflexione, sed ponebantur in angulis, id est in concursu duorum laterum ad punctum, vbi caustatur angulus, licet imperfectus: quia nunquam potest claudii angulus corporeus ex paucioribus, quam tribus superficiebus trigonis, aut tetragonis: sicut nulla figura planagonica, id est angularis claudi potest paucioribus, quam tribus lineis: vnde trigonum primum in conicis, siue rectilineis figuris appellamus. Accipiendo autem tabulas arcæ in medio sui quando conuenit ad punctum, solum sunt ibi duæ superficies, quia duæ tabulæ concurrunt, ideo angulus non caustatur, sed vocatur angulus large, quia non est superficies continuata. Possumus tamen si voluerimus vocare angulum propriè si volumus, non quod sit angulus corporeus, siue solidus, sed angulus planus, quia angulus solidus ex paucioribus, quam tribus superficiebus non clauditur. Angulus autem planus clauditur ex contingentia duarum linearum: & sic cum ibi conueniant duæ superficies planæ, necessariam est concurrere & lineas assignatas in superficiebus illis, & hæc facient angulos planos, quotquot voluerimus assignare: sed litera hic accipit pro angulis solidis, quia alias etiam in ipsa plana superficie tabulæ cuiuslibet esset assignare angulum planum: sed accipit scriptura improprie angulum, quia circa talia non multum curat sacra scriptura attendere modum loquendi sapientum, sed conformat se vulgaribus a quibus intelligi vult. Et cum dicitur hic, quod isti annuli erant ponendi in angulis, non est intelligendum, quod verè ponerentur in ipsis angulis qualitercumque accipiantur, quia tunc vectes venientes per dorsa tabularum super planiciem earum, non possent intrare per foramina annulorum, vt patet cuilibet consideranti dispositionem annulorum positorum in angulis, quia tunc oporteret flecti vectes, quia non essent annuli super planiciem tabularum, per quas directè venirent vectes, sed in contractu laterum, & sic necesse erat egredi annulum ibi positum obliquè. Item, quia talis positio annulorum impediret coniunctionem laterum faciendò solui iuncturam tabularum: non ergo erant in tabularum angulis positi annuli isti, sed dicebantur positi in angulis, quia ponebantur in extremitatibus duabus laterum duorum longitudinis circa ipsam contingentiam laterum, vbi caustatur angulus improprie dictus. *Duos annulos in latere vno.* Ista latera, in quibus ponebantur annuli, erant latera minora, scilicet latera latitudinis. Nam si ponerentur in lateribus longitudinis, maneret paucum spatium inter duos vectes, vt possent intrare duo homines portantes simul ex vna parte: de quo magis diximus supra vigesimo quinto capitulo. *Et duos in altero.* Scilicet in alio latere opposito latitudinis: nam si ponerentur in aliquo latere longitudinis duo annuli, & in alio latere latitudinis duo alij, non possent fieri aliqua portatio per vectes immixtos in illis, quia non acciperentur vectes ex eadem parte, & motus fieret ad oppositas differentias positionis: nec etiam debebant poni annuli in quolibet latere, quia tunc duo vectes ponerentur in duobus lateribus.

Quomodo locabatur annulus in arca testamenti.

Pars Secunda Bb 3 bus,

bus, & per illos moueretur arca ad vnam differentiam positionis, scilicet ante, & ponerentur alij duo vectes in alijs duobus lateribus, & moueretur per eos arca in latus, scilicet dextrorsum, aut sinistrorsum: in solisigitur duobus lateribus oppositis annuli ad immitendos vectes positi sunt. *Vectes quoque fecit, scilicet Beseleel. De lignis Setim, quos vestitit auro.* Erant isti ad portandum arcam, & vt pulchri appaerent auro vestitit eos. *Et quos misit in annulos.* Scilicet quod transirent per annulos, & applicarentur ad planiciem laterum. *Qui erant in lateribus.* Hic est proprius locutio, quam supra, cum dicebatur, quod annuli erant per quatuor angulos, & ex hoc innuitur quod dicebamus, scilicet quod non erant isti annuli in ipsis arce angulis, sed erant in lateribus. Quia tamen erant in extremitatibus laterum circa angulos, dicebantur esse in angulis. *Fecit & propitiatorium.* Hic agitur de coopertorio arce. *Fecit propitiatorium, idest oraculum.* Ita est expositio: non quod illud nomen propitiatorium signet oraculum, quia oraculum dicitur ab orando, & propitiatorium dicitur a propitiando, siue parcendo, sed vocatur sic, quia vtrumque conueniebat illi: nam Deus dicebatur ibi oratus propitiari. Sacerdos magnus semel in anno in die expiationis intrabat portans sanguinem, & aspergebat coram propitiatorio, & orabat Deum pro peccatis suis, & domus sue, totiusque populi, vt patet Leui. 16. cap. in qua oratione dirigebat se ad Deum tanquam existentem super coopertorium illud arce, ideo oraculum ab orando dicebatur. Aliter vocari potest oraculum, idest responsorium, siue locus ad respondendum, quia oraculum per response accipitur, sicut cum dicitur sepe in iure, & in literis apostolicis: Vnus vocis oraculo, idest per response ipsius summi Pontificis, & sic accipitur Num. 7. cap. cum dicitur: Cunque ingrederetur Moyse, vt contuleret oraculum, idest, vt haberet response. Et iste locus vocabatur secundum hoc proprium oraculum, quia in nullo loco sanctuarij ita respondebat, sicut ibi: licet aliquando responderet ad introitum tabernaculi circa altare holocaustorum, vt patet supra 29. capit. locus tamen precipuus erat intra sancta sanctorum super coopertorium arce: ideo Moyse quandoque volebat aliquid querere a Deo, inquirebat illud apud portam tabernaculi, vel alibi, scilicet intrabat in sancta sanctorum, & ibi audiebat loquentis vocem de medio duorum Cherubim, vt patet Numeri septimo capitulo. Etiam vocatur propitiatorium a propitiando, idest parcendo, quia Deus ibi existens propitiabatur peccatis Israelitarum, quando sacerdos magnus intrabat aspergens sanguinem coram illo, vt Deus remitteret iniquitates: & sic in Hebreo ponitur nomen, quod signat remissionem, scilicet. *Capores.* De isto oraculo, siue propitiatorio dicendum est, quod erat quedam tabula de auro purissimo nihil alterius rei admixtum habens, secundum quantitatem longitudinis, & latitudinis arce, & ponebatur super ipsas tabulas arce ad operiendum eam, & cooperiebatur tota frons propitiatorij huius altitudine laminæ aureæ circumdantis totam arcam in gyro, quæ vocabatur corona, vt supra patuit. Et de extremitate huius tabulæ aureæ per malleationem producebantur duo Cherubim, vnus in vna parte, & alius in alia. Aliqui tamen volunt, quod propitiatorium non esset coopertorium arce, sed tabula aurea eleuata per aliquantam altitudinem super arce coopertorium, quæ teneretur manibus duorum Cherubim, & super eam Deus sedere diceretur. Sed contrarium declaratum fuit supra vigesimo quinto capitulo: vbi multa de hoc. *De auro mundissimo.*

Propitiatorium quod vocatur oraculum, & propitiatorium.

Allorum sententia de propitiatorio.

Idest quod non erat aliquid admixtum illi auro: nec erat propitiatorium, sicut in alijs vtenilibus san. Quarij, in quibus erant tabulæ de lignis Setim intra, & in superficie erant laminæ aureæ, sed hic totum erat aurum. *Duorum cubitorum & dimidij in longitudine.* Ita erat longitudo arce, vt patet supra. Ex quo conicitur, quod propitiatorium erat coopertorium arce, quia erat æqualis mensuræ totaliter in latitudine, & longitudine. Si autem fuisset propitiatorium tabula posita inter manus Cherubim, non fuisset tanta longitudinis, cum ipsi essent productiles de propitiatorio, & occuparent aliquam partem longitudinis eius, & clauderetur tabula illa inter ipsos. Ponendum autem fuisse coopertorium, nullum inconueniens istorum est. *Et cubiti ac semis in latitudine.* Ita est etiam latitudo arce. *Duos etiam Cherubim ex auro ductili.* Idest fecit etiam Beseleel duos Cherubim de auro, producendo aurum, scilicet extendendo illud malleando, & non opere fusorio. Extendebantur autem isti Cherubim de ipso propitiatorio, scilicet quod accipiebatur magna pars auri, & illa per malleationem extenuabatur ad aliqualem conuenientem grossiciem. In extremitatibus autem duabus eius relinquebatur magna pars massæ aureæ rudis, & illa rursus per malleationem extendebatur, atque figurabatur in formam alati Cherubim, & non erant isti Cherubim positi super propitiatorium tanquam locatum, sed erant procedentes de materia ipsius propitiatorij continuati ei. Et patet hoc supra vigesimo quinto capitulo clarius, vbi litera dicit: Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi, idest isti duo Cherubim producebantur de extremitatibus propitiatorij: sicut etiam clarius adhuc in litera Hebraica habetur. *Quos posuit ex vtraque parte propitiatorij.* Ex hoc loco videntur habere saltem apparens fulcimentum illi, qui dicunt Cherubim non esse de propitiatorio, sed factos ex alia parte auri, quia dicuntur positi super propitiatorium: illud namque quod ab aliqua re egreditur, vel procedit, non dicitur poni in illa, vel super illam, cum sit pars illius: sed hic dicitur de istis duobus Cherubim, quod ponerentur in extremitatibus propitiatorij: ergo non erant de extremitatibus propitiatorij productiles, sed appositi, vel affixi. Dicendum, quod poni accipitur hic largè pro facere, vel esse, scilicet quod Beseleel fecit Cherubim in extremitatibus propitiatorij, quia de extremitatibus eius per malleationem producebantur, & fiebant, ideo positi esse ibi videbantur. Vel accipitur poni propriè, non vt dicit locationem, sed situationem: ea namque, quæ locantur, a rebus locantibus distincta sunt. Ideo in eis ponuntur, ita quod ab extra veniunt, & ibi ponuntur. Etiam quia non est continuatio inter locantem & locatum, sed contiguatio: in situatione autem non oportet separata esse ea, quæ situantur ab eo in quo situantur, imò non sunt separata, quia situs conuenit ad partes respectu totius, vel ad ea, quæ sunt in toto non separata a toto, licet non sit pars totius: sic igitur manus ponitur in corpore, & caput ponitur in corpore, sed non ponuntur hæc, vt ponitur locatum in loco, sed vt pars in toto, vel situatum in eo, in quo situm accipit, & istud prædicamentum vocari consuevit positio, & hoc modo dicitur vnus punctum habere positionem in linea, idest habere certum situm. s. quod ita est in extremitatibus, quod non est in aliqua alia parte corporis, & non potest dici punctus positus in linea, idest locatus, quia punctus ambiri non potest, cum sit indiuisibilis: locatum autem semper ambitur a loco. Etiam non ponitur illo modo in linea quasi adduceretur aliunde, & poneret in linea, quod punctus non est aliquid quod accipi possit, & adduci.

Duo Cherubim.

Quomodo dicitur aliquando poni pars in toto, & aliquando vna res separata in alia.

Nam

Nam punctus est cuius pars non est, vt ait Euclides in primo libro Mathematici in prima diffinitione. Secundum istum modum possumus loqui, quia dicens, quod duo Cherubim ponerentur super propitiatorium, accipiendo positionem pro locatione, quasi primò facti fuerint, & postea positi super arcam, falsum est: accipiendo tamè quod duo Cherubim sint positi super arcam secundum situm, scilicet quod ipsum propitiatorium sit, de quo productiles sunt Cherubim, & sit id, in quo situantur, licet non aliunde adducantur, sed ibidem fabricantur, & sic est sensus, quod Beseleel posuit istos duos Cherubim super propitiatorij extremitates, idest fecit eos esse positos in extremitatibus, cum de eisdem producerit illos. *Quos posuit ex vtraque parte propitiatorij.* Idest quos produxit, vel extendit ex vtraque parte propitiatorij, scilicet de auro, quod erat in vtraque parte propitiatorij, & sic fecit eos ibi esse positos, idest situatos tanquam partes in toto. *Cherub vnum in summitate vnus partis.* Idest fecit, quod vnus Cherub esset positus in summitate vnus extremitatis propitiatorij, & alius in alia parte. Semper tenetur sensus superior, scilicet quod posuerit vnus Cherub in summitate vnus partis, idest fabricauit, vel fabricando esse fecit. *In summitate vnus partis.* Summitas est extremitas, vel finis propitiatorij, quia in vna extremitate erat vnus Cherub productilis, qui in illa parte positus esse dicebat. *Et Cherub alterum in summitate alterius partis.* Idest fecit Cherub secundum esse productilem in alia parte extremitatis propitiatorij. *Duos Cherubim in singulis summitatibus.* Idest fecit istos duos Cherubim esse in duabus summitatibus, vel extremitatibus propitiatorij.

De modo quo Cherubim erant supra propitiatorium.

Q V A E S T I O. II.

Q V O M O D O autem isti Cherubim essent in extremitatibus, aut summitatibus propitiatorij, a plenique dubitatur. Quidam putant fuisse eos extra arcam locatos in pavimento sanctuarij, coniunctos arce extremitatibus, & eleuabantur super altitudinem arce, atque tenebant eleuatum propitiatorium inter manus suas. Et cum obijciatur contra hos, quod isti Cherubim erant super arcam, vt patet supra 25. c. Respondent, quod vocantur existentes super arcam: non quod in ea positi essent, sed quia erant altiores arca, & super eminebant ei. Sed iste magnus error est, quia litera ista nullo modo consentit, cum dicat duos Cherubim debere poni in duabus summitatibus. Est summitas pars altissima rei, & super illam partem ponebatur qui libet Cherub. Item, quia, vt patet supra 25. cap. Cherubim erant productiles ex vtraque parte propitiatorij, ergo de ipso propitiatorio erant facti, quod non conuenit, si ponantur locari super terram. Alij autem ponunt Cherubim esse super propitiatorium, sed ponunt eos ibi locatos, vel affixos, & non factos de propitiatorio. Sed hoc etiam falsum est, quia litera innuit eos factos de extremitatibus propitiatorij extendendo illud per malleationem, cum dicit esse de auro ductili, idest quod ex alio ducitur, vel extenditur: maxime cum vocentur productiles de vtraque parte propitiatorij. De his autem supra vigesimo quinto capitulo: latius declaratum fuit, & ibi vide. *Extendentes alas.* Quilibet Cherub extendebat alam contra alterum Cherub: ita vt ala vnus contingeret alam alterius. *Tegentes propitiatorium.* Totum propitiatorium tegebant alis suis: ita vt de eo nihil videretur. Quare autem hoc fieret, supra vigesimo quinto capitulo declaratum est, scilicet vt operiretur corpus illud densum, & adduci.

Alph. Tost. super Exodum

A quod erat organum vocis: nam ex densitate sua illud visibile erat: vt ergo non videretur cum formaretur vox intra propitiatorium, operiebatur alis Cherubim. *Seque mutuo respicientes.* Aliqui sic locabant Cherubim super propitiatorium, scilicet quod ambo essent habentes faciem contra eandem partem, scilicet contra introitum sancti sanctorum, & quod ambo essent in parte longitudinis, scilicet in latere illo contra posteriorem partem tabernaculi: extendebantque alas, atque pueniebat extremitas ala vnus eorum ad extremitatem ala vnus alterius, & quod solum vna ala eorum tangeret vnam alam alterius, scilicet dextra ala vnus sinistram alam alterius: sed non tangerentur mutuo duæ ala Cherub duabus alis alterius Cherub. B Et hoc, quia isti ponebant Cherubim esse in vno latere propitiatorij, & habere aures oppositas, atque lateraliter existere, scilicet quod simul essent, & quod latus dextrum vnus tangebatur latus sinistram alterius, vel saltem erat e contra, & auris vnus contra aures alterius, sicut ponitur statua in altariis nostris cum sunt multæ, quia vna habet latus contra aliam, & aurem dextram contra aurem sinistram alterius. Sed iste modus contrarius est literæ, scilicet quia litera dicit, quod isti duo Cherubim erant in duabus extremitatibus, siue summitatibus propitiatorij, sed si sic ponerentur essent in vno latere, vel in vna parte propitiatorij, quod valde repugnat. Item, quia tunc non tegerent propitiatorium totum, sed solum partem vnus lateris, & manerent tegenda tria latera, & non haberetur sic intentio ad quam ponebantur Cherubim, scilicet vt velarent corpus existens densum de aere intra propitiatorij ambitu, quod Cherubim alis velandum erat. Item hoc positio, non se respicientur mutuo Cherubim, sicut mandabatur supra vigesimo quinto capitulo, & sicut hic factum fuisse dicitur hoc. Dicendum igitur, quod duo Cherubim erant in duabus extremitatibus laterum latitudinis, & sic erant in duobus lateribus latitudinis. Et tunc mutuo se respiciebant, quia vultus vnus erat directè contra vultum alterius. Etiam sic totum propitiatorium tegebant: nam quælibet ala vnus tangebatur alam alterius. Nam ala vnus dextra tangebatur alam sinistram alterius, & sic velabat vnum latus propitiatorij, quod erat latus longitudinis, & alia ala vnus tangebatur alam alterius, & sic tegebant latus aliud longitudinis, ipsi autem corporibus suis tegebant totum, quod super erat, scilicet vnum latus latitudinis tegebatur corpore vnus, & aliud latus tegebatur corpore alterius: hæc latius habita sunt supra vigesimo quinto capitulo. *Fecit mensam.* Hic ponitur de fabricatione mensæ: erat enim ista mensa de lignis Setim cooperta laminis aureis, & vocabatur mensa propositionis, quia super eam ponebantur multa, scilicet ponebantur panes, qui vocantur panes propositionis, qui ponebantur, & manebant semper coram domino per successiones, scilicet quod ponebantur per singula sabbatha, & manebant tota hebdomada: deinde per sabbatum tollebantur illi, & apponebantur alij recentes, vt patet Leuitici vigesimo quarto capitulo. Ponebantur etiam super hanc mensam quedam vasa pertinentia ad ministerium altaris holocaustorum, scilicet acceptacula, & phialæ, atque cyathi, quedam vasa etiam ponebantur ibi, quæ pertinebant ad ministracionem altaris thymiamatum, scilicet thyrubula, de quibus dictum fuit supra vigesimo quinto capitulo. *In longitudine duorum cubitorum.* Accipitur cubitus pro tota mensura à brachij à cubito vsque ad extremitatem digiti longioris manus, ita vt tota manus extensa sit, & ista erat sufficiens magnitudo pro eis, quæ supra ponebantur, vt contineri possent in mensa.

Doct. det.

Mensa propositionis.

Pars Secunda Bb 4 Et

Et in latitudine cubiti vnus. Vt esset longitudo dupla ad latitudinē. Quae habebat in altitudine cubitum, & semissem. Altitudo mensē nō accipitur, sicut altitudo arca, quia arca continebat in sua interiori corporali contentia cubitum & dimidium, cum maneret totum illud spatium tabulis clausum: in mensa autem non erat aliquod spatium tabulis clausum, in quo aliquid contineretur, sed altitudo sua est altitudo pedum: habebat namque mensa pedes quatuor, & quilibet erat altus cubito & dimidio. *Circumdeditque eam auro.* Scilicet in planicie superiori tabulae, & in planicie inferiori, & pedes eius etiam auro circumdedit, & quidquid in ea erat, vt totum aurum videretur. *Fecit illi labium aureum per gyrum.* Dicitur labium quaedam virga de auro affixa in extremitate tabulae ipsius, supereminens tabula: & erant quatuor virgae tales, siue labia, sicut erant quatuor latera tabulae illius, pertingebatque vna virga ad alteram, ita vt nihil sine labio maneret: sic quoque fit plerumque in mensis, quia ponimus in extremitatibus vngulas clauis affixas totam mensam circumdantes: sic etiam fit in alearijs, & scacarijs, nē ludij, & tabulae dispantur. Et vocatur ista virgula labium, siue labia, quia sicut labium attollitur, & supereminet ceteris faciei partibus, ita illa virgula supereminet planicie mensae per gyrum, quia in circuitu totius mensae super planiciem tabulae siebat istud labium perueniens a puncto in punctum. *Et ipsi labio coronam interrasilem.* Id est sub ipso labio posuit coronam, erat ista corona quaedam lamina auri puri tenuis circumdans totam mensam, affixa densitati, siue grossiciei mensae in extremitatibus eius, & ista corona erat quadrangularis secundum figuram mensae, & magna erat in latitudine, quia supereminet mensae super labium eius, & eminebat grossiciei mensae descendendo deorsum versus pavementum, quantitas autem secundum quam eminebat corona illa, siue lamina vespertem inferiorem erat quatuor digitorum, & ista est, quae vocatur hic corona alta digitorum quatuor. Pars illa, quae prominebat mensae in parte superiori super labium vocatur alia corona: erat igitur eadem lamina regens extremitatem tabulae mensae, & vtriusque eminebat. *Ipsique labio coronam.* Id est sub ipso labio ponebatur corona, scilicet pars illa laminae eminebat vltra grossiciei tabulae quantum ad partes inferiores. *Interasilem.* Vocatur interasilis, id est alicubi rasa, & alicubi non: si autem tota rasa esset vocaretur rasilis, sed quia per interpolaturas rasa erat est interasilis dicebatur, hoc quod erat sculpra ista corona factis quibusdam imaginibus per rationem, scilicet per sculpram, quid autem rasum ibi esset, dictum fuit supra 25. cap. Et istae imagines non erant continuae, ita quod tota corona rasa, aut sculpra esset, sed erant quaedam sculprae imagines: deinde positis quibusdam spatij non rasatis, siue sculpratis, sed totaliter planis sequebatur alia imaginum rasura. *Et super eam alteram coronam auream.* Supra 25. cap. dicitur: Alteram coronam aureolam: sed hoc nihil differre faciebat, siue auream, siue aureolam dicitur, cum nec litera Hebraica aliquid in hoc variet. Ista corona secunda est pars laminae illius, secundum quod prominebat parti superiori mensae super labium, & licet dicatur. *Et super eam alteram coronam.* Non est intelligendum, quod istae sint duae coronae separate, & vna locetur super alteram, sed est eadem lamina: inquam tamen diuersis partibus prominet diuersas coronas facere videtur, & vna est super aliam, non tanquam duo locata diuersa, sed tanquam duae partes rei habentes positionem in re ipsa, & vna habebit rationem positionis sursum, aut deorsum, antrorsum, vel sinistrorsum, & sic de ceteris respectu alterius partis, sicut est habitudo in partibus naturalibus rei cuiuslibet naturalis, quia vna est

Labium mensae.

Corona mensae positionis

altior, aut inferior alia: licet omnes continuatē sint, & faciant vnum ens per se. Erat autem sic in istis duabus coronis, quia quantum ad eas partes, quae coronae vocabantur, non erat totaliter identitas: nam licet esset eadem lamina: tamen pars laminae, quae solum tegebat densitatem extremitatis tabulae in circuitu, non vocabatur corona, nec computabatur, vt pars coronae: sed pars illa, quae erat supra mensam, & pars, quae erat infra mensam grossiciei, & istae duae separate erant, licet quodam intermedio ligarentur, & vna erat verē supra alteram, cum vna teneret partem inferiorem mensae, & alia partem superiorem. *Fecit & quatuor circulos aureos.* Id est fecit quatuor circulos, siue annulos de auro purissimo opere fusorio. *Quos posuit in quatuor angulis.* Non dicuntur quatuor anguli quatuor extremitates laterum tabulae mensae, quia non ponebantur annuli in ipsa tabula mensae, sed in pedibus eius. *Per singulos pedes mensae.* Habebat mensa quatuor pedes, qui ponebantur circa quatuor extremitates tabulae, & in quolibet pede infigebatur vnus circulus aureus. *Contra coronam.* Quia corona, quae dicebatur esse digitorum quatuor pendebat contra partem inferiorem super pedes, & circa ipsam coronam in pedibus erant infixi circuli aurei. *Misitque in eos vestes.* Id est posuit vestes in circulis ad portandum mensam. *Ipsique vestes fecit de lignis scetim.* Quia omnia lignamenta sanctuarij de hoc erant, & postea cooperuit de auro eos, vt aurei viderentur, sicut & ipsa mensa. *Et vasa ad diuersos vsus mensae.* Quae autem sunt haec vasa immediate exprimitur, scilicet ista quatuor, quae sequuntur: dicuntur autem ad diuersos vsus mensae: non quidem, quod esset proprie aliqua ministratio, quae fieret per vasa haec, sicut dicimus de quolibet altarium duorum, & de candelabro: mensa tamen non habebat aliquam ministracionem, quae proprie in ea fieret nisi positio panum, qui per singula sabbatha apponebantur, & tollebantur. Ad hanc tamen ministracionem non pertinebant vasa, quae hic ponuntur, vt patet ex figuris eorum: potissimum, quia in positione illa panum nullae caeremoniae obseruandae erant, in quibus opus esset vasis: maxime, quia in litera dicitur: ad offerenda libamina, id est quae ista vasa erant ad offerenda libamina: sed in mensa non offerebantur aliqua libamina: ergo non pertinebant ad proprios vsus mensae. Sed dicendum quod pertinebant quaedam vasa istorum ad altare holocaustorum, & quaedam ad altare thymiamatum, cum autem dicitur, quod pertinebant ad vsus mensae: non est sensus, quod illi essent proprii vsus mensae, sed erant aliqui vsus facti in mensa, qui subordinabantur ad aliquid alterum, scilicet ad ministraciones altarium. Nam thuribula, quae ponuntur hic vasa mensae, erant ad suscipiendum thus. Manebat autem istud thus super mensam in vasis illis, cum verō tempus esset offerendi thymiama, accipiebatur inde, & ponebatur in quodam receptaculo ignium gregio pleno ignitis carbonibus, & super altare ponebantur, atque cremabantur. In alijs autem vasis ponebantur libamina, & cum tempus erat, tollebantur de mensa illa in vasis suis, & fundebantur super sacrificia. Erat igitur vsus istorum vasorum vsus aliquis factus immediate in mensa, sed subordinabantur ad aliquid alterum. *Acceptabula.* In Hebraeo vocantur scutellae. Et quidam voluerunt eas esse ad continendum acetum, sed nihil tale est, quia in toto sanctuario nulla ministratio acetum erat.

Quid

Quid essent acceptabula.

QUESTIO III.

RABBI Salomon dicit quod ista acceptabula erant quaedam vasa, intra quae coquebantur panes propositionis, & erant de auro, atque similia in parte superiori & inferiori, vt panes similes redderentur in vtraque facie: vnde panes facierum appellati sunt. Et erant tanquam ferra, in quibus hostiae coquantur, & erant ista vasa aurea posita vel incastrata in alijs vasis ferreis ne calore igneo soluerentur, aut denigraretur aurum. Coctis autem panibus extrahebantur vasa haec aurea de vasis ferreis, & ducebantur cum panibus ad altare notata acceptabula, quia massam aurum aut panes intra se suscipiebant. Sed non videretur hoc verum, quia isti panes comedebantur ab Aaron, & filiis eius, sed ad confessionem inepti erant, si sic coquerentur, ergo non coquebantur sic. Patet Leuiti. 24. capitu. cum dicitur: Eruntque Aaron, & filiorum eius, vt comedant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrificiis domini iure perpetuo. & primo Reg. vigesimo primo ca. & Mat. duodecimo, atque in multis locis. Minor patet isti panes erant magni, & grossi, & quilibet habebat decimas duas, vt patet Leuiti. 24. cap. cum dicitur: Accipies quoque similia, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas, quorum se nos altrius pones super mensam purissimam coram domino. Ad coquendum ergo istos panes, oportebat esse magnum calorem, & sic ferra, & vasa aurea debebant multum inflammari, alioquin non coqueretur tanta massa digestionem ignea sufficienti, vt esset conueniens ad cibum. Si autem multum inflammarentur vasa illa calore sufficienti ad digerendum tantam grossitudinem, cum poneretur massa interius: necesse erat comburi superficiem panis totaliter, sed panes illi erant pulchri, & candidi: ergo non sic coquebantur, sed in clibano sicut alij panes. Nec valet si arguas de hostijs, quae coquantur in ferreis vasis, quia valde modica massa ponitur pro vna hostia, & cum sit tenuissima, quicunque satis debilis calor vasorum ferreorum pertranst, & sufficienter digerit non comburendo. Si tamen valde ferra inflammarentur, comburentur hostiae. Dicendum igitur, quod ista acceptabula erant vasa aurea ampla, quae iudicetellas appellant, dicta acceptabula ab accipiendo nomine generalli, quia similia, quae in sacrificijs poni debebat, in eis recipiebatur. In quolibet namque sacrificio similia triplicem, & vinum necesse erat poni, vt patet Num. 15. cap. Et cum adducebatur ab Israelitis ponebatur in his vasis. postea verō cum fundenda essent libamina, portabantur similia in his acceptabulis ad altare holocaustorum. *Phialas.* Dictio posita hic secundum literam Hebraicam, & Chaldaicam videtur significare parafidem vel catinum. Et dicunt quidam, quod erat ad ponendum thus, sed secundum literam nostram signat vas vinarium, & hoc conuenientius exponitur: nam aliquid vas ponitur infra quod vocatur thuribulum ad ponendum: cum autem alia vasa pertineant ad fundenda libamina, vt dicitur in litera, necessarium est quod pertineant ad vinum, & farinam siue panem, quia ista sola fundebantur super sacrificia, vt patet Num. 15. cap. & ponuntur hic quatuor vasa, quorum vnum erat vas continens thura ad ministracionem altaris thymiamatum: alia erant vasa ad fundenda libamina: & quia libamina consistebant in duobus, scilicet in similia, & vino, erant ponenda aliqua vasa vinaria, & aliqua panis susceptiua: vasa panis susceptiua erant acceptabula, quae supra posita sunt: reliqua ergo duo erant vasa vinaria, scilicet phialae, & cyathi, & erant duplices vsus eorum,

quia non debent poni aliqua superflue in opere sanctuarij: phialae ergo ad continendum vinum erant, cyathi autem ad fundendum. Nam phialae erant amplae in parte inferiori, & angustae in parte superiori: talia autem vasa sunt conuenientia ad conferuandum liquorem: quia securusibi continetur, ne effluat: cyathi sunt vasa ampla in parte superiori, & sunt conuenientiora ad effundendum: cum ergo conferuari debebat vinum ponebatur in phialis, cum verō super sacrificia effundendum foret, ponebatur de phiala in cyathos, & portabantur ad altare holocaustorum, & ibi super carnes sacrificiorum fundebatur vinum. *Et cyathos.* Rabbi Salomon dicit, quod isti cyathi sunt vasa mundificatoria, & erant ista cauata, & super ea ponebantur panes, vt vndique aere tangerentur, ne mucosus in eis, aut putredo aliqua causaretur: cum in istis panibus facilius quam in alijs eueniat, quia non potuit consumi humiditas, sicut in alijs a calore igneo, quia clausi erant vasis ferreis, & aureis. Sed hoc nihil est, quia panes positi durabant ibi solum per septem dies, cum mutarentur per singula sabbatha: & ponebantur alij recentes, vt patet Leuiti. 24. & primo Reg. 21. cap. Etiam quia fundamentum factum est, scilicet quod isti panes citius quam alij putrescerent, quia non erant cocti in vasis aureis, & ferreis vt isti existit mant, sed in clibano: nā & pro sacrificio, quod maius est, coquebantur panes in clibano, vt patet Leuiti. capit. primo. Non stat ergo ista positio. Alij dicunt cyathos esse vasa vinaria sicut & phialas, nihilque differre ab eis, nisi in figura. Sed nec hoc quidem rationabiliter dicitur, quia frustra esset multiplicare vasorum varietates ad vnitatem ministerij. Dicendum igitur, vt supra dicebatur, quod cyathi erant vasa vinaria: differrebant tamen a phialis in quantitate, & figura, & praecipue in officio, quia phialae erant conferuatiuae, cyathi erant ad effusionem. *Et thuribula.* Ista sunt vasa conferuatoria thuris, quae ad vsuum ministracionis thymiamatum subordinantur, & ponuntur super panes propositionis cum thure, atque patene nuncupantur. *Ex auro puro.* Quia nihil argenti aut alterius metalli mixtum habere debebat. *In quibus offerenda sunt libamina.* Libamina vocantur ea, quae funduntur in sacrificijs. Erant sacrificia proprie carnes animalium: id autem quod cum istis caribus fundebatur, dicebatur libamen: & licet secundum significacionem vocabuli, magis conuenient nomen hoc humidis quam aridis: tamen ad vtrunque extenditur hic: nam in quolibet sacrificio offerebatur vinum, quod liquidum erat, & similia triticea pertinens ad res aridas, vt patet Num. 15. cap. Dicuntur autem ista vasa ad fundenda libamina: non quod omnia essent ad fundenda libamina: nam thuribula non erant ad hoc, sed ad thura tenenda, quae adolerentur in altari thymiamatis: alia autem tria vasa supra posita erant ad offerenda libamina, scilicet vnum ad offerendum similia, & duo ad tenendum offerendumque vinum. *Fecit & candelabrum.* Hic ponitur de fabricacione candelabri. *Fecit.* Scilicet Beseleel artifex praecipuus totius operis. *Candelabrum ductile.* Dicitur ductile, scilicet factum per ductionem, id est extensionem malleatoriam, & non per fusionem, aut per partium coniunctionem, scilicet quod diuersae partes candelabri per se fierent, & postea iungerentur per incastrationem. Erat autem satis difficile tale candelabrum fabricare tali modo, & aliter non fuisset ita difficile. Vnde dicit Rabbi Salomon, quod artifex totum illud talentum auri in ignem proiecit, & inde candelabrum factum exiit. Sed hoc fictitium est, sicut & multa alia, quae sepiissime confixit Rabbi Salomon. Quod satis videtur, quia dicitur supra 31. & 35. cap. quod Deus dedit Beseleel, & Ooliab sapientiam, & intelligentiam,

& scientiam, ad excogitandum quidquid fabre fieri posset in opere tabernaculi: sed si Bezeleel nesciens facere artificiosus recisisset in igne, non habuisset sapientiam artis ad faciendum hoc: ergo dicendum quod fecit artificialiter, sicut omnia alia. Item quia supra 31. capitul. dicitur, quod Deus posuit sapientiam in corde eruditorum, ut faciant omnia, quae precepit dominus Moysi, scilicet tabernaculum & cetera inter quae ponitur candelabrum tanquam unum de principalibus: ergo per sapientiam fabrilis factum est: nam quod sic fieret nulla sapientia erat, quia quilibet facere potuisset. De auro mundissimo. Aliquando dicitur de auro mundo sine puro, & aliquando de auro mundissimo, sed in hoc differentia nulla est, quia ita erat purum, ubi vocatur aurum mundum, sicut ubi vocatur mundissimum. De cuius veste. Vocatur vestis hastile candelabri, quia in illo totum candelabrum vehitur, vel fundatur, quia istud hastile erat grossius ceteris calamis, & de ipso oriebantur calami tanquam radii rami de stipite. De fabricatione autem huius, quia difficilis est satis, multa diximus supra 25. cap. ideo ibi videantur. hic autem breuiter litera transcurra est: fundabatur totum candelabrum in quadam lamina aurea ampla, quae erat pars candelabri ipsius, sicut confuevit in aliis candelabris, ut quidquid ceciderit de candelabro, scilicet lychnorum fauillae, aut aliae immunditiae recipiantur super illam laminam, & non coinquinent alias res. Item quia illa lamina confert stabilitatem candelabro, ut pondere suo virgine teneatur, ne in alteram partem deflecti possit. Aliqui enim dicunt quod omnes calami isti, qui hic nominantur, & ipsum hastile nascebantur de pede candelabri simul. Sed falsum est, secundum quod apparet ex litera hic, & supra 25. capitul. cum dicitur. Hoc est opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. Et hic dicitur, quod de veste procedunt calami, sed vestis vocatur hic hastile. Item non simul nascuntur isti calami, de hastili, quasi ex pede hastilis nascantur, sed quidam oriuntur superius, quodammodo inferius, ut patet supra 25. c. 1. q. calami ex duobus lateribus oriri debebant in tribus locis. Dicendum igitur quod de pede, scilicet de lamina ampla, in qua fundatur totum opus candelabri, nascebatur immediate quaedam stipex satis grossa secundum conuenientiam operis candelabri, & ille solus nascebatur: deinde cum modicum surgeret in altum, oriebantur duo calami ex eo ex duobus lateribus, vno ex vno latere, & alius ex alio. Deinde cum magis eleuaretur, oriebantur alij duo similiter, & deinde alij duo: inter haec loca ortus calamorum erant sphaerulae scyphi, & lilia. De cuius veste. Idest hastili, vel stipite, aut trunci. Calami. Isti sunt quidam quasi rami, vel brachia candelabri peruenientia vsq; ad altitudinem hastilis, & in quolibet horum ponebatur lucerna vna. Scyphi. Idest vasa, quia in ipso hastili erant vasa quatuor, ut infra videbitur, & in quolibet trium calamorum tria vasa. Sphaerulae. Vocantur sphaerulae quaedam rotunditates de auro factae sicut poma, & vocantur in Hebraeo (poma) litera tamen nostra proprius hic locuta est seruando sensum literae Hebraeae: nam poma solum sunt ea, quae nascuntur in arbore. sicut autem aliqua de alia materia fiant, illa figuram solum habent, sed non rem: ideo magis sphaerulae dicendae sunt, cum talis figura geometricae sphaerica dicitur. Et lilia. In Hebraeo dicitur. Et flores. Ponitur nomen generale: litera nostra posuit nomen magis speciale, quia nulli flores magis proprie in candelabro fieri poterant, quam lilia, quae sunt acuta, & magis condecorant candelabrum ipsum: omnia ista procedebant de veste, idest de hastili, quae erant productilia, & non affixa, vel solida cum hastili, sed malleatorie materia ipsius hastilis

Opi. quorundam de calamis candelabri.

extendebatur, & figurabat secundum haec lilia, & sphaerulas atque scyphos. Sex introque latere. Non est intelligendum quod in quolibet latere essent sex calami, quia omnes simul erant sex, sed dicitur quod erant sex in vtroque latere, idest accipiendo simul omnes calamos, qui erant in vtraque parte, erant sex, sed in quolibet latere solum erant tres, ut patet immediate. Tres calami ex parte vna. Potest hoc intelligi si consideremus stipitem candelabri, & tectum, in quo assignabimus quatuor latera versus quatuor mitti partes: accipiantur ergo duo latera eorum opposita, scilicet lateris orientale, & lateris occidentale, & in his duobus lateribus collocabuntur omnes calami ascendendo, scilicet quod in latere orientali produceretur vnus calamus, & deinde interpositis his, quae dicuntur in litera, scilicet vna sphaerula, & vno lilio atq; scypho, sequebatur alij calamus: deinde interpositis his tribus supradictis, semper ascendendo in ipso hastili sequebatur tertius calamus. In latere opposito scilicet occidentali erat idem ordo: ponebantur enim tres calami, scilicet vnus calamus in directo primi calami existentis in latere orientali, & secundus in directo secundi, & tertius in directo tertij, super eadem lilia sphaerulas, & scyphos, super quae erant calami alterius lateris. Tres scyphi in nucis modum. Vbi nos dicimus in nucis modum, in Hebraeo dicitur. (mesuquadin) quod signat duos: nucem, vel amigdala, aut incassatum, aut colligatum sine affixu. litera autem nostra sequitur hic primum sensum, scilicet quod essent isti scyphi quasi nucem, ut forte quia erant aequaliter rotundi, licet non totaliter, quia tunc non differrent a sphaerulis. Vel accipitur mesuquadin, idest quasi affixum, vel incassatum: quasi dicat, ita erant isti scyphi subtiliter fabricati, quod non videbatur esse productiles de ipso hastili, sed affixi ei. Nam subtili fabricari possunt ea, quae affixa sunt, quam ea, quae ductilia sunt, quia productilia fabricantur in alio: affixa siue colligata fabricantur in se: veritate tamen horum magis exposuimus supra 25. cap. Per calamos singulos. In hastili erant scyphi, & in calamis erant scyphi. Hic autem de scyphis, qui erant in calamis mentio fit: & erant tres scyphi in quolibet calamo, sed in hoc differerebat, quia cum calami superiores semper essent maiores calamis, qui erant infra, erant quoque scyphi calamorum superiorum minores scyphis calamorum inferiorum: non tamen erant isti tres scyphi simul in quolibet calamo, scilicet quod vnus poneretur immediate post alium, sed interponebantur flores liliorum & sphaerulae, quia in quolibet etiam calamo tres sphaerulae erant, & tria lilia. Erat autem ordo iste, quod in radice calami cuiuslibet ubi egreditur ab hastili erat vnus scyphus, & post eum erat vna sphaerula, & post eam erat vnus lilius: & rursus erat vnus scyphus, qui erat secundus, & secunda sphaerula, & secundum lilius: & sic in extremitate calami apud locum ubi ponebatur lucerna erat tertium lilius, nec erat aliquid alterum in quolibet calamorum. Sphaerulae simul, & lilia. Idest sicut ponebantur, vel erant tres scyphi in calamo quolibet, ita erant sphaerulae tres, & lilia tria secundum ordinem, quem notauimus. Et tres scyphi instar nucis in calamo altero. Sicut in primo calamo erat ordo scyphorum, sphaerularum, atque liliorum: ita erat ordo in secundo, & in quolibet altero. Aequum erat opus sex calamorum. Opus accipitur hic sicut vulgariter accipimus pro aliquo sculpto, vel depicto aut artificiosè elaborato. Et sic consueuimus dicere, quod ista res, vel istud aedificium habet multum opus, hic autem vocatur opus calamorum, id quod in calamis elaboratum erat, scilicet lilia, & scyphi atque sphaerulae. Et istud opus erat aequale in omnibus sex calamis, quia qui-

Ordo scyphorum liliorum, & sphaerularum candelabri.

quolibet calamus habebat tres scyphos, tres sphaerulas, tria lilia. Qui procedebant de stipite candelabri. Idest sex calami procedebant de stipite. Vocatur autem stipex multis nominibus: aliquando enim vocatur hastile, ut patet supra 25. aliquando vocatur vestis, ut dictum fuit supra in litera: aliquando dicitur stipex, sicut patet hic. In ipso autem veste. Posuit supra opus calamorum, hic ponit opus hastilis: & erat maius opus hastilis quam opus cuiuslibet calami: nam quatuor sphaerulae, quatuor lilia, quatuor scyphos hastile continebat. Erant quatuor scyphi isto modo, quia circa pedem hastilis erat vnus scyphus, & deinde interposita sphaerula, & lilio sequebantur calami duo simul, & ultra illos erat secundus scyphus immediate, deinde interposita sphaerula, & flore sequebantur secundi duo calami simul, & apud illos erat immediate tertius scyphus: deinde interposita sphaerula, & lilio sequebantur duo calami tertij, & ultra illos immediate erat quartus scyphus. In nucis modum. Supra declaratum est quid hoc sit. Et sphaerulae per singulos, & lilia. Idest apud quilibet scyphum ponebatur vna sphaerula, & vnus lilius: erant igitur quatuor sphaerulae, & quatuor lilia, sicut erant quatuor scyphi, quorum ordo erat ascendendo continuè per ipsum vestem siue stipitem, scilicet vt poneretur in principio hastilis circa pedem eius, ubi procedit de lamina sua vnus scyphus, & super eum vna sphaerula, & super eam vnus lilius, & tunc de lateribus duobus oppositis egrediuntur duo calami simul, & super calamos istos sequitur immediate secundus scyphus, & secunda sphaerula, & secundum lilius: & super hoc sequitur immediate locus duorum calamorum secundorum egredientium simul ex lateribus duobus oppositis, & super hoc est immediate tertius scyphus, tertia sphaerula, tertium lilius: & post hoc de vno loco egrediuntur duo calami, qui tertij sunt: & super hos est immediate quartus scyphus, quarta sphaerula, quartum lilius: & supra lilius est lucerna idest vas quoddam contentium olei, in quo terminatur tota magnitudo, & opus hastilis candelabri. Et sphaerulae sub duobus calamis per loca tria. Duo calami simul egrediebantur de lateribus oppositis, ideo quidquid erat sub vno calamo, erat sub duobus calamis, quia duo calami simul erant vbicunq; erant. Erant ergo sphaerulae sub duobus calamis, & dicuntur esse sub calamis, quia super eas oriebantur calami.

Quomodo sphaerulae ponebantur sub calamis candelabri. QVAESTIO. IIII.

SE Dices, quomodo dicebantur esse sphaerulae sub calamis, nam aut dicitur esse sphaerulae immediate sub calamis aut mediate: si autem sint mediate, nihil est dicere, quia tunc non solum sphaerulae sed etiam scyphi, qui erant magis distantes dicuntur esse sub calamis, & tunc non poneretur aliquid speciale de sphaerulis, quod essent sub calamis, sed scriptura facit hoc mentionem specialem, & quod sit per loca tria: si autem dicatur, quod erant immediate sphaerulae sub calamis: est contra ordinem, quem supra posuimus, scilicet quod immediate poneretur scyphus vnus, deinde sphaerula, & postea lilius, & post calami: & iterum scyphus, sphaerula, & lilius, & sic vsque ad vltimum. Itè videtur repugnare ordini, qui assignatur in litera: nam dicitur in litera quod scyphi erant tres in calamis singulis, & sphaerulae simul ac lilia, & tres scyphi instar nucis in calamo altero sphaerulae simul, & lilia: idem ordo assignatur in opere hastilis, quia dicitur quod erant quatuor scyphi in stipite, & sphaerulae per singulos, &

A lilia. Dicendum igitur est, quod ordo istorum est, quem assignauimus hic, scilicet quod scyphus sit in principio, deinde sphaerula, & postea lilius. Et sic respon debitur quando arguitur an calami sint immediate super sphaerulas, an super lilia, quod licet sint super lilia immediate, & super sphaerulas, mediate tamen videntur calami esse super sphaerulas. Cuius ratio est, quia sphaerulae rotundae sunt, & circueunt stipitem: lilia autem non erant rotunda, sed acuta, & directa versus sursum, vel aliquantulum obliquata in modum spire, qui est imperfectus circulus, sicut facit coluber. Poterant ergo lilia dirigi per latera illa, in quibus non erant calami: & sic licet essent lilia semper super sphaerulas, inter calamos, & sphaerulas, tamen calami totaliter erant super sphaerulas, & non totaliter super lilia, quia dirigebantur forte per latera, in quibus non erant calami, ut dicebamus supra. Consideremus quatuor latera hastilis, scilicet orientale, occidentale, meridiana, atque septentrionale. In duobus oppositis lateribus ponebantur duo calami egredientes, scilicet in latere orientali, & occidentali: manebant ergo duo latera sine calamis, scilicet meridiana, & septentrionale, per quae super sphaerulas essent duo ramificuli liliorum egredientes. Vel quod forte sub altero calamorum esset curuatura liliij egredientis, & facta modica obliquatione tenderet per aliud lateris, in quo non erat calamus: & sic manerent calami egredientes super sphaerulas, quia quilibet sphaerula circundabat locum eggressionis vtriusque calamorum. Per tria loca. Dicitur quod erant calami super sphaerulas per tria loca, ne putetur, quod super omnes sphaerulas essent calami: nam cum essent sphaerulae quatuor, oporteret tunc esse calamos octo, quia duo calami simul egrediebantur ab eodem loco: sed solum erant sex calami egredientes de hastili: ergo in tribus locis egrediebatur, & super tres sphaerulas, sphaerula autem quae erat vltima ascendendo, in cacumen candelabri erat, non sub aliquo calamo. Qui simul sunt sex calami. Idest licet quidam calami ponantur in latere vno, & quidam in alio: tamen oes iuncti sex sunt. Procedentes de veste vno. Idest de hastili vno, nec egrediebantur de basi candelabri, scilicet de lamina magna, sed de ipso hastili, & hastile solum de basi procedebat. Et sphaerulae igitur, & calami ex ipso procedunt. Idest non affiguntur ei calami in veste siue hastili, sed ex ipso hastili fiunt, & malleatorie tenuabitur massa ipsius hastilis in calamos extendendo, & figurando sphaerulas, & lilia, & scyphos. Pnueria ductilia. Declarat magis quod dicitur, scilicet quod omnia essent ex ipso hastili, scilicet quod essent ductilia. Ducere proprie extendere est. Extendendo igitur vniuersa haec fiebant. Er accipitur hic ductile, idest productile. Distinguuntur namque ista: quia ductile dicitur quidquid fit per malleationem extendendo, & non per sculpturam cauando, aut per fusionem in aliqua forma fusoria: accipiendo tamen ductile specialiter signat id, quod simpliciter fit ex aliqua materia per malleationem, extensiuam. Productile autem est, quod fit extendendo per malleationem, sed non fit de massa immediate, sed fit de aliquo ductili: vnde productile dicitur quasi porro ductile, idest quasi ex ductili ductile, & secundum hoc hastile ipsius candelabri, quod fiebat immediate ex ipsa massa auri vocabatur ductile: calami autem, & totum opus calamorum, & opus hastilis erat productile, quia fiebat ex ductili: hic autem si proprius litera loqui veller, diceretur productile, & non ductile. Fecit, & lucernas septem. Lucernae sunt quaedam vasa aurea facta in extremitate hastilis, & calamorum, in quibus infundebatur oleum; & ponebatur lychnus, ut arderent. Nam ibi nec seipsum nec cetera ctemabatur, sicut supra saepe probatum est. Cum emunctoria suis. Vocantur emunctoria forfices, quibus abien-

Quo ductile, & productile dicitur.

Lucernae candelabri.

abscindebatur lychnum lucernarum, ne caderet in oleum: & inquinaret illud, & dicuntur ab emungendo, idest purgando. *Et vasa ubi ea, que emuncta sunt extinguantur.* Ista erant quedam vasa aurea continentia aquam, in quibus extinguebantur ea, que tollebantur de lucernarum lychnis: & hoc fiebat ne fumigarent, cum iacerentur in terram. *De auro mundissimo.* Etiam ista emunctoria, & vasa extinguendi emuncta, licet essent ministerij non excellentis, vel mundi, tamen de auro purissimo erant. *Talentum auri appendebat candelabrum.* Quantum autem de auro esset talentum, nunc nescitur, quia mensurę, & pondera quotidie variantur. *Cum omnibus vasis suis.* In his computabantur emunctoria, & illa, in quibus extinguebantur ea, que erant emuncta, & ipsa in fusoria ex auro: nam duo in fusoria olei pendebant in duobus rostris candelabri, sicut patet Zacha. quarto cap. *Fecit, & altare.* Hic ponitur de altaris thymiamatarum fabricatione. *Fecit.* Scilicet Beseleel. *Altare thymiamatis.* Hoc erat quoddam altare positum intra tabernaculum, in quo quotidie in aurora thymiamata adolebatur ante velum: in quo nunquam aliquod animal aut alia oblatio cremabatur, nec offerebatur sanguis, nisi semel in anno cūtingebatur cornua eius in die propitiationis, vt patet supra 30. capi. & Leuit. 16. *Habens per quadrum singulos cubitos.* Scilicet in longitudine, idest in quolibet latere vnum cubitum, scilicet vnum in longitudine, & alterum in latitudine. *Ex cuius angulis procedebant cornua.* Erant ista cornua quedam eleuationes factę in ipsa tabula altaris, & fiebat talis eleuatio in angulis quatuor altaris. *Ad quid autem fierent ista cornua, supra 30. capi. dictum est.* *Vestiuereque illud auro mundissimo.* Quia posuit laminas aureas affixas illi in circuitu, ita quod totum videretur aureum. Habebat autem istud altare cooperitorium tabulę setim, quod non habebat altare holocaustorum: nam illud concauit, & sine cooperitorio erat, vt patet supra 27. & sequenti capit. *Cum craticula.* Non accipitur hic craticula sicut in altari holocaustorum, in quo perueniebat craticula vsque ad altaris medium, vt patet supra 27. capi. sed pro cooperitorio arce: quod apparet ex verbis literę cum dicitur: *Cum craticula, parietibus, & cornibus.* Nō enim erat aliquid alterum quod craticula signare possit in ipso altari, nisi & ipsum cooperitorium signet. Hoc etiā manifestatur magis in Hebręo, vbi ponitur gog loco dictionis huius. Et signat rectum domus, vel alicuius alterius rei. *Ac parietibus, & cornibus.* Parietes erant quatuor tabulę altitudinis in circuitu. Cornua dicuntur illę eleuationes, siue recuruationes factę in angulis altaris. Omnia hęc cooperta erant auro, scilicet laminis aureis. *Fecit ei coronam aureolam per gyrum.* Idest coronam de auro: ista corona erat quedam lamina eleuata in circuitu quadraturę, & totius altaris. *Et duos annulos aureos sub coronam.* Duo vectes fiebant ad portandum altare. Et cum quilibet mitteretur in duobus angulis, erant necessariō quatuor annuli aurei: sed erant duo in vno latere, & duo in reliquo. Dicebantur isti positi sub corona, quia erant circa altitudinem summmitatis tabularum: corona autem erat in extremitatibus altitudinis tabularum. *Per singula latera.* Nō est intelligendum, quod in quolibet latere poneretur aliquis vctis, quia tūc essent quatuor vectes iuxta numerum quatuor laterum: sed dicitur per singula latera, idest in illis lateribus, in quibus debet poni vctis aliquis, quasi dicat, in quolibet latere, in quo ponuntur vectes sunt duo annuli, & vnus vctis. Si enim in quolibet latere essent annuli, & vctis, haberet vectes ad mouendum motibus oppositis simul: quia p duos vectes portaretur in partem anteriorem, & per duos alios portaretur in latem dextrum, vel sinistrum. *Vt*

mittantur in eos vectes, & possit altare portari. Si non ponerentur vectes, non posset altare hoc conuenienter portari: nam ista non imponerentur plaustris, sed manibus ferebantur, vt patet Num. septimo capit. Si autē sine vectibus ad illud manus applicandę essent, non conuenienter portaretur. *Ipsos autem vectes fecit de lignis setim.* Generale hoc erat in omnibus artificiatis de ligno in toto tabernaculo. *Et operuit laminis aureis.* Affigendo illas in circuitu vectium. *Composuit oleum.* Non accipitur oleum pro simplici oleo, quia in hoc nulla compositio faciendā erat per Beseleel, & alios artifices, sed sic purum offerebatur a filiis Israel: sed vocatur oleum vnctionis, quo vngebantur sacerdotes & vestes eorum, vel saltem vngebantur facta consensione cum sanguine: de quo dictum fuit supra 29. capi. Vngebatur etiam totum sanctuarium cum vasis suis. Et istud oleum vnctionis erat vnguentum aliquoliter conspissatum, de cuius cōpositione habitum fuit supra 30. capi. *Ad sanctificationis vnguentum.* Idest ad vngendum sanctificationem, que signat sanctuarium, & omnes res sacras. Vel si accipitur oleum pro oleo simplici, vt erat admiscibile alijs rebus ad faciendum vnguentum illud, est sensus. *Composuit oleum.* Scilicet oleum simplex, disponendo illud in certa quantitate, vt haberet se proportionabiliter ad alia, quę cōueniebant in illa mixtione. *Ad sanctificationis vnguentum.* Idest ad faciendum vnguentum sanctum. Vocatur vnguentum sanctificationis siue vnguentum sanctum: quia erat soli diuino cultui applicandum: nam vt dicitur supra 30. capi. hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras: caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionē eius non facietis aliud: quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo quicumque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. *Et thymiamata.* Dicitur thymiamata quedam confectioes factę ex speciebus siccis, quę contundebantur atque in puluerem minutissimum soluebantur: & de his cremabatur quotidie coram domino. De his habetur supra 30. capi. *De aromatibus mundissimis.* Aliquando aromata signant confectioes quasdam, aliquando signant aliquas species simplices, aliquando est nomen generale ad multos succos arborum, & ad species odoris boni. De primo habetur Matth. vltimo. & Mar. vltimo. capit. cum dicitur: Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Maria Salome, emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. hic enim aromata pro vnguentis accepti, quę confecta & non simplicia esse constat. Aliquando accipitur aroma pro aliquo speciali succo, & sic videtur Gen. 37. capi. cum dicitur quod Iimahelita portabant de Galaad in camelis suis aromata, resinam, & stacten, supra 30. c. Aromata distinguuntur contra alios succos, & species, cum dicitur: Fume tibi aromata primę myrrhę electę, & cinnamomi medium, & calami & cassia. Ecce qualiter cōtra omnia ista distinguitur aroma. Et in eodem capit. iterum cum agitur de confectioe thymiamatis, dicitur: Sume tibi aromata, stacten, & onycha, & galbanum, & thus lucidissimum. Aliquando accipitur aroma pro simplicibus succis, aut speciebus, tamen accipitur generaliter, & isto modo secundum aliquos accipitur id quod dicitur Mar. 16. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Maria Salome emerunt aromata, dicunt enim quod ipse emerunt aromata, que erant simplices species, & ex eis vngetura confecerunt: sic videtur velle Augustinus in sermone super illud Euāgelium. Et isto modo accipitur hic, scilicet, quod thymiamata fierent ex aromatibus, idest ex multis speciebus, & succis, vocans aromata ea, quę supra 30. c. speciali nomine expresserat, scilicet galbanum, & onycha.

cha stacten, & thus lucidissimū. *Ex aromatibus mundissimis.* Idest non habentibus aliquam fecem, quia vt supra trigesimo capitulo dicitur, quodlibet istorum, ex quo thymiamata fiebat erat electum, & boni odoris. *Opere pigmentarij.* Vocat pigmentarios illos, qui pigmenta conficiunt, & magis pertinet ad eos, qui conficiunt res siccas quā humidas: sic erat in thymiamate, quod ex rebus siccis conficitur contusis vsque in tenuissimum puluerem, vt patet supra trigesimo capitulo.

CAPITVLVM XXXVIII.



a. Paral. 1.
Altare hoc
holocausti, &
eius vasa.

ECIT, & altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine: cuius cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis. Et in vsu eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula. Craticulamque eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, fufis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum: quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis: induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabularis, & intus vacuum. Fecitque, & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quę excubabant in ostio tabernaculi. Fecit & atrium, in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum, columnę æneę viginti cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis celatura, argentea. Aequę ad septentrionalem plagam tentoria, columnę, basisque, & capita columnarum eiusdem mensurę, & operis ac metalli, erant. In ea vero plaga, quę ad Occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnę decem cum basibus suis æneę, & capita columnarum, & tota operis celatura, argentea. Porro contra Orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria: e quibus, quindecim cubitos columnarum trium, cum basibus suis vnum tenebat latus: & in parte altera, quia inter vtranque introitum tabernaculi fecit quindecim æquę cu-

bitorum erant tentoria, columnęque tres, & bases totidem. Cuncta atrij tentoria bysso retorta texuerat. Bases columnarum fuere æneę, capita autem earum cum cunctis celaturis suis argentea: sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento. Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, & bysso retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verō quinque cubitorum erat iuxta mensuram, quā cuncta atrij tentoria habebant. Columnę autem in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitaque earum, & celaturę argenteę. Paxillos quoque tabernaculi, & atrij per gyrum fecit æneos.

Fecit &. Descripta fabricatione tabernaculi. hic agitur de constructione atrij. Erat autem atrium quoddam spatium magnum, scilicet cētum cubitorū in longitudine & 50. in latitudine intra quod continebatur tabernaculum, & hoc erat altare holocaustorum, & labrum æneum ad lauandum sacerdotes. Erat autem hoc atrium circumdatum columnis, & cortinis. Et diuiditur in duas partes. Primō agitur de atrio, & suis supellecilibus: secundō de materig eius oblatoribus atque artificibus ibi. *Hęc sunt instrumenta tabernaculi.* Prima in duas, quia primō agitur de rebus, quę erant in atrio: secundō de ipso atrio ibi. *Et atrium in cuius australi plaga.* Prima in duas secundō quod agitur de duabus atrij supellecilibus, primō de altari holocaustorum cum suis supellecilibus, secundō de labro æneo cum basibus ibi. *Fecit & labrum.* Circa primum. *Fecit.* Scilicet Beseleel, quia iste est qui vniuersa iubebat, & in eis industriam dabat, ideo totū opus principaliter ei attribuitur, sicut patet infra in littera, scilicet Hęc sunt instrumenta tabernaculi, quę Beseleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda domino per Moysen iubente compleuerat. *Altare holocaustorum.* Scilicet in quo offerebantur holocausta.

Altare holocausti.

QVÆSTIO. PRIMA.

ERANT enim duo altaria, scilicet vnum, quod vocabatur altare thymiamatarū, in quo sola thymiamata quotidie adolebantur. Oblationes autē sacrificiorum nūquam ibi offerebantur, vt patet supra 30. capi. de quo in cap. precedenti in fine dictum est. Erat autem hoc intra tabernaculum ante velum. Secundum altare erat, in quo offerebantur omnia sacrificia. Et hoc erat in atrio extra tabernaculum, et vocabatur altare holocaustorum: sunt enim holocausta vnum de tribus generibus oblationis: quia tamen præcipuum est inter cetera, vt colligitur Leui. primo capitulo. denominatur ab hoc. De hoc magis diximus supra 29. capi. *De lignis setim.* Quantum ad materiam principalē, licet istud altare alibi vocetur altare æneū, scilicet erat laminis æneis adopertum. *Quinque cubitorum per quadrum.* Idest in quolibet latere quadraturę erant cubiti quinque, & sic longitudo, & latitudo in his æqualia erant. *Et trium in altitudine.* Conueniens altitu-

altitudo erat, vt sacerdos accedere possent ad ministrandum super altare: si autem fuisset altius, esset occasio ad faciendum gradus, quod Deus vetuerat supra 20. cap. si non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudine tua. *Cuius cornua de angulis procedebant.* Cornua erant quaedam recitationes, vel eleuationes lignorum, in quibus aliquid appendi posset. Erant enim de tabulis altaris ista cornua facta, & sicut quatuor angulos erant quatuor cornua, & conueniebant hec ad appendendum quatuor genera vasorum ipsius altaris, scilicet fuscinulas, lebetes, ignium receptacula, atque forcipes, vt patet supra 27. capit. Hic autem ponitur aliud, C. vncinus, & videtur aliquantulum coincidere cum fuscinulis, que tridentes erant, vt patet primo Reg. secundo capitu. *Operuit illud gneis laminis.* Non posuit aureas laminas sicut fecerat in omnibus supellectilibus tabernaculi. Et hoc propter duo. Primum quia in altari erat semper ignis, vt patet Leuit. 6. cap. & erat magnus ad vorandum magna sacrificia: si igitur laminę aureę ponerentur, calore igneo liquefierent. Secundum quia altare holocaustorum erat ad vltus bannausos, id est commaculatiuos, scilicet ad cremandum ibi sacrificia, & ad fundendum sanguinem hostiarum per altaris parietes. Erant ergo parietes mundi illi a sanguine, & superiora eius cinere, & carbonibus deformabantur. *Et in vltus eius parauit ex ere vase.* Multi erant vltus in altari holocaustorum, ideo varijs instrumentis opus erat: & hec omnia ex ere erant. *Lebetes.* Dicuntur lebetes quaedam vasa ad exportandum cineres, vt declarauimus supra 27. capit. Aliqui autem dicunt lebetes ollas areas differentes in figura ab ollis, quas nos vocamus, sed supra 27. capi. diximus quod in sanctuario non erant ollę. Dicendum quod in sanctuario erant quidam lebetes, qui non pertinebant ad sanctuarium, sed adducebant eos offerentes hostias pacificas, vt in eis coquerent carnes sacrificiorum suorum pro se, & sacerdotibus: & de istis dicitur primo Reg. secundo cap. Quod si quis immolasset victimam, veniebat ad eum puer sacerdotis habens fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in caldariam, aut lebetem, ollam, vel cacabum, & tollebat sibi quidquid lenasset fuscinula. Erant autem preter has alie, que pertinebant ad sanctuarium, scilicet ollę in quibus interdum coquebantur sacrificia ipsorum sacerdotum, id est sacrificia, de quibus soli sacerdotes comedebant, que erant sacrificia pro peccato: nam ista non semper in ollis, aut lebetibus coquebantur, sed interdum in vasis fictilibus, vt patet Leuit. sexto cap. vbi ponitur distinctio, scilicet quod si vasa fictilia fuerint confringantur: si autem vasa aenea lauentur, & defricentur. Istarum autem ollarum aenearum quaedam ad sanctuarium pertinebant: de quibus quarto Reg. 25. cap. dicitur, quod Chaldei, qui venerunt cum Nabuzardan, & succederunt templum, tulerunt inde ollas areas, & tridentes, atque scyphos. Si tamen adhuc istas ollas, que erant in sanctuario, vellemus dicere pertinere ad omnes decoctiones, siue hostiarum pacificarum siue pro peccato, non videretur inconueniens, & tunc lebetes, qui hic nominantur, erunt ad decoctionem, & ad educendum cineres de sanctuario. *Forcipes.* Dicuntur tenacula ad apprehendendum carbones factę: & ad disponendum ignem super altare, ne cogerentur sacerdotes tangere manibus suis ignem, ne aut lederentur, aut inquinarentur. *Fuscinulas.* Dicuntur fuscinula instrumenta ad educendum carnes de olla, vel mouendum eas, aut ad apprehendum brodium despumandumque, & cetera coquorum opera faciendum, & dicitur fuscinula, quasi fusca, quia nigra est propter fumum, & fordes bannausę ministrations. *Vncinus.* Dicuntur quaedam in-

strumenta habentia dentes ad appendendum facta: & conueniunt ad educendum carnes. Et distinguuntur hic ista duo, scilicet fuscinula, & vncini, quia supra 27. cap. non distinguuntur, & hoc quia fuscinula abijciunt ad officium suum, & vncinorum, quia cum vncini solum ad apprehendendum sint, fuscinula quoque sunt ad apprehendendum, quia dentes habent: sicut dicitur primo Reg. secundo cap. quod puer sacerdotis tollebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat in lebetem, vel caldariam, & tollebat quidquid fuscinula leuasset. Ibi igitur non erant necessarij alij qui vncini. *Et ignium receptacula.* Vocantur ignium receptacula quaedam vasa, in quibus ponebantur pruna, vt portarentur intra tabernaculum, & poneretur in altari thymiamatum, vt adoleretur in eis thymiamata. Et istud vas licet esset in altari holocaustorum, tamen non pertinebat ad ministrations, sed ad ministrations altaris thymiamatum, nisi accipiatur large ministrations facta in altari holocaustorum, scilicet quod accipiebatur ignis de altari holocaustorum in illis vasis, que vocabantur ignium receptacula: sed subordinabatur ad altare thymiamatum, sicut dicebantur phyle, & cyati, thuribula, & acceptabula esse vasa pertinentia ad vltum mensę, cum tamen pertinerent ad altare holocaustorum, & ad altare thymiamatis, vt cap. precedenti declarauimus. *Craticulamque eius in modum rotę.* Craticula est quaedam magna lamina aenea perforata multis foraminibus, & dicitur craticula ad similitudinem craticule, in qua pisces asantur, quia illa est perforata, vt subintret ignis per multa foramina. *In modum rotę.* Recte contextum ex filiis est, & foramina sunt inter fila, sic erant foramina in istius craticule partibus. *Et subter eam in altaris medio arulam.* Id est inter altaris concauitatem inter quatuor tabulas, que erat subter craticulam.

Qualiter craticula locabatur in altare holocaustorum. Et quomodo arula.

Q V A E S T I O. II.

DE ista craticula multi varia sentiunt, non potentes eam locare concorditer ad literam. Veritas autem in hoc est, quia craticula erat quaedam lamina tenuis aenea perforata, vt rete contextum ex filiis: & non ponebatur intra concauitatem altaris pendendo a quatuor cornibus altaris, facta ad cremandum carnes coquebantur, sed erat extra concauitatem altaris, & plicabatur parieti altaris quibusdam clauis infixis, sicut quibusdam tabulis portarum domorum vrbiumque affiguntur aliqua lamina, vel plicaturę virgarum ferrearum facientes inter se cratem reticulatam, & incipiebat ista craticula ab extremitatibus tabularum ab ipso pavimento vsque ad medium altaris, id est vsque ad medietatem altitudinis tabule altaris: erat enim tabula altaris habens altitudinem cubitorum, vt patet in litera: perueniebat igitur craticula vsque ad medium, scilicet vsque ad cubitum & dimidium altitudinis altaris: ab illo autem loco vsque ad extremitatem altitudinis altaris per alium cubitum & dimidium, scilicet perueniebant laminae aeneę solide regentes in circuitu, & illa craticula etiam in circuitu altare ambiebat, quia in omnibus quatuor lateribus erat, & solum perueniebat vsque ad cubitum & dimidium altitudinis in quolibet latere. Hoc autem altare, quia cauum, & inane erat, cum locabatur ad sacrificandum in aliquo loco, vbi manendum erat, replebatur terra vsque ad aliquam partem eius ante summitatem tabularum, & super illam terram ponebatur aliqua arula, id est aliqua lapidea lamina, vel

creta,

creta, super quam poneretur ignis, & intenderentur carnes, & erat ista arula in medio altaris æquidistans ab angulis. De ista arula non facit mentionem litera Hebraica in hoc loco, sed solum ponit Ieronymus, sicut aliqua que ponuntur cap. sequenti per modum expositionis, quia interdum litera Hebraica obscura nimium est, & ipse ponens plura verba quę litera hebraica, & alio ordine iuncturę, nihil tñ mutans de sensu, quę verissimè facit litera Hebraica, exponere eam videtur. Ponit igitur Ieronymus arulam tanquam aliquid instrumentum, in quo esset pruna, & poneretur in eo carnes sacrificiorum. Simile habetur Iere. 36. cap. quod rex sedebat in domo sua hyemali, & posita erat ante eum arula plena prunis. Huiusmodi autem considerauit Ieronymus in altari esse. Vel si forte velimus dicere, quod non ponat Ieronymus aliquid alterum vas intra concauitatem altaris super superficiem terre intus posite, dicemus, & valde conuenienter, quod arula altaris est superficies terre posita intra parietes ipsius altaris, que perueniebat vsque ad satis magnam altitudinem tabularum altaris, & in illa superficie struebatur ligna, & sup ligna ponebantur carnes sacrificiorum coise. Et bene vocat superficies illa siue arula, quia arula est id super quod immediatè sacrificia fiunt: & sic nos lapides illos consecratos ab Episcopis, super quos calebrant, aras vocamus. Quia igitur sacrificium immediatè ponebatur super illa terre superficie, quoniam ter ara, vel arula nuncupatur. Et distinguitur arula ab altari, quia arula solum vocat superficies illa terre, Altare autem vocatur ipsum, quod factum est ex tabulis, & est vacuum, continetque altitudinem atque profunditatem & latitudinem. Et hoc etiam conuenit ad hoc quod dicitur hec arula altaris, quia ista superficies terre erat intra altare. Hebrei autem hoc etiam tenebunt, quia concordat magis literę sue, quam quod ponatur aliqua creta, aut lapidea moles, in qua struerentur ligna, & locaretur sacrificium. Cum igitur castra locanda essent, hoc altare quod concuum, & inane erat, terra replebatur vsque ad certam partem suam, & ibi sacrificia fiebant. Cum autem castra mouenda essent, altare ad locum alterum transportandum, euacuabatur tota terra, & sic faciliter mouebatur. Ista craticula ponebatur ad pulchritudinem, quia pulchrius sic videbatur altare, quod si totum laminis solidis aeneis tegetur. Maxime quia in parte inferiori non erat necessaria grossities, & concuitas laminę, sicut in parte superiori. Aliqui etiam dicunt quod erat ista craticula ad distinctionem sanguinis, quia quando tingendum erat altare sanguine illito digito sacerdotis tingebatur super craticulam, scilicet in cornibus altaris. Cum autem fundendus esset sanguis per partes altaris fundebatur infra craticulam, scilicet in parte tabularum craticula operatarum, sic ponunt glossę Hebraicę. Sed hoc falsum est, quia quando sanguis fundebatur per parietes altaris, non fundebatur infra craticulam, sed super altitudinem tabularum, scilicet in extremitate altitudinis, sic patet Leuit. primo cap. cum dicitur, quod de holocausto ouium, scilicet arietum masculorum accipere rur sanguis, fundendus erat super altare, sed non potest dici super altari sanguinem fundi, si funderetur infra craticulam, quia illa erat in parte infima tabularum altaris, vt declaratum est supra. Item magis patet in eodem capitu. cum dicitur: De holocausto, quod fiebat de aribus, quod sacerdos torqueret caput auis ad collum, & rupto vulneris loco decurrere faceret sanguinem super crepidinem altaris. Crepido vocatur summitas, vel prurptum a quo ad omnes partes est casus, vel descensus. Et ista erat summitas tabule cuiuslibet altaris, & super illam de-

Arula non inuenitur in litera hebraica.

Arula ab altari distinguitur.

Opi. quorundam ad quid craticula ponebatur in altari holocausti.

Accurrebat sanguis. Dicendum igitur, quod craticula altaris ad solam pulchritudinem facta est. Aliqui sapientes Iudeorum dicunt istud altare fuisse altitudinis cubitorum decem, & sic habetur in suo Talmud. Et quando obijciunt contra eos, quod litera dicit altare habere altitudinem cubitorum trium. Respondet quod intelligitur de altitudine tabularum super craticulam. Altitudo autem, que est a pavimento vsque ad locum, ad quem peruenit craticula, non computatur in istis tribus cubitis. Sed hoc est contra textum, & includit contradictionem, quia dicitur supra 27. capit. quod craticula erat vsque ad altaris medium: si altare autem esset cubitorum decem, necessario perueniret craticula vsque ad cubitos quinque, & maneret alij quinque cubiti discooperiti, quod est contra resolutionem eorum, qui dixerunt vltra craticulam vsque ad finem altitudinis altaris esse cubitos tres solum. Et est etiam contra textum, qui ponit solum tres cubitos: si autem totum altare accipiant ipsi pro tribus cubitis discooperitis, id est, super quos non veniret craticula, oportet vt medium illius cooperiatur craticula. Et cum ipsi solos illos tres cubitos altare vocent, oportet vt cubitum & dimidium illorum regat craticula, & sic perueniret vsque ad cubitum octauum & dimidium, quod est contra eorum resolutionem, & contra hypotesim: ergo nullo modo stare potest, quod altare sit cubitorum decem altitudinis, qualitercunque ponatur craticula. *Et subter eam.* Id est subter craticulam. *In altaris medio arulam.* Posita autem craticula sicut est in superioribus assignauimus, adhuc aliqui dubitant de positione arule.

Qualiter arula esset in altaris medio.

An arula esset inferior craticula in altari holocaustorum.

Q V A E S T I O. III.

ET dicunt quod arula erat inferior craticula, scilicet quod perueniebat craticula per parietem exteriorem vsque ad medietatem altitudinis altaris, & arula intra concauitatem altaris in medium altaris versus pavementum. Sed hoc non potest stare. Primum quia non posset sacerdos inclinari tantum intra concauitatem altaris, vt poneret ibi ignem, & holocausta: Secundo quia adhuc hoc dato non erat arula in altaris medio, sed erat infra medium, quia erat circa pavementum parietum altaris, licet ad istud secundum argumentum satis responderi posset, sunt ergo hic duo dubia, scilicet qualiter arula erat subter craticulam, & qualiter erat in altaris medio. Ad istam secundam dubitationem, scilicet qualiter esset in altaris medio, respondetur secundum distinctionem arule, quę supra posuimus. Nam vno modo arula signat lapidem aliquem planum, qualem nos in altaribus nostris ponimus, & aram vocamus. Secundum modo signat totam superficiem planam terre locatę intra altaris parietes. Primum modo dicendum, quod arula erat in altaris medio, non per commensurationem partium altitudinis, ita quod considerata magnitudine altitudinis acciperetur dimidium eius, & in contiguitate duarum medietatum altitudinis poneretur arula illa, que erat lapidea, vel aenea, quia tunc esset in æquali altitudine arula, & craticula: nam craticula pertingit vsque ad medium altitudinis altaris, & arula esset in eadem medietate: non tamē erant in eadem quantitate altitudinis vt apparet supra vigesimo septimo capitu. sed dicebatur arula esse in altaris medio accipiendo medium secundum commensurationem vtiusque lateris latitudinis, &

pro-

Que vasa erant lebetes res sancta sij.

profunditatis, & secundum, equidistantiam ab angulis istorum laterum dicitur esse arula in medio, scilicet quod illa arula aëra posita in superficie plana terre altaris, erat in medio altaris, id est in equidistantia ab omnibus angulis altaris. Et quantum ad hoc non magis referebat quod esset in medio secundum altitudinem tabularum, quam in circa pavimento, & circa summitatem, vel in ipsa summitate altaris. Alio modo accipiebatur arula quod significet superficiem terre collocata intra altare: & tunc dicitur esse arula in medio altaris, id est intra altare: accipiendo mediū secundum interpositionem, & non medium secundum aequidistantiam, scilicet quod illa arula erat intra parietes altaris, tamen totum spatium contentum intra parietes altaris est arula, cum totum repleat superficies illa terre intus locatę, & hoc ad quemcumque locum perueniat terra posita intus vocabitur superficies illa, quę est intra parietes altaris esse in medio altaris, cum sit intra parietes. Secundum dubium erat, quomodo dicitur esse arula subter craticulam; quia ista litera videtur repugnare in hoc ei literę, quę habetur supra vigesimo septimo capit. quia hic dicitur quę craticula erat super arulam, sed supra 27. capi. dicitur quod annuli, qui erant in summitate craticule erant sub arula. Respondetur quod vtrunque stat. Nam altiore esse craticulam arula, vel arulam craticula stat secundum duo, quia aut secundum altitudinem altaris, aut secundum profunditatem. Altitudo altaris consideratur secundum distantiam a pavimento ad summitatem tabule erectę: tanta enim erat altitudo hęc, quanta erat linea pertingens a pavimento, vsque ad illam summitatem. Considerando autem secundum profunditatem altaris, quia craticula erat supra arulam, quia arula siue ponatur aënea, siue superficies terre locatę intra parietes altaris, erat circa summitatē tabularum, aliis sacerdos non conuenienter disponeret carnes intra existentes, & carbones. Etiam quia erat magis periculum combustionis tabularū, quod non erat ponendo carbones circa summitatem tabularum perueniente vsque illuc terra, cuius superficies vocabitur arula. Craticula autem perueniebat a pavimento vsque ad medium altaris solum. Alio modo potest accipi superius, & inferius in commensuratione profunditatis altaris. Est autem profunditas altaris extensio mensurata secundum lineam proueniētem ab vno pariete altaris ad alterum: computando a superficie exteriori parietis, vsque ad aliam superficiē per vacuitatem mediam, & quantum ad hoc superior erat craticula quam arula, quia craticula erat in summitate profunditatis, scilicet in superficie exteriori parietis altaris, arula autem erat intra concauitatem altaris. Recte ergo dicitur hic, quod erat arula subter craticulam. Et subter eam. Id est infra craticulam, computando secundum profunditatem, scilicet intra altaris profunditatem. In altaris medio. Id est intra parietes altaris. Fuis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates. Erant quatuor annuli isti, per quos mittebantur duo veſtes ad portandum altare, & positi erant in quatuor summitatibus craticule: perueniebat enim craticula ad altaris medium: ergo annuli erant in medio altitudinis altaris, & conuenienter ibi ponebantur ad portandum altare. Ex hoc etiam arguitur contra illos, qui ponebant craticulam altaris esse laminam aëneā pendentem intra concauitatem altaris per quatuor catenas, a quatuor cornibus altaris: nam tunc non poterant poni annuli ad mittendum veſtes per summitates craticule, quia tunc essent veſtes intra concauitatē altaris, quod non erat possibile, nec intelligibile quomodo ponerentur. Fuis quatuor annulis. Id est missis quatuor annulis. Per totidem retiaculi summitates. Id est

per quatuor extremitates craticule: erat namque craticula tegēs quatuor altaris latera in circuitu, ideo habebat quatuor angulos sicut ipsum altare, & in illis quatuor angulis in summitate craticule erant annuli. Retiaculum vocat craticulam, quia dicebatur supra, craticulamque eius in modum retis. Ad mittendum veſtes ad portandum. Quia istud altare a Caathitis manualiter portabatur. Nam nihil quod pertineret ad Caathitas portabatur in plaustris, vt patet Nume. 7. cap. Quos, & ipsos fecit de lignis setim. Id est & ipsos veſtes fecit de lignis setim. Istud pronomen, ipsos, ponitur ad maiorem expressionem. Et operuit laminis aëneis. Sicut alia supellectilia tabernaculi totaliter auro tegebantur, ita hoc quod ad atrium pertinebat tegebatur aëneis laminis. Induxitque in circulos. Id est misit istos veſtes in circulos, siue annulos. Qui in altaris lateribus erant. Isti circuli, qui erant in lateribus, sunt illi de quibus supra dicebatur, quod erant in quatuor retiaculi summitatibus: nam annuli, & circuli idem sunt: esse in summitatibus retiaculi, & in lateribus altaris idem est: nam cum craticula esset lamina aënea perforata in modum retis, & posita super parietes altaris, & circumdans illos, oportebat, vt tot essent latera craticule quot latera altaris, & tot angulos craticule quot angulos altaris: cum igitur in summitate aliqua craticule poneretur aliquis circulus siue annulus, necesse erat illum esse in aliquo latere altaris, & cum tota craticula esset affixa parietibus, siue lateribus altaris, necesse erat quot erant annuli affixi in summitatibus craticule tot esse in altaris lateribus, & eodem numero. In altaris lateribus eminebant. Dicit quod eminebant, quia isti annuli exibat vltra altaris planiciem: nam latera altaris, & ipsa craticula plana erant: annuli autem exibat extra tabulas, vt mitterentur per eos veſtes: ideo dicebantur prominere. Ipsum autem altare non erat solidum. Id est non erat plenum intus. Solida enim dicuntur, quę habent dimensionem omnem. Altare autem solidum non erat, cum careret grossicie interiori. Vel dicitur illud esse densum, quod firmum est: altare autem non erat firmum, quia non continebat intra se aliquam quantitatem duram, qualis erat in lateribus, sed erat vacuum. Sed cauum ex tabulis. Id est videbatur cauum, quia habebat capacitatem interiorē vacuam: Et intus vacuum. Id est licet esset vacuum, scilicet quod erat ex lignis interioribus, sicut exterioribus, tamen non erat postea repletum aliqua alia re, quam artifices intus ponerent, sed relictum fuit vacuum, vt quando locandum foret alicubi, & deberet in eo sacrificium fieri, repletur terra vsque ad aliquem certū locum: & deinde carbones ponerentur, & desuper holocausta. Fecit & labrum aëneum. Hic ponitur de fabricatione alterius instrumenti, quod erat in atrio, & de istis duobus data fuit ratio quare ponebantur in atrio, & non congruebat ea poni in tabernaculo, de altari holocaustorum habetur supra 27. capit. de labro aëneo habetur supra trigesimo capit. Labrum aëneum. Labrum quasi lanacru dicitur, quia erat vas contentiuum aque ad lauandum manus, & pedes sacerdotū, & alia, quę necessaria erant lauari in sanctuario: de figura huius labri, & basis sue supra trigesimo capit. dictum est, nec oportet hic repeti. Cum basi sua. Erat basis labri quoddam amplum vas in pavimento locatum a quo surgebat stipes, cui insidebat labrum aëneum, & cadebat in illud aqua, ne per pavementum sanctuarij fluens totum lutofum efficeret. De speculis mulierum, quę excubabant ad ostium tabernaculi.

Quo-

Quomodo esset labrum de speculis mulierum.

QV AESTIO. IIII.

QVOMODO autem sit labrum de speculis mulierum. Respondetur, quod potest intelligi, quod illud est, ex quo factum erat illud labrum, erat ita tersum, & compactum atque specularis naturę, quod imagines redderet tanquam specula mulierum. Sed hoc multum alienum est, quia eodem modo diceretur, quod laminę altaris holocaustorum erant de speculis mulierum, quia erat ita specularē, & purum, sicut es labri, sed non vocatur illud de speculis mulierum: precipue quia specula mulierum non sunt de aere, sed de vitro erant, sed tegumenta, vel id, in quo incassabantur erat aëneū, & de illis tegumentis fuit factum labrum, specula namque vitrea diaphana sunt, & non terminant radios emissos a rebus, nisi post se aliquem obicem habeant retentiuum, ideo aut in posterioribus speculorum lignum ponitur, aut cera, aut modicum picis, vt sic efficiantur specula corpora retentiuia radiorum. Alio modo est sensus, quod factum fuit labrum aëneum, de speculis mulierum, id est quod in circuitu labri affixę erant specula, in quibus sacerdotes contemplantur maculas vultus sui ad tergendas eas: & dicebatur labrum aëneum factum de speculis mulierum, non quod specula essent materia eius, siue accipiendo pro vitro, siue pro aere: sed quod erat labrum circumdatum his speculis, & hęc erant specula mulierum, quia mulieres illa ad hunc vsum conuenerant, sunt igitur isti duo modi vltimi conuenientes. Quo excubabant ad ostium tabernaculi. Dicitio Hebraica posita, vbi nos habemus, quę excubabant, est æquiuoca ad orare, vel exercitari, siue gignere. Significationem autē primam accipit litera nostra, scilicet quod mulieres, quę dederunt ista specula, excubabant, id est vigilabant, vel orabant ad ostium tabernaculi. Et hunc sensum sequitur Rabbi Abraham Aben Ezra dicens, quę erant alię mulieres honestę, quę relicta pompa seculi, seipsas cum rebus suis domino obtulerunt: & istę manebant ad ostium tabernaculi, vt magis vacarent cultui diuino orantes: sicut dicitur de Anna filia Phanael prophetissa, quę steterat septem annis cum viro suo a virginitate sua, & postea vidua facta mansit vsque ad annum octuaginta quatuor in templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens, atque nunquam inde recedens die, ac nocte, vt patet Luc. secundo capi. Rabbi Salomon sequitur alium sensum, scilicet quod essent ista specula mulierum gignentium, vel exercitantium: & hoc quia dicit, quod cum Pharaio iussisset, vt masculi nati de filiis Hebręorum in flumine necarentur: quamobrem Israelitę abstinebant a coitu, & procreatione: mulieres autem eorum componebant se ad specula intuentes vultus suos, vt sic incitarent eos ad generationem, & hoc non amore libidinis, sed desiderio plurificationis, & per talem modum genita est tota multitudo Israelitarum, quę tunc extabat, & conueniebat ad ostium tabernaculi, vt colloquerentur: istę autem mulieres postea dederunt specula sua ad faciendum labrum istud aëneum. Sed hoc valde est alienum, ideo tenendus est alius modus. Est igitur sensus secundum istum modum vltimum, quod labrum aëneum fuit factum de speculis mulierum generantium, vel exercitantium, & debet fieri ibi punctus: & postea cum sequitur. Ad ostium tabernaculi, Alph. Toft. super Exodum

A Non erat sensus, quod gignerent ad ostium tabernaculi, sed quod illi, quos gignebant, vel magis illi, quos olim genuerant cum se ad specula exornabant, conueniebant ad ostium tabernaculi, scilicet principes eorum, qui denombantur tanquam totus populus, cum continerent totum populum in virtute: scđum primum modum plana est litera de speculis mulierum, id est quod dederunt mulieres specula sua, vt affigerentur illi labro aëneo, & sic confiderarent sacerdotis mendas vultus sui. Vel. De speculis mulierum. Id est de tegumentis aëneis speculorum, quę contulerant mulieres. Quę excubabant ad ostium tabernaculi. Id est non dederunt ista specula, quęlibet mulieres de populo, sed solum ille, quę valde deuote erant, & excubabant in orationibus, & ieiuniis circa ostium tabernaculi domino vltius famulantes. Et atrium. Hic ponitur de fabricatione ipsius atrij, in quo ista fēdicta erant. Et atrium. Quid dicatur atrium tabernaculi in principio cap. huius declarauimus. In cuius aſſyali plaga. Istud atrium erat dispositum in quadrum, siue potius in quadrangulum, quia erat altera parte longius, scilicet a parte orientali ad occidentalem, quam a meridiana ad septentrionalem. Habebat igitur quatuor latera, quę erant columnis, & cortinis circumdata: & primo ponit de latere meridiano. In cuius plaga meridiana. Dicitur plaga australis pars meridiana, vel pars contra meridiem, quia denominatur hic illa pars a vento flante ab ipso loco mundi. Erant tentoria de byſſo. Aliquando vocantur tentoria, aliquando cortines: sed in hoc nihil refert. De byſſo tentoria. Ista tentoria erant simplicia, quia non erant ex quatuor filorum generibus atque coloribus, sicut cortina tabernaculi, & velum atque tentorium. Erant autem hęc de byſſo retorta, vt fortiora essent, quia byſſus aliquid delicatissimum est. Et columnę aëneę viginti. Si ponantur columnę viginti equidistantes, & occupent spatium cubitorum centum necessarium est inter columnam, & columnam quinquę cubitorum spatium interciderē comparato spatio, quod occupant columnarum bases. Columnę aëneę cuius habebat bases. Id est, quę erant aëneę sicut & colūne, & non dixit columnę aëneę cum capitibus suis, quia capita columnarum erant argentea, vt patet hic. Capita columnarum. Erant capita, & bases columnarum in forma similes, scilicet latiores, quam ipsam corpus columnę. sicut est nunc in columnis aedificiorum, quarum bases sunt, vt columnę innitantur, ideo amplę sunt, capita autem sunt, vt super capita aliqua pondera incumbent columnis. Et tota operis celatura argentea. Id est quę capita columnarum erant argentea. Et celatura erat argentea. Dicitur celatura quędam pictura, quia pars rei quę pingitur operitur, & pars non operitur, quia inter imagines distinctio est, & illud medium manet discooperum colorem naturalem solum habens. si autem totum spatium planum, in quo aliquid pingendum est superediniatur prius aliquo colore sicut pictores facere consueverunt, nō est proprie celare, sed pingere: cum autem pars pingitur, & partes intermedie manēt habentes eundem colorem, quę naturaliter habebant, vel quę ante habuerant, vocatur celare: & isto modo accipitur hic, quia in circuitu columnarum ducebantur quędam virgulę argenteę, vt tota columnę argento tincta esset: manebant autem partes intermedie habentes colorem suum aëneum. Accipitur etiam celare pro sculpere, cum aliquid sculpiatur, & aliquid insculptum relinquitur, quod potest vocari opus in terrafile, vel dato quod non sint talia spatia, ad hoc tamen quod sit cauitas facta opere sculptoris, necessarium est vt maneat aliqua partes eminentiores ceteris in dispositione naturali, quam

Celatura columnarum.

Pars Secunda.

Ccc

quam

quam ante tenuerant : & isto modo accipit Ouidius Metamorph. libro secundo, in principio, loquens de regia solis, scilicet.

*Materiam superabat opus, quia Mulciber illic
Aequora cœlarat medias cingentia terras.*

Dicitur autem tota operis cœlatura, quia colūne nō solum erant cœlate argento in seipsis, sed etiam bases earum, quia enax erant: totum ergo hoc opus erat argentea virga, vel filo velatum. *Aequo ad septentrionalem plagam tentorio columnæ, & bases.* Id est tot columnæ fuerunt positæ in parte septentrionali, sicut in australi, & tot bases, & tentoria, id est cortinæ similes, & quantitas eiusdem in longitudine, & altitudine. *Eiusdem mensura.* Scilicet quod ita erant iste columnæ altitudinis cubitorum quinque, sicut & alia columnæ partis australis, & tantæ magnitudinis erant capita, & bases, & sicut erant tentoria centum cubitorum in parte australi, ita & in meridiana. *Et operis.* Id est eiusdem figuræ erant columnæ vnus lateris, sicut & alia. De figura autem harum columnarum non dicitur vtrum essent rotundæ an lateratæ, & si lateratæ an trigonæ, vel tetragonæ exagonæ, vel octogonæ, & sic de aliis modis. Dicitur etiã eiusdem operis, id est eiusdem pulchritudinis, quod sicut columnæ, & bases meridianæ erant cœlate filis argenteis, ita & columnæ, & bases septentrionales. *Ac metalli erant.* Scilicet quod sicut de ære erant columnæ, & bases australes, ita & septentrionales, & sicut capita columnarum australium erant argentea, ita & capita columnarum septentrionalium erant argentea. *In ea vero plaga, qua occidentem respicit.* Id est ad partem occidentalem atrij. *Fuerunt tentoria.* cortinas illas vocat tentoria. *Cubitorum quinquaginta.* Quadrangulum erat atrium; nam latus meridianum obtinebat cubitos centum, & totidem septentrionale: latus orientale solum quinquaginta & occidentale rotidem. *Columnæ decem cum basibus suis.* Sicut latus meridianum erat duplum in longitudine ad istud occidentale latus, ita habebat duplices columnas, s. viginti in latere meridiano, & decem solum in occidentali. *Capita columnarum, & tota operis cœlatura argentea.* Sicut erat in columnis lateris meridiani, atq; septentrionalis: nã in hoc non differabant: solum enim erat differentia in longitudine laterum, quia illa erant dupla ad latus occidentale. *Porro contra orientem.* Id est ad latus orientale atrij in quo erat introitus ad atrium: ideo in hoc erat maior diuersitas, quã in aliis lateribus. *Quinquaginta cubitorum parauit tentoria.* Quia illud latus tenebat in longitudine quinquaginta cubitos, sed ista tentoria huius lateris non erant continua sicut tentoria aliorum laterum, ita quod essent de bysso retorta a principio vsque ad finem, sed fuerunt hic tria tentoria, vt patet in litera. *E quibus quindécim cubitos columnarum trium.* Distinguit istud latus orientale in partes tres ad pondum tria tentoria, quorum duo erant de bysso retorta, & distinguebatur sic, incipiendo longitudinem lateris illius a parte meridiana veniendo contra septentrionalem: accipiebatur ergo quindécim cubiti, i. spatium quindécim cubitorum, in quo erant columnæ tres: cū distaret columna a columna cubitis quinque, & ante has ponebatur tētorium vnum de bysso retorta: tunc accipitur istud latus ex parte septentrionali veniendo contra partem meridianam, & accipiebatur quindécim cubitorum spatium, quod erat spatium trium columnarum, & ante illas appēdebatur vnum tentorium, quod esset de bysso retorta solum, & sic erant occupati triginta cubiti illius lateris orientalis, & sex columnæ manebant autem cubiti viginti inter medij, & columnæ quatuor correspondentes eis, &

istud spatium vocabatur introitus atrij, ante has autē columnas appendebatur tētorium cubitorum viginti, & erat de hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario, & sicerat clausum totum illud latus atrij. *E quibus.* Id est de quibus quinquaginta cubitis è prepositio est, & signat, sicut Ex, vel, De. *Quindécim cubitos columnarum trium.* Id est quindécim cubitos pertinentes ad tres columnas, quæ decem colōnæ erant in toto illo spatio cubitorum quinquaginta. Correspondebant ergo quinque cubiti cuiuslibet columnæ: igitur cubiti quindécim erant spatium columnarum trium. *Cum basibus suis.* Id est computato spatio quod occupabant bases columnarum: nã si non computaretur spatium illud, oporteret tentorium trium columnarum esse maius, quàm quindécim cubitorum. *Vnum latus tenebat.* Non accipitur hic latus pro latere atrij: ita quod esset istud latus 15 cubitorum, & trium columnarum latus orientale, aut occidentale, meridianum, vel septentrionale atrij, quia nullum erat ita paruum, præcipue cum diuidat hic spatium lateris orientalis: sed accipitur latus pro quadam parte lateris orientalis: nam accipit quoddam medium in latere orientali, scilicet introitum atrij, & respectu illius vna pars quæ relinquitur versus meridianum, vocatur vnum latus, & pars residua vltra introitum tabernaculi versus partem septentrionalem vocatur aliud latus, & quodlibet istorum habet quindécim cubitos correspondentes eis columnis tribus, & hæc vocantur hic latera. *Et in altera parte.* Scilicet verius aliud latus septentrionale. *Qua vtraque introitum tabernaculi facit.* Ambe istæ partes faciunt introitum tabernaculi. Nã clauditur istud latus a parte septentrionali quindécim cubitis, & a parte lateris meridiani erant alij quindécim cubiti cooperti tentoriis, quæ spatia clausa faciebant introitum tabernaculi: nam clausis his necessario manebat in medio quoddam spatium apertum cubitorum viginti, quod erat quæsi porta, & vocatur introitus sanctuarii. *Quindécim cubitorum erant tentoria.* Sicut in alia parte versus latus meridianum. *Columnæ tres, & bases rotidem.* Id est in hac parte tegebantur columnarum trium spatium, & trium basium. *Cum ista atrij tentoria bysso retorta texuerat.* Id est omnia tentoria atrij erant facta de bysso retorta: quod intelligendum est de tentoriis, quæ vsque huc posita fuerant, s. de tentoriis, quæ erant in latere meridiano, & in septentrionali, & in occiduo atque in orientali quantum ad duas partes, s. quantum ad illam partem, quæ declinat in partem lateris meridiani, & quantum ad partem declinatem in latus septentrionale, medium autem, s. atrij introitus habebat tētoria, quæ non erant de sola bysso; sed de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario, vt patet in mediata. *Bases, & columnæ suere eræ.* Verum est quantum ad bases, & columnas atrij: nam bases, & columnæ quæ erant in tabernaculo non erant de ære, scilicet quatuor columnæ cum totidem basibus, quæ erant in diuisione primæ partis tabernaculi, & sancti sanctorum: & quinque columnæ cum totidem basibus, quæ erant in introitu tabernaculi: nam columnæ hæ erant delignis setim, & bases erant argenteæ, vt patet supra vigesimo sexto, & trigesimo sexto capitu. *Capita cum cœlaturis suis argentea.* Quantum ad istas columnas atrij: nam in aliis columnis tabernaculi capita erant aurea, vt patet supra vigesimo sexto, & trigesimo sexto capitu. *Operatura autem erat laminarum aurearum, & ibidem non dicebatur esse cœlatura, sed quod vestitæ fuerant laminis aureis.* *Sed & ipsas columnas atrij vestitæ argento.* Ita vestitura columnarum dicitur esse cœlatura, de qua supra dictum fuit, quia maior pars columnæ cuiuslibet argentea erat.

Et

Et in introitu eius. Id est in introitu tabernaculi. Dicitur esse iste introitus spatium viginti cubitorum, in quo erant columnæ quatuor, quod supra manebat non opertum, clausis aliis duabus extremitatibus lateris illius orientalis, & in hoc ponebantur specialia tegmina cortinarum. *Opere plumario fecit tentorium.* Id est fecit quandam cortinam magnam continentem viginti cubitos longitudinis, & vocat eam tentorium, sicut vocabat alias, quæ in aliis lateribus erant. Vocatur autem opus istud plumarium, id est factum acu, ita quod in vna parte imagines apparerent, & in alia non. *Ex hyacintho.* Istud tentorium erat speciale inter cetera tentoria laterum, quia alia erant facta solum de bysso retorta: hoc autem erat de quatuor filorum generibus. *Et purpura, & vermiculo.* Vocatur vermiculus quidam valde paruus vermis rubeus, qui ad tingendum erat: nam de sanguine eius panni tinguntur in valde intensa rubedine: & vocatur illa lana tincta coccus bis tinctus, vt patet sepe supra. *Quod habebat viginti cubitos in longitudine.* Quia tantumdem relinquebatur apertum clausis duabus extremitatibus lateris illius orientalis: nam quilibet extremitas erat cubitorum quindécim, & sic claudebantur in eis cubiti triginta superat ergo viginti cubiti, ante quos appendenda erant tentoria hæc quæ hic ponuntur. *Altitudo vero quinque cubitorum erat.* Tanta erat altitudo columnarum, in quibus pendebant tentoria hæc præter capita: nam capita, quæ aurea erant, vltra cortinas siue tentoria hæc eminebant. *Iuxta mensuram, quam cuncta atrij habebant tentoria.* Erant in omnibus alij lateribus tētoria de bysso retorta, & illa erant cubitorum quinque iuxta columnarum altitudinem, quæ erant in omnibus alijs partibus atrij: & hoc solum est quantum ad tentoria atrij: nã tentorium vnum, quod pendebat in introitu tabernaculi erat cubitorum decem in altitudine iuxta mensuram altitudinis tabularum, & columnarum tabernaculi. *Quilibet autem tabula tabernaculi decem cubitorum altitudinis erat, vt patet supra 26. cap. Columnæ autem in ingressu suere quatuor.* Nam spatium introitus atrij erat cubitorum viginti, vt supra declaratum est, sed inter columnam & columnam erat spatium cubitorum quinque, ergo necessarium erat, quod spatium cubitorum viginti responderent columnæ quatuor. *Cum basibus ancis.* Hoc generale fuit in omnibus columnis atrij, quia erant tam columnæ, quàm bases enax. *Capitaque earum cum cœlaturis argenteis.* Ponitur hoc ad tollendum dubitationem, quia licet in omnibus alijs columnis atrij capita essent argentea, & cœlatura, tamen in his capitibus harum quatuor columnarum aliquis dubitaret, putans esse sicut in alijs diuersitatem, id est quod sicut differabant istæ quatuor columnæ in cortinis, scilicet quod cortinæ pendentes ante eas erant distinctæ ab omnibus columnarum tentorijs, quia alia erant totaliter de bysso retorta, & ista erant de quatuor generibus filorum, ita ergo putaret, quod capita, & cœlaturæ columnarum deberent præcellere aliarum columnarum capita, & cœlaturas. *Paxillus quoque tabernaculi.* Paxillus diminutiuum nomen est de palus, & dicitur quasi paruus palus, & vulgariter vocatur staca, quia erant quidam enei pali acuti, quibus religabantur funiculi, & figebantur totaliter in terra, vt firmiter tenerentur tentoria, ne concutientibus ventis mouerentur, & vt semper extenta essent. Et hi paxilli erant tam in tabernaculo, quàm in atrio: nam tabernaculum operiebatur cortinis, & sagis, & pellibus arietum rubricatis, & pellibus hyacinthinis, quibus alligari debant funiculi ad firmiter tendendum: in atrio erant paxilli, quæ erant cortinæ ibidem, siue tētoria circumposita columnis, quæ nisi in pavimento firmiter per funiculos paxillis religaretur, urquocūq; vento in pellente moueretur.

Alph. Toft. super Exodum

tur, & pateret solum quidquid intra atrium erat. *Et atrij per gyrum.* Id est in circuitu totius atrij erant paxilli, quia totum atrium in circuitu cortinis opertum erat, ergo in omni parte oportebat esse paxillos ancis.

Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moyfi in ceremonijs Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis: quæ Beseleel filius Vri filij Hur de tribu iuda, Domino per Moysem iubente, compleuerat, iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & Polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo, & bysso. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarij & quod oblatum est in donarijs, viginti & nouem talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarij. Oblatum est autem ab his, qui transferunt ad numerum a viginti annis, & supra, de sexcentis tribus milibus, & quingentis quinquaginta armatorum. Fuerunt præterea centum talenta argenti, de quibus conflatae sunt bases sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingentis, & septuaginta quinque siclis, fecit capita columnarum, quas & ipsas vestiuit argento. Aeris quoque oblata sunt talenta septuagintaduo millia, & quadringenti supra sicli, ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneum cum craticula sua, omniaque vasa, quæ ad vsum eius pertinent, & bases atrij tam in circuitu, quàm in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atq; atrij per gyrum.

Hæc sunt instrumenta. Hic ponitur de oblatoibus atque artificibus. *Hæc sunt instrumenta.* Fit demonstratio omnium supra nominatorum: instrumenta tabernaculi testimonij ea, quæ nominata sunt hic, sed etiam aliqua eorum sunt instrumenta atrij, sicut labrum æneum, & altare holocaustorum, & omnia eius instrumenta, scilicet leberes, fuscinule, forcipes, & ignium receptacula. De quibus supra 27. & in isto capitu. sed quia tabernaculum erat principale, propter quod atrium erat, denominantur omnia ab atrio. *Quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moyfi in ceremonijs Leuitarum.* Id est omnia ista mandauit Moyfes numerari, & applicari ad ceremonias leuitarum, id est ad ministraciones, quas faciebant leuitæ. Accipiuntur hic leuitæ non prout signat ordinem minorum officii.

Pars Secunda

Cc 2 cia

cialium, sed ut signat tribum. Primò modo distinguuntur leuitæ contra sacerdotes. Secundò modo leuitæ sunt omnes descendentes a Leui filio Iacob, siue essent sacerdotes siue non: & sic oportet accipi in secundo modo: nam primo modo esset sensus, quòd omnia ista instrumenta supra nominata essent ad ministracionem leuitarum, id est ad hoc quòd leuitæ illi, qui non erant sacerdotes in eis ministrarent. Sed hoc falsum est, quia non solum non poterant isti ministrare in his vasis, imò si ea nuda viderent morentur, ut patet Num. quarto cap. ubi dicitur ad Aaron, & filios eius: Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum, sed hoc facite eis, ut viuere possint, & nò moriantur si tetigerint sancta: Aaron & filij eius intrabunt ipsique disponent onera singulorum, & diuident quòd portare quis debeat: alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluantur, alioquin morientur. Idem patet Num. capi. 18. sed leuitæ ministrabant, scilicet leuitæ, qui erant sacerdotes, quia ad istos pertinebat administratio interioris domus, scilicet tabernaculi, & in vasis altaris. Ad leuitas autem, qui non erant sacerdotes solum pertinebat portare hæc, cum cooperuissent ea Leuitæ sacerdotes, ut patet Num. quarto capit. In Hebræo non habetur sic, sed ubi nos dicimus. *Hæc sunt instrumenta.* Dicitur in Hebræo. *Hæc sunt numerata.* Nam ad hoc quòd diceretur sicut in litera nostra deberet esse. *Chelim.* Quæ in Hebræo vasa, vel instrumenta dicuntur, sed dicitur. *Decade.* Quòd signat numerata, id est hæc sunt numerata. Est sensus differens: nam secundum literam nostram refertur ad superiora, scilicet ista, quæ supra numerata sunt, sunt vasa, vel instrumenta ad ministracionem tabernaculi faciendam per Leuitas. secundum literam Hebraicam refertur ad inferiora, scilicet ista, quæ infra dicuntur sunt numerata ad ceremonias Leuitarum, scilicet aurum, & argentum, & es, ut fieret inde vasa ad sacram ministracionem. *Per manum Ithamar filij Aaron.* Id est quòd iste Ithamar filius minor Aaron erat prepositus a Moyse, ut susciperet omne aurum, & argentum, & aes, ceteraque donaria, traderetque ea artificibus ad fabricandum inde quòd mandatum fuerat. Etiam erat Ithamar princeps vasorum, & omnia, quæ fabricata fuerat, ei tradita sunt in custodiam (ut quidam volunt) sed falsum est, quia Eleazar filius maior Aaron preerat: nam Caathitæ portabant omnia vasa hæc: & his preerat Eleazar, ut patet Num. quarto cap. Ithamar autem preerat Meraritis, & Gersonitis, qui portabant partes sanctuarij, ut patet in eodem capit. *Filij Aaron sacerdotis.* Id est sacerdotis magni, hic namque per excellentiam dictum est, quia accipiendo aliter Ithamar etiam sacerdos erat sicut Aaron: hæc autem omnia fuerunt fabricata per Beseleel filium Vri de tribu Iuda, qui fuit princeps in artificibus: nam licet alij fabricarent, ista tamen tota fabricatio attribuitur Beseleel, quia erat princeps dirigens. *Domino per Moysen iubente compleuerat.* Id est omnia ista compleuit Beseleel per mandatū Dei, sed istud mandatum Dei non fuit directum ad Beseleel, ita quòd Deus loqueretur ei, sed mandauit per Moysen iubēs ei, ut diceret Beseleel, quòd faceret omnia hæc. *Iuncto sibi socio Oliab.* Isti duo erant principales in toto opere, licet principalior esset Beseleel, quàm Oliab: & isti duo ex nomine vocati sunt, ceteri autem quadam generali appellatione. *Qui & ipse artifex egregius lignorum fuit.* Id est quòd sicut Beseleel erat excellens in omnibus quæ fabre excogitari poterant, ita & Oliab erat excellens, licet non tantum. *Et polymitaris.* Quia textor faciendo imagines colorum diuersorum arte textoria, quæ apparent ex vtraque facie panni. *Atque plumarius.* Id est operans acu faciendo imagines

ex filo apparentes ex altera parte panni solum. *Ex hyacintho, & purpura.* Ponit hic quatuor genera filorum, in quibus erat fabricans Oliab. Et non solum putandum est, quòd in his quatuor operatus fuerit, sed etiam in omnibus aliis filorum modis, sed ponitur hic ista quatuor genera, quia solum ista fuerunt ad necessitates sanctuarij. *Omne aurum.* Positis vasis & aliis suppellectilibus fabricatis, hic ponitur mensura ponderis in materia eorum. *Omne aurum, quod expensum est in opere sanctuarij.* Hoc non solum erat ad fabricacionem vasorum, in quibus ministrabatur, sed ad deauracionem omnium aliorum, quæ deauranda erant, ut tabulata, & vestes, & arca, & mensa, & ad faciendam aliqua de auro. *Et quod oblatum in donarijs.* Id est & istud fuit oblatum ab eis, qui dabant dona. *Viginti nouem talentorum fuit.* Quantum sit vnum talentum secundum quantitatem illius temporis ignoratur. *Et septingentorum triginta siclorum.* Etiam quantum siclus valeat ignoratur. de quo magis dictum fuit Gen. vigesimo tertio cap. etiam quanta pars talenti sint sicli septingenti triginta, non patet. *Ad mensuram sanctuarij.* Omnia ista pondera nominata intelliguntur de mensura sanctuarij: nam erat maior illa, quàm mensuræ vulgares. *Oblatum est autem ab his, qui transeunt ad numerum.* Id est istud aurum fuit datum ab illis, qui transeunt ad numerum, transibant autem cum viginti essent annorum.

An transeuntes ad numerum tradiderint aurum, & argentum tabernaculi ex lege.

Q V A E S T I O . V .

SED quæres, quomodo dicitur hic, quòd illi, qui transibant ad numerum, dabant id, quòd dabant ex lege. Et hoc dato quòd nollent, cogebantur: de quo supra trigesimo cap. Sed isti, qui obtulerunt hæc, obtulerunt ea deuotè nullo cogente: ergo non oblata sunt hæc ab his, qui transeunt ad numerum. Patet hoc supra trigesimo quinto cap. Separate apud vos primitias domino, omnis voluntarius, & proni animi offeret eas domino. Idem dicitur supra vigesimo quinto: ergo non dabatur de expensis eorum, qui transibant ad numerum. Item id quòd dabatur transeundo ad numerum, erat determinatum: sed ea, quæ dabat populus non erant determinata, cum quotidie in mane veniret populus ad offerendum in opus sanctuarij, ut patet supra trigesimo quinto cap. ergo non offerebat numerati. Item si daretur hoc de precio numeratorum, non daret aliquis magis, aut minus, quàm alius, cum quilibet teneretur dare sicli dimidium, ut patet supra trigesimo cap. & sic determinatum esset quot sicli dandi essent, cum sciretur numerus populi: aut saltem quòd numeraretur quilibet daret suum dimidium siclum, cum caput eius numeraretur: sed hic non fiebat sic, quia veniebat populus ad offerendum quousque artifices clamare compulsi sunt, quòd magis offerebatur quàm necessarium esset, ut patet supra trigesimo sexto capitu. Item quando aliqui numerabantur, dabant sicli dimidium, nec aliquo modo euitari poterat, sed hic in offerentibus Moyses preconis voce mandauit, ne quis vltra offerret, ut patet supra trigesimo sexto cap. Item solum transibant ad numerum viri viginti annis supra, feminae autem nunquam numerabantur in multitudine populi, nec per eas tēdebatur ordo genealogiarum, ut patet in toto veteri testamento: ergo si debuisset istud aurum offerri à numeratis, feminae nihil contribuissent, sed feminae in his obtulerunt sicut & viri, ut patet supra 35. capitulum, cum

cum dicitur: Et quidquid in cultu, & ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt. Etiam quia ibi ponuntur specialia dona mulierum, scilicet quòd dederint mulieres armillas, & dextralia, atque inares aureas: non ergo fuit pecunia data à numeratis, sed ab offerentibus spontaneè. Item quia quando fiebat numeratio, nullum aurum soluebatur, aut aliqua alia res, sed quilibet dabat dimidium siclum argenti: sed hic non solum datum est argentum, sed etiam aurum, & hyacinthus, & purpura, coccinque bis tinctus, pelles hyacinthinæ, & pelles arietum rubricatæ, & pili caprarum, aromata, & oleum, ut patet supra 35. cap. Ergo non erant ista data ab his, qui transibant ad numerum. In contrarium patet, quia dicitur hic: Omne aurum, quòd expensum est in opere tabernaculi, & quòd in donaria oblatum est, fuerunt viginti nouem talenta, & septingenti, & triginta sicli, quòd oblatum est autem ab his, qui transeunt ad numerum à viginti annis supra. Ad hoc fortè aliquis respondebit, quòd licet istud fuerit oblatum ab his, qui transeunt ad numerum, non tamen fuit ab eis per solutum, quia transeunt ad numerum, ita quod per legem illam soluerent, sed libenter offerebant, sicut si non transirent tunc ad numerum. Sed hoc non potest stare, quia non solum soluebatur ab his, qui transibant ad numerum, sed etiam secundum quod transibant ad numerum. Nam in litera ponitur numerus eorum, qui istud contribuuerunt, quòd non esset, nisi quilibet certum quid solueret, ita quod collectis precijs eorum certa summa posita in litera proueniret. Et patet, quia dicitur: Oblatum est autem ab his, qui transeunt ad numerum à viginti annis & supra de sexcentis tribus milibus, & quingentis. Item dato quòd non solueretur istud precium ex lege computationis, adhuc non potest stare, quòd soli computati precij hoc soluerint, quia tunc manet argumentum supra factum de mulieribus, quia mulieres nullo modo transibant ad numerum, & tamen ipse contribuuerunt in hoc, ut patet supra 35. cap. Respondendum igitur quòd hic ad opus sanctuarij multa data sunt, scilicet aurum, argentum, hyacinthus, coccus, byssus, pelles arietum rubricatæ, & pelles hyacinthinæ, & lapides onichini, atque aliarum specierum, & multa huiusmodi, de quibus supra 35. cap. Et de istis aliqua data sunt spontaneè ab offerentibus: alia autem data sunt a transeuntibus ad numerum: illi enim qui ad numerum transibant, solum dabant dimidium siclum argenti, ut patet supra 30. cap. ideo de hoc dicendum est, quòd argentum quòd datum est ad opus sanctuarij, datum fuit ab his, qui transeunt ad numerum, & nò fuit sponte oblatum, vel si fuit aliquid sponte oblatum, illud fuit valde modicum, & non transiit in fabricam sanctuarij, sed mansit ad aliquas eius necessitates: quia totum argentum ex quo ad opera sanctuarij impensum est, fuit a transeuntibus ad numerum datum, quòd patet ex computatione, quam infra ponemus: nā fuerunt argenti talenta centum, & sicli mille septingenti septuaginta quinque: quòd argentum si diuidatur per sexcenta tria millia hominum, & quingentos, & quinquaginta, proueniet cuilibet sicli dimidium: tantum autem est quòd quilibet ad numerum transiens dare debebat, ut patet supra 30. cap. alia omnia, quæ data sunt ad fabricacionem totius sanctuarij, fuerunt sponte data ab offerentibus tam viris, quàm mulieribus. Et secundum hoc patet ad argumentum vtriusque partis, quia hoc quòd hic dicitur de transitu ad numerum, & de solutione transeuntium solum intelligitur quantum ad argentum: alia autem, quæ fiebant in oppositum argumenta, procedunt de auro, hyacintho, purpura, & gemmis, ceterisque rebus, quæ oblatæ sunt. Cum autem arguitur ex litera ista, quia nec

Responsio ad argumenta vtriusque partis.

A cessarium videtur, quod referatur hoc ad aurum, & non ad argentum, vel saltem quòd referatur ad vtrumque, quia dicitur hic: Omne aurum, quòd expensum est in opere sanctuarij, & quòd oblatum est in donarijs 29. talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum. Oblatum fuit autem ab his, qui transeunt ad numerum à viginti annis, & supra: ergo ad aurum referatur hoc precipue quàm ad argentum. Respondetur, quod hoc prouenit ex mala punctuatione literæ, quæ aliquiter causat sensum disturbatum: nam intentio literæ est quòd aurum, quòd expensum est in opere sanctuarij, fuit talentorum 29. & siclorum septingentorum triginta: deinde quòd numerati fuerunt filij Israel, qui transire poterant ad numerum, & inuenti sunt sexcenta tria millia quingenta, & quinquaginta hominum: & isti dederunt argentum pro numeratione sua, quòd fuit centum talentorum, & septingentorum septuaginta quinque siclorum. Et patet hoc, quia litera nostra innuit aurum fuisse sponte oblatum, & non fuisse datum à numeratis, quia dicitur: Omne aurum quòd expensum est in opere sanctuarij, & quòd oblatum fuit in donarijs. si igitur donaria erant in auro, non erat datum ex lege numerationis, quia quòd donatur, sponte datur, quòd autem per legem damus dare coartatur, ergo non fuit datum a transeuntibus ad numerum. Non est autem sic de argento: nam non habetur de argento, quod oblatum fuit in donaria, sed dicitur quod fuerunt centum talenta argenti, & septingenti septuaginta quinque sicli. Item supra 35. cap. ubi ponuntur ea, quæ offerentibus ponitur quod aurum datum fuerit in oblatione: de argento autem non habetur, cum dicitur: Armillas, & inares, annulos, & dextralia, omne vas aureum in donaria dñi separatim est. Item patet hoc ex litera Hebraica, quæ hoc clarius ponit, solum aurum, quòd expensum fuit in opere sanctuarij, quòd oblatum est in donarijs fuit 29. talentorum, & siclorum triginta: argentum autem numerationis populi fuit centum centenarij, & mille septingenti septuaginta quinque sicli ad pondus sanctuarij. Patet ergo quod numeratio non extenditur ad aurum, sed ad argentum. Litera autem ipsa in hoc videtur defectisse, quia ponitur ibi dictio additiua, scilicet terea: cum dicitur. *Fuerunt præterea centum talenta argenti.* In quo innuitur quod aurum fuit talentorum 29. & siclorum triginta, & oblatum fuit ab his, qui ad numerum transeunt. Et præter hoc aurum adhuc fuerit argenti centum talenta, si autem non poneretur ista dictio præterea posset argentum referri ad numerationem, & conuenienter staret. sic igitur discordia superior abfoluenda est. Vbi nos dicimus. *Viginti nouem talentorum fuit.* In Hebræo habetur. *Viginti nouem centenarij fuit.* Dicit enim Rabbi Salomon, quod vnus centenarius continet sexaginta mnas de mnis sanctuarij. Et ille sicut dupte ad mnas vulgares: continet ergo centenarius 120. mnas vulgares. & mna continet siclos viginti. Et sic centenarius continet siclos tres mille. *Ad mensuram sanctuarij.* Id est ista talenta, & sicli computantur secundum pondera sanctuarij, quæ maiora erant. *Oblatum est autem.* Hic varietas est literæ nostræ ab Hebræa, quæ quare factum sit nescio, constat tamen male positum esse, quia ex hoc incidemus in omnia inconuenientia, quæ concludebantur ex argumentis supra positis: signat autem litera, quòd istud aurum oblatum fuit ab his, qui ad numerum transeunt. Sed falsum est, quia solum argentum fuit datum ex lege numerationis. Ideo litera Hebraica non tenet hic istum ordinem: sed dicit. *Argentum autem numerationis populi.* & cetera. ut supra dictum est. Si autem dicatur secundum literam nostram. *Oblatum est autem.* Non referas ad aurum, sed ad argentum, quia de illo verum est, quòd oblatum est, aut potius datum ex necessitate ab his, qui transeunt

ferunt ad numerum, licet littera nostra contrarium videatur innuere. *Ab his, qui transferunt ad numerum.* Aliqui dicebantur transire ad numerum, id est quod cum ante non computaretur, tanquam vnus de populo, quod iam incipiat vocari vnus de populo, & habeat nomen inter alios atque militiae ascribatur, scilicet vt sit iam ad ferendum arma: & patet hic, quia omnes qui transfabant ad numerum vocabantur viri armati, vt habetur hic in littera. *A viginti annis, & supra.* Ista aetas iam est apta, vt aliquis computetur inter viros, quia incipit esse robustus ad mouenda arma, & leuis ad omnem bellicam exercitationem. *De sexcentis tribus millibus quingentis quinquaginta armatorum.* Isti sunt, qui tunc erant in toto Israel computando a viginti annis, & supra. Et non computantur hic Aegyptij, quorum promiscuum vulgus multitudinis innumerabilis cum Hebraeis ascenderat, vt patet supra duodecimo cap. quia illi non faciebant populi cum Israelitis. Etiam non fuerunt hic computati Leuitae: quia ipsi ascripti erant ministerio sanctuarij, nec computabantur inter filios Israel, vt patet Num. primo cap. fuit autem hoc, quia ministerio Dei, & hominum negocia non erant ab eis expedienda: & patet hoc, quia hic dicitur quod omnes isti erant armati, id est viri bellatores, quod nullo modo ad tribum Leuiticam pertinebat. Computatio haec fuit facta anno primo exitus de Aegypto mense quinto in fine siue in principio mensis sexti, scilicet in fine Iulij, vel in principio Augusti: quia Hebraei menses incipiunt in Martio, vt patet supra duodecimo cap. Et apparet hoc, quia ista numeratio fuit facta, quoniam Moyses voluit incipere opus sanctuarij, sed istud inceptum fuit in fine mensis quinti, scilicet Iulij, aut in principio sexti, id est Augusti, ergo tunc fuit facta computatio ista. Patet hoc, quia ista computatio fuit facta, vt quilibet de numeratis daret medium siclum argenti ad opus sanctuarij, sed sanctuarium inceptum fabricari isto tempore, quia tunc fuit datum, & denuciatum mandatum de fabricando, ergo tunc fuit facta computatio ista. Quod autem tunc mandatum fuerit publicatum, & incepta fabricatio, patet, quia filij Israel venerunt in montem Sinai in prima die mensis tertij, vt patet supra 19. ca. & postea die sexta mensis fuit data lex: vt ibidem conclusum est, sequenti autem die ascendit Moyses in montem Sinai, & mansit ibi diebus quadraginta, vt patet supra 24. capi. iterum descendit de monte in die quadagesimo, & iste erat dies decimus septimus mensis quarti: & tunc facta vltione in cultores aurei vituli, & facta sequenti die, recessit rursus in montem: sed vtrum sequenti die an aliquo alio post, ignoratur: si enim immediate recesserit cum permanferit alijs quadraginta diebus in monte, vt declarauimus supra 32. & 34. capi. qui descensus erit necessarius ad die vigesimum septimum mensis quinti, scilicet Iulij, vel si aliqui dies fuerint interpositi inter vtraque; motus mansione, erit secundus descensus in principio mensis sexti, scilicet Augusti. & tunc quando descendit, cum primo vidisset eum principes multitudinis, & totus populus, venerunt ad eum, & ipse eis verba haec enarrauit, vt patet supra 35. cap. & tunc dicitur quod omnes obtulerunt: ergo tunc fieret ista computatio ad necessitates argenti pro opere sanctuarij.

An computatio Hebraeorum, quae habetur hic, & Num. primo fuerit eadem numero.

Q V A E S T I O. VI.

ALIA computatio fuit facta postea, de qua habetur Numeri primi capit. in qua totidem praecise,

vt hic reperti sunt, sexcenta & tria millia quingenta quinquaginta armatorum. Ex quo aliqui dicunt computationem hanc, & illam eandem fore, sed repetitam esse, vt multa in sacra scriptura repetuntur. Sed hoc non potest stare, quia istae computationes in diuersis temporibus factae sunt, ergo eadem non sunt. Patet quia ista computatio facta fuit primo anno exitus de Aegypto in fine quinti mensis, siue in principio sexti: illa autem numeratio, de qua habetur Num. primo capitu. habetur, quod fuerit facta anno secundo exitus de Aegypto mense secundo, prima die mensis eiusdem, scilicet in Aprili nostro, & sic inter vtraque computationem intercidit spatium mensium octo: est tamen idem numerus, quia in toto illo tempore non fuit aliquis, qui completeret annos viginti, vt computaretur in secunda numeratione, qui in prima numeratus non fuisset. Rabbi Salomon equat istos viros computatos ad numerum talentorum, & siclorum argenti dicens: quod vnus talentum, quod vocatur in Hebraeo vnus centenarius, continebat tria millia siclorum: centum igitur centenarij continet sexcenta millia dimidia siclorum. Item mille septingenti septuaginta quinque sicli faciunt tria millia quingenta, & quinquaginta dimidia siclorum: tot autem erant viri computati, vt patet in littera; sed culibet de computatis correspondet medium siclus, vt patet supra trigesimo capitu. ergo istud argentum totum, quod hic continetur fuit argentum numeratorum. *Fuerunt praeterea centum talenta argenti.* Secundum istam litteram erat sensus quod ea, quae supra posita sunt, scilicet viginti nouem talenta auri, & sicli septingenti triginta fuerunt data a transeuntibus ad numerum, & praeter ista omnia adhuc fuerunt centum talenta argenti, sed (vt dictum fuit) ista dictio (praeterea) confundit totum sensum, quia argentum est, quod fuit datum a transeuntibus ad numerum, & non aurum: si autem non poneretur, praeterea, posset extendi ad argentum. *Centum talenta.* In Hebraeo habetur. *Centum centenarij.* Sed idem est. *E quibus constare sunt bases sanctuarij.* Id est e quibus factae sunt: Constare proprie ad illos pertinet, qui aliquid faciunt opere fusorio: nulla enim funduntur, nisi prius liquefiant, nec liquefiunt, nisi consentur, scilicet quod igne accenso inflando liquefit metallum, & fiunt res artificiate in forma futura. Vel dicitur constare, id est componere accipiendo large. *Bases sanctuarij.* Vocantur bases sanctuarij, id est bases tabernaculi, quia accipitur strictim sanctuarium pro tabernaculo: nam non potest accipi hic pro atrio solo, vel pro tabernaculo cum atrio: nam non fuit facta aliqua de basibus atrij de argento, vt patet hic: sed omnes de ere erant, & si tunc erant ista talenta centum, ita bases centum ex illis factae sunt, vt patet infra. *Et introitus vbi velum pendet.* Id est bases quatuor columnarum distinguuntur sancta sanctorum, & aliam partem tabernaculi, non sufficit argentum istud numeratorum ad faciendam omnia, quae de argento fieri debebant in tabernaculo: nam plures bases erant in tabernaculo, quam hic ponantur: erant namque centum, & quinque: & hic solum ponitur de basibus centum. Quod patet, quia in latere meridiano tabernaculi erant tabulae viginti, & cuiuslibet tabulae supponebantur bases duae, vt patet supra vigesimo secundo, & trigesimo sexto capitul. & sic erant quadraginta argenteae bases. In latere autem septentrionali erant totidem tabulae, & totidem bases, quae faciebant octuaginta, in latere occidentali erant octo tabulae, sub quibus

Bases columnarum non erant aliter figuratae quam tabularum.

quibus erant sexdecim bases, & sic erant nonaginta sex, & deficiebant quatuor ad complendum centum, & istae erant quatuor bases columnarum, quae erant inter sancta sanctorum, & aliam partem tabernaculi. deficiebat ergo argentum pro quinque basibus argenteis, quae pronatae erant sub columnis quinque, quae erant in introitu tabernaculi, in quibus pendebat tentorium: & hoc quantum ad completionem eorum, quae erant de argento in opere tabernaculi: deficiebat tamen adhuc, vt aliqui volunt, pro opere atrij. Sed falsum est, quia ibi solum erant capita columnarum argentea, & celaturae columnarum: sed haec facta sunt de siclis septingentis septuaginta & quinque, vt dicitur in littera. Ex hoc loco habetur et contra id, quod aliqui existimant, scilicet quod bases columnarum fuerint aliter fabricatae, quam bases tabularum. scilicet quod bases tabularum fuerint acutae ad infingendum in terram, ne caderent: & bases columnarum fuerint amplae, & quadratae, aut rotundae, sicut nunc sunt bases columnarum aedificiorum modernorum, quae latiores sunt quam columnae, vt sic firmiter sedent. Et patet hoc, quia si bases columnarum essent angustae, & amplae vt dicitur, valde maiores essent ille quam bases columnarum, cum bases tabularum acutae sint: sed omnium basium tam columnarum, quam tabularum erat eadem quantitas, & pondus argenti, vt patet hic, scilicet singulis talentis per bases singulas supputatis, ergo erant eiusdem figure. Item non erat necesse, quod fierent bases columnarum illarum, sicut bases columnarum nostrarum, quia columna nostra pondus aedificiorum sustentant, & nisi supponerentur eis bases latiores, quae ipse sunt, infingeretur tunc magnitudine ponderis pressae, & faceret terram non potentem pendulum ferre pondus refugere, & impositum onus corrueret: columnae autem, quae erant in tabernaculo, vel in atrio sanctuarij, non habebant aliquid sibi impositum pondus: ideo non erat necesse aliquid latius eis supponi. Item non poterat esse quod istae bases columnarum essent amplae sub columnis, sed necessarium erat eas acutas esse sicut erant bases tabularum, quia super has nihil imponebatur ponderis, quod eas itare cogeret: necessarium erat ergo eas corruere, nisi aliquid sub eis esset, quod eas affixas teneret, cum nihil lateraliter eis adhereret. Dicendum igitur, quod bases columnarum erant acutae in modum pyramidum quadraticae terminatum ad acutam conum: & cum essent satis magne infigebantur firmiter terrae, & tenebant columnas immobiliter. *Centum bases factae sunt de talentis centum.* Erant centum bases, quae numeratae sunt, scilicet quadraginta in latere meridiano, & quadraginta in septentrionali, & sexdecim in occidentali, & quatuor inter sancta sanctorum, & reliquam tabernaculi partem. *Singulis talentis per bases singulas supputatis.* Id est quod in qualibet base erat vnus talentum argenti, in quo satis patet quod erant magne bases, aut talentum non erat magnum pondus. *De mille autem septingentis septuaginta quinque.* Hic non nominat quid fuerint haec, scilicet an fuerint talenta, vel sicli, aut aliquid alterum. Et tunc diceret aliquis quod ista fuerint talenta. Sed hoc non potest stare, quia nullo modo posset tantum argentum expendi in capitibus, & celaturis. Nec etiam litterae sufficerent ad dandum tantum argentum. Dicendum igitur, quod de siclis intelligitur, nam in pluribus bibliis fit hic nominatio expressa siclorum. Item quia supra positum fuit, quod fuerant centum talenta argenti, & septingenti, & septuaginta quinque sicli: sed de talentis dictum fuerat quid factum sit de eis: ergo dicendum erat hic de siclis argenti. Item satis apparet hoc, quia quot sicli ponebantur supra, tot ponunt hic: Alph. Tost. super Exodum

A ergo ad eosdem refertur. *Fecit capita columnarum.* Non poterat sufficere tam modicum argentum ad tot capita faciendam, & insuper ad vestiendum columnas argento: nam de hoc etiam columnae vestitae dicuntur, vt patet in littera. Dicendum igitur, quod ista capita columnarum fuerunt quidam vncinae affixi columnis: & isti soli erant argentei ad religandum cortinas, vel penderet ex illis: & quantum ad hoc facile est, quod illi vncinae paruae & graciles, columnae etiam satis paruae argenti impensa vestiri poterant faciendi virgas argenteas circumdantes columnas: igitur ex siclis mille septingentis septuaginta quinque satis fierent siccapita columnarum, & superueficerentur columnae. Aliqui autem volunt aliter hoc dici. scilicet quod capita columnarum essent argentea, non quidem quod purum esset argentum, quia non sufficeret saltem ad vnus capitulum columnae, cum isti sicli vix faciant dimidium talentum, & in qualibet base erat vnus talentum. sed erant capita argentea, id est recta laminis tenuibus argenti, vt totum argentum videretur. Sed adhuc ad hoc fabricandum forte vix sicli isti sufficerent. Dicendum igitur forte esset, quod capita columnarum auri fuerunt de argento puro, & fuerunt facta de istis siclis argenti, sed non totaliter, imò pars minima ex hoc argento factum est, sed fuit multum aliud superadditum ad operis completionem. Siquidem quare dicitur factum est, quod facta fuerunt capita columnarum, & vestitae columnae de siclis mille septingentis septuaginta quinque, cum fuerit hoc minima pars. Respondetur, quod ideo factum est, quia isti sicli pertinebant ad pecuniam datam ab illis, qui transferunt ad numerum, cum centum talentis supra positis: quia ergo dictum fuerat, in quo expensa fuerant illa talenta centum, dicendum erat in quo expensa fuerint mille septingenti septuaginta quinque sicli: & dicit quod isti expensi sunt in factura capitellorum, & vestitura columnarum: etiam si non sufficerent ad aequandum totum opus. Sic enim videtur superius de centum talentis argenti, quae ponebantur ad faciendum ea, quae de argento erant in toto opere tabernaculi, & tamen defecerunt bases columnarum quinque, quae erant in introitu tabernaculi, ideo oportuit poni argentum aliud, scilicet de eo, quod spontaneè offerrebat ad completendum hoc, scilicet quinque bases illas columnarum: ita hic positus istis siclis argenti in opere capitum columnarum, poneretur de argento spontaneè oblato totum quod deerat. *Quas, & ipsas vestituit argento.* Id est etiam columnas vestituit argento, non totaliter cooperiendo, sed opere celatoris, vt supra dictum est: & hoc erat quod fierent imagines planae argenteae de laminis, vel quod fierent virgulae circumdantes columnas. *Aeris quoque oblata sunt.* Aes non fuit datum ex lege numerationis, quia solum dabatur argentum a numeratis, sed offerrebat spontaneè, & computatum est postea quantum esset, & inuentum est continere septuaginta duo millia talenta, & quadringentos siclos. *Ex quibus fuisse sunt bases.* Id est factae sunt opere fusorio. Aut fuisse sunt, id est posita sunt. *In introitu tabernaculi vestimonia.* Erant ad introitum tabernaculi columnae quinque, & his supponebantur bases aeneae, & capita aurea. *Et altare aeneum.* Istud erat altare holocaustorum, quod vocabatur aeneum, non quod totum esset de aere, quia de lignis fecim factum fuit, vt patet in principio huius capi. sed quia totum erat coopertum aere. *Cum craticula sua.* Dicebatur craticula magna lamina aenea, & tenuis circumdans oia quatuor latera, & erat tota perforata, sicut cribrum, vel sicut rete: ideo vocatur supra retiaculum, siue in retis modum. *Omnia vasa, quae ad usum eius pertinent.* Siue pertineant mediate, siue immediate: quaedam namque

Capita columnarum, quid fuerint.

pertinent ad vsum altaris holocaustorum totaliter, quaedam autem solum mediata, immediata autem alia. Sunt enim quatuor genera vasorum, scilicet lebetes ad euacuandos cineres, vt patet supra 27. cap. sicut ad coquendas carnes, vt patet primo Reg. 2. cap. & forcipes ad disponendum ligna, & carbones in igne, & ad tollendum inde, & ponendum in aliis vasis. Snt etiam fuscinae, quae sunt instrumenta ad educendum carnes de ollis pro sacrificiis. Sunt etiam ignium receptacula, quae sunt instrumenta ad ponendum in eis prunas, & apponendum thymiam, vt ardeat super altare thymiamatum. Hec enim omnia erant de aere, quam ministratio altaris bannauit erat. *Bases atrij.* Id est columnarum atrij: erant enim in atrio columnae 60. scilicet 20. in latere meridiano, & totidem in septentrionali, & decem in orientali, in occidentali autem decem quoque, vt patet supra 27. & hic in litera. *Tam in circuitu, quam in ingressu eius.* Introitus dicebatur quoddam spatium habens columnas quatuor, & tentorium ante illas, per quod intrabatur ad atrium, reliquum autem spatium vocabatur circuitus tabernaculi, & in toto bases columnarum erant aeneae: ponitur autem specialiter tam de introitu, quam de circuitu: quia si non esset facta specialis mentio, putaretur quod aliquid speciale faciendum in introitu esset, cum ibi speciales cortinae ponerentur. *Paxilli tabernaculi atque atrij per gyrum.* Id est quod omnes pali parui, qui paxilli dicuntur, siue vt vulgariter accipiuntur vocantur pali, siue effugas, erant de aere ad figendum in terram, & religandum in eis funiculos cortinarum, & tentorium, vt vento impediendo, non disturbarentur. Et hi paxilli erant ad vsum tabernaculi, vt cortinae, & tentoria tabernaculi firmiter manerent. Etiam erant ad vsum atrij vt tentoria in circuitu totius atrij fixa manerent.

CAPITVLVM XXXIX.



Superhumerales sacerdotis.

De hyacintho vero, & purpura, vermiculo ac bysso fecit vestes, quibus indueretur Aaron, quando ministrabat in sanctis, sicut praecipit Dominus Moysi. Fecit igitur superhumerales de auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere polymitariorum. Inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila: vt possent torqueri cum priorum colorum subtegmine, dualque oras sibi inuicem copulatas in utroque latere summitatum, & baltheum ex eisdem coloribus, sicut praeeperat Dominus Moysi. Parauit & duos lapides onychinos, astrictos, & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria, nominibus filiorum Israel. Sex nomina in lapide vno, & sex in altero: iuxta ordinem natiuitatis eorum. Posuitque eos in lateribus superhumeralis in monumentum filiorum Israel, sicut praeeperat Dominus Moysi. Fecit, & rationa-

Fecit opere polymitariorum iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta: quadrangulum duplex, mensurae palmi. Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor: In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. In secundo carbunculus, saphyrus, & iaspis. In tertio ligurius, achates, & amethystus. In quarto chrysolitus, onychinus, & berillus, circumdati, & inclusi auro per ordines suos. Ipsique lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israel, singuli per nomina singulorum. Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem coherentes, de auro purissimo: & duos vncinos, totidemque anulos aureos. Porro annulos posuerunt in utroque latere rationalis ex quibus penderent duae catenae aureae, quas interuenerunt vncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant. Haec & ante, & retro ita conueniebant sibi, vt superhumerales, & rationale mutuo neckerentur, stricta ad baltheum, & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina ne laxa fluerent, & a se inuicem mouerentur, sicut praecipit Dominus Moysi. Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam, & capitium in superiori parte contra medium oramque per gyrum capitij textilem, deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta: & tintinabula de auro purissimo, quae posuerunt inter mala granata in extrema parte tunicae per gyrum: tintinabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex, quando ministerio fungebatur, sicut praecipit Dominus Moysi. Fecerunt tunicas byssinas opere textili Aaron, & filiis eius: & mitras cum coronulis suis ex bysso, feminalia quoque linea, byssina: cingulum vero de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo, distinctum arte plumaria, sicut praeeperat Dominus Moysi. Fecerunt & laminam sacrae uenerationis de auro purissimo, scripseruntque in eo opere gemmario, sanctum Domini: & strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, sicut praeeperat Dominus Moysi.

Rationalis sacerdotis.

Tunica sacerdotis.

Lamina aurea.

Tetragrammaton.

De

De hyacintho. Descriptio vasorum apparatu vario, hic agitur de vestibus ministracionis in sacerdotio. Et diuiditur in duas partes, primò agitur de sacerdotilibus vestimentis, secundo de completionem totius operis ibidem. *Perfectum est igitur.* Prima in tot partes, quot sunt vestimenta, & ubi incipiant satis patet. Circa primum. *De hyacintho, & purpura.* Hic ponitur materia omnium inferiorum, & postea subditur artificium, & ponuntur hic quatuor genera florum, quae communia sunt, & ponebantur in omnibus ferè apparamentis filiorum sanctuarij, vt patet ex superioribus: quid autem ista fila sint satis patet. *Vermiculo ac bysso.* Vermiculus est paruus vermis, & signat fila, quae sunt valde rubra, quem vocabimus supra coccum bis tinctum; byssus est genus lini tenuissimi, atque candidissimi. *Fecit vestes.* Scilicet Beseleel, qui erat artifex totius operis. *Vestes, quibus indueretur Aaron.* Erant enim nouem, siue decem, vt computat Iosephus, siue ornamenta, siue vestes, quibus Aaron induebatur ad ministrandum, vt patet supra 28. cap. & hic. Et non solum fecit iste vestes pro Aaron, sed etiam vestes pro filiis suis: habebat enim quilibet filiorum suorum feminalia sacerdotalia, & tunicam byssinam, & baltheum, & cydarim, quae erant ad ornatum eorum cum ministrarent. *Quando ministrabat in sanctis.* Id est quando sebat ministratio in sanctuario, siue ministraret ante altare holocaustorum in atrio faciendis sacrificiis, siue in tabernaculo adolendo thymiam, vel incedendo lucernas, aut intrando in sancta sanctorum. Cum autem esset extra sanctuarium, non induebatur his vestibus, aut aliqua earum, vel etiam si esset intra sanctuarium, & non faceret aliquam ministracionem, non induebatur his vestibus. *Sicut praecipit dominus Moysi.* Quia ipse mandauit Moysi, vt faceret vestes sanctas in gloriam, & decorem, quibus indutus ministraret, siue sacerdotio fungeretur, vt patet supra 28. cap. *Fecit igitur superhumerales.*

Superhumerales Sacerdotis quid erat.

QVAESTIO PRIMA.

Superhumerales erat quoddam ornamentum summi Pontificis, quod ab humeris superhumerales dicebatur, quoniam super humeros ponebatur sacerdotis: pendens ante, & retro. De materia huius satis notum est in litera, sed de figura apud multos dubitatum est, quorum modum posuimus supra 28. ca. ideo non oportet hic repeti. Erat igitur superhumerales longum, & latum inaequaliter, scilicet quadrangulum altera parte longius: erat autem latitudo eius, vt attingeret ab humero ad humerum, longitudo erat tanta, vt aequaliter pendens ante & retro, scilicet super pectus, & scapulas tangeret ex utraque parte zonam, vt posset ligari Baltheo, qui erat Zona. Habebat autem istud superhumerales in parte illa, quae super pectus erat, quoddam foramen magnum quadratum ad mensuram palmi, tam in longitudine, quam in latitudine, & in illa ponebatur quidam pannus eiusdem mensurae, qui vocabatur rationale, ligatus vncinis, & catenulis, atque vittis hyacinthinis: ita quod rationale, & superhumerales vnusquodque esse viderentur, & a se nullatenus disiungerentur. *De auro.* Aliqui volunt, quod accipiuntur hic fila aurea, sicut communiter accipiuntur in aliquibus vestimentis praeciosis nostri temporis, in quibus sunt fila Sericea, & desuper auro tecta sunt, vt aurum purum esse videatur: hic tamen non fuit sic, quia nullum filum erat, sed purum aurum, quia extenuauit Beseleel artificiosè laminas in fila, ita vt possent torqueri cum subtegmine aliorum filorum. *Hyacintho, & purpura.* Ili duo colores florum noti sunt ex sapradictis. *Cocco bis tincto.* Id est ex sericeo

Avalde rubeo, quod ita intensi coloris erat, vt videretur bis tinctum, licet semel solum tinctum esset. Vel forte quoddam faciendum colorem valde intensum esset bis tinctus cocco, scilicet pannus ille coccineus. *Et bysso retorta.* Retorquebatur byssus, vt esset firmior, quia fila eius erant delicata. Etiam quia debebant poni, vt ita men ceterorum filorum, & alia subtegebantur. *Opere polymitariorum.* scilicet opere textili, ita quod imagines, vel flores in vna parte facti, in alia apparerent. *Inciditque bracteas aureas.* Vocantur bracteae aureae virgulae delicatae, & ex his faciebatur fila aurea ad torquendum cum aliis filis. *Et extenuauit in fila.* id est fecit illas bracteas ita tenues, vt fila essent, ita delicatas, sicut fila hyacinthina, aut coccinea, & sic de ceteris: erat enim satis magna subtilitas, vt aurum quod solidum erat, ita attenuaretur, vt plicaretur sicut tenuissima fila, nec tamen frangeretur. *Vt possent torqueri.* Licet esset satis facile facere fila de auro, quae essent grossa, sicut sunt fila ex aere ad aliquas necessitates, quod tamen illa essent tenuissima, vt fila hyacinthina, aut coccinea, erat satis difficile, maxime quia faciliter illa torqueretur cum aliis filis, & planarentur. *Cum priorum filorum subtegmine.* Strame erat hic byssus retorta: alia fila, scilicet purpurea, hyacinthina, atque coccinea erant subtegmine, quod a subtegendo dicitur, quia supra & infra textitur: tamen vero a stando dicitur, quia tenditur in longum, & iacet, nec emittitur sub & supra sicut subtegmine. Aurum autem, quod hic intexebatur, comparatur cum subtegmine, quia erat, sicut vnum de alijs filis: hoc autem est quantum ad materiam superhumeralis, in quo appareret illud esse de nobilioribus vestibus, quia nulla vestis perfectiora materiam habebat. Vnde volunt Iudaei quidam, quod sacerdos magnus raro Ephod, siue superhumerales, & rationale assumeret: dicunt enim, quod Aaron, aut quilibet alius sacerdos magnus intra bat semel in anno in sancta sanctorum, & tunc vt ornatus valde esset accipiebat omnia ista ornamenta. Cum autem ministraturus esset in alijs locis, solum accipiebat quatuor priora, scilicet feminalia, tunicam byssinam, cydarim, & baltheum, reliquis alijs quinque, scilicet tunica hyacinthina, & lamina aurea, & mitra hyacinthina, & rationali, atque superhumerali, & hoc nisi consulere vellet dominum, quia tunc oportebat assumere rationale, & superhumerales iuxta illud 1. Reg. 23. cap. quando mandabat Dauid sacerdoti Abiathar, vt applicaret Ephod ad consulendum Deum, vtrū viri Ceia traderent eum Sauli. Sed ista falsa sunt, quia sacerdotes magni quando consecrabantur, induebantur omnibus vestibus illis sacris per dies septem, vt patet supra 29. capit. Etiam cum sacerdos magnus haberet vestes distinctas à vestibus minorum sacerdotum, videtur dicendum, quod ipse in ministerijs vteretur eis, alijs non videretur distinctio in vestibus eorum. Item lamina sacerdotalis erat semper in fronte sua quantum ad omnia ministeria communia, & ista erat de alijs quinque ornamentis: ergo non solum vtebatur his, sed etiam alijs. Patet antecedens supra 28. cap. cum dicitur: Erat autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit ei dominus. Item quando dicunt, quod istis noue vestibus vtebatur sacerdos magnus, cum introibat in sancta sanctorum, falsum est, quia Leui. 16. capit. cum de introitu in sancta sanctorum agitur, dicitur: Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verecunda celabit, accingetur zona linea, cydarim lineam imponet capiti: haec enim vestimenta sunt sancta, quibus cunctis cum lotus fuerit induetur: est igitur ex opposito totum, quod dicunt, quia in alijs quotidianis ministracionibus, aut saltem frequenter sacerdos magnus vtebatur omnibus vestimentis, cum autem semel in anno ingressurus esset in sancta sanctorum, solum quatuor ornamenta

Raro summus sacerdos veteris testamenti Ephod assu-mebat.

istorum

istorum assumebat: de his etiam diximus supra 28. ca. Fundamentum autem istorum erat, quia vestes istę erant preciose propter honorem ministeriorum, quę in eis gerebat Porifex, & locorum sacrorum, in quibus erat: sed cum intrabat in sancta sanctorum, erat in loco per sectissimo, ergo debebat habere preciosissimas vestes. Hoc autem fundamentum deficit, quia debent vestes concordare temporibus, & habitudini indutorum: sed cum summus sacerdos intrabat in sancta sanctorum, ingrediebatur gemens, & afflicto corde pro peccatis suis, & totius populi, timēque ne forte Deus eum aliquibus exigentibus peccatis occideret, ideo non conueniebāt ei vestes exultationis, & ornatus magni, sed potius vestimenta indicatā angustiam eius, & deiectionem ab honore cōsueti, sicut nos in diebus festiuitatū, quę sunt representatiuę angustię, vestibus coloris nigri induimur, vt in tempore passionis. Dicitur autē de materia superhumeralis, hic agit de figura eius, & modo se habendi ad rationale. *Duasque oras sibi inuicem copulatas habebit. Ora sine aspiratione signat extremitatem, vel regionem, sicut ait Ebrardus.*

Figura superhumeralis.

Aspires horam tibi tempus significabit. Quod si non aspiret dabit lumbum, & regionem.

Hic autem accipitur pro extremitate, scilicet quod duę extremitates inuicem copulatę esse debebant: erat autem istę duę extremitates ipsius superhumeralis, ita quod vna alteri religaretur. Fiebat autem ista copulatio sic, quia erat istud superhumeralis ex vtraque parte pendens vsque ad zonam, & erat latum, ita vt pertingeret ab humero vsque ad humerum. In parte autem illa, quę erat sub brachijs sacerdotis, scilicet in lateribus eius, pars pendens posterius, id est sup dorsum ligabatur parti anteriori, id est parti pendenti superpectus, & fiebat ista copulatio, quibusdam nodis, siue condylis aureis, & in alio latere sub altero brachio fiebat alia similis replicatio, ita vt esset superhumeralis, quasi dyplaxis in vtroque latere condylis habens, & non in parte anteriori: & sic stringebatur, vt coaptaretur corpori sacerdotis magni. Alij autem, qui ponebant superhumeralis solum pendere in parte posteriori ab humero vsque ad zonam, ponunt quosdam modos varios huius copulationis, de quibus dictum fuit supra 28. cap. *In vtroque latere summitatum.* Id est in summitatibus vtriusque lateris: istud non est latus sacerdotis, sed latus vestis illius, quia cum penderet ab humero superpectus, & super dorsum, fiebat quatuor latera in veste hac secundum quatuor extremitates suas pendentes ad latera sacerdotis: nam in latere dextro sacerdotis erant duo latera superhumeralis, scilicet vnum latus in parte retro pendente, & aliud latus in parte ante pendente, & ista duo latera iungebantur in summitatibus suis, scilicet in extremitatibus sub brachio dextro sacerdotis a supra vsque deorsum quibusdam condylis. In latere autem sinistro sacerdotis erant duo latera sinistra illius vestis, scilicet anterioris, & posterioris, & copulabantur in extremitatibus suis, sicut dictum est de alijs duobus. *Et Baltheum ex eisdem coloribus.* Scilicet ex bysso retorta tãquam stamine, & filis auri, & coccineis purpureis, atque hyacinthinis. Erat autem Baltheus cingulum, quod in latitudine forte erat digitorū quatuor, vt quidam volunt, & textum ex filis omnibus supradictis, quo sacerdos cingebatur, & stringebat superhumeralis ante, & retro. Erat autem factus Baltheus opere plumario, vt patet 28. cap. scilicet opere acus, vt flores, vel imagines factę ex vna parte, ex alia apparent. *Sicut pręceperat dominus Moysi.* Id est Deus mandauit Moysi, quod faceret Baltheum, & quod faceret ex eisdem coloribus, ex quibus superhumeralis erat: de quibus supra 28. cap. Ex hoc autem forte alicui vide-

Baltheus summi sacerdotis.

retur, quod non scripsit ista Moyses, quia hic fit mētio de ipso, sicut de tertia persona. Si autem ipse scriberet nominaret se in prima persona. Respondetur, quod hoc nihil agit, quia frequentissimę Moyses in omnibus alijs libris loquitur de seipso tanquam de alia persona. Et causa huius est, quia ipse ponitur hic, vt historiographus, & non vt concionator, vel vt dirigēs sermonem ad populum: sic etiam facit Beatus Ioannes in fine Euangelij sui, vbi loquitur de seipso in tertia persona dicens: Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his: & scimus, quia testimonium eius verum est. *Parauit & duos lapides onychinos.* Erant duo lapides onychini magni, qui ponebantur in duobus lateribus super duos humeros sacerdotis, & in quolibet eorū erāt nomina sex filiorum in Israel sculpta, & hi includebantur auro, vt non caderent: hec autem inclusio erat paratio onychinorum. *Astrictos & inclusos auro.* Astricti dicuntur, quia erant firmiter infixi intra aliquam auream incastraturam, & clausi, quia in illa clauderentur: non quidem totaliter, sed quantum ad aliquam partē, ita vt esset superficies lapidis eminens, in qua sculperentur nomina filiorum Israel. *Et sculptos arte gemmaria.* Sculpte est cauare: isti autem lapides sculpti dicebantur, quia cauabantur ad faciendum in eis literas, & nō scribebantur super lapides literę ex incausto, quia non possent insigi, nec manerent. Cum autem cauaretur lapides ad figuram literarum, ponebatur intra concauitates aliquis color inherens, vt sic literarum imagines redderentur apparentes. *Arte gemmaria.* Vocatur ars gemmaria ars sculpendi, & includendi gemmas. *Nominibus filiorum Israel.* Id est quia in illis lapidibus sculptantur nomina filiorum Israel, in vno lapide sex, & in alio totidem: ista autem nomina ponebantur ad memoriam, vt essent coram domino memoriale filiorū Israel, scilicet quod quando videret illos Deus recordaretur filiorum Israel, vt patet supra 28. cap. & ibi declaratum est. *Posuitque eos in lateribus superhumeralis.* Erat factum superhumeralis in figura quadranguli altera parte longioris. Et quia quadrangulus habet quatuor lineas claudētes, quatuor quilibet vocatur latus: ita oēs quatuor extremitates lineę huius superhumeralis tam terminātes longitudinem, quam latitudinem vocantur latera: loquendo secundum modum geometricum: vulgares tamē aliter nominant: hic autem denominantur latera nō omnes illę extremitates, sed solum illę, quę veniebant super humeros, & latera sacerdotis, & in his duobus lateribus ponebantur duo lapides onychini, vt imminerent duobus humeris sacerdotis. *In monumentum filiorum Israel.* Id est in memoria: dicitur monumentum quasi monens mentem a monendo, quia illi lapides erant ita positi, quod monerēt Deum ad memorandum filiorum Israel. *Qualiter autem Deus per lapides reduceretur in memoriam, vel vtrum in memoriam reduceretur, dictum fuit supra 28. cap. Sicut pręceperat dominus Moysi.* Sic enim mandauerat Deus Moysi, vt fieret, sicut habetur supra 28. ca. *Fecit & rationale.* Istud est secundum ornamentum sacerdotale, quod vocatur Latine rationale, quia in eo ratio, id est responsio dabatur eorum, quę querebant. Nam cum in conspectu illius sacerdos magnus inquireret, vel aliquis alius, respondebatur veritas. De modo autem, per quem fiebat ista interrogatio an verbo, vel scripro, aut aliis dictum fuit latē supra 28. cap. ponebatur namque in isto doctrina, & veritas secundum quam responsio acquisita reddebatur: vocatur autem Gręcę logion: quia logos sermo est, lexis ratio. Vnde logion descendere pot. Etiam logos in Gręcō multa signat, scilicet verbum, & rationem, & supputationē, & causam vniuersaliū; rei, per quam singula existunt, vt ait Ieronimus in Epistola ad Paulinum, quę est primus prolo-

Rationale summi sacerdotis.

Logos multa signat in Gręcō.

prologus super Bibliam in cap. 4. Hebręcę autem vocabatur pectorale, scilicet a loco, in quo ponebatur. Nam vt dictum fuit supra, superhumeralis erat secundum longitudinē pendens ab humeris, & tegens partes posteriores ab humeris & deorsum vsque ad zonā, & in parte anteriori vsque ad zonam, in parte autem anteriori super pectus erat quoddam foramen, in quo ponebatur: erat autem foramen quadratum, in longitudine palmi mensuram obtinens, & tantundem in latitudine: in quo ponebatur rationale, quod erant quadratum, & huius latitudinis, atque longitudinis. Materia autem huius erat eadem, quę erat materia superhumeralis, scilicet bysso retorta per stamine, & fila aurea, & hyacinthina purpurea, atque coccinea pro subtegmine. De fabricatura autem huius, & causa eius, & officio, singulisq; alijs supra 28. cap. latē dictum est. *Opere polymito.* Id est quod erat factum per texturam, & ibi erant flores, aut alię imagines, quę ex vtraque parte apparebant. *Iuxta opus superhumeralis.* Id est sicut erat factū superhumeralis, & potest hoc referri, vel ad inferiora, aut ad superiora. Ad superiora, vt dicatur, quod sicut factum fuit superhumeralis opere polymitatio, ita fiat rationale opere polymito. Vel referri potest ad inferiora, scilicet ad materiam, ita quod sicut factū fuit superhumeralis ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso, ita fiat rationale. *Ex auro, hyacintho.* Id est ex filis auri, quę erant purum aurum, quę Bezeleel extenuauerat bractęas aureas in fila: ita vt cum alijs torqueri possent, vt patet supra de alijs filiis: patet qualiter intexerentur. *Quadrangulum.* Signat quadrangulum loquēdo proprię figurę quadrilateram altera parte longiorem, quadratum signat figurę quadrilateram inæqualium: rationale autem erat æqualiū laterum, cum vtrobique haberet palmum, ideo quadratum dici debet, & non quadrangulum, sed accipitur quadrangulū pro omni figurę quadrilatera, siue æqualium, siue inæqualium laterum. *Duplex.* Id est duplicatum, scilicet quod haberet duos pannos, in quo erat specialius, quā in superhumerali, quia superhumeralis simplex pannus erat. Ratio huius erat, quia lapides duodecim erāt in hoc rationale, & erant aliquāti ponderis, nē ergo facilius rumpere tur ponebātur duo panni. Alia ratio erat, quia vt dicebatur supra 28. cap. intra rationale ponebantur alię laminę aureę inscriptę nominibus Dei, & continebantur intra duorum pannorum plicaturam. *Mensura palmi.* Tantum erat foramen in pectore superhumeralis, in quo ponebatur rationale, & non erat maius rationale, quia satis hoc sufficiebat ad ponendum in superficie eius duodecim lapides preciosos in quatuor ordinibus, & ad ponendum interius laminas aliquas aureas, si ponendę erant. *Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor.* Gemma est nomen generale ad lapides preciosos: ponebantur autē isti lapides inclusi auro quantum ad aliquam partem, vt non caderent. Erant isti lapides ordinati in quatuor versibus. *In primo versu erat sardius.* Ordinabantur isti lapides ad continendum nomina filiorum Israel, & erant sculpti lapides secundum ordinem natiuitatis filiorum Israel: quia autem Ruben erat primogenitus secundum carnem, erat nomen suum sculptum in lapide sardio. De proprietatibus autem lapidum istorū duodecim dictum fuit supra 28. cap. *Topazius.* In hoc erat positum nomen Simeon. *Smaragdus.* In hoc erat positum nomen Levi. *In secundo.* Scilicet in ordine secundo, siue versu. *Carbunculus.* In hoc erat sculptum nomen Iudę, quod erat ex quatuor filiis Lię. *Saphyrus.* In hoc erat scriptum nomen Dan, qui fuit primus filius Balę, vt patet Gen. 30. cap. *Iaspis.* In hoc erat nomen Nephthali, qui erat filius secundus Balę. *In tertio.* Scilicet ordine, vel versu. *Ligurius.* In hoc erat scriptum

Duodecim lapides, qui ponebantur in rationali.

nomen Isachar, qui erat quintus filius Lię. *Achates.* In hoc erat nomen Zabulon scriptum, qui erat sextus filius Lię. *Ametystus.* In hoc erat scriptum nomen Gad, qui fuit primus filius Zelphę, vt patet Gen. 30. ca. *In quarto Chrysolitus.* Scilicet in quarto ordine. *Chrysolitus.* In hoc erat scriptum nomen Aser, qui erat secundus filius Zelphę. *Onychinus.* In isto erat scriptum nomen Ioseph, qui erat primus filius Rachelis. *Berillus.* In hoc erat sculptum nomen Beniamin, quod erat secundus filius Rachelis. *Inclusi auro per ordines suos.* Id est oēs isti erant positi in auro, ne caderent. Et hoc per ordines suos, id est quod lapides illi primi erant in quibus primō ponebantur nomina primogenitorū incipiendo a Ruben: sic patet supra 28. cap. *Ipsi duodecim lapides.* Quos hucusque nos recitauimus in litera. *Sculpti erant nominibus filiorum Israel.* Id est in gemmis erant sculpta nomina filiorum Israel, & nihil aliud. Causa autem huius sculpturę erat, quia in duobus onychinis existētib; in humeris superhumeralis, scilicet vt esset memoria illorum coram domino. *Singuli per nomina singulorum.* Id est quilibet lapis continebat nomen vnius filij Israel, & in hoc differebant isti lapides a duobus onychinis superhumeralis, quia in quolibet illorum erant sex nomina, in quolibet autem horum erat vnū solum nomē. *Fecerunt.* Scilicet Bezeleel, & Ooliab alijque artifices. *In rationali.* Scilicet in parte superiori rationalis: nam catenulę hęc erant in iunctura superioris rationalis, & superhumeralis. *Catenulas sibi inuicem coherentes.* Non est accipiendum, quod fierent duę catenulę, & vna alteri iungeretur, quia nihil hoc proficeret, cum catenę semper sint ad tenendum aliqd. Etiam quia non videtur quomodo vnirentur catenę istę inter se, sed vocantur hic catenulę non ipse catenę factę ex multis nexibus, quia tunc esset inconueniens supra assignatum, sed catenulę dicuntur nexes, ex quibus catenę fiunt, & de istis verum est, quod catenę efficiebatur inuicem coherentes, id est quod vnus nexus alteri cohereret, & alius alteri, & sic catenę fierent. Erant autem istę duę catenulę in duabus extremitatibus rationalis: habebat namque rationale latera quatuor, & angulos totidem, cum esset quadratum mensurę palmi obtinens, vt patet supra, & iungebantur ista quatuor latera quatuor lateribus superhumeralis, & quatuor anguli quatuor angulis: catenę autem istę erant apud duos angulos rationalis, & erant isti anguli in parte superiori rationalis versus caput sacerdotis, & non erant anguli inferiores in iunctura inferiori circa zonam. De auro erant istę catenulę, & adharebant rationali per duos annulos, qui erant insuti duabus extremitatibus rationalis apud angulos, & coniungebantur superhumerali in duobus vncinis alligatis superhumerali in parte superiori versus caput sacerdotis, & sic manebat pendens rationale a superhumerali. *De auro purissimo.* Ita quod nihil alterius metalli erat in catenulis. *Et duos vncinos.* Vncini sunt instrumenta curua ad alligandum facta, vt curuitate sua quod apprehenderint teneant, nē labatur. *Totidemque annulos.* Non erant annuli isti & vncini in eodem: sed annuli erant in rationali, & vncini in superhumerali, sicut patet ex litera sequenti, scilicet, porro annulos posuerunt in vtroque latere rationalis, vncini autē non erant in rationali: sed in superhumerali, & ad eos copulabantur catenę. *Porro annulos posuerunt.* Scilicet isti artifices. *In vtroque latere rationalis.* Scilicet apud duos angulos in latere superiori, & erant isti annuli concatenati catenulis: nam sicut vnus nexus catenę alteri connectitur, ita ille annulus iungebatur primo nexui catenę, & sicut in vtraque catena fiebat ille annulus in primo nexu catenę colligatus, & infuebatur annulus superficie rationalis, vt maneret, & catena pendeat ab annulo. *E quibus.* Id est a quibus, quia

quia est prepositio signans id quod ex, vel à. *Pendentur duæ catenæ.* Scilicet quod esset annulus positus immobiliter in rationali: catenæ autem deriuatæ ex annulis tanquam à primo nexu essent mobiles pendentes ab annulis. *Quas inservierunt vncinis.* Erant vncini insiti superhumerali versus caput sacerdotis, & catenæ positæ in rationali pendentes ab annulis eleuabantur, & extremus nexus cuiuslibet catenæ ponebatur in vno vncino, vt sic se tenerent firmiter rationale & superhumeralis. *Qui in superhumeralis angulis eminebant.* Id est quod isti vncini erant positi in angulis superhumeralis. Habebat superhumeralis quatuor angulos, non tamen accipiuntur isti anguli pro extremitatibus extrinsecis superhumeralis, quia omnes istæ extremitates perueniebant vsque ad zonam, & ibi stringebatur Baltheo superhumeralis ex vtraque parte, scilicet tam ex anteriori, quam ex posteriori, ibi autem nullo modo poterat copulari rationale superhumerali, nec villo modo proderat si copularetur, sed vocantur anguli superhumeralis anguli facti in ipso superhumerali interiori, quia (vt dictum est) pendebat superhumeralis ab humeris per scapulas vsque ad zonam, & in parte anteriori ab humeris super pectus vsq; ad zonam. In hac autem parte anteriori erat quoddam foramen factum, magnitudinem palmarum tam in longitudine, quam in latitudine continens, & erat quadratum, in quo poneretur rationale: necessarii ergo habebat ibi superhumeralis quatuor latera claudientia illam figuram, & quatuor angulos: in duobus autem angulis horum, scilicet apud eos erant duo vncini, in quibus catenæ inserebantur, & isti anguli superhumeralis erant duo anguli superiores versus caput, & non duo inferiores versus zonam: in his autem duobus, qui apud zonam erant non ponebantur catenulæ, sed annuli tam in rationali, quam in superhumerali copulati vitta hyacinthina, in quo anguli duo superiores abundabant ab inferioribus, quia in angulis superioribus tam rationalis, quam superhumeralis erant due copulaturæ, scilicet per annulos, & catenas aureas, alia erat per annulos, & vittas hyacinthinas: in inferioribus angulis tam rationalis, quam superhumeralis ponebatur ligatura vnica, scilicet per annulos, & vittam hyacinthinam. Hæc autem plenius, & clarius habentur supra 28. cap. tam in litera, quam in expositione. *Hæc ante & retro.* Hoc demonstrat superhumeralis, & rationale, quæ copulata erant. *Ante & retro.* Id est in parte superiori, & inferiori. Pars superior vocatur ante, & pars inferior vocatur retro. *Ita conueniebant sibi.* Id est iungebantur inter se. *Vt superhumeralis, & rationale mutuo netherentur.* Id est ista conueniebant ita artificiosè, quod coniuncta erant rationale, & superhumeralis inter se. *Stricta ad Baltheum.* Id est etiam Baltheus stringebat ista. Erat Baltheus cingulum factum ex multis coloribus filorum, & cingebatur super rationale, & superhumeralis, atque faciebat ea firmiter manere: nam aliàs non essent ita firma. *Et annulis fortius copulata.* Id est quod rationale, & superhumeralis iungebantur mediatis annulis, quia in annulis ponebantur catenulæ, vel vittæ hyacinthina, & his ligabantur. *Quos iungebat vitta hyacinthina.* Erant quatuor annuli positi in rationali circa quatuor angulos eius, correspondentes quatuor annulis positis in superhumerali circa quatuor angulos eius, & inter hos annulos erant vittæ hyacinthina ad eos mutuo copulandæ. *Nè laxa fluerent.* Quia si solum fuissent catenulæ in parte superiori, vbi ponebantur, solum non disiungeretur totaliter rationale à superhumerali, quia ibi tenerentur: tamen fluerent ab inuicem, quia pars inferior rationalis disiungeretur à parte inferiori superhumeralis, & sic incepta posita essent: vittæ autem hyacinthina vtrouique posite faciebant firmiter teneri rationale

cum superhumerali, & sic non possent laxè fluere. *Et à se inuicem mouerentur.* Id est ne extremitas vnius moueretur ab extremitate alterius, & appareret foramen, & rugaretur alterum eorum, quod erat inhonestè aperiri. *Sicut præcepit dominus Moysi.* Id est quod istum modum fabricationis dixit Deus ad Moysen, vt patet supra 28. cap. *Fecerunt quoque.* Hic ponitur tertium pontificale ornamētum, scilicet tunica tota hyacinthina. *Tunicam superhumeralis.* Vocatur tunica superhumeralis, quia super eam ponebatur humerale immediatè. *Totam hyacinthinam.* Non enim erat in hac tunica aliquid de auro, aut purpura, vel bysso, vel cocco bis tincto, sicut erat de rationali, vel superhumerali, aut Baltheo. *Et capitium in superiori parte eius.* Dicitur capitium à capite locus, per quem caput immittitur. Ista vestis hyacinthina videbatur esse ampla, quasi de vno panno integro facta esset, & fiebat in ea foramen illud per quod caput immitteretur: sed de figura eius magis supra 28. capit. dictum est. *Contra medium.* In medio vestis erat capitium, quia si tenderetur vestis per planiciem, esset quasi circulus, & ductis lineis semidiametralibus, peruenirent omnes ad locum illum, in quo fiebat capitium. Et hoc erat esse in medio vestis. Et dato quod sic non posset tendi vestis: si tamen penderet ab humeris deorsum, & tantum penderet ante sicut retro, necessarii erant medium locus capitij. *Oramque.* Id est extremitatem. *Per gyrum capitij textilem.* In gyro capitij ne faciliter rumperebatur, ponebatur quædam extremitas de panno, sicut solet fieri in vestibus, nè facile rumpantur: de quo supra 28. cap. Ista ora, siue extremitas erat textilis, scilicet per se texta, & fortiter se habens, vt non rumperebatur faciliter. *Deorsum autem ad pedes.* Id est in extremitate vestis, quæ est apud pedes. *Mala punica ex hyacintho.* Dicebantur mala punica quædam rotunda facta de filis diuersorum colorum. Et vocantur mala punica, quia erant in similitudinem malorum puniceorum. *Ex hyacintho, & purpura.* Quatuor genera florum ponebantur in eis ad pulchram varietatem. *Ac vintinabula de auro mundissimo.* Ista erant vera tintinabula, quia tintinabula erant tres artificiatæ metallinæ. *Quæ posuerat inter malogranata.* Quia ponebatur vnum malogranatum deinde vnum tintinabulum, & sic successiuè, vocantur autem ista malogranata, & mala punica. Mala punica dicuntur à terra, in qua nascuntur, quasi mala Africana: nam malum nomen generale est ad fructus rotundos vno modo accipiendos malum. Punicum Africanum est. Inde dicuntur bella punica, vt patet in Catione. Et vocantur sic, quia ista poma in Africa primo nata sunt, aut ab hominibus visa sunt. Vocantur malogranata ab eo, quod sunt quasi mala habentia grana: nam nullus fructus est, qui ita totaliter consistat in granis, sicut iste: totus enim grana est. *In extrema parte tunica per gyrum.* Id est in ora vestis huius inferiori apud pedes, & hoc per gyrum, scilicet in toto circuitu vestis, ita quod non putetur solum in parte posteriori, aut anteriori esse, sed in omnibus. *Tintinabulum aureum, & malum punicum.* Non est sensus, quod tintinabulum esset aureum, & malum punicum esset aureum, quia malum punicum erat de hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & bysso retorta, vt patet supra: sed dicitur, quod tintinabulum esset aureum, & malum punicum, id est quod poneretur vnum tintinabulum aureum, & post eum poneretur malum punicum. *Quibus ornatus incedebat sacerdos.* Scilicet sacerdos magnus, nam ad minores sacerdotes non pertinebant talia ornamenta. *Alia litera habet.* *Quibus ornatus incedebat Pontifex.* Et ista communius habetur, atque clarior est, signatque solum sacerdotem magnum quando ministerio fungebatur, & non applicabatur ad aliquod speciale genus ministerij: ergo intelligitur quodocumque mini-

Mala punica vnde dicantur.

ministraret. Et non sicut volebant Hebræi quidam, scilicet quando intraret in sancta sanctorum: nam (vt supra probatum est) cum intrabat in sancta sanctorum non induebatur illa veste, sed solum vestibus lineis quatuor, vt ponitur Leuit. 16. cap.

Quare in ora vestis sacerdotalis mala punica ponebantur.

Q V A E S T I O . II.

Q V A R E autem in ora vestis huius ponerentur mala punica. Respondetur, quod fiebat ad pulchritudinem. Si quæras quare ponantur tintinabula. Respondetur, quod erant, vt audiretur sonitus eius cum intraret coram domino, vt patet supra 28. ca. sed quid proficeret ille sonus, vel quomodo, aut à quo audiretur supra 28. capit. declaratum est. *Fecerunt & tunicas byssinas.* Omnes vestes supra positæ præter Baltheum pertinebant ad solum sacerdotem magnum. Hic interferuntur aliæ, quæ ad minores sacerdotes etiam pertinent. Est enim ista generalis regula, quod omnes vestes pertinentes ad sacerdotes minores pertinent ad maiores etiam, & non è contrario: vestes autem quædam sunt, quæ solis summis sacerdotibus conueniunt: de quibus supra in litera dictum est, & infra dicitur. *Tunicas byssinas.* Id est tunicas factas de bysso: alibi autem vocantur tunica lineæ, vt patet supra 28. cap. Et verum est, quia byssus genus lini est. *Opere textile.* Id est re-xendo cas. *Aaron & filijs eius.* Quia ista vestis erat communis sacerdotibus maioribus, & minoribus, & erat ista quæ induebant primò sacerdotes magni super vestes suas communes: sacerdotes autem minores hanc solum habebant: super hanc autem tunicam lineam, sacerdos magnus induebat aliam tunicam, scilicet totam hyacinthinam. *Et mitras cum coronulis suis.* Aaron, qui erat sacerdos magnus duas coronas habebat, aut quasi tres, quilibet autem minorum sacerdotum vnicam habebat. Habebat namque primò Aaron quandam cuculam rotundam de bysso, quæ vocatur cydaris, vt patet supra 28. cap. habebat autem aliam secundam, quæ erat mitra tota hyacinthina, quæ aliàs vocatur Tiara, vt patet supra 28. cap. & iste correspondent duabus vestibus sacerdotis magni, scilicet mitra byssina correspondet tunica byssina: mitra hyacinthina correspondet tunica, quæ erat totaliter hyacinthina. Erat tertia quasi corona Aaron, scilicet lamina aurea posita in fronte eius, de qua supra 28. c. & infra in litera. Prima istarum erat communis sacerdoti magno, & minoribus: duæ secundæ erant soli Pontifici pertinentes: hic autem dicitur de prima, quæ omnibus communis erat, scilicet de cydari, quæ erat byssina. *Mitra facta.* Scilicet tegumenta capitij de bysso facta, & rotunda terminata in acutum. *Cum coronulis suis.* Iste coronulæ referuntur ad sacerdotes minores, qui eas habebant, nec tamen dicendum est, quod essent aliqua aliæ coronæ præter mitras byssinas, sed vocantur coronulæ quædam virgulæ textiles factæ de filis, & positæ in extremitatibus illarum mitrarum, nè faciliter rumperebatur. Et ita erant istæ coronulæ in mitris byssinis factis pro summis sacerdotibus, sicut in mitris sacerdotum minorum. *Feminalia quoque linea.* Iste erat primus ornatus sacerdotalis, vel potius necessitas ad ministracionem, quia sine his non conuenienter ministrarent: cuius fundamentale causa posita sunt supra 28. capit. *Quare etiam in ministris altaris nostri temporis id obseruetur.* Dicuntur autem feminalia panni tegetes: quia rustici à feminis ea denominata esse contendunt, quia à foeminis sunt, vel (quod proximius est,) quia in eis virilia conseruantur, quibus accessus fit ad

Mitra facta sacerdotalis

Feminalia

Vnde feminalia dicuntur secundum quoddam

A feminam in gignendo. Sed magnus error est: vocatur namque foemoralia, aut foeminalia à partibus corporis, quas tegunt: foemoralia à foemore dicuntur, quia femur est pars propinqua genitali vasculo: feminalia autem dicuntur à foemine, quia semen est inguen, siue femur. Ista autem erant primæ sacerdotis cuiuslibet indumenta, quia cum ministratarius esset, intrabat in atrium sanctuarij, & lauabat manus, & pedes in labro aneo, vt patet supra 30. cap. & deinde si ipse feminalia de communibus habebat, discalearatur, & calcabatur alia foemoralia de sacris, quæ valde magna erant pertingentia vsque ad renes, & tunc ponebat byssinam tunicam, & alia ornamenta secundum gradum sacerdotij, sicut declarauimus supra 28. cap. *Feminalia linea byssina.* Delicata valde erant ista foemoralia, quæ foemoralia communia de lino vulgari sunt, ista autem pertinent ad ministerium sacrum, ideo erant de bysso: est namque byssus genus preciosissimum lini. In hoc etiam apparet, quod non deberet aliquis sacerdos veteris testamenti ministrare habens foemoralia communia, quia aliàs non maderetur, quod fierent in sanctuario foemoralia byssina, cum ipsi foemoralia haberent. *Cingulum vero de bysso retorta.* Aliqui fortè dubitabunt de isto cingulo, vtrum sit id quod Baltheus, de quo dictum est supra 28. c. Et dicendum est, quod sic, quia ibi dictum est, quod Baltheus erat tam pro minoribus, quam pro maioribus sacerdotibus: si ergo non esset istud cingulum baltheus, oporteret dari duos baltheos, siue duplex cingulum minoribus sacerdotibus. Sed hoc non potest stare, quia solum erat vna tunica sacerdotum minorum, scilicet tunica byssina, ideo non erat ponere conueniens duplex cingulum. Item, quia dicitur hic, quod istud cingulum fieret arte plumaria, sed de baltheo dicitur supra 28. capit. etiam quod arte plumaria fieret, ergo idem sunt. Item, quia hic dicitur, quod fuit factum istud cingulum, sicut mandauerat dominus: sed non erat aliquod alterum, de quo mandauerit Deus, nisi de baltheo, si inquiratur totum 28. cap. supra, in quo sunt mandata Dei de vestium factione, ergo de baltheo intelligitur. *De bysso retorta.* De quatuor filis diuersorum colorum fiebat, qui colores ex superioribus satis notificati sunt. *Arte plumaria.* Scilicet opere acus, vt sint flosculi aliqui in superficie, aut imagines, & non in parte inferiori. *Sicut præcepit dominus Moysi.* Omnia hæc præcepta habentur supra 28. cap. *Fecerunt & laminam.* Etiam isti artifices fecerunt laminam auream: erat ista lamina quidam semicirculus de auro factus transiens per frontem sacerdotis ab aure vsq; ad aurem: latitudo autem sua erat duorum digitorum, aut modicum plus: ita vt frontem operiret, & ponebatur super extremitatem labij mitræ hyacinthina super frontem, vt dicitur supra 28. ca. scilicet ligabatur, eam, id est laminam vitta hyacinthina, & erit super Tiaram imminens fronti Pontificis. In extremitatibus huius laminæ, scilicet apud aures sacerdotis erant quædam foramina, per quæ religabatur vitta hyacinthina, quæ cingeretur, & ramalia eius copulareretur, atque colligarentur in sacerdotis occipite, ita quod lamina cadere non posset. *Laminam.* Vocatur lamina, quia habebat magis latitudinis, quam grossici. *Sacra venerationis.* Id est quæ erat sancta, & venerabilis, & hoc erat, quia habebat sculptum nomen domini. Dicebatur namque sanctum domino, siue sanctitas domino: in Hebræo autem dicebatur. *Codes la Adonai.* Vt patet supra 28. ca. *De auro purissimo.* Ita quod nihil aliud haberet metalli, aut ceterarum rerum. *Sculpservitque in ea.* Id est per cauaturam inscripserunt literas: nam non poterant fieri literæ in superficie auri plana, cum non esset aliquis color, qui tenaciter maneret in ea, sed fieri oportebat cauaturas in figuram literarum, in quibus pone-

An cingulum idem sit, sp. Baltheus.

Lamina aurea facta sacerdotalis

poneretur aliquis color signatiuus secundum imaginem literarum. *Opere gemmario.* Id est sicut fit in gemmis, scilicet quod sicut cum in gemmis aliquid scribi debet, non imprimuntur in plana superficie literæ, sed fiunt sculpturæ, ita in aurea illa lamina fiebat sculptura. *Sanctum domini.* Ista erant verba, quæ scribebantur: ideo tenentur materialiter, scilicet quod dicebatur in lamina illa sanctum domini, vel sanctum domine: loco dictionum Hebræarum positarum in lamina, scilicet. *Codex la Adonai.* Et ponebatur hoc in lamina ad signandum, quod iste confitebatur Deum esse excellentem sanctum, scilicet sanctum sanctorum, & conuenienter ponebatur in fronte, quia in fronte apparet verecundia, ideo signatur, quod non debebat erubescere sacerdos confiteri sanctitatem, & magnitudinē Dei, & morti se exponere pro illius confessione si expediret aliquando: si autem erubesceret confiteri nomen domini, non erat dignus sacerdotio: iuxta illud quod dicebat Christus Luc. 9. cap. Qui erubuerit me confiteri coram hominibus, erubescam & ego confiteri illum coram patre meo. *Et strinxerunt eum mitra.* Vocatur hic mitra illa, quæ erant super frontem sacerdotis, & erat tota hyacinthina. Super hanc autem ponebatur lamina, ut patet supra 28. cap. strangebatur autem cum illa, ne lamina caderet, & ista strictio non fiebat in parte anteriori capitis super frontem, quia esset aliquid deforme, quod lamina aurea tegeretur vitta hyacinthina, sed strangebatur in parte posteriori, scilicet in occipite, quia cum lamina aurea solum pertingeret ab aure usque ad aurem, in fine eius duo foramina fiebant, quibus ligabantur extremitates vittæ hyacinthinae ad copulandum, & religandum cum mitra. *Vitta hyacinthina.* Id est quoddam funiculo de filis hyacinthinis.

De cō. dit.
s. cap. i. in
princ.

Perfectum est igitur omne opus tabernaculi, & tecti testimonij: Fece-
runtque filij Israel cuncta quæ præceperat Dominus Moysi. Et obtulerunt tabernaculum, & tectum, & vniuersam supellectilem, annulos, tabulas, veetes, columnas, ac bases, opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud opertorium de hyacinthinis pel-
libus, velum, arcam, veetes, propitiatorium, mensam cum vasis suis, & propositionis panibus: candelabrum, lucernas, & vtenilia earum cum oleo: altare aureum, & vnguentum, & thymiana ex aromatibus: & tentorium in introitu tabernaculi: altare æneum, retiaculum, veetes, & vasa eius omnia: labrum cum basi sua: tentoria atrij, & columnas cum
basibus suis: tentorium in introitu atrij, funiculosque illius & paxillos. Nihil ex vasis defuit, quæ in ministerium tabernaculi, & in tectum fæderis iussa sunt fieri. Vestes quoque, quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario, Aaron, scilicet & filij eius, obtulerunt filij Israel, sicut præceperat Dominus. Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

Perfectum est igitur. Hic ponitur secundum, scilicet de completionem totius operis: completis namque singulis rebus, sicut mandauerat dominus per Moysen, numerantur hic, & adduxerunt ea artifices ad Moysen, qui accipiens ea benedixit singulis. *Perfectum est igitur omne opus.*

Quo tempore tabernaculum finitum fuit.

QVÆSTIO. III.

IN quo tempore fuerit finitum istud opus, vel quantum durauerit fabricatio eius dubitum est. Ad primum respondere potest, quod finitum fuit totum opus sanctuarij in fine primi anni exitus de Aegypto: nam tabernaculum, & atrium erigi non potuerunt, donec facta sunt, sed fuerunt erecta in principio secundi anni exitus de Aegypto, ergo finitum fuit totum opus ad minus in fine primi anni exitu de Aegypto, quia deficiebant dies quindecim: nam die duodecimo mensis primi exierunt Israelitæ de Aegypto, ut colligitur supra 12. & Nu. 33. cap. Antecedens patet, scilicet quod erectum fuerit atrium, & tabernaculum in principio anni secundi exitus de Aegypto, scilicet primo die, quia sequenti cap. in princ. dicitur, quod locutus est dominus ad Moysen mente primo, prima die mensis, eriges tabernaculum testimonij, & pones in eo arcam, & postea subditur executio Moysi, cum dicitur: Igitur mensis primo anni secundi in prima die mensis collocatum est tabernaculum: erexitque illud Moyses. Ad secundam questionem, scilicet in quanto tempore fabricatum est. Respondere potest faciliter hoc supposito: nam cum sciamus quo tempore finitum sit, solum sciendum restat in quo tempore inchoatum sit. Et dicendum, quod inchoatum fuit istud opus in descensu Moysi de monte secunda vice quando attulit tabulas, & fuit conmutata facies eius: nam tunc dicitur in litera supra in fine 34. cap. quod accessit ad eum tota multitudo filiorum Israel, & incepit ipse loqui ad eos, & dicit in principio 35. cap. quod Moyses dixerit congregata multitudo filiorum Israel: iste est sermo, quem præcepit dominus: separate apud vos primitias domino, omnis voluntarius, & proni animi offeret eas domino aurum, & argentum, & cetera. confiteo ergo quod tempus erat, quando ista dicta sunt, scietur quando inceptum fuit opus. Ad quod sciendum, quod lex data fuit in monte Sinai in die sexto mensis tertij, ut probatum fuit supra 19. cap. Vel, ut quibusdam placet, die tertio mensis eiusdem: de quo ad præsens non multum differt. Deinde in ipsa die ascendit Moyses in montem, vocante eum Deo, ut patet supra 19. cap. & accessit ad caliginem, in qua erat Deus, ut patet supra 20. cap. & audiuit à Deo præcepta, quæ habentur in fine eiusdem 20. cap. & 21. & 22. & 23. & eadem die descendit ad populum, ut probauimus supra 24. cap. & in ipsa die, quæ sexta erat mensis tertij: vel, secundum alios, tertia, recitauit omnia præcepta illa coram populo, & sequenti die, scilicet septima, vel quarta, ut alij volunt, confirmauit fœdus legis immolans sacrificia, ut patet supra 24. cap. & in eadem die ascendit ipse cum Iosue ad montem, & mansit ibi quadraginta diebus, ut patet supra 24. ca. & sic esset hoc ad diem decimumseptimum mensis quarti in qua Moyses descenderit ad Israelitas idolatras, & tunc facta ultione in illa die de idolatris, sequenti die, q erat decem uero octauus dies mensis quarti vocauit Moyses omnes Israelitas, & dixit eis, quod peccauerant, tamen quod volebat ascendere ad rogandum dominum pro eis, ut patet supra 32. capit. & tunc, siue eadem die ascenderit iterum ad montem, siue post vnam, vel duas dies non refert, quia si ascendit, & mansit alijs quadraginta

In quanto
tempore ta-
bernacu-
lum fabri-
catum est.

Opus san-
ctuarij in
septem me-
sibus ex-
pletum est.

Sanctua-
rij in mo-
te Sinai in-
choatum,
& termi-
natum.

ginta diebus cum Deo rogans pro peccato Israelitarum, ut dimitteretur, & sperans alio tabulas, & in fine quadraginta dierum accepit tabulas secundas, & descendit, ut patet supra 32. cap. & ibi declaratum fuit latere: additis ergo illis quadraginta diebus ad diem decimum octauum mensis quarti peruenient usque ad diem vigesimum octauum mensis quinti, vel ad principium mensis sexti, de quo non multum refert. In isto ergo tempore fuit inceptum tabernaculi, & atrij opus, quia immediate, ut descendit Moyses de monte, locutus fuit ad populum. Cum igitur in fine mensis quinti, siue in principio mensis sexti fuerit ista locutio ad populum, in eodem tempore incepta fuit fabricatio omnium vtenilium sanctuarij, & totius sanctuarij. Et cum dicitur, quod finita fuit fabricatio in fine anni huius, scilicet in fine duodecimi mensis, manebunt septem menses, vel quasi, scilicet ex principio sexti usque ad finem duodecimi. Dicendum igitur, quod vltimum expletum totum opus sanctuarij in septem mensibus. Et si forte dicas, quod ista probatio non procedit, quia licet Moyses immediate, ut descendit secunda vice de monte locutus fuerit ad totum populum, tamen non patet vtrum immediate inchoatum fuerit opus. Respondetur, quod hoc non stat, quia immediate ponitur in eodem capitulo, quod omnes viri, & mulieres venerunt offerentes, & quotidie offerebant, & patet cum dicitur: Egressa est omnis multitudo filiorum Israel de conspectu domini, & obtulit mente promptissima, atque deuota: & sic dicitur, quod immediate, ut egressa est, id est ut recessit à conspectu domini, ubi erant cum Moyses venerunt offerendo. De artificibus autem, quod immediate inceptum fabricare, patet: quia in eodem 35. cap. ponitur quomodo vocauerit Moyses Be se leel magistrum totius operis, & socium eius Ooliab: deinde ceteros artifices, & subditur in sequenti capitulo, scilicet 36. quod immediate se sponte obtulerunt: ergo immediate inceptum fuit opus: manet ergo intentio conclusio, scilicet quod totum sanctuarium cum omnibus vasis suis factum fuit in septem mensibus. Ex hoc etiam induci potest corroborari, quod sanctuarij fabricatio inchoata fuit in monte Sinai, & ibidem finita est: quia inchoata fuit ista fabricatio in monte quinto anni primi in fine, vel in principio mensis sexti, & fuit finita in fine mensis duodecimi: sed in toto isto tempore, & amplius steterunt in monte Sinai, ergo in monte Sinai fuit finita tota fabricatio, & incepta. Patet antecedens, nam in prima die mensis tertij anni primi venerunt Israelitæ in montem Sinai, ut patet supra 19. cap. & non recesserunt de loco ipso usque ad annum secundum in mensis secundo die vigesima mensis eiusdem, ut patet Nu. 10. cap. totum igitur tempus constructionis sanctuarij, & amplius includitur in tempore, quo manserunt Israelitæ in monte Sinai. Ibi igitur Moysi datum fuit sanctuarium, & sacerdotes consecrati sunt, & dedicatum fuit sanctuarium, & omnia caeremonialia tabernaculi consummata sunt. *Perfectum est igitur omne opus tabernaculi.* Opus tabernaculi non vocantur hic vtenilia, quæ erant in tabernaculo, cum postea exprimentur, & si hic deberent intelligi, intelligerentur bis, quod erat inculcare sententias: nec etiam potest intelligi hic tabernaculi opus, id est ipsa domus sola facta ex tabulis, & aperta cortinis, sagis, & pellibus: quia tunc superflueret, cum infra ponatur. *Et tecti testimonij.* Et vocatur tectum testimonij coopertorium, siue de pellibus, siue de filis. Dicendum igitur, quod accipitur tabernaculum pro solis tabulis, cum veetibus, & annulis, & incastratis, & columnis, & basibus. Et si forte obijcias, quod ista etiam ponuntur infra in litera. Respondetur, quod primo ponuntur istæ duæ partes magnæ tabernaculi, scilicet tabule, & tectum, & deinde explicantur

particula harum partium: pars autem tabularum, veetium, annulorum, & basium signatur tabernaculi nominatione: pars cortinarum, & sagorum, atque pellium signatur nomine tecti. *Et tecti testimonij.* Id est tecti tabernaculi testimonij, quia intra illam domum erat arca, in qua ponebatur testimonium, id est duæ tabule, ut patet supra 25. cap. tectum aliquando accipitur specialiter pro sola opertura cortinarum, quæ erat prima, ut patet supra 26. cap. alia autem non vocabantur tectum, sed operimenta: sed in hoc non multum refert, siue tectum vocentur, siue aliquo altero modo. *Fece-
runt filij Israel cuncta, quæ præceperat dominus Moysi.* Ibi filij Israel vocantur hic omnes de populo, & isti fecerunt omnia, quæ mandauit dominus Moysi referendo singula singulis. Mandauit namque dominus Moysi, ut diceret filij Israel, ut offerrent argentum, & aurum, & cetera, de quibus supra 35. & quod ex his fieret tabernaculum cum vtenilibus suis. Hæc omnia fecerunt filij Israel, quia filij Israel, id est populares obtulerunt mente deuota omnia, quæ mandauerat dominus per Moysen, & filij Israel, id est arietes, qui erant de filijs Israel fecerunt ea, quæ mandauerat dominus, scilicet quod fabricauerunt totum sanctuarium. *Et obtulerunt tabernaculum.* Quando ista fiebant erant in potestate artificum, quæ verò perfecta fuerunt, præsentauerunt ea Moysi, ut faceret de eis quod vellet, & hoc fuit offerre. *Tabernaculum & tectum.* Id est tabulas tabernaculi cum annulis, & veetibus, & basibus, quæ signantur nomine tabernaculi, & cortinas, & saga, & pelles tam arietinas, quæ hyacinthinas, quæ signantur nomine tecti. *Et vniuersam supellectilem.* Vocantur supellectilia tabernaculi omnia, quæ erant in sanctuario ad ministrandum, ut altaria, mensa, candelabrum, vasa omnia. Et ponitur hoc generaliter hic, & postea specificantur. *Annulos.* Ibi erant, qui ponebantur in tabulis ad mittendum veetes per illos, ut portari possent tabula, & magis, ut continerentur, ut à se mutuo non laberentur, & isti erant aurei, ut patet supra 26. & 36. capit. *Tabulas.* Iste erant tabula tabernaculi, quæ habebat tabernaculum quatuor latera, & vnum illorum non habebat tabulas, quæ latera orientalia, in quo ponebatur tentorium pendens ante quinque columnas, tabulis carebat: alia tria latera habebant tabulas quadraginta octo, scilicet quod viginti tabule erant in latere meridiano, & totidem in septentrionali, & octo in latere occidentali: altitudo autem cuiuslibet harum erat cubitorum decem, & hanc mensuram omnes habebant. *Vestes.* Sunt ligna longa, quæ mittebantur per annulos existentes in dorso tabularum, ut tenerentur tabula. *Columnas ac bases.* Columnæ erant, quæ ponebantur ad distinctionem sancti sanctuarium à reliqua parte sanctuarij, & quæ ponebantur in ostio tabernaculi, & quæ ponebantur in atrio ad circumdandum atrium super partem omnem, scilicet ad omne latus, & erant omnes istæ columnæ sexaginta nouem, quia in atrij circuitu ponebantur sexaginta, scilicet in latere meridiano viginti, & in septentrionali totidem, & in parte occidentali decem, & in orientali totidem, ut patet supra 27. cap. in tabernaculo erant nouem, scilicet quinque in introitu tabernaculi, ante quas pendebat tentorium, & quatuor intra tabernaculum ad distinguendum sancta sanctorum, & sanctuarium reliquum. De quibus supra 26. cap. Columnæ, quæ erant in atrio, erant æneæ ut patet supra 38. ca. columnæ autem, quæ erant in tabernaculo, erant de lignis. Setim, ut patet supra 26. c. Bases dicuntur quædam fulcimenta columnarum, quibus terre affigerentur, ne caderent, & erant acuta de ære, aut de argento, & in modum paxillorum infigebantur terræ, ut firmiter starent, & caput eius infigebatur pedi columnæ, ut sic columnæ manerent immotæ: alias enim consistere non valerent, cum

Quot erant
columnæ
taberna-
culi.

cum nullum eis pondus sistere faciens, immineret: Erant autem bases in vniuerso 165. Quod patet, quia tam columna, quam tabule habebant bases: de tabulis patet supra 26. c. de columnis patet supra 27. ca. sed differebat, quia quilibet columnarum habebat vnā basem, quilibet aut tabularum habebat bases duas, vt patet in prenomminatis ca. cum igitur essent tabule 48. vt declaratum fuit supra, erant bases earum 96. columna autem erant 69. vt patuit, ergo bases earum 69. erant, quibus coniunctis ad 96. erant bases earum 165. Erant autem bases tabularum argenteae, vt patet supra 26. c. & bases 4. columnarum distinguuntur sancti sanctorum a reliquo sanctuario erant argenteae, vt patet in eodem cap. omnes bases aliarum columnarum erant aeneae, vt patet supra 36. & 27. c. *Opertorium de pellibus arietum rubricatis.* Quia praeter primum coopertorium, quod erat de cortinis, erat secundum quod erat de sagis, & ista duo non nominantur hic. Tertium erat de pellibus arietum rubricatis, & hoc ponitur hic. Quartum erat de pellibus hyacinthinis, & eodem modo ponitur hic. Pelles rubricatae dicitur pelles arietum, quae primo ablatis pilis parantur, & deinde colore rubeo rubricantur, & istae consuebantur, & fiebat de eis tertium opertorium. *Et aliud opertorium de hyacinthinis pellibus.* Istud erat quartum, & vocantur pelles hyacinthinis pelles magne de bobus paratae colore hyacinthino, & istud opertorium erat grossius alijs opertorijs, ideo ponebantur in parte superiori. *Velum.* Istud erat quoddam velum pendens ante quatuor columnas, & positum intra sanctuarium ad distinguendum sancta sanctorum a reliqua parte sanctuarij. *Arcam.* Ista erat, in qua ponebantur tabulae, & Deuteronomius, & viginti Aaron, & vna continens manna, & erat ista arca intra sancta sanctorum. *Vestes.* Duo ligna longa erant, quae ponebantur in duobus lateribus arcae missi per annulos aureos, vt portaretur arca per eos. *Propitiatorium.* Erat propitiatorium quaedam tabula aurea, quae ponebatur super arcam. Erat autem arca facta de lignis Setim, & ponitur per se propitiatorium, quia propitiatorium licet coopertorium esset, tamen non erat ex eadem materia, ex qua erat arca, ideo non colligabatur arca cum coopertorio, sed superponebatur. Quare autem vocetur propitiatorium, & quare oraculum, dictum fuit supra 25. & 37. cap. *Mensa cum vasis.* Arca erat vnum de suppellectilibus sanctuarij, & erat intra sancta sanctorum: mensa erat aliud de suppellectilibus, & erat in parte sanctuarij anteriori, & erat haec mensa ad ponendum panes propositionis, & ad ponendum vasa altaris holocaustorum, & altaris thymiamatum, vt declaratum fuit supra 25. capitulo. *Cum vasis suis.* Vasa mensae erant phialae, cyphi, siue cyathi, acceptabula, & thuribula: ad quid autem essent ista diuersa vasa dictum fuit supra 25. & 37. cap. *Et propositionis panibus.* Vocantur panes propositionis a proponendo, quia ponebantur coram domino: erant enim isti panes duodecim, qui ponebantur coram domino super illam mensam, & per singula sabbatha tollebantur, & ponebantur alij recentes, & isti erant duodecim in memoriam duodecim filiorum Israel, & vocabantur panes propositionis, quia coram domino ponebantur. *Candelabrum.* Istud erat aliud vtenfile tabernaculi, & ponebatur in parte meridiana tabernaculi, vt ponerentur in eo lucernae, & lucerent in tabernaculo. De fabricatione autem huius candelabri dictum fuit supra 25. & 37. cap. *Lucernas.* Non sunt lucernae aliquid factum de coera, vel sepo, quia (vt supra probatum fuit) nihil tale credebatur in sanctuario: sed vocatur lucerna vas quoddam factum de auro fixum in extremitate hastilis candelabri, aut vnus calami, & erat istud vas ad continentium oleum, & ibi ponebatur lychnus, & ardebat. Erant autem lucernae istae septem, sicut in

Quot erant
tabernacu-
li bases.


F candelabro erant septem calami cum hastili. Nam erat vnum hastile candelabri, & de circuitu eius egrediebantur sex calami per tria loca, vt patet supra vigesimo quinto capitulo, & super hastile, & super quemlibet sex calamorum erat vna lucerna, idest vnum vas de illis, in quibus ponebatur oleum, super quod ponebatur lychnus. *Et vtenilia earum cum oleo.* Idest vtenilia candelarum. Ista sunt vtenilia, idest vasa facta ad continentium oleum, quia dicitur cum oleo, & licet de eis non fiat supra mentio expressa, tamen fit hic, & sit magis Zacha. 4. cap. vbi dicitur, quod erant duo suffusoria ex auro pendencia in duobus rostris candelabri, idest in duabus recuruaturis, vt religerent duo suffusoria, & in istis semper erat oleum ad semper infundendum, ideo dicitur cum oleo, idest quod semper tenebant oleum, & quando praesentata sunt Moyse, oblata sunt cum oleo. *Altare aureum.* Nullum erat altare aureum, idest factum de auro in tabernaculo, vel in atrio eius, sed vocabatur altare aureum, idest altare thymiamatum, quia erat coopertum laminis aureis tam in parietibus, quam in craticula, quae erat tectum, vt patet supra trigesimo septimo capitulo. *Et vnguentum.* Erat vnguentum quaedam confectio facta ex aromatibus myrrhae, & cinnamomi, & cassiae, & olei oliuarum, & magis erat ista confectio humida quam sicca, vt patet supra trigesimo capitulo. Et de hac vnguebantur sacerdotes, & vestes eorum, & totum sanctuarium cum suppellectilibus suis, vt patet in eodem capitulo, & supra vigesimo nono, & Levitici octavo capitulo. *Et thymiamata ex aromatibus.* Est thymiamata quaedam confectio facta ex aromatibus, & stacten, & onycha, atque galbano, & thure lucidissimo, vt patet supra trigesimo capitulo, & istud sic confectum erat valde siccum, & contrebatur vsque ad puluerem minutissimum, & ponebatur super altare thymiamatum, in quodam vase, quod vocatur ignium receptaculum, & ibi cremabatur coram domino. *Ex aromatibus.* Quot modis accipiatur aroma, & in quo modo accipiatur hic supra vigesimo septimo cap. declaratum est. *Et tentorium in introitu tabernaculi.* Erat tabernaculum, vt fuit supra dictum, tabulis circumdatum in tribus lateribus, & in quarto, scilicet orientali non erat aliqua tabula, sed discoopertum, ideo vt non maneret sic, posita fuerunt columnae quinque in introitu, & ante has columnas ponebatur tentorium quoddam de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario, vt patet supra vigesimo sexto capitulo. *Altare aeneum.* Hic incipiunt poni ea, quae pertinebant ad atrium tabernaculi, quia ea, quae supra posita fuerant, pertinebant ad tabernaculum. Vocatur altare aeneum altare holocaustorum, & ponebatur in atrio tabernaculi ante introitum tabernaculi, & dicitur enca, non quod esset factum totaliter de aere, sed quia erat coopertum laminis aeneis, sicut habetur supra vigesimo septimo capitulo. *Retiaculum.* Dicitur retiaculum, idest paruum rete, & hoc ponitur pro craticula, quae erat facta in modum retis, vt patet supra 27. & supra 38. cap. & ponebatur in parte inferiori altaris, scilicet a pavimento vsque ad altaris medium, scilicet per altitudinem cubiti, & dimidij. *Vestes.* Erant longa ligna duo posita in duobus lateribus altaris immissa per quatuor annulos in quatuor angulis, vt altare portari posset. *Et vasa eius omnia.* Erant multa genera vasorum, quae pertinebant ad ministerium altaris holocaustorum, sed quaedam erant ministerij mundanae, & quaedam ministerij mundanae bannausa. Pertinentia ad ministerium mundanae erant de auro purissimo, & non ponebantur in ipso altari, sed computabantur tanquam vasa mensae propositionis, quia super illam ponebantur, & erant ista tria, scilicet acceptabula, cyathi, & phialae.

Quatuor
genera va-
sorum ba-
nnausorum
in taberna-
culo.

Et dicitur de his supra 25. c. et 28. q. erant ad offerendum in eis libamina. De his tamen magis dicitur, q. erant vasa mensae, quam q. essent vasa altaris. Alia pertinebant ad ministracionem bannausa. id. v. s. ut in mundos; vt ad ponendum in igne, & aspersionem cineres, & mittendum in ollas, & ista erant aenea, atque ponebantur cum ipso altari. Et computabantur quatuor genera horum vasorum. scilicet forcipes, fuscinae, lebetes, & ignium receptacula. Forcipes ad mouendum carbones sunt. Fuscinae ad mittendum in ollas, & attrahendum carnes sacrificiorum pro sacerdotibus. Lebetes sunt ad educendum cineres de sanctuario, vt patet supra 27. c. Ignium receptacula sunt ad ponendum in eis prunas, & introferendum in tabernaculum ponendumque super altare thymiamatum; vt impositum prunis thymiamata ardeat coram domino. Et ista quatuor vasa sunt, quae vocantur hic vasa altaris. *Labrum cum basi sua.* Erat labrum vas, in quo lauabantur sacerdotes in manibus, & pedibus, cum accedere deberent ad ministrandum: et erat basis vas, in quod cadebat aqua fluens de labro: cuius figuram supra trigesimo c. posuimus. *Tentoria atrij.* Vocantur hic tentoria cortinae quaedam factae de bysso retorta, quae ponebantur in circuitu atrij in latere meridiano, & septentrionali, & occidentali, & in duabus partibus extremitatum orientalis lateris. *Et columnas.* scilicet columnas atrij, quae erant sexaginta, viginti ad laterem meridiana, & viginti ad laterem septentrionale, & decem in latere occidentali, & totidem in orientali. *Cum basibus suis.* Bases erant aenea instrumenta infixa columnis, & retinebantur tenentur columnae. *Tentorium in introitu atrij.* Istud tentorium non nominatur hic specialiter, quia licet esset tentorium atrij, tamen erat specialiter factum. scilicet de alia materia. id. de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario. Alia omnia erant de sola bysso retorta. *Funiculosque illius, & paxillos.* Funiculi erant quaedam funes facti de bysso retorta, qui ligabantur tentorijs, & extendebant ea ne laxa fierent, & ne quoramlibet incussu ventorum mouerentur; quia tunc contingeret totum, quod erat in circuitu tabernaculi videri. *Saltare holocaustorum, & labrum, ventris aperientibus latera atrij nullis detinentibus ligaturis tentorium.* *Paxilli.* Vocantur parui pali. id. quaedam instrumenta aenea in modum palorum acutorum, quorum capitibus funiculi ligabantur: ipsaq. terrae firmiter figebantur, vt sic tentoria permanerent. *Nihil ex vasis desu.* Vocantur vasa omnia suppellectilia sanctuarij ad quoscunque vltus essent. *Quae in ministerio tabernaculi.* idest, ad ministerium tabernaculi, vocatur ministerium tabernaculi omne ministerium totius sanctuarij, quia accipitur tabernaculum largè. *Tabernaculi foederis.* Vocatur tabernaculum foederis, quia ibi erant tabulae, in quibus continebatur foederis, quod Deus pepigit cum Israel. *Fieri iussa sunt.* Non fecit Moyses plura quam Deus mandauit, sed ex his, quae Deus mandauit nihil omnino fieri relictum est, quia coepit Moyses formam mandati Dei, iuxta illud quod habetur supra vigesimo quinto cap. scilicet secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. *Vestes quoque, quibus sacerdotes vtuntur.* idest, omnes vestes tam sacerdotis magni, quam minorum sacerdotum; vt declaratur: quia dicitur, quibus vtuntur Aaron, & filij eius. *Vtuntur in sanctuario.* idest, ad ministraciones faciendas in sanctuario, quia extra sanctuarium non vtuntur istis vestibus, sed vestibus suis communibus. *Aaron, scilicet, & filij eius.* idest, sacerdos magnus, & sacerdotes minores, quia eadem lex est de omnibus futuris sacerdotibus, quae erat de Aaron, & filijs eius. *Obtulerunt filij Israel.* idest, praesentauerunt omnia haec Moysi. Erat hic Moyses locum Dei habens: & sicut filij Israel omnia

A ista dantes & facientes ad mandatum Dei postea Deo illa oblaturi erant, ita obtulerunt ea Moysi. *Sicut preceperat dominus Moysi.* scilicet, q. darent omnia ista, & offerrent Moysi. *Quae postquam Moyses cuncta vidit expleta,* scilicet, quia praesentata fuerunt coram eo tanquam coram Deo. *Benedixit eis.* Non refertur ista benedictio ad filios Israel offerentes ista coram Moysi, sed refertur ad res ipsas apportatas coram eo, & fuit ista benedictio imprecatio aliqua boni. q. Deus benedicere dignaretur omnibus illis rebus, & q. omnia ministeria facta in illis accepta essent Deo, ad quem finem ista omnia fiebant. Erat autem ista benedictio, quaedam dispositio ad applicationem ad cultum diuinum, sed non totaliter applicabantur per hanc, quia post istam benedictionem facta sunt consecratio omnium istorum, vngendo ea oleo sancto vnctionis, vt patet supra trigesimo capitulo, per vnctionem autem istam completus fuit totus ritus consecrationis, vt sic ad ministrandum apte essent, vt patet supra 29. c. Fuit autem facta ista vnctio paulo post istam benedictionem: nam ista benedictio fuit facta expletis omnibus vasis sanctuarij, & praesentatis Moysi: expletio autem fuit in fine primi anni exitus de Aegypto, vt declaratum fuit supra: & in principio secundi anni fuit facta erectio tabernaculi, vt patet sequenti capitulo. et tunc fuit facta dedicatio eius, & consecratio sacerdotum, atque vestium: imò vt particularius dicatur in ead. die, in qua ista Moysi praesentata sunt, et benedixit eis, exiit tabernaculum, & incepit ritus consecrationis, licet consecratio durauerit in fieri per aliquot dies, quod plane apparet Nu. 7. c. in principio, cum dicitur: Factum est autem in die, qua compleuit Moyses tabernaculum, & exiit illud: vixitque & sanctificauit cum omnibus vasis suis, &c. Et satis hoc rationabiliter poterat apparere. Nam cum esset intentio Dei, vt tabernaculum illud consecraretur, et sacerdotes, cum iam finitum esset, quid supererat, nisi vt mox consecraretur? Non ergo videbat debuisse aliquos intercidisse dies inter vtrūq.

CAPITVLVM XL.



D Ocutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Mensae primo, prima die mensis, eriges tabernaculum testimonij, & pones in eo arcam, dimittesque ante illam velum, & illata mensa pones super eam, quae rite praecpta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis, & altare aureum, in quo adoletur incensum coram arca testimonij. Tentorium in introitu tabernaculi testimonij pones, & ante illud altare holocausti: labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. Circundabisque atrium tentorijs, & ingressum eius. Et assumpto vnctionis oleo, vnges tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificentur; altare holocaustorum.

Erigitur tabernaculum cum omnibus requisiis.

si & omnia vasa eius, labrum cum basi sua. Omnia unktionis oleo consecrabis, vt sint sancta sanctorum. Applicabisque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & unctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Fecitque Moyses omnia, quae praeceperat Dominus.

Locutus. Descripta sanctorum, & omnium vasorum eius fabricatione. Hic subditur de ipsius sanctorum erectione. Et diuiditur in tres partes. Primum ponitur diuina iussio: secundo Moysi executio: tertio operis completi diuina acceptatio. Secunda ibi. Igitur mense primo. Tertia ibi. Postquam cuncta completa sunt.

Quando ista locutio Moysi facta fuit.

QVAESTIO I.

CIRCA primum. Locutus est dñs ad Moysen. Quando autem ista locutio Dei ad Moysen facta fuerit rationabiliter dubitari potest. Aliquis dicere poterit, quod fuerit facta locutio prima die mensis primi anni secundi exitus de Aegypto; quia Moyses erat valde obediens Deo, & promptus ad omnia, quae mandabantur: obedientia verax est sicut amoris nimii nescire moras, sed mox vt aliquid dictum est, executioni tradatur: sed Moyses fecit hoc quod mandauit dominus prima die mensis primi anni secundi; ergo eadem die mandatum est sibi. Antecedens patet, quia dicitur infra: Igitur mense primo anni secundi prima die mensis collocatum est tabernaculum: erexitque illud Moyses & posuit tabulas &c. Sed hoc non potest stare, quia litera ex modo suo loquendi repugnat, vt patet hic in principio, cum dicitur: Mense primo, prima die mensis eriges tabernaculum. Si autem in die illa prima mensis illius Deus mandauisset haec Moysi, non diceretur in litera: mense primo, prima die mensis eriges, sed diceret: hodie erige tabernaculum. Item repugnat ex alia, ita quod praecipio, & executio non possint ad vnam diem referri, quia litera signat quod futura erat ista erectio post diem, in qua mandabat cum dicitur: Primo mense prima die mensis eriges tabernaculum testimonij: si autem in ea die, in qua hoc mandatum fuit erigendum foret tabernaculum, non diceretur, eriges, tanquam expectaret ad aliquid adhuc futurum, sed diceretur: erige tabernaculum, quod ad praesens pertinet. Ad argumentum quando dicebatur quod verus obediens immediate exequit, vt mandatum est. Respondetur quod quaedam mandatur cum limitatione temporis, quaedam autem sine limitatione: cum vero sine limitatione mandantur, verus obediens immediate exequi debet, vel quam primam executioni mandari potest: si autem ponatur tempus, in quo fieri debeat, tunc faciendum est cum tempus adest, & si ante fiat, est contra mandatum: & potius inobediencia quam obediencia est, cum non teneantur fines mandati: sic igitur potuit esse hic, quia licet vno mense, aut multo tempore ante primum mensem anni dixisset Deus Moysi, eriges tabernaculum prima die primi mensis, non debebat erigere ante primam diem mensis primi: & sic non completeret immediate vt verba dicebantur, sed immediate, vt compleri mandabantur. Aliquis autem dicet, quod ista verba dicta sunt in die praecedenti. In die vltima mensis duodecimi, quoniam

Oleo omnia sancta sancta sunt. p. 30.

Num. 7.

Ad argu. opi. rñio.

Secunda opinio.

completa sunt omnia ista, & ducta ante Moysen; & tunc videbat rationabile quod Deus mandaret ei, vt erigeret tabernaculum. Sed adhuc non videtur valde rationabiliter dictum, quia si sic esset, non debuisset dicere litera; prima die mensis primi; sed mane eriges tabernaculum. Dicendum igitur, quod per aliquot dies antequam completum esset totum opus sanctorum, Deus sciens, quoniam complendum erat, primum mouit Moysen, vt die prima mensis primi erigeret illud; & tunc stat rationabiliter, quod ponatur terminus dierum nominatum. I. quis dies esset ille. Mense primo. Iste erat mensis anni secundi, & licet non ponatur hic: ponitur postea in executione mandati, cum dicitur: igitur mense primo anni secundi. Et hoc est factis necessarium. Nam non poterat esse hoc in anno primo ab exitu de Aegypto; quia in primo mense illius anni adhuc erant Iudei in Aegypto vsque; ad diem quintiduum, in quo egressi sunt de Aegypto, vt patet Nu. 33. c. Nec potest intelligi de anno tertio, quia iam recesserant de monte Sinai, vt patet Nu. 10. c. cum dicitur: quod anno secundo, mense secundo, die vero 20. mensis nubes recessit de monte Sinai, & filii Israel mouerunt castra, sed tabernaculum fuit fabricatum & erectum in monte Sinai, vt probatum fuit supra: ergo erat iste mensis primus anni secundi. Prima die mensis. Iste erat mensis Martius, qui apud Hebraeos primus est, vt declarauimus supra 12. c. Eriges tabernaculum. Totum sanctorum fuit erectum. Item tabernaculum quod atrium, sed hic tabernaculum pro solo tabernaculo accipitur, cum postea mentio fiat de atrio. Dicebatur erigi tabernaculum, quia iam factum erat, cum omnes parres suae factae essent, ita vt decebat: tñ quia erat de pellibus, & lignis poterat aliquando erigi, & aliquando deponi, & quoniam non erat erectum, non videbatur esse tabernaculum: domus autem postquam sunt semper erecta sunt; & tunc primum fuit erectum tabernaculum. Erectio erat, vt poneretur tabula, ita vt essent stantes infixa basibus suis, & columna, & ponerentur cortinae supra pendentes, deinde saga, & pelles arietum rubricatae, atque pelles hyacinthinae. Tabernaculum testimonij. Quia in eo erant tabulae, in quibus erat scriptus decalogus, & illae tabulae erant testimonium contra filios Israel, si vellet negare se accepisse legem: vel si negarent se accepisse talem legem. Et ponas in eo arcam. Primum, quod intra tabernaculum locari mandabatur, erat arca: & hoc per duo. Primum, quia arca erat principalis in toto tabernaculo, & propter eam tabernaculum fiebat praecipue. Secundum est, quia arca ponebatur in parte magis abscondita sanctorum. I. ad latus occidentale circa parietem lateris occidentalis: ideo conueniens erat ea primo locari, quia sic ordo exigebat. Demittesque ante eam velum. I. facies pendere velum. Istud velum pendebat ante quatuor columnas de lignis setim, quae posita erant ad distinguendum sancta sanctorum, & reliquam partem sanctorum, & in illis erant aliqui clauis, in quibus penderet velum oppositum. Erat autem istud velum factum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere polymito, vt patet supra vigesimo sexto ca. Et sic manebat ibi quaedam domus parua quadrata habens cubitos decem in longitudine, & totidem in altitudine: & vocabatur sancta sanctorum. I. domus multum sancta; quia ibi morabatur Deus specialiter: & respondebat de medio duorum Cherubim super arcam. Et illata mensa. id est, introducta: de infesto ers, id est, introfero, vel introduco. Ista mensa inferebatur, vt poneretur intra tabernaculum, sed non intra partem interiore, quae erat sancta sanctorum, sed intra partem primam, quae vocabatur sancta, vel sanctorum: & ponebatur ista mensa in latere aquilonari sanctorum, vt patet supra 26. ca. causa autem, quare fiebat sic in eodem ca. posita fuit. Pones super eam, quae rite praecipitur. id est, pones omnia illa, quae

Doct. sententia.

Erigitur tabernaculum.

Quare Deus mandauit in tabernaculo primum arca locari.

qua mandata sunt fieri. Rite dicuntur aliqua fieri, id est regulariter, vel ordinatè, quando sic fiunt, vt ratio expostulat, vel recta lex. Dicebantur rite praecipia ea, quae Deus praeeperat, vt ponerentur super mensam, quia sic ratio expostulat, vt talia super mensam ponerentur. Erant autem super mensam positi primo panes propositionis, & erant duodecim ad memoriam duodecim filiorum Israel, vt patet Leui. 24. c. & ponebantur isti in ordine. I. sex contra sex, vt patet in eodè c. deinde ponebantur vasa ad ministrandum. & ista non erant ad ministrandum in mensa, quia mensa non habebat aliquam specialem administrationem, scilicet, quod in ea fieret aliquis certus vsus, sicut in altaribus, vel in candelabro, ad quam administrationem ponerentur ista vasa.

An super mensam propositionis fieret aliqua specialis ministratio.

QVAESTIO II.

ET si quispiam obijciat, quod aliqua specialis oblatio siue administratio fiebat super mensam: quia ponebantur ibi panes propositionis coram domino: & vt postea fumerent eos sacerdotes in cibos. Non valet quod dicitur, quia ad panum propositionem non erant necessaria vasa, quae ponebantur super mensam, vt patet de cyathis, & phialis, quia ista instrumenta liquoris susceptiua sunt. Item quia erant thuribula, & ista non erant ad ponendum panem, sed thus. Item praecipitur, quia cum ista vasa posita fuerint, subiungit litera, quod erant ad offerenda libamina. Non offerentur autem libamina in aliquo loco, nisi super altare holocaustorum: ergo non erant ista vasa ad ministracionem faciendam in aliqua operatione mensae, sed in aliquo alio loco sanctorum. Pro quo sciendum (vt latius declaratum fuit supra vigesimo quinto cap.) quod mensa erat quoddam repositorium vasorum, quae pertinebant ad ministracionem faciendam in alijs locis, sicut cum sunt multi solenniter epulantes in multis mensis, ponitur vna mensa, in qua habentur vasa ad ministrandum in omnibus alijs mensis, & in illa mensa nulla alia ministratio fit: ita erat in mensa ista, quia erant duo altaria, quae habebant proprias ministraciones, & non habebant in seipsis omnia vasa necessaria: ideo ponebantur super hanc mensam, vt inde sumerentur, cum opus esset. Erant autem vasorum genera quatuor. I. phiala, cyathi, thuribula, & acceptabula: rra autè istorum erant ad ministracionem faciendam in altari holocaustorum, & vnum ad ministracionem in altari thymiamatum. In altari holocaustorum erant tria subiecta. I. acceptabula, phiala & cyathi. Dicuntur acceptabula quaedam vasa aurea plana ab accipiendo dicta, in quibus ponebatur similia ad sacrificia: nam vt ponitur regula Num. 15. in omni sacrificio erat ponenda certa pars similia: ista accipiebatur ab offerentibus, vt certo tempore poneretur in altari holocaustorum super sacrificium, & recipiebatur in illo vase aureo, quod acceptabulum vocabatur, & ibidem conseruabatur, & sacerdotes accipientes illud vas cum similia, quae ibi erant iaciebant super sacrificia. Secundum vas erat phiala, & istud vas erat pro liquore, vt demonstrat figura sua. Erat autem duplex liquor necessarius in quolibet sacrificio, scilicet vinum, & oleum, vt patet Num. 15. capit. vbi ponitur regula quantum de his in quolibet sacrificio poni deberet: ponebantur autem duo vasa pro liquore, scilicet vnum, quod vocabatur phiala, & aliud, quod vocabatur cyathus. Et possunt ista duo vasa poni ad duos actus, vt distincta sunt supra 25. c. quod phiala, quae habet collum angustum, erat bona ad con-

Vnus phiala, & cyathus in sanctorum.

Alph. Post. super Exodum

seruandum: & inconueniens ad promptè effundendum; cyathus vero è contrario latus est in ore, ideo ad conseruandum non conuenit, ad effundendum autè conuenientissimus est: ideo dici posset quod cum conseruari debebat vinum, aut oleum, quod ponebatur in phialis: & quia non poterat poni vtrunq; in eadè phiala, erat necessitate diuersae phialae: cum vero aliquid horum effundi deberet, ponebatur de phiala in cyathum, & sic effundebatur promptè de cyatho super carnes sacrificiorum: quod non poterat fieri ita conuenienter, si fundebatur per phialam, vt patet cuiuslibet intuenti. Alio modo poterat dici, & fortè conuenientius, quod phiala, & cyathi non erant ad continendum idem, sed diuersa; quia sicut erant diuersi liquores, ita ponebantur diuersa vasa, scilicet, quod essent phialae ad continendum oleum, quod conuenientius continetur in talibus figuris vasorum: cyathi erant ad continendum vinum. Aliud vas erat. I. thuribulum, quod vocabatur thuribulum, & istud erat ad ministracionem altaris thymiamatum: & vocatur sic, quia thura continebat, siue thymiamata confecta, & in puluerem redacta minutissimum: & fumebatur de hoc vase, atque imponebatur prunis in vase, quod vocabatur ignis receptaculum, & ardebat super altare thymiamatum. Candelabrum stabit. id est, erit positum, vel situatum, quia stare est erectum esse, cum dicitur positum. Candelabrum continebat vnum hastile, quod erat principale surgens de pede candelabri ipsius, & de ipso postea sex calami surgebant, & in quolibet erat vna lucerna. Ponebatur autem in parte meridiana tabernaculi extra velum sancti sanctorum contra mensam, & erat de auro purissimo. Causa autem quare in latere meridiano ponebatur, habita fuit supra vigesimo sexto ca. de fabricaturè modo, & de partibus eius habitum fuit supra vigesimo quinto capitulo. Cuius lucernae suis. Vocantur lucernae quaedam vasa semisphaerica in extremitate calamorum, iuxta numerum calamorum, & hastilis: scilicet quod essent septem, & in eis fundebatur oleum, & ponebatur lychnum, vt arderet. Et a tate aureum, scilicet, altare thymiamatum, quod non erat aureum secundum veritatem, ita quod esset factum de auro, sicut signat istud nomen aureus, sed erat totum aureis laminis coopertum; materia tamen eius praecipua erant ligna setim, vt patet supra trigesimo capitulo. In quo adoletur incensum. Istud verbum, adoletur, signat duo in praesenti tempore, sicut hic ponitur, scilicet, quod aliquid actualiter adoleatur, id est, comburatur. Aut quod sit consuetudo adolendi, licet nihil actualiter adoleatur. Sed nullo istorum modorum hic accipitur: quia falsum esset. Non primo modo, quia non est verum quod tunc actualiter adoleretur incensum, quia tunc non iterum fuerat factum illud altare, vel fortè nondum erat finitum, quando ista dicta sunt, vt videri potest ex quaestione posita supra. Siquidem ista verba dicta fuerunt. Sed adhuc dato, quod ista verba dicta fuerint postquam iam factum esset altare thymiamatum, tamen nondum adolebatur in eo, quia nondum erat consecratum, sicut nec cetera. Item quia non erat aliquis, qui adoleret incensum, quia nondum erat aliquis sacerdos ad ministrandum, quia Aaron & filij sui postea consecrati sunt, vt patet Num. 7. c. cum postea fuisset dedicatum sanctorum. Item non poterat hoc existere; quia altare debebat esse in tabernaculo ad hoc quod fieret in eo aliqua ministratio, sed nondum erat aliquod tabernaculum factum, scilicet erectum, cum nunc mandaretur erigi, ergo non erat aliqua ministratio in altari illo. Eodem modo non potest stare quod significet hic adoletur. I. est consuetudo adolendi, quia consuetudo semper causatur ex frequentatis actibus, sed nullus actus adolendi tunc praecesserat, vt inductum est: ergo non signat ibi adoletur, & est con-

Thuribulum.

Lucernae.

Pars Secunda. D d 2 suetudo

fectudo adolendi. Sed est sensus. *In quo adoleatur incensum.* id est, quod factum est ad adolendum incensum, & tunc verum est; quia siue finitum esset altare thymiamatum, siue non: ad hoc fiebat, vt super illud thymiamata cremarentur. *Coram arca testimonij.* Non erat coram arca, ita quod esset intra velum in sancta sanctorum, & poneretur ante arcam; sed ponebatur in parte exteriori versus velum, quod oppanditur sancto sanctorum, & in directo arcæ. *Tentorium in introitu tabernaculi pones.* Istud erat factum de quatuor colorib⁹ filorum, scilicet, de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta: & erat altitudinis cubitorum decem iuxta altitudinem tabularum tabernaculi, & longitudinis cubitorum totidem, ita quod esset quadratum. Patet autem hoc ex mensuratione lateris occidentalis, quod erat oppositum orientali, & erat eiusdem magnitudinis. & tamen illud erat cubitorium decem, vt patet accipiendo tabulas sex, quæ erant in illo: quarum qualibet cubitum & dimidium in latitudine continebat; & erant novem cubiti. Præter has erant duæ tabulæ paræ, quarum qualibet erat latitudinis dimidij cubiti, vt patet supra vigesimo sexto capi. Et sic erant decem cubiti: pendeat autem istud tentorium ante colūnas quinque, quæ erant appense in introitu tabernaculi. *Pones & ante illud altare holocausti.* Altare holocaustorum erat factum de lignis setim quinque cubitorum in latitudine, & hoc per quadrum, & trium cubitorum in altitudine. Erat laminis æneis coopertum in parietibus non habens tectum, sed erat cauum, & inane: in hoc autem offerebantur omnia sacrificia quæcunq; offerri debebant, & ponebantur extra tabernaculum. Cuius causa posita fuit supra vigesimo septimo cap. & hæc circa introitum tabernaculi, scilicet, ad vnum latus. *Labium inter altare & tabernaculum.* Erat magis coniunctum labrum portæ tabernaculi, quam altare holocaustorum, quia altare colore suo, & fumo officere poterat tentorio, & operimentis tabernaculi denigando, potissimum cum esset crassus fumus, scilicet, adipum incensarum, & carniū combustarum. Labro æneo nihil officere poterat, ideo coniungebatur magis tabernaculo. *Quod implebis aqua.* Non solum mandabat Deus poni omnia vasa sanctuarij, sed etiam poni in eis id, quod ad administrationem necessariam erat, scilicet, quod poneret aqua in labio cneo, quia ad hoc solum erat labium æneum, vt poneretur in eo aqua, vt lauarentur sacerdotes. Mandauit etiam mensam cum panibus propositionis, vt patet, cum dicitur supra: Et illata mensa pones super eam quæ ritè præcepta sunt, id est, omnia vasa & panes propositionis: nam & ipsi israelitæ panes propositionis cū mensa obtulerunt, vt patet in fine. c. præcedentis: etiam candelabrum cum oleo ad lucendum oblatum est, vt patet præcedenti. c. Hæc omnia mandabat Deus fieri, quia immediatè debebat fieri ministratio totalis in tabernaculo, cum consecrandi essent sacerdotes immediatè: & tunc totalis ministratio fiebat, vt patet supra vigesimo nono, & Leui. 8. & 9. atque decimo c. Post ista sacrificia & sacerdotales administrationes in monte Sinai non leguntur in toto deserto aliquando administrasse, nec administratum fuit: nam nec in assumptione Eleazari filii Aaron in summum sacerdotem, in qua debebat esse celebritas; & administratio per septem dies, vt patet supra vigesimo nono c. nihil factū legitur, vt habetur Nume. 20. c. vbi ponitur mors sacerdotis Aaron, & assumptio filii eius: sed de filio eius solum dicitur, quod indutus fuerit vestibus pontificalibus in monte, & ductus ad populum, & non quod fuerit facta aliqua alia solennitas consecrationis, & sacrificiorum, sicut declaratum fuit supra 29. c. *Circunda-*

bisq; atrium tentorij. Vocabatur atrium quoddam magnum spatium in circuitu tabernaculi, quod tenebat in longitudine cubitos centum, in latitudine cubitos quinquaginta. vt patet supra vigesimo septimo, & trigesimo octauo c. & istud spatium (quia erat sacrum) vt distingueretur ab aliis locis profanis: ponebat quædam interpositio columnarū in circuitu per quatuor latera illius spatij, & in illis columnis pendebant tentoria claudentia totum spatium: erant ista tentoria, quæ hic ponuntur de bysso retorta: & hoc in tribus lateribus. Occiduo septentrionali, atq; meridiano. In orientali etiam pars quadam cooperta erat talibus tentoriis, scilicet, vbi latus illud coniungebatur meridiano, & vbi coniungebatur septentrionali: medium verò orientalis lateris talia tentoria non habebat: sed vnum tentorium quindecim cubitorum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto opere plumario, et hoc erat ad claudendum introitum atrij: & ob hoc ponitur differentia in litera, cum subiungitur. *Et ingressum eius.* i. & ingressum atrij circundabis tentoriis, sed non talibus tentoriis, qualibus circundabas alia latera atrij. *Assumptio vnctionis oleo.* Posita fuerat supra benedictio Moysi super omnia ista apportata ad eum, quæ erant dispositio quædam applicandi ad cultum diuinum. Hic ponitur consecratio, quæ erat omnium rituum cōpletio. Vocatur hic oleum vnctionis quoddam vnguentum factum ex quibusdā speciebus, & oleo oliuarum, & liquidum erat, de quo supra 30. c. *Vnges tabernaculum cum vasis suis.* Non est intelligendum qd totum tabernaculum vngeretur, scilicet, quod superliniretur, quia ad hoc non sufficeret vnguentum tā parvæ quantitatis, sicut ponebatur esse supra trigesimo capitulo: nec etiam decens erat tantum tingi tabernaculum, quia omnia sic inficerentur vnguento, & magna macula esset, cum totum macula esset, sed fiebant aliquæ parvæ tinctiones in vnguento. q. sacerdos mitteret digitum suum in vnguentum, & liniret aliquas partes tabernaculi, faciendo aliquas figuras, sicut est in consecratione ecclesiatarum, quia ep̄s facit cruces in angulis earum. *Cum vasis suis.* i. omnia vasa, quæ sunt in eo. Accipiuntur hic vasa tabernaculi propriè. s. soli p̄o vasis tabernaculi non connumerando in eis vasa atrij, quia illa per se, infra ponuntur, & sunt ista vasa tabernaculi oīa supellectilia tabernaculi. *Farca cū suo propitiatorio,* & duobus cherubim; quia illa principaliter vngentur, & altare thymiamatum, & candelabrum aureū, et mensa propositionis, et vasa candelabri, et vasa posita super mensam propositionis: quodlibet. n. horum linuit faciens in eis aliquas figuras. Velum autem quod pendeat ante sancta sanctorum non cōputat inter vasa tabernaculi, nec inter supellectilia, sed vocatur pars tabernaculi: sicut vnus paries est paries domus, et non supellex, aut vas domus: idem est de columnis, et de tentorio in introitu tabernaculi, quia licet illa vncta fuerint: tñ intelliguntur vncta, cum dicitur, quod vnxit Moyses tabernaculum; quia in toto partes intelliguntur. *Vt sanctificentur.* i. vt sancta fiant. Applicata ad cultum diuinum, q. d. antequam istæ vestes consecrarentur per vnctionem illā, non erant applicata ad cultum diuinum, ita qd non liceret applicari illas cultui humano, quia applicari poterant cuiusq; vellemus: cum autem consecratae sunt, ita fuerunt ad cultum diuinum applicate, qd nullo modo licebat eas applicare ad cultum humanum: ideo rectè dicitur de eis qd sanctificatae sunt: per benedictionem autē, quā Moyses dederat supra, quæ cuncta ante eum apportata sunt, non fuerunt cultui diuino applicata, ita quod non liceret ea applicari cultui humano: sed hoc consecratae sunt per consecrationem. *Altare holocausti.* Istud est pertinens ad atrium, quia altare, & labrum æneum erant in atrio: & ista quodque

Oleo omnia sanctificatur.

Altare holocaustorum.

Quid sancta sanctorum.

Consecratio sacerdotum veteris testamenti.

quoq; consecrata sunt, quia oportebat ea applicari ad cultum diuinum: & adhuc specialius applicabantur, maximè altare holocaustorum, quia ibi continuè fiebant sacrificia Deo in mane, & in vespere: præter sacrificia, quæ adhuc spontaneè faciebant populares, siue essent holocausti, siue hostiæ pacificæ, siue pro peccato: præcipuè cum semper in altari arderet ignis, vt patet Leui. 6. cap. & hoc quia apponebat sacerdos ligna quotidie, propter quod in consecratione tabernaculi, & rerum tabernaculi maior observatio ceremonialis fuit in altari holocaustorum, quam in toto apparatu vasorum sanctuarij, cum multotiens mundificaretur, & fierent in eo ritus ceremoniales, vt patet supra vigesimo nono c. *Et omnia vasa eius.* id est, omnia vasa, quæ cum eo ponuntur, siue pertineant ad ministracionem factā in eo mediare, siue immediatè. *Quod dico propter aliquot de vasis eius, quæ ponuntur in eo, & non sunt ad aliquam eius ministracionem, sicut sunt ignifera receptacula, & fuscina, sed pertinent mediare ad altare: erant namque quatuor vasa altaris, quæ ponebantur in altari. scilicet, lebetes, fuscina, forcipes, & ignium receptacula. Lebetes autem cum essent ad educendum cinerem de altari holocaustorum, erant immediatè ad cultum altaris, vt patet supra 27. c. Forcipes etiam erant ad prehensendum prunas, & mouendum eas, vt aptarentur in altari: vel cum tollendæ essent inde aliquæ ad ponendum in altari thymiamatum. Fuscinae erant ad tollendum carnes sacrificiorum de olla, vel cacabo. Pertinebat ergo ista duo vltima mediare ad altare holocaustorum: & tamen vocantur vasa altaris holocaustorum. Quæcunque modo ergo pertineat ad altare, vocantur vasa altaris holocaustorum: & omnia consecrata sunt per tinctionem olei sancti. *Labrum cum basi sua.* Hoc etiā erat in atrio, vt ibidem lauarentur sacerdotes, cum ministraturi essent: & non cogentur intrare primò tabernaculum, & hoc consecratum fuit tingendo in aliqua parte eius oleo sancto, quia pertinebat ad sanctum ministerium, sicut omnia alia vasa sanctuarij. Dicitur labrum cum basi, quia ista erant duo vasa, scilicet, labrum, in quo continebatur aqua, & basi, in quam defluebat, cum de labro emittebatur: & vtrunque consecratum fuit oleo, quia vtrunque sacrum erat, id est, ad sacrum ministerium pertinens. *Omnia vnctionis oleo consecrabis.* id est, quod omnia vasa tam tabernaculi quam atrij specialiter linirentur isto oleo. vocatur hoc oleum vnctionis, quia eo vngentur omnia ista vasa, & ad hoc factum erat, vt patet supra trigesimo cap. *Vt sint sancta sanctorum.* id est, vt sint multum sancta, quia isti genitui quado sic ponuntur, signant excellentiam; vt, Flos florum: Virgo virginū: Cantica canticorum. Et tamen quando ista omnia vocantur sancta sanctorum, i. multum sancta; non vocantur sancta sanctorum in comparatione ad omnes alias res sanctas; quia tunc non esset differentia inter istas res sacras, & domum, quæ vocatur sancta sanctorum quantum ad sanctitatem: sed falsum est, cum fiat differentia inter sancta sanctorum, & alia partem sanctuarij, quæ vocatur sanctum. Sed vocatur sancta sanctorum illa domus in comparatione ad omnes alias res, quia nullus locus in tetriss erat ita sanctus, sicut ille locus, qui vocabatur sancta sanctorum. Cum autem vocantur omnia, quæ sunt in sanctuario sancta sanctorum, non vocantur sic in comparatione ad omnes res, sed in comparatione ad res, quæ non sunt in sanctuario: quia si aliqua res extra sanctuarium sancta est, ista sanctiores sunt illis, ideo per respectum ad illas vocantur sancta sanctorum, quia alia res non erant ita sacra. *Applicabis, Aaron.* Ponebatur supra de consecratione supellectilium, & vasorum sanctuarij. Hic agitur de consecratione sacerdotum, propter quos erat*

consecratio vasorum: nam omnes istæ consecrationes fiebant, vt ministraretur Deo in his vasis, & ministratio fieri debebat per sacerdotes: ergo consecratio sacerdotum erat, ad quam totum hoc terminandum erat. Ex hac litera etiam patet, quod in die, in qua fuit erectum tabernaculum, inchoata est consecratio sacerdotum; quia ista litera tota clauditur sub vno contextu. Cum dictum fuit in principio: Mense primo, die prima mensis eriges tabernaculum, & pones in eo arcam, &c. deinde totum continuatur vsque huc, ita quod nulli interitio esset inter hæc: sed facti vno immediatè fieret alterum. Patet hoc etiam magis Nume. 7. capit. in principio, cum dicitur: Factum est autem in die, qua compleuit Moyses tabernaculum, & crexit illud, vnxitque & sanctificauit eum omnibus vasis suis &c. vbi innuitur, quod omnia ista simul sunt facta, scilicet, continuatè. *Applicabis, Aaron.* Ritus totus istius consecrationis per omnes dies, in quibus durabat, habetur supra vigesimo nono cap. & Leui. 8. cap. Et ista consecratio sacerdotum præsupponit erectionem tabernaculi, quia non poterat consecrari sacerdotes, nisi intra tabernaculum: ideo primum, quod in ista consecratione fiebat, erat quod tñ Aaron quam filij eius applicabatur ad fores tabernaculi. *Applicabis Aaron & filios eius.* Quia non solum Aaron, sed etiam filij eius consecrandi erant in sacerdotes: Aaron quidem in sacerdotem magnum, & filij eius in sacerdotes minores. Et dicitur quod Moyses debebat eos applicare. q. d. quod ipsi non debebat ire per se, aut petere consecrationem, sed Moyses debebat eos ducere ad hoc, quia esse sacerdotem erat magnus honor & potestas, & redditus magni a populo; quod ergo ipsi peterent illā consecrationem erat quod peterent illos honores; & hoc non erat conueniens. Sic dicitur ad Hebræ. ca. quinto. Nemo sibi indifferet sumat honorem, sed qui vocatus est a Deo tanquam Aaron: in quo notat quod non petebat Aaron illam consecrationem & honorem, sed Deus dabat ei: hoc significatur, cum dicitur: applicabis. q. d. non venient ipsi, sed tu ducet eos. Et hoc etiam manifestatur Leui. 8. cap. vbi Moyses presentans coram populo Aaron, & filios eius dixit: Hoc est quod iussit fieri Deus.

An liceat alicui petere, aut desiderare episcopatum, aut ordines sacros, vel aliquos honores.

Q V A E S T I O. III.

S E D obiicit ex hoc, quod non debet aliquis petere ordines sacerdotales; quia ista consecratio, quæ erat in Aaron, & filiis eius correspondet ordinibus sacerdotibus in ministris noui testamenti: quia sicut Aaron, & filij eius antequam acciperent consecrationem hanc, non poterant ministrare in sanctuario, vt patet supra 29. cap. in principio, vbi cum dixisset de vestimentis sacerdotibus, in vigesimo octauo c. subiungit: Sed & hoc facies vt sacerdotio fungantur mihi. Et agitur ibi de consecratione eorum: ita est in sacerdotibus testamenti noui, quod antequam ordines suscipiant, ministrare non possunt: cum verò ordinem susceperint, ministrare valent: sicut ergo non erat illis licitum petere consecrationem hanc, sed ducebat eos Moyses mandato Dei, ita non erit licitum alicui petere ordines sacerdotales. Ad intellectum huius quod solum est onus, & non honor, non est peccatum in desiderando talem rem secundum quod huiusmodi: si autè desideratur aliquid, quod est honor

Pars Secunda. Dd 3 vide-

Gradus, & dignitates non que ren. 2c.



videtur esse peccatum, licet non est sic iudicandum vniuersaliter, quod omnis, qui aliquo modo desiderat honorem, peccet mortaliter. Ratio huius fundamētū est, quia tota peruerfitas actionum nostrarum est in vitiis fruendis, & frui vtendis: cum verò aliquis desiderat laborem, quia labor non est de se aliquid bonum fruibile, nec aliquis fruitur eo, non est ibi peruerfitas, quia solum vitium: cum autem aliquis desiderat honorem, quia honore est quoddam bonum fruibile, cum sit finis vite politicae, vt patet per Arist. in 1. Ethic. poterit frui illo, & tunc erit peruerfitas cauans peccatū mortale. Et quia honor quando in seipso appetitur semper est bonum fruibile, cum non sit bonum, quod ordinetur in alterum, sicut sunt bona viliaria: ideo illi, qui desiderant honorem habentes oculum ad honorem, peccant mortaliter, quia fruuntur re vili. Et sicut est de desiderio honoris, ita de desiderio pecuniarū, aut potestatis: quia in desiderando hæc potest aliquis frui, & sic peccatum est: vel potest desiderans indignus esse, & eodem modo peccatum est. Applicando igitur de ordinibus, dicendum est, quod appetere ordines est appetere quandam laborē, & quandam promouendū ad cultū Dei. Quod autē sic fit, patet quia ordo est, per quē tribuitur aliqua potestas spiritualis efficiendi aliquid, quod aliter efficere nō poteramus, vt aliquis non hāc ordinē sacerdotale nō poterat consecrare corpus Christi, & in consecrando est quidam specialis cultus Dei: ergo desiderare ordinem sacerdotalem ad consecrandū corpus Christi, non est illicitum. Dicit etiam ordo quendam laborem, s. obligationem ad obseruantiam castitatis, quæ necessariō venit dato ordine in Ecclesia statuta. Dicit etiam ordo quendam laborem, qui est obligatum esse ad recitandū officiū. Desiderare ergo istos labores nō est malū, cum nullus desideret laborē ad fruendum: quia non est aliquid fruibile: sed ordo nullum honorem de se importat, aut præminentiam, aut vtilitatem pecuniariam, vel aliquid alterum, quod fruibile sit. Ergo dicendum, quod desiderare ordinem peccatum non est. Si autem aliquis desideret honorem, vel vtilitatem, aut potentiam: siue cum quodam onere, siue solitaria sint, potest esse in eis peccatū. Sic desiderare ecclesiasticum beneficium potest esse peccatum mortale, quia dicit principaliter vtilitatem, licet ei sit annexus labor recitandi, cum propter officium detur beneficium, vt patet de regulis iuris libro sexto, quia potest desiderari principaliter propter vtilitatem, ita quod vtilitas per se desideretur, quod peccatum mortale est. Vel quia ille, qui desiderat, indignus est. De ordinibus autem non est sic, quia ordinibus nō est annexum beneficium, sed sunt annexi omnes labores supra positi: ergo licet non sit peccatum in desiderio solius ordinis, erit tamen quandoque peccatum in desiderio solius beneficij. De episcopatu autem dicendum est, eodem modo, quod Episcopatus concernit ordinem sacerdotalem, & ordinem Episcopalem, si aliquis est, sicut aliqui posuerunt (licet de hoc non multum est curandum) nec quantum ad hoc (si nihil aliud esset) nullum peccatum esset in desiderando, sicut diximus de desiderio ordinis sacerdotalis, sed concernit alterius iurisdictionem in subditos tam clericos quam laicos: concernit etiam præminentiam dignitatis: concernit etiam magnos redditus, vt nunc Episcopatus sunt: omnia hæc possunt esse fruibilia, nec de se sunt ordinata in cultum, nisi nos per rationem illa in Deū ordinemus: ideo in desiderio istarum rerum satis communiter est peccatum mortale: ideo non debet aliquis desiderare Episcopatum, quia plura in eo sunt honores, quam labores: licet magni in eo labores sint, si quis dignē gerat se in Episcopum, Et hoc dicebat Apost. ad Hebræ. 5. c. Nemo indifferēter sibi sumat honorem, sed qui vocatus est à Deo tanquam Aaron: & sicut non licet sumere, ita non licet appetere: & sic ait idem Apostolus ad Timo. prima in c. 2. Siquis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, & exponunt omnes sancti, non vt præsit, sed vt prosit: quasi dicat, si aliquis desiderat propter omnia ista, non desiderabat bonum opus, sed cum desiderabat solum propter prodesse. Sed dicit aliquis, cum desideratus fuerit Episcopatus ab aliquo solum propter prodesse, non erit peccatum. Respondetur, quod adhuc nunquam est sic desiderandus Episcopatus. Quia licet aliquis solum desideret Episcopatum propter prodesse, & nullo modo propter præesse, desiderat tamen præesse: quia in bona consequentia si antecedens stat, & consequens stat: sic igitur in bona consequentia si antecedens est volitū, consequens est volitum: sed honor vel præminentia necessariō consequitur ad Episcopatum, cum omnis Episcopatus habeat iurisdictionem. Ergo quando aliquis desiderat habere Episcopatum, desiderat etiam honorem, & Episcopatus præminentiam, & potestatem, & cætera, quæ in Episcopatu necessaria sunt: & ille, qui desiderat Episcopatum, scit quia ista sunt in episcopatu: ergo nō potest desiderare episcopatum, quin desideret honorem, & iurisdictionem, & potestatem, & redditus. Sicut non potest desiderare aliquis, quod sit homo, quin desideret habere animam, quia esse hominem non contingit sine hoc, quod est habere animam: sed desiderare habere ista (etiam si non desiderentur propter se) est peccatum: quia nemo se debet existimare dignum ad sustinendum tantum honorem, quantum habet episcopatus, vel tantam iurisdictionem, aut curam animarum, & scit quod necessariō habebit eā si habet episcopatum, ergo non debet desiderare episcopatum. Et quando dicitur de hoc, quod est desiderare propter prodesse, & non propter præesse. Respondetur, quod bene stat, quod aliquis desideret episcopatum propter prodesse, & non propter præesse, vel iurisdictionem habere, aut potentem esse, aut redditus habere: tamen impossibile est, quod desiderato episcopatu, nō desideret præesse, & iurisdictionem, & potestatem, & redditus, & cætera, quæ coniuncta sunt episcopatu necessariō. Et quando obijcitur de textu, s. qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Verum est, quod bonum opus desiderat, quia desiderat ea, quæ episcopatus agere debet, quæ ponit Apostolus prima ad Timo. c. 2. immediate post auctoritatem allegatam: & tamē non sequitur, quod desideret bene quicumque episcopatum desiderat, quia episcopatus in se bonares est: ideo quicumque cum desiderat, bonum opus desiderat, aut bonam rem: tamen quia nullus debet se existimare dignum illa bona re propter suam magnitudinem, nullus debet desiderare episcopatum propter quemcumque finem. Nam licet bonam rem desideret, tamen bene non desiderat, cum desiderando eam præsupponat se dignum esse, quod inconueniens est præsupponere. Et hoc notat Apost. ad Heb. 5. c. cum dicit. Nullus indifferēter sibi assumat honorem, sed qui vocatus est à Deo. Et tamē ad assumendum laborem sine honore, aut potentia, vel temporali vtilitate nullus indignus est: ergo nunquam est peccatum in desiderando ea, quæ solum laboriosa sunt. Applicando igitur ad sacerdotes veteris testamenti, dicendum est quod per illam consecrationem assequerantur, quod possent ministrare in sanctuario, & hoc labor erat, & in hoc solo desiderio sine peccato erat. Assequerantur etiam, quod essent maiores in toto populo habentes iurisdictionem ad iudicandum aliquid esse mundum, vel immundum, vt patet Leuit. 14. & hoc tam sacerdoti magno quam minoribus conueniebat, vt habetur in eodem c. Assequerantur etiā magnos redditus à populo, de quibus Nu. 18. c. per

tionem, scilicet quod sacerdotes exuerentur vestimenta communia, quæ habebant saltem aliqua illorum, vt superinduerentur sacris vestibus. Quod saltem de feminalibus verum esse constat, quia quocumque ministrare debebant sacerdotes, induebantur feminalia linea, quæ erant sacra attingentia vsque ad renes, vt patet supra 28. c. sed non conueniebat accipere aliquam sacram vestem ante lotionem, ergo prius lauabatur, quam acciperet sacra feminalia: sed non est dicendū, quod indueret feminalia sacra super feminalia sua, ergo prius tollebat feminalia sua, & deinde lauabatur, & postea induebant feminalia sacra.

Quid designat lotio sacerdotum in veteri testamento.

QVAESTIO. III.

ISTA lotio fiebat ad literam, & ad significationem. Ad literam quidem, quia decens valde erat, vt nulla corporalis labe esset in illo, qui res sacras erat suis manibus tractaturus. Et ex hoc in ecclesia consuetudo laudabilis inoleuit, vt nullus dicat missam, nisi prius manus lauerit, ne corporis contagio res sacras, quæ corporales sunt, inhonestè coinquinet. Secunda ratio est propter significationem, quia corporalis immundicia interiori designat immundiciam, & corporalis ablutio animæ nostræ designat puritatem: & quia oportet, vt qui sacra tractat, pura intentione, & immaculata vita contractet: conuenienter hæc puritas in ablutione corporis designatur. *Indues sanctas vestibus.* Vocantur sanctæ vestes illæ, quæ Deus iussit fieri, vt sacerdotes in eis ministrarent: vt patet supra 28. capitulo, & erant istæ vestes distinctæ secundum gradum ministerij: quia aliæ vestes conueniebant Aaron, qui erat summus sacerdos: alia conueniebant filiis eius, qui erant minores sacerdotes. Vocantur istæ vestes sanctæ, id est applicatæ ad cultum Dei, quia ad solam ministracionem in sanctuario erant illæ vestes: ad alios autem vsus nunquam applicandæ erant. *Vt ministrant mihi.* Id est vt ministrarent coram me, quia Deus dicebatur esse in illis locis, in quibus ministrabatur ei. Quod apparet, quia dicebatur esse super altare holocaustorum, quia ibi ministrabatur in sacrificijs. Vel dicitur. *Vt ministrant mihi.* Id est ad honorem meum. *Et unctio eorum.* Scilicet, qui uncti sunt, & consecrati oleo sancto. *In sacerdotium proficit sempiternum.* Id est proficit eis ad hoc, quod sint sacerdotes, quasi dicat, quod ista consecratio efficiat eos sacerdotes, sicut in nouo testamento sacramentum ordinis per characterem impressum efficit aliquem formaliter sacerdotem, & ante unctionem non erant sacerdotes, & postea erant. Et dicitur. *In sacerdotium sempiternum.* Quasi dicat, quod non efficiebantur per istam consecrationem sacerdotes ad vnam, vel duos dies, ita quod iterum deberent ungi ad ministrandum, vel quotiens ministrare vellent totiens ungi deberent, sed quod semel uncti erant, & per illam vnicam unctionem erant sacerdotes in æternum, id est quantumdiu viverent, etiam si viverent in æternum. Nam regula est generalis in sacramentis, quod quando in aliquo sacramento character imprimitur non oportet iterari super eundem hominem, ita autem est de baptismo, & confirmatione, & ordine: quia si aliquis semel baptizatus sit in emundationem peccatorum, & dimissis peccatis iterum in eadem, vel in peiora relabatur, non tollitur character impressus per baptismum, nec ultra baptizari debet. Idem de ordine, quia semel ordinatus semper est ordinatus, etiam si degradetur, quia character Pars Secunda. Dd 4 inde-

per totum, & Deut. 18. Sic igitur erat desiderare consecrationem in veteri testamento: sicut in nouo testamento desiderare Episcopatum, vel Ecclesiasticum beneficium (quia sunt honor, & onus simul) peccatum est: ergo non erat illa consecratio desideranda, sed ipsi erant ad illam vocandi: sic in Episcopatu non erat desiderandus sed qui dignus esset erat ab ordinatore, aut ab electoribus assumendus. Signum evidentissimum huius est, quia quando aliquis Episcopatum recipit, inquiritur ab eo vtrum velit Episcopatum, & respondet bis nolle: si tamen ecclesia statuens illam cæremoniā præsupponeret, quod ille, cui confertur Episcopatus, desideret illum, induceret illum ad mentium, quod tamen absit à mentibus orthodoxorū, vt tale quid fateamur. Præsupponit ergo ecclesia, quod ille, qui Episcopatum accipit, inuitus accedit, & sic exprimit se nō desiderare: sed quia si semper renueret, sibi conferri non posset, statuit ecclesia, vt cum bis dixerit se nolle, in tertia vice dicat se velle, quasi in primis duabus vicibus dicat se nolle exprimens suam intentionem: in tertia dicit se velle ad monstrandam solam obedientiam, & recipiendam ordinatoris iussionem. Ex dictis igitur patet, quod desiderare consecrationem in veteri testamento erat desiderare magnos redditus & honorem, ideo non debebant desiderare Aaron & filij sui, sed recipere illam ad diuinam iussionem. In nouo testamento nunquam est peccatum desiderare ordines in se: quia non est in eis aliquis honor, vel redditus per se, & necessariō consequens: ideo non oportet quod Episcopi vocent aliquos ad promouendum eos. Sed quod ipsi eant ad petendum ordines in collatione beneficiorum est per contrarium: quia recipientes beneficia nō debent desiderare, nec perere: collatores autem debent honestas personas, & idoneas, quibus conferant, inquirere. *Et filios eius.* Filij Aaron erant quatuor, s. Nadab, & Abiu, & Eleazar, atque Ithamar, & omnes hi fuerunt consecrati in sacerdotes, quod patet, quia Nadab, & Abiu, cum fuerunt finiti dies consecrationis, conuenit totus populus ad faciendum magnam celebritatem, & cum accessissent Nadab & Abiu ministrantes, tulerunt ignem alienum in thuribus. & consumpti sunt ab igne altaris, qui egressus est à dño, vt patet Leuit. 10. c. cum dicitur. Locutus est Moyses ad Aaron, & Eleazar, & Ithamar filios eius: Capita vestra nolite nudare, & indumenta nolite scindere, ne forte moriamini & super omnem cætum oriatu indignatio: fratres vestri, & omnis domus Israel plangant incendium, quod dominus suscitauit, vos autem non egrediamini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe sanctæ unctionis est super vos. Patet igitur, quod etiam isti duo consecrati erant oleo sancto, & sic omnes quatuor erant consecrati cum patre suo Aaron. *Ad fores tabernaculi.* Scilicet mittendo eos in atrium tabernaculi primò, deinde applicare eos ad ostium tabernaculi. Et hoc erat, vt viderentur presentari Deo, quia Deus dicebatur quasi morari in tabernaculo: ducendo igitur illos ad fores tabernaculi, presentari Deo videbantur, ad cuius iussionem sacerdotes efficiebantur. Etiam presentabantur apud fores tabernaculi, quia ad hoc quod induerentur vestes sacras, in quibus consecrarentur, debebant primò lauari, sed in labro æneo lauandi erant, quod situm erat ad ostium tabernaculi: ergo applicandi erant ad ostium tabernaculi: patet antecedens, s. quod labrum æneum esset apud ostium tabernaculi, quia dicitur supra, quod erat tentorium in introitu tabernaculi, & ante illud altare holocausti, labrum iter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. *Et lotos aqua.* Id est quod lauabantur ibi prius in aqua, quæ erat in labro æneo, & licet hic non dicatur, oportebat, quod aliquid aliud præcederet lotionem.

Alph. Post. super Exodum

Tota peruerfitas actionum nostrarum est in vitiis fruendis, & frui vtendis.

Appetere ordines quid sit.

Ordinem desiderare peccatum non est.

Quo episcopatu desiderare quasi semper sit peccatum mortale.

Quo intellegatur, quod qui episcopatum desiderat, bonū opus desiderat.

Quo in aliquo sacramento character imprimitur, non debet reiterari supra eundem de homine.

indelebilis est: in his vero, quae characterem non imprimunt, repetitionem fieri necesse est, ut in poenitentia, & Eucharistia, & sacra unctioe extrema: consecratio autem sacerdotum veteris testamenti obtinebat locum ordinationum novi testamenti, ideo sicut in nouo testamento propter characterem non replicatur, ita nec ibi repetebatur consecratio. Vtrum autem in illa consecratione character imprimeretur, nihil refert, sufficit enim quod ita erat ibi sacerdotalis potestas indelebilis, character autem nihil aliud efficit, nisi quod indelebiliter concessam potestatem conferuat. *Fecitque Moyses cuncta, quae praeceperat dominus.* Non solum ea, quae hic exprimuntur, quia hic non ponuntur omnia necessaria ad consecrationem, sed omnia alia, quae erant necessaria: etiam si non exprimantur hic. Haec autem ponuntur supra 29. c. & Leuit. 8. Ideo caute dixit hic litera, quod fecit Moyses omnia, quae praeceperat dominus, & non dixit: fecit autem Moyses omnia haec: quia dominus praecepit multiplica fieri, & illa fecit Moyses, sed non explicantur hic omnia illa, quia supra exposita sunt omnium horum narratio.

An sit in hoc cap. anticipatio.

QVAESTIO V.

SCIENDVM autem quod ponitur hic istud per anticipationem: Nam ista omnia supra dicta continent ipsam sacerdotum consecrationem, & multa alia: haec non fuerunt facta ante diem primam mensis primi anni secundi: quia in die illo, ut patet immediate, & ante erectionem non potuit fieri consecratio sacerdotum: cum ipsi deberent applicari ad fores tabernaculi, ut patet in litera supra, & tamen ante erectionem tabernaculi, & primam diem mensis primi anni secundi: ponitur hic completio omnium istorum, ergo anticipatio est. Respondetur, quod hic ponitur completio rerum, quae supra posita sunt. Et ponitur dupliciter, quia primo ponitur in generali, & secundo ponitur in speciali. Dicitur fuerat supra, quod Deus mandauerat Moysi, ut collocaret omnia supellectilia tabernaculi, & erigeret ipsum tabernaculum, & quod consecraret sacerdotes. Omnia ista Moyses executus est, ideo ponitur hic, quod executus fuerit: sed quia sic non patebat totaliter, qualiter executus fuerat: ponitur postea in speciali qualiter executus fuerit, observata per omnia forma mandati. Et sicut supra dictum fuerat, quod in prima die primi mensis, &c. ita ponitur hic, quod in prima die mensis primi fecit Moyses haec. Et si quantum ad hoc considerare velimus, non est proprie anticipatio, quia anticipatio est in diuersis rebus, quando res, quae postponi deberet, praepositur, & e contrario est recapitulatio: sed in eadem re totaliter ad seipsam non est recapitulatio, aut anticipatio: sic autem erat hic, quia idem significatur per hoc, quod dicitur: fecitque Moyses cuncta, quae praeceperat dominus: sicut per omnia, quae infra ponuntur usque ad locum illum. *Postquam cuncta completa sunt.* In quo particulatim digeritur quidquid vniuersaliter summatum collectum fuerat.

Igitur mense primo anni secundi, prima die mensis, collocatum est tabernaculum. Erexitque Moyses illud, posuit tabulas, ac bases, & vectes, statuitque columnas, & expandit tectum super ta-

bernaculum, imposito desuper operimento, sicut Dominus imperauerat. Posuit & testimonium in arca subditis infra vetustibus, & oraculum desuper. Cumque intulisset arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum, ut expleret Domini iussionem. Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam Septemtrionalem extra velum, ordinatis coram propositionis panibus, sicut praeceperat Dominus Moysi. Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij e regione mensae in parte australi, locatis per ordinem lucernis, iuxta praeceptum Domini. Posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra velum, & adoleuit super eo incensum aromaticum, sicut iusserat Dominus Moysi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij, & altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustum, & sacrificia, ut Dominus imperauerat. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij & altare, implens illud aqua. Laueruntque Moyses & Aaron, ac filij eius manus suas, & pedes, cum ingrederentur tectum foederis, & accederent ad altare, sicut praeceperat Dominus Moysi. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi, & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectum foederis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas: si pendebat desuper, manebant in eodem loco. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

Igitur mense primo. Hic ponitur secundum, scilicet Moysi executio. Igitur mense primo anni secundi. Mandata fuerunt haec ab aliquot diebus ante, ut supra fuit declaratum: cum autem venit tempus completionis, Moyses incepit exequi, quae iussa sunt. Et hoc fuit in anno secundo in mense primo anni illius. Computantur isti anni ab exitu de Aegypto: nam licet primus annus simpliciter esset primus annus creationis orbis, in quo inceperunt tempora & anni, & ante hoc

Num. 9. Gloria dñi impleuit repli nube omnia obumbrante.

He-

Vnde et perit gentes annos suos computare.

Hebraei si computarent: tamen quando exierunt de Aegypto inceperunt mutare temporum computationes, quia maximum beneficium Iudaeis factum fuit, quando de Aegypto exierunt: nam ante non censebatur viuere, cum seruitute vilissima atque grauissima premerentur: cum autem exierunt de Aegypto, vixi sunt incepisse viuere: ideo tunc conuenienter inceperunt computari anni eorum, quasi ante nullos annos, aut dies habuissent, sicut & nullam vitam. Et isto modo dicimus de aliquo, qui euasit magnum periculum, quo moriturus necessario videbatur, quod illa die natus sit: & sic ex tunc vita sua computari potest. Ita est. n. de gentibus, quae inceperunt computare singulae annos suos ab aliquo euentu, quo nobilitate sunt, & esse in honore magno ceperunt. Sic Graeci computauerunt annos regni sui ab Alexandro, quia in tempore eius maxima Graeciae gloria fuit Alexandro subigente sibi totum orbem, licet antea reges habuerint. Sic Romani annos suos ab urbe condita inceperunt, quia totum eorum bonum incepit cum Roma condita est. Nos quoque annos nostros a Saluatoris nostri natiuitate computamus, cum ante eum multi anni saeculi fluxerint. De his dictum fuit supra 12. cap. & Gen. 7. *Prima die mensis.* Et sic nondum erat vnus annus completus, quo exierant de Aegypto, quia exierunt de Aegypto, die quinto decimo mensis primi, cum dicitur supra 12. c. quod die quartadecima mensis erant immolaturi Phasce, & die quinta decima exituri de Aegypto: ille ergo dimidius mensis deficiebat ad complendum integrum annum post exitum de Aegypto. *Collocatum est tabernaculum.* Scilicet quod in illa die cepit erigi, & in illa die finita fuit erectio. Collocare autem tabernaculum est locare tabulas cum basibus suis, atque superponere cortinas, saga, & pelles arietinas rubricatas, atque hyacinthinas, quia ista erant partes tabernaculi: reliqua autem erant supellectilia sanctuarij. *Erexitque illud Moyses.* Id est mandauit erigi, quia non erexit Moyses per se, sed artifices erexerunt: quia tamen Moyses hoc fieri iusserat, ipse facere dicebatur: sicut dicitur de Salomone, quod edificauit Salomon domum domini, & quod edificauit domum saltus libani, ut patet 3. Reg. 6. & 7. cap. constat tamen quod nihil Salomon suis manibus operatus est, sed cuncta manus artificum compleuerunt. *Et posuit tabulas.* Hic incipit declarare in particulari quod in communi, & confuso dixerat. Nam collocare tabernaculum signat locationem tabularum, & basium, & columnarum, & aliorum, quae in litera continentur, & declarantur hic illa: nam nullo modo putandum est, quod collocatio tabernaculi differat a locatione tabularum, & basium, & ceterorum, sicut partes non differunt a toto, cum totum nihil aliud in seipso quam partes contineat. *Et posuit tabulas.* Id est fecit poni tabulas: sic enim exponenda sunt omnia verba, quae ad Moysen referuntur hic: erant autem tabulae primum, quod in tabernaculo situabatur, quia super ipsas ponebantur alia, & erant totius constructionis fundamentum. *Ac bases.* Erant bases argenteae acutae posite in extremitate cuiuslibet tabulae secundum quam terra coniungebatur, & erant duae bases pro qualibet tabula, ut sic firmiter teneretur, quarum basium capita tabulis infigebantur in quibusdam cauaturis, reliqua autem pars terrae immittebatur. *Et vectes.* Qui erant in dorso tabularum immixti per circulos aureos ad continendum tabulas simul, ne simul defluere valerent. *Statuitque columnas.* Id est erexit eas. Erant columnae nouem in tabernaculo, scilicet quatuor columnae, quae distinguebant Sancta Sanctorum a reliqua parte sanctuarij, ante quas pendebat velum, & quinque, quae erant in introitu tabernaculi, ante quas pendebat tentorium. *Et expandit tectum.* Ac-

cipitur tectum aliquando pro toto coopertorio tabernaculi, aliquando autem pro aliquo speciali: hic accipitur non pro omnibus, sed pro primo coopertorio, quia postea ponitur operimentum, quod distinguitur contra tectum. Erat igitur istud tectum de cortinis factis de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario, ut patet supra 26. c. *Super tabernaculum.* Hic accipitur tabernaculum pro solis tabulis tabernaculi, quia antequam ponerentur cortinae in tabernaculo nihil positum erat, nisi tabulae ipsae, & columnae: ergo tectum super solas tabulas ponebatur: sed dicitur poni super tabernaculum: ergo solae tabulae vocabantur tabernaculum. Aliquando accipitur tabernaculum pro tota illa domo coniuncta ex tabulis, & columnis, atque operimentis, & isto modo communiter accipitur, & distinguitur contra atrium, & sic accipitur supra 26. c. in principio, cum dicitur: Tabernaculum vero ita fiet. & generaliter quando dicitur ad fores tabernaculi, siue ad ostium tabernaculi, accipitur pro illa domo. Aliquando accipitur pro toto sanctuario, scilicet pro sanctuario proprii dicto, & pro atrio tabernaculi. sic accipitur supra 39. c. cum dicitur: Nihil ex vasis defuit, quae in ministerium tabernaculi, & in tectum foederis fieri iussa sunt, & tamen refertur hoc ad omnia vasa tam atrij quam tabernaculi, ut patet ibidem, quia supra computata fuerant vasa atrij, & tabernaculi. Alio modo accipitur tabernaculum pro velamento facto de cortinis, ut patet supra 26. c. cum dicitur, quod quinque cortinae vniuerentur quinque cortinis, ut ex eis vnus fieret tabernaculum. *Imposito desuper operimento.* Id est super tectum ponebatur operimentum: accipitur operimentum distinctum contra tectum. Ad sciendum autem quid significet tectum, & quid operimentum, considerandum est, quod in tabernaculo ponebantur quatuor coopertoria super tabulas, scilicet cortinae, & saga cilicina, & pelles arietum rubricatae, & pelles hyacinthinae, ut patet supra 26. c. Ista nominantur duobus nominibus, scilicet tectum & operimentum, quanto plura signauerit tectum, tanto pauciora signabit operimentum, & e contrario. Cognito autem quot signantur per vnum, cognitum pariter erit, quot per alterum significantur. Sciendum autem quod tectum aliquando ponitur ad signandum vnum solum de his operimentis, scilicet cortinas, aliquando autem ad signandum duo: & quando tectum signat solas cortinas, signat operimentum omnia alia tria velamenta, cum tectum signat duo, operimentum signat alia duo. De primo modo habetur supra 26. c. cum dicitur: Facies vnde cum saga cilicina ad operiendum tectum tabernaculi, scilicet cortinas, ut patet ibidem. Operimentum signat omnia alia tria post cortinas. Et patet ibidem primo de sagis cilicinis, quia illa dicuntur esse ad operimentum tectum tabernaculi, ut dictum fuit. Item quia cum immediate subiungeretur de pellibus arietum rubricatis, quae ponebantur super saga cilicina subiunctum fuit, facies aliud operimentum tecto de pellibus arietum rubricatis. Ergo ante istud operimentum aliud praecesserat, & hoc erat de sagis cilicinis, quia nullum aliud erat ante, nisi saga cilicina, & cortinae: de cortinis autem non poterat dici, quod essent operimentum, cum vocentur tectum, ut patuit supra. Secundum operimentum erat de pellibus arietum rubricatis. Tertium operimentum erat de pellibus hyacinthinis. Et sic dicitur in eodem c. immediate, & super hoc rursus aliud operimentum de pellibus hyacinthinis. Aliquando operimentum signat duo: & tunc tectum signat alia duo de istis, scilicet tectum signat cortinas, & saga cilicina. Operimentum signat pelles arietum rubricatas, & pelles hyacinthinas. Sic acci-

Tabernaculi quadrupliciter accipi potest.

Quatuor coopertoria habent tabernaculum.

Quid significet tectum.

accipitur supra 39. c. cum dicitur obtulerunt tabernaculum, & tectum, & operitorium de pellibus arietum rubricatis, & alium operimentum de hyacinthis pelliculis. Cum igitur sola duo horum opera nomenentur, necesse est alia duo nomine tecti subintelligi, scilicet cortinas, & saga cilicina. Qualiter autem hic accipiantur tectum, & qualiter operimentum, non constat, quia confusè dicitur, quod positum fuit tectum, & desuper operimentum, non exprimendo quid tectum sit, aut quid operimentum: potest ergo uterque modus hic assignari, ut apparet, quia non magis repugnat hic intelligi per tectum solas cortinas, & per operimentum saga cilicina, & pelles arietum rubricatas, & pelles hyacinthinas, quam per tectum accipiamus cortinas, & saga cilicina, & per operimentum accipiantur pelles rubricatas, & pelles hyacinthinas. Sicut dominus imperat. Qui mandauit poni quatuor velamina, quorum quaedam tectum, quaedam operitorium, aut operimentum dicebantur. Posuit & testimonium in arca.

Per testimonium quatuor intelligi possunt, & quæ sint.

QVÆSTIO. VI.

VOCATUR testimonium ipsæ tabulæ decalogum continentes, quæ erant conditæ in arca ad firmum testimonium, quod Deus dedisset legem Iudeis, & quod præcepta dedisset, si forte aliquis negaret quidquam horum. Qualiter autem tabulæ erant sufficiens testimonium ad probandum hoc contra negantes, & qualiter non possent surripri ab aliquo volente eas clam tollere, ut deficeret testimonium, dictum fuit supra 20. & 23. c. De hoc dicitur Deut. 31. c. ibi vide. Potest etiam accipi hic testimonium pro vna plena manna, quia ista erat in arca, ut patet ad Hebræ. 9. c. & ista etiam erat testimonium, scilicet ut esset testimonium post generationes multas, quod Deus aluisset Hebræos tali cibo in deserto, sicut patet supra 16. c. cum dicitur: Sume vas vnum, & mitte ibi man, quantum potest capere gomor, & reponere coram domino ad obseruandum in generationes vestras. Etiam potest vocari testimonium virga Aaron, quæ fronduit, quia erat in testimonium, quod Deus diremisset litem de obtinendo sacerdotio in tribubus Israel, accipiendo ad se tribum Leuiticam, in cuius signum fecerat frondere virgam eius manentibus aridis cæteris virgis altarum tribuum, ut patet Num. 17. c. ideo mandauit eam reponi coram domino, id est poni in arca, ut patet ad Hebræ. 9. c. Etiam poterat vocari testimonium Deuteronomius liber, qui positus fuit in latere arcæ, ut custodiretur ibi, ut patet Deut. 31. c. cum dicitur: Postquam igitur scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit, præcepit Leuitis, qui portabant arcam fæderis domini, dicens: Tollite librum istum, & ponite illum in latere arcæ fæderis, ut sit contra te in testimonium. Omnia igitur hæc erant testimonia, & erant in arca, ut inductum fuit: sed hic non accipitur testimonium pro aliquo alio, nisi pro tabulis. De manna quod non intelligatur patet, quia istud testimonium, quod hic dicitur positum fuit immediate in arca, ut facta fuit, & antequam erigeretur tabernaculum, vel cum erigebatur tabernaculum, sed manna non fuit tunc positum in arca, ergo non intelligitur hic de testimonio, quod est manna. Antecedens patet, quia manna fuit positum quoniam Aaron erat sacerdos: nam ipse illud posuit intrans coram domino ad ponendum, ut patet supra 16. c. cum dicitur: sume vas vnum, & mitte ibi manna quantum potest capere gomor ad

seruandum in generationes vestras: posuitque illud Aaron in tabernaculo seruandum, sed Aaron non dum intrabat in sancta sanctorum quousque fuit sacerdos ministrans: sed ad hoc non habuit potestatem, donec fuit ritus consecrationis per dies consummatus septem, ergo non fuit positum manna in arca in vna aurea usque aliquot dies post erectionem tabernaculi, sed istud testimonium, de quo hic dicitur, erat positum, quando erectum fuit tabernaculum, vel tunc positum est: ergo non est hoc intelligendum de manna. Item quia Aaron posuit manna in arca, ut patet supra 16. c. cum dicitur: Posuitque illud Aaron coram domino seruandum: istud autem testimonium, quod hic ponitur, posuit in arca Moyses, ut patet in litera: ergo non erat idem. De testimonio, quod erat virga Aaron, quæ fronduit, intelligi non potest, quod patet dupliciter. Primum quia istud testimonium, de quo hic dicitur, positum fuit, quando erigebatur tabernaculum, ut cognoscitur ex litera: virga autem Aaron fuit posita in arca post erectionem tabernaculi, ita quod iam videbatur erectum tabernaculum ex aliquot diebus: ergo non est istud testimonium virga. Antecedens patet, scilicet quod virga posita fuerit in arca post erectionem tabernaculi, quia dicitur Num. 17. cap. referi virgam Aaron in tabernaculum testimonij, ut seruaretur ibi in signum rebellium filiorum Israel, ergo non fuit ista virga testimonium, quod Moyses dicitur hic posuisse in arca. Item secundo non potest hoc stare, quia quando ista virga fuit posita in arca, Aaron erat sacerdos, & quando positum fuit in arca testimonium, de quo hic agitur, Aaron non erat sacerdos: ergo non fuit idem testimonium hoc, quod hic dicitur, & virga Aaron. Patet utraq; pars antecedentis, prima, scilicet quod quando positum fuit istud testimonium, de quo hic dicitur in arca Aaron, non erat sacerdos, quia Aaron non fuit sacerdos usque post expletum ritum consecrationis, qui per septem dies celebrabatur, & tamen istud testimonium, de quo hic dicitur fuit positum in arca ante: scilicet illud, quia fuit positum in ipsa erectione tabernaculi, ut supra apparuit. Secunda pars antecedentis, scilicet quod Aaron erat sacerdos, quando virga posita fuit in arca, patet ex his, quæ habentur Num. 16. & 17. ca. Nam Core, qui erat de Leuitis, & Dathan, & Abiron, & multi alij cum eis insurrexerunt in Moysem & Aaron, ut tollerent pro se sacerdotium Aaron, ut patet Num. 16. c. deinde facta punitione in transgressores, mandauit Deus, ut adducerentur virgæ singulæ pro singulis tribubus, & Aaron attulit pro se, & tota tribu Leu. fecit autem Deus, ut virga Aaron, quæ sicca erat, frondes, & fructus emitteret. Et sic determinauit dominus, ut virga Aaron maneret coram domino, scilicet in arca ad determinandum lingua super questionem hanc de obtentu sacerdotij. Erat igitur tunc Aaron sacerdos, quia alias non insurrexissent totus cæteris illorum conspiratorum pro sacerdotio contra Aaron: ergo non erat testimonium, quod ponitur hic virga. De testimonio autem, quod erat liber Deuteronomius, & positum fuit in arca, non intelligitur hoc, quod dicitur hic, & hoc propter duo, primo quia istud testimonium, quod hic ponitur, fuit positum in arca per manum Moysi, cum dicitur: Posuit & testimonium in arca, scilicet Moyses, de quo erat totus contextus literæ: sed liber Deuteronomius non fuit positus in arca per manum Moysi, sed per Leuitas, qui portabant arcam, ergo non fuit hoc testimonium Deuteronomius. Patet antecedens Deut. 31. c. cum dicitur: Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine atque compleuit, præcepit Leuitis, qui portabant arcam fæderis domini, dicens: tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ &c. Posuerunt ergo Leuitæ, & non Moyses.

Secundo quia istud testimonium, de quo hic dicitur, A fuit positum in arca, sed Deuteronomius non fuit positus in arca, sed in latere arcæ: ergo non erat istud testimonium Deuteronomius. Prima pars antecedentis patet in litera, quia dicitur: posuitque illud Moyses in arca. De Deuteronomio, quod fuerit positus in latere arcæ habetur Deut. 31. c. cum dicitur: Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ. Et si dicas, quod idem sit esse in arca, & in latere arcæ, ideo quod Deuteronomius sit in latere arcæ, & in arca. Respondetur, quod non est idem, quia Apostolus ad Hebr. 9. c. enumerat omnia, quæ erant in arca, & dicit nihil fuisse in arca præter tabulas, & manna, & vnam, & virgam Aaron, quæ fronduit: de Deuteronomio nihil dicitur, ergo non fuit in arca, sed in latere arcæ. Item patet hoc, quia istud testimonium, quod hic dicitur, positum fuit in arca, quando erectum fuit tabernaculum, scilicet anno secundo ab exitu de Aegypto, ut patet hic. Testimonium autem, quod est Deuteronomius, non fuit positum in arca usque ad finem anni quadragesimi, ab exitu de Aegypto, quando mori volebat Moyses, quod erat in mense vndecimo anni quadragesimi, ut patet Deuteronomij 31. c. & patet ex processu totius libri Deuteronomij. Quia omnia fecit, & dixit Moyses anno quadragesimo ab exitu de Aegypto, mense vndecimo, primo die mensis, ut patet Deut. 1. c. in principio: fuit igitur positus istius testimonij in arca, de quo hic dicitur annis triginta nouem, antequam poneretur Deuteronomius in latere arcæ. Concludendum igitur est de omnibus, quod nihil posuit Moyses in arca nunc, quando posuit istud testimonium, de quo hic dicitur, nisi tabulas. Posuitque testimonium in arca. Ista est arca quam fecit Beseleel, quia ista sola fuit recondita intra Sancta Sanctorum, & nunquam fuerunt tabulæ in aliqua alia arca priusquam in ista positæ sunt.

An tabula legis fuerint in aliqua alia arca ab arca testamenti.

QVÆSTIO. VII.

RABBI Salomon vult, quod fuerint in alia arca antequam ponerentur in ista, & postquam facta fuit ista arca, eductæ sunt de alia arca, & positæ sunt in ista. Et ratio huius videtur esse, quia Moyses ascendit in montem pro tabulis secundis, & descendit cum eis septem mensibus antequam tabernaculum fieret totaliter, ut probauimus precedenti c. Ergo in istis septem mensibus fuerunt in aliqua arca, de qua adduceretur ad ponendum in illa, quam fecit Beseleel. Item videtur hoc innui ex litera Deut. 10. c. cum dicitur: Feci arcam de lignis setim, & cuncte dolassem duas tabulas &c. & sequitur: Reuersusque de monte posui eas in arca, quam feceram. & sic innuitur ex ordine literæ, quod prius fecisset arcam pro tabulis quam tabulas dolasset, sed tabulæ dolatæ sunt in quinto mense anni primi, ut probauimus precedenti cap. ergo arca facta fuit ante illud tempus: sed in arca, quam fecit Beseleel, non fuerunt positæ donec fuit principium secundi anni exitus de Aegypto: ergo in alia arca fuerunt prius. Ad hoc respondetur, quod tabulæ nunquam fuerunt in aliqua arca ante arcam istam, quam fecit Beseleel, sed in toto tempore postquam descendit Moyses de monte portans eas usque ad tempus, quo facta fuit arca, fuerunt in aliquo alio loco honesto reconditæ: deinde facta arca ista positæ sunt in ea. Et cum arguitur de litera Deut. 10. c. Respondetur, quod illa arca, de qua ibi dicitur, fuit arca, quam fecit Beseleel, in quam Moyses

R. ad primam rationem.

posuit tabulas, & de qua dicitur hic, & patet ex litera eadem, quia dicitur: Reuersusque de monte, descendit, & posui tabulas in arca, quam feceram, quæ hucusque ibi sunt: sed manifestum est, quod quando Moyses ista loquebatur, scilicet in anno quadragesimo, ab exitu de Aegypto, quando moriturus erat, non erant tabulæ in alia arca, nisi in arca, quam fecit Beseleel, quia postquam in ea positæ sunt nunquam fuerunt extractæ: potissimè cum non possent esse in loco honorabiliore quam in arca illa habente coopertorium totum aureum, & Cherubim aureos super se: ergo ista fuit arca, in qua primò litera eas positæ, refert. Et cum obijciunt, quia in principio litera dicitur, quod fecit arcam de lignis setim, & dolauit tabulas, ita quod prius fecerit arcam quam dolauerit tabulas, non valet, quia est anticipatio ordo, sicut solet sæpe in sacra scriptura, quia prius dolauit tabulas quam faceret arcam, quia arca postea facta fuit per Beseleel, ut patet ex dictis in c. precedenti, & necessarium est intelligi de illa arca, sicut hic inductum est. Subditis infra vestibus. Id est posuit vestes in arca. Erant isti vestes quædam ligna longa, quæ mittebantur per annulos aureos existentes in lateribus arcæ, ut posset portari arca in his vestibus. Et dicitur hic. Subditis infra vestibus. Non quod vestes ponerentur subius arcam, sed in parte inferiori arcæ, quia ibi nihil proficerent vestes, sed ponebantur circa summitatem arcæ, scilicet apud coopertorium arcæ, siue propitiatorium: dicitur tamen quod erant infra respectu propitiatorij, & Cherubim, qui erant supra, ut patet immediate, cum dicitur: Et oraculum desuper, id est quod super vestes erat oraculum. Et oraculum desuper. Vocatur oraculum coopertorium aureum super arcam, quod alio nomine vocatur propitiatorium, quia Deus in ipsi loco existens propitiabatur peccatis totius populi: vel quia in die propitiacionis, siue expiationis, quando sacerdos magnus intrabat ad Sancta Sanctorum ad petendum remissionem peccatorum populi, aspergebat sanguinem contra illam tabulam auream, quæ propitiatorium dicitur à propitiando: vel à die propitiacionis propitiatorium dictum est. Vocatur alio nomine oraculum ab orando, quia Deus existebat ibi, & veniebatur ad orandum coram eo. Nam sacerdos cum intrabat in Sancta Sanctorum, coram illo propitiatorio orabat Deum. Hoc oraculum desuper super arcam ponebatur, cum esset coopertorium arcæ, ut patet supra 25. c. vbi dicitur, quod propitiatorium, siue oraculum erat, quod operienda erat arca. Cumque intulisset arcam in tabernaculum. Primum statuit tabernaculum: deinde intulit arcam in illud, id est posuit illam intus, quia arca, & omnia suppellectilia sanctuarij posita sunt postquam tabernaculum collocatum est. Et primum, quod positum fuit intra sanctuarium, fuit arca: cuius causa supra posita fuit. Appendit ante eam velum. Primum posuit columnas quam poneret velum, sed ante vtrumque posuit arcam in parte interiori, & illa collocata fuit columnas ante eam, & ante columnas appendit velum de capitibus columnarum, ut esset distincta illa domus, quæ dicitur Sancta Sanctorum à domo exteriori, quæ vocabatur sanctuarium, & ne posset videri arca ab omnibus sacerdotibus intrantibus in sanctuarium. Ut expleret domini iussione. Id est hoc fecit, ut completeret mandatum Dei, quia Deus mandauerat ei sic facere, ut patet supra 26. c. Posuit, & mensam. Scilicet mensam propositionis, in qua erant panes: sicut infra dicitur. In tabernaculum testimonij. Id est intra tabernaculum testimonij. Quasi dicat, non erat in parte interiori, sed intra velum, vbi ponebatur arca, sed erat in parte exteriori tabernaculi. Ad plagam septentrionalem. Id est contra leuentionem. Plaga signat hic regionem, ut cõter accipitur in sacra scriptura. Quare autem in parte ista ponebatur

nebatur magis q̄ in aliqua alia dictum fuit supra. 26. c. *Extra velum.* i. extra velum quod oppanditur ad tegendum atq; distinguendum sancta sanctorum. *Ordinatis coram propositionis panibus.* id est, ordinavit panes super mensam, scilicet, posuit sex panes in vno ordine lineali contra istos, ita vt vnus panis opponeretur alteri panis, & alius alij, & sic de omnibus, & non esset maior linea, quae continebat sex panes, quam quae continebat alios sex, & hoc est quod dicitur Leui. 24. ca. Accipies quoque similitam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas, quorum fenos altrifecus super mensam purissimam coram domino stantes. Dicuntur senni positi, quia nomen senus ordinem denotat. Et erant altrifecus. i. sex contra alios sex. Sed cum dicitur: ordinatis coram propositionis panibus. Queritur ad quid referatur, dictio, cora. Videtur enim q̄ secundum litteram referatur ad mensam, quia immediate supra dicebatur, q̄ posuit mensam in tabernaculum testimonij ad plagam septentrionalem extra velum ordinatis coram propositionis panibus. Sed dicendum est, quod non referatur ad mensam, quia non ponebantur panes coram mensa, sed super mensam. Sed dicendum quod referebat ad velum sancti sanctorum, quod isti panes erant ordinati contra velum, quia erat mensa posita ante velum, & sic panes respiciebant velum. *Sicut praeceperat dominus Moysi.* id est, istud factum fuit, quia sic mandauit Moyli facere. *Posuit & candelabrum.*

De tribus distinctionibus sanctuarij.

QV AESTIO. VIII.

HOC erat de principalibus suppellectilibus sanctuarij, Erat candelabrum istud solum in toto sanctuario, quia in sanctuario erant tres distinctiones. scilicet, duae intra tabernaculum, & vna, quae erat atrium. Intra tabernaculum erat prima distinctio sanctum sanctorum, quod distinguebatur per quatuor columnas, & velum quod ante eas oppandebat a reliqua parte sanctuarij: in hac autem distinctio non erat aliquod lumen, imo Deus volebat q̄ esset valde obscurus, vt nihil ibi existens videri posset. Et hoc quia inter alas duorum cherubim erat angelus Dei loquens desup propitiatorium sacerdoti introeunti: & quia locutio non poterat fieri, nisi per organa, assumebat corpus aereum densum, quod visibile erat: si lux esset disponens medium ad hoc q̄ visibiles immutare possent potestatem susceptionis, quia sacerdos introiens non erat dignus videre hoc. Et ista erat causa, quare Deus mandauit Moysi Leuit. 16. c. q̄ q̄ sacerdos magnus deberet ingredi solum semel per annum in sancta sanctorum in selto propitiatio nis ferens secum sanguinem ad expiandum, q̄ portaret vnum vas hns prunas, & imponeret thymiamam, vt vapor inde ascendens operiret propitiatorium, & nihil videret sacerdos, ne moreretur: ergo de hac parte, siue distinctio sanctuarij planum est, q̄ nō debebat ibi poni lumen. Secunda distinctio erat post istam intra tabernaculum. scilicet, pars exterior tabernaculi, quae vocabatur sanctum, siue sanctuarium, & ista erat obscura, quia erat vndiq; clausa: & quia in hac nō erat aliqd, quod necessarium esset celari, cum non appareret aliqua visio, ponebatur lumen: & istud lumen erat in illo vnico candelabro, quod habebat septem lucernas, scilicet, vnam magnā in hastili, & sex in capitibus sex calamorum, vt patet supra 25. & istud illuminabat totam domus partem, quae vocabatur sanctum, quae continebat in longitudine cubitos 20. in latitudine verò decem, vt alijs probatum est, & satis in dictis nr̄is, supra 26. c. Erat tertia distinctio sanctuarij extra tabernaculum, quae vocabatur atrium: & ista non habebat aliquā lucer-

F nam, vel candelabrum, quia nō indigebat aliquo lumine, cum esset satis clarum: quia non habebat tectum aliqd, sed solum erat in circuitu erectae columnae cubitorum quinque; tota ergo lux solis per diem illuminabat nullo interiecto impedimento totum spatium atrij. Erat ergo in toto tabernaculo solum vnum candelabrum, & hoc in secunda distinctio tabernaculi. *E regione mensae.* i. contra mensam. e. est p̄positio, & signat ex. l. habitudinem localem, vt cōiter regio signat aliquam partem positionis. scilicet, quemcunq; locum, & cum coniungunt istae duae dictiones. scilicet, p̄positio e, & iste ablatiuus regione, signant e contra, vel a fronte. Erat ergo candelabrum e regione mensae. i. extra mensam, quia mensa erat in latere septentrionali, vt patuit supra, & candelabrum erat in parte meridiana. *In parte australi.* i. ad partē meridianam, & notatur hic ista pars a vento flante ab illa parte mundi, qui auster dicitur: quare autem in illa parte potius q̄ in alia tabernaculi poneretur candelabrum, supra 25. ca. dictum est. *Locatisq; per ordinem lucernis.* Lucernae erant quaedam vasa continentia oleum in summitatibus calamorum, & hastilis fixa, aut de ipso candelabro productiliter facta. Et istae lucernae erant locatae per ordinem, quia erant s̄m ordinem calamorum situatae. *Iuxta praecepta domini.* Omnia ista Deus p̄cepit dans formam Moysi, & ostendens ei exemplar ad agendum, & mandans iuxta illud exemplar debere fieri, vt patet sup. 25. c. *Posuit & altare aureum.* Vocatur altare aureum altare thymiamatum: erant enim duo altaria, vnum. scilicet, altare holocaustorum, in quo oīa sacrificia cremabantur, & aliud altare thymiamatum, in quo adolebatur thymiamam, & istud, in quo adolebatur thymiamam, vocabatur aureum, quia erat totum opertum aureis laminis, licet materia eius essent ligna s̄ctim, vt patet supra 30. c. *Sub tecto testimonij.* i. sub tecto tabernaculi, quia erat intra tabernaculum istud altare: aliud autem erat extra tabernaculum. scilicet, in atrio eius. Dicitur hic testimonium. i. tabernaculum testimonij, quia testimonium, quod erant tabulae non habebant tectum, sed tabernaculum, in quo erat testimonium habebat tectum. scilicet, cortinas tegentes tabernaculum, & desuper tria operimēta. scilicet, saga cilicina, & pelles arietum rubricatae, & pelles hyacinthinae. *Contra velum.* Quod oppanditur ante sancta sanctorum. *Et adolebit super eum incensum.* Dñs mandauit fieri altare istud ad adolendum thymiamam, & adoleri debebat thymiamam per singulas dies in aurora quando incendebantur candelae: & hoc faciebat Aaron & filii eius. De Aaron patet supra 30. c. de filiis eius habetur supra 27. c. quando tamen isti nondum erant consecrati Moyses incendebat eas, & faciebat sacrificia, & omnes alios ritus sacerdotales: cum verò consecratus fuit Aarō, & filii eius, ipsi fecerunt ista, sicut iussit ferat dominus. Moyses igitur primò adoleuit. i. cremavit incensum super altare thymiamatum quā Aaron, & filii eius: & de hoc dicitur hic quod adoleuit super eo. i. in eo incensum. Vocatur istud incensum aromaticum, quia erat factum de aromatibus, id est, de quibusdam speciebus, quae vocantur aromata: nam istud incensum erat thymiamam, & erat confectum ex multis speciebus opere pigmentarii, ut patet supra trigesimo capitulo. inter quas species potissimum vocabantur aromata. *Sicut iusserat dominus.* Hoc ponitur ad abbreviandum, quia supra trigesimo capitulo fuerat data mādatur per extensum de compositione huius thymiamatis, & de ritu obseruationis circa illud: vt ergo non cogatur Moyses iterum repetere hic illa esse facta, quae praecipiebantur ibi facienda, posuit quādam clausulam, per quam intelligeretur omnia alia esse facta, cum dicitur: Sicut iusserat dominus, id est, ita facta fuerunt omnia, sicut mandauerat dominus: sed dominus mandauit illa per extensum supra trigesimo c. ergo

Vestibuli quid.

ergo sic compleuit Moyses. *Posuit & tentorium in introitu tabernaculi.* Positis omnibus suppellectilibus in tabernaculo, hic clauditur ipsum tabernaculum. Erat enim vnum latus tabernaculi, quod tabulas claudentes non habebat, sed ponebantur quinque columnae in latere illo, & ante illas pendebat tentorium tegens totum illud latus, & vocatur illud latus introitus tabernaculi, quia per illud solum introibatur ad tabernaculum ceteris manentibus clausis: & iste introitus claudebatur tentorio, quod moueri poterat, cum vellent sacerdotes intrare. *Et altare holocausti.* Istud erat secundum altare, in quo offerebantur holocausta, de eius fabricatione dictum fuit supra vigesimo septimo c. *In vestibulo testimonij.* id est, in introitu, siue apud introitum tabernaculi testimonij, scilicet, extra tabernaculum ad differentiam alterius altaris thymiamatum, quod ponebatur intra sanctuarium tabernaculi, scilicet, contra velum, vt supra dictum fuit. Vestibulum signat introitum domus, & ponitur aliquādo vestibulum pro ostio; interdum ponitur vestibulum pro spatio apud portam alicuius domus, quod tegitur aliquo tecto pendente extra parietes domorum: vt communiter fit in domibus. Primò modo non accipitur vestibulum hic, quia non est verum, q̄ altare holocaustorum esset in vestibulo, id est, in introitu tabernaculi, quia tunc semper esset apertum ostium tabernaculi, & ignis existens in altari cremaret sanctuarium tabernaculi, & fumus omnia interiora offuscaret. Item non potest sic poni, quia litera istius cap. repugnat ponens altare holocaustorum extra tabernaculum, vt patet supra, cum dicitur: Labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. Necessarium est igitur, quod accipiatur secundo modo pro aliquo spatio, quod est ante ostium: & sic verum est, quod in quodam spatio, quod erat ante tabernaculi introitum, locabatur altare holocaustorum. *In vestibulo testimonij.* id est, in vestibulo tabernaculi testimonij, quia testimonium, id est, tabulae, quae vocantur testimonium, non habebat vestibulum, aut introitum, sed tabernaculum, in quo erant tabulae. *Offerens in co holocaustum.* Hoc fuit primo in consecratione Aaron, & filiorum eius, quia immediate vt erectum fuit tabernaculum, subsecuta fuit consecratio ista sacerdotum, in qua multa sacrificia facta sunt, vt patet supra vigesimo nono cap. vbi ponitur ritus, qui tunc fuit obseruatus, & Leui. 8. c. holocaustum fuit oblatum per Moysen: tam ad honorem, & ritum consecrationis sacerdotum quam ad ritum iugis sacrificij, vt patet Leuit. 8. c. quia sacrificia quotidiana non computabatur in sacrificijs pro consecratione sacerdotum, vt patet, cum dicitur: absque ritu iugis sacrificij siue matutini, & vespertini sacrificij. *Et sacrificia.* Ista erant duplicia, quia quaedam pro peccato, & quaedam pacifica: vtraque enim in solennitate consecrationis oblata sunt, vt patet supra vigesimo nono c. *Qua dominus imperauerat.* Ibi enim Deus mandauit quid obseruari deberet in ritu sacrificiorum, & in tota consecratione sacerdotum. *Labrum quoque stauit inter tabernaculum testimonij & altare.* Labrum aeneum erat vas continens aquam, vt lauerentur ibi ministraturi sacerdotes, istud fuit positum in atrio, & fuit apud tabernaculi introitum; et magis coniunctum erat tabernaculo quā altare, quia erat inter tabernaculum & altare, vt dicitur litera. Erat autem apud altare, scilicet, apud altare holocaustorum, quia aliud erat: intra tabernaculum contra velum. *Impiens illud aqua.* Quia erat futura immediate ministratio, quia sacerdotes consecrandi erant. Et ad hoc primo lauate debebant manus, vt patet supra in principio, cum dicitur: Applicabis Aaron, & filios eius ad fores tabernaculi, & lotos aqua indues

sanctis vestibus. Et subditur hic immediate ministratio, ad quam proficiebat aqua labri aenei, cum dicitur. *Laurentque Moyses, & Aaron, & filij eius manus suas, & pedes.* Moyses lauabat manus, & pedes, quia ipse ministraturus erat in consecratione sacerdotum, quia tunc nullus alius sacerdos erat, Aaron lauabat manus & pedes, quia induendus erat sacras vestes, et suscepturus consecrationem: filij eius similiter induendi erant vestes minorum sacerdotum, et confo-miter consecrandi, ideo lauare debebant manus suas ac pedes.

Quare ministraturi in veteri testamento lauabant manus, & pedes, & non alia membra.

QV AESTIO IX.

QVARE magis lauantur istae partes corporis quam aliae. Respondetur quod causa est duplex, scilicet, literalis, & secundum significationem. Causa literalis euidentis est; quia decentissimum est, vt ministri, qui res sacras tangunt, toto corpore mundi sint: quia sicut in animabus, ita & in corporibus proportionaliter munditia exigitur ministrorum. Et quia in his duabus partibus corporis, scilicet in manibus & pedibus immunditia potissimum contrahitur; ideo in his lotio facienda est: manus namque ad contractandum omnes res applicantur, cum sint organum organorum, vt patet in secundo de anima: Tertio de ideo ex rerum impunitate immunditiam trahunt. animatex. com. 38. Pedes etiam quia in puluere versantur inficiuntur, et Quarto de part. a- totae tibiae: ideo hos lauari decet: ceterae autem cor- de part. a- poris partes, quia vestibus contractae sunt, & visibus animalium apud He- bannaulis non applicantur, lauari non oportet. Et si brigos. forte arguas de immunditia feminali, per quam partes genitales, et quae vicina sunt per pollutionem, vel alias, interdum inhoneste inficiuntur. Respondetur quod ista immunditia magna erat, & non solum re- pellebat a ministrando, sed etiam ab accessu sanctuarij, et si aliquis sic pollutus accederet ad sanctuarium, polluebat illud, et ipse erat iniquitatis reus, vt patet Leui. 15. et Numeri 19. c. Sed quia immunditia feminalis fiebat multipliciter, erat multipliciter ablen- dum: nam quidam polluebantur semine effuso per somnium nocturnum, et isti immundi erant donec lauerentur. Nam cum per noctem polluti fuissent semine, in aurora exibant extra castra, et lauabant ad vesperam carnem suam aqua, et post solis occasum redibant ad castra: in die ergo, in qua pollutio alicui sacerdoti accidisset, ministrare nō poterat. De hoc Deuteronom. 23. c. Alio modo polluebatur aliquis semine per coitum, quia coibat cū aliqua femina: et quantum est ad contrahendam istam corporalem irregularitatem nihil magis erat, quod coiret cum vxore, quam cum aliqua alia illicito coitu: et tunc erat iste pollutus, et lauabat aqua totam carnem suam, atque erat immundus vsque ad solis occasum, vestem quoque siquam habuerit, cum effudit semen coitus, lauabit aqua, et immunda erit vsque ad vesperam, deinde mundus erit homo, & vestis, vt patet Leuit. decimo quinto cap. Alia immunditia feminalis erat, cum homo fluxum feminis inuoluntarium haberet, quia per singula momenta fluere nō cessat, & haeret partibus genitalibus, atque ceteris vicinis concretus atque inspissatus foedus ille humor: et ista magna immunditia est, quia non solum iste homo in se immundus est, sed etiam omnia, quae tangit inquinata sunt, vt patet Leuit. decimo quinto cap. et iste semper erat ab alijs segregatus, donec curaretur a morbo suo:

fuō: cūm vero mundatus eſſet, computabat ſeptem dies poſt purificationem ſuam, & in die octauo offerbat ſacerdotibus pro ſe duos pullos columba, vt ex eis fieret ſacrificium, vt patet in præallegato capitulo, & ſic mundus erat. Cūm igitur ſacerdos aliquis tenebatur aliqua iſtarum immunditiarum, non poterat miniſtrare, nec accedere ad ſanctuarium, ideo præſupponitur, quòd volens accedere ad miniſtrandum mundus eſſe debet ab omnibus his. Cūm verò manus, & pedes lauat, hoc eſt ad abſtergendum maculas communes, quæ non inducebant aliquam irregularitatem excludentem ab accēſſu ſanctuarii, vel miniſtratione. Cauſa ſecunda, quæ erat ſecundum ſignificationem, hæc eſt, ſcilicet quòd munditia exterior atreſtatur munditiam interiorem, quia proportionaliter ſe habent. Et quia interior munditia in duobus eſt, concedet in parte exteriori in duobus eſſe munditiam: actus namque noſtri, & noſiſi tunc perfectè mundi ſumus, cūm in nobis affectiones, & operationes mundæ ſunt: iſta autem ſignationes per manus & pedes. Manus namque ſunt, maxime operatiuæ inter omnia alia organa, ideo Ariſtot. in tertio de anima vocat eas organū organoꝝ. Per noſtras igitur operationes manus lotæ ſignant: quare in ſacerdotibus, in quibꝫ actionū puritas ſuper omnes alios lucere debet, manus lotas eſſe neceſſarium eſt. Pedes affectiones notant, quia ſicut in aliquo pedibus tendimus, ita affectionibus ad bona, vel mala properamus. Tunc ergo pedes noſtri mundi ſunt, quūm affectiones noſtras ſine omni ſece terrenæ ſordis incoinquinatas obſeruamus. Et iſte eſt vltimus, & maximus gradus munditiæ, cūm non ſolum actiones, ſed affectiones emundamus. Sic dicebat Saluator noſter Chriſtus Ieſus Ioan. decimo tertio capitulo. cūm Petrus petiſſet lauari manus, & caput: Qui lotus eſt, non indiget, niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus: quaſi dicat, munditia eſt in operationibus, ſed iſti, qui ad hanc operationum peruenerunt puritatem, adhuc aliquas affectiones immundas habent terrenæ labis puluere inquinatas: ideo indiget, vt pedes lauet iſtam abſtergendo labem. Perfecta ergo munditia in manibus, & pedibus eſt, cūm vtrunque lotum eſt. *Cum ingrederentur teſtum fœderis.* Ideſt, quando intrabant ad miniſtrandum in tabernaculo. Non eſt autem intelligendum quòd omnes iſti ſimul ad tabernaculum intrauerint, quia quando intrauerunt ad tabernaculum, intrabant ad miniſtrandum in eo, ſed non intrauerunt omnes iſti ſimul ad miniſtrandum; quia primò intrauit Moyſes antequam iſti eſſent conſecrati in ſacerdotes, & adoleuit incenſum in altare thymiamatis, & incendit lucernas, & durauit iſta miniſtratio Moyſi dum conſecrati ſunt ſacerdotes in illis ſeptem diebus, quia tunc ipſi non miniſtrabant, ſed Moyſes omnia faciebat, vt apparet ſupra vigefimo nono, & Leuit. 8. c. in die octauo cūm completum eſſet tempus conſecrationis eorum, inceperunt miniſtrare, vt patet Leuit. nono capitulo, cūm dicitur: facta autem octaua die, vocauit Moyſes Aaron, & filios eius, ac maiores natu Iſrael; dixitque ad Aaron: tolle vitulum de armento &c. ſi enim tota litera capituli eiſdem reſpiciatur, ſatis apparet quòd tunc nouiter Aaron, & filii eius inceperunt miniſtrare, quia datur eis regula miniſtrandi tanquam miniſtrare neſcientibus. Item quia tunc vocatus fuit totus Iſrael ad videndum nouiter miniſtrare Aaron, & filios eius: quod non eſſet ſi iam aliis diebus miniſtraſſent: ſicut nunc quando aliquis nouiter miſſam celebrat, veniunt multi ad honorandum feſtiuitatem illam. Item quia in eadem die Nadab, & Abiu tanquam neſcientes miniſtrare, cūm intrare

Vltimꝫ gradus munditiæ cum affectibus & actionibus hominis mundæ ſunt.

deberent ad miniſtrandum ſuper altare thymiamatis, vt ponerent thymiamam ſuper altare, & accipere deberent de igne, qui erat ſuper altare holocauſtorum, ſumpſerunt ignem alienum, vnde ignis egreſſus a domino de altari holocauſtorum vorauit eos, vt patet Leuit. decimo capitulo. continuo litera capitulo nono: in ſeptem ergo diebus præcedentibus, ſolus Moyſes intrabat in tabernaculum; quia ipſe ſolus miniſtrabat, ſed in octauo die, quando iam erat completa conſecratio, inceperunt miniſtrare Aaron, & filii ſui, & tunc inchoauerunt introire in tabernaculum ad incendendum lucernas, & cremandum thymiamam. *Cum ingrederentur teſtum fœderis.* ideſt, cum ingrederentur tabernaculum fœderis. Aliquando vocatur tabernaculum fœderis, & aliquando tabernaculum teſtimonij; & vtraque denominatio fit a tabulis lapideis decalogum continentibus, quæ intra tabernaculum illud in arca continebantur. Vocatur autem ille tabulæ fœdus, ideſt pactum, quia in illis continebantur omnia præcepta, quæ pepigerat Iſrael cum Deo obſeruare. Vocatur tabulæ illæ teſtimonium, quia ipſæ ſeruabantur in teſtimonium contra Iſraelitas, ſi negarent legem datam a Deo: vel negarent aliquod de illis præceptis, ideo tantum erat vocare illud tabernaculum fœderis, vel teſtimonij: ſicut vocare tabernaculum duarum tabularum decalogi. *Et accederent ad altare.* ſcilicet, ad altare holocauſtorum: non enim poteſt hic intelligi de altari thymiamatum, quia tunc non oportet iterari, cūm dicitur: & accederent ad altare: nam dicendo cum ingrederentur teſtum fœderis, ſufficenter intelligebatur quòd accederent ad altare thymiamatum, quod erat intra tabernaculum: ergo ſi pro illo intelligeretur non replicaretur, & accederent ad altare: ſed replicatur: ergo non poteſt intelligi de illo altari, ſed de altari holocauſtorum, quod non erat intra tabernaculum. Et patet etiam fundamentum huius, quia non ſolum erat neceſſarium lauare manus, & pedes ad miniſtrandum intra ſanctuarium, ſed etiam ad miniſtrandum in altari holocauſtorum; quod erat extra, quia ibi erat vna de potiſſimis miniſtrationibus: ſed ponendo quòd intelligeretur hic altare pro altare thymiamatum, non daretur quòd oportet lauare manus, & pedes quando accedere deberent miniſtrantes ad altare holocauſtorum, & ſic regula hic poſita non eſſet completa. Dando autem quòd intelligatur altare iſtud pro altari holocauſtorum, erit perfecta regula, quia non oportebit ſacerdotes lauare manus, & pedes, niſi quando acceſſerint ad loca, quæ ponuntur hic, ſcilicet, cum intrauerint in tabernaculum, vel cum acceſſerint ad altare holocauſtorum. Non ſunt enim alia loca, in quibus fieri oporteat adminiſtrationes ſanctuarii, niſi iſta, quæ hic nominantur. Ergo ad hæc ſola manus lauare oportet. *Sicut præceperat dominus,* ideſt, quòd ideo iſti lauerunt manus quando accedebant ad miniſtrandum ad prænomina loca: quia dominus mandauerat. Mandatum iſtud de lauando habitum fuit ſupra vigefimo nono capitulo, & trigefimo capitulo. *Erexit & atrium.* Ideſt erexit columnas & tentoria atrii. Accipitur dupliciter atrium: vno modo pro ſpatio in circuitu tabernaculi circumdato quatuor lateribus, quorum duo, ſcilicet meridionale & ſeptentrionale erant cubitorum centum, orientale & occidentale erant cubitorum quinquaginta, & iſto modo accipitur ſupra, cum dicitur: Et circumdabis atrium tentorii. Maniſteſtum eſt quòd non poteſt ibi accipi atrium pro tentoriis, ſed pro ſpatio intercepto inter tentoria circumdantia, aliàs non diceretur atrium circumdari tentoriis. Alio modo accipitur atrium pro

Atrium ſanctuarii dupliciter ſummi poteſt.

pro circumdatione tentorium, ideſt, pro ipſis tentoriis poſitis in circuitu, & columnis non conſiderando ſpatium intermedium, & iſto modo accipitur hic, cūm dicitur: & erexit atrium per gyrum, ideſt erexit columnas, & tentoria. Nam accipiendo pro ſpatio intercepto inter columnas & tentoria, non eſt verum, quòd erigeretur atrium, quia impoſſibile erat erigi, ſed accipitur pro columnis, & tentoriis; quia iſta erecta ſunt. *Per gyrum tabernaculi, & altaris,* ideſt, quòd tentoria, & columnæ atrij erant in circuitu atrij, ideo enim vocabatur atrium tabernaculi: non tamen eſt intelligendum, quòd illa tentoria atrij eſſent immediate apud tabernaculum; quia magnum ſpatium erat inter tabernaculum, & atrij parietes: quod maniſteſtatur ex continentia atrij & tabernaculi. Nam tabernaculum in longitudine ſua habebat cubitos triginta, ſcilicet in latere meridiano, & totidem in ſeptentrionali; quia erant in quolibet iſtorum laterum tabulæ viginti, quarum quælibet habebat in latitudine cubitum, & dimidium, qui ſimul efficiebantur cubiti triginta. In latitudine autem erant cubiti decem. Et patet hoc ex latere occidentali, quod habebat tabulas octo, quarum ſex faciebant nouem cubitos, & duas alix paruæ faciebant vnum cubitum, vt patet ſupra vigefimo ſexto capitulo. Atrium autem erat habens in longitudine cubitos centum, vt patet ſupra vigefimo ſeptimo capitulo. quia mandauit Deus poni in latere ſeptentrionali tentoria cubitorum centum, & in latere meridiano totidem cubitorum tentoria: in latitudine verò continebat cubitos quinquaginta, vt patet ſupra vigefimo ſeptimo capitulo: quia mandauit in latere occidentali poni tentoria cubitorum quinquaginta: ſupererat ergo latitudo atrij latitudinem tabernaculi cubitis quadraginta, & longitudo atrij longitudinem tabernaculi cubitis ſeptuaginta. Si ergo poneretur tabernaculum intra atrium ſecundum æquidistantiam, vt quadratum minus in quadrato maiori, diſtabat quodlibet latius atrij longitudinis a quolibet latere longitudinis tabernaculi cubitis viginti: quod patet de quinquaginta, tollendo decem de medio, quia vtrunque manebant viginti. Si autem conſideremus latera latitudinis, diſtabit quodlibet latius latitudinis tabernaculi a quolibet oppoſito latere latitudinis atrij cubitis triginta quinque. Quod patet, quia cum inter latius orientale tabernaculi, quod eſt latius latitudinis, & latius occidentale, quod eodem modo eſt latius latitudinis, eſt diſtantia cubitorum triginta, ſcilicet, tota longitudo tabernaculi, vt ſupra declaratum eſt. Ponantur ergo iſti triginta cubiti tabernaculi, qui auferantur de medio centum cubitorum longitudinis atrij, manebit in toto alio ſpatio quantitas cubitorum ſeptuaginta, qui per æquale diuidantur correfpondebit cuiilibet parti ſpatium cubitorum triginta quinque: ergo tantum diſtabit latius occidentale tabernaculi a latere occidentali atrij: & latius orientale atrij a latere orientali tabernaculi. Patet igitur quòd non erat immediatum vallum atrij ad parietes tabernaculi. Cuius ratio erat, quia inter atrium & parietes tabernaculi eſſe debebat altare holocauſtorum, & labrum, & magnum ſpatium pro offerentibus, vbi epularentur, & coquerent ſacrificiorum carnes. *Tabernaculi, & altaris.* Dicitur etiam quòd erat per gyrum altaris, quia altare holocauſtorum erat extra tabernaculum, & includebatur intra atrium. Eodem modo dicendum erat de labro æneo, quia labrum æneum erat extra tabernaculum, & erat intra atrium: ſed non ponitur de

Quid ſignificet vallum vide inferius in q. 14. parti poſt med.

eo, quia dicendo quòd erat in gyro tabernaculi & altaris, neceſſario intelligitur quòd erat in gyro labri ænei, quia labrum æneum erat inter tabernaculum, & altare, vt patet ſupra in iſto capitulo. ergo quid quid ambit tabernaculum, & altare, ambit labrum æneum: ſicut quidquid continet in ſe circulum, continet in ſe centrum eius. *Ducto in circuitu eius tentorio.* ideſt, poſito tentorio in circuitu atrij. Hic accipit alio modo atrium, ſcilicet, pro toto ſpatio contento inter tabernaculum, & columnas, & tentoria columnarum. & in circuitu eius ducebatur, ideſt circumdabatur tentorium: nam accipiendo pro illo circuitu atrij atrium, ſicut ſupra dicebatur: non rectè diceretur quòd in circuitu eius diceretur tentorium. Vocatur tentorium cortina facta de byſſo tortata, & non erat tentorium vnum, ſed plura, quia in latere meridiano mandabat Deus poni tentoria cubitorum centum, & tentoria cubitorum totidem in ſeptentrionali, & in occidentali tentoria quinquaginta cubitorum, & in orientali erant tentoria triplicia, ſcilicet quoddam ad extremitatem contra latius meridianum, & aliud contra latius ſeptentrionale in extremitate lateris eiſdem, & aliud tentorium in medio, quod erat alterius modi, ſcilicet de byſſo, & purpura, & hyacintho, coccoque bis tincto. Vocatur tamen tentorium, quaſi eſſet vnum: quia contiguabantur omnia tentoria, ita vt vnum viderentur. *Postquam cuncta.* Hic ponitur tertium, ſcilicet diuina approbatio. Approbauit enim Deus opus illud totum maniſteſtando gloriam ſuam in nube: ſicut in ſacrificiis dicitur, quòd quando fumus directè eleuabatur in celum, quòd Deus approbat ſacrificium, ita in nube replente tabernaculum. *Postquam cuncta perfecta ſunt.* Ideſt poſtquam erectum fuit tabernaculum, & ſituata fuerunt omnia, vt decebat, ita quòd nihil maneret agendum. *Operuit nubes tabernaculum teſtimonij.*

Qua fuit nubes, qua operuit tabernaculum.

Q V A E S T I O X.

Q V A E nubes fuerit iſta dubitatur. Et forte dices, quòd iſta erat columna nubes, quæ dirigebat Iſraelitas, quia non ſit hic mentio de aliqua alia nube, & non oportet poni pluralitatem ſine neceſſitate, ſed ſufficit poni columnam nubis: ergo non oportet poni aliquam aliam nouam nubem. Sed dici poſſet, quòd non erat iſta nubes, quæ dirigebat Iſraelitas, quia illa vocatur columna nubis, vt patet ſupra in multis locis, hic autem non vocatur columna, ſed nubes. Reſpondetur quòd iſta fuit columna nubis, quæ dirigebat Iſraelitas. Et quando obicitur, quòd illa vocabatur columna nubis, & iſta vocatur nubes, non valet: quia aliquando mutatur nomen. Et patet quòd neceſſario accipiat nubes pro illa, quæ dirigebat eos in via, quia immediate dicitur, ſcilicet: quando nubes tabernaculum deſerebat, proficiſcebantur filii Iſrael per turmas ſuas, ſi pendebat deſuper, manebant in eodem loco. Item patet hoc, quia ſupra decimo tertio capitulo. vbi primò agitur mentio de iſta nube, dicitur quòd erat columna nubis, & columna ignis: idem patet ſupra quattodecimo capitulo, & eodem modo dicitur hic, ſcilicet: Nubes quippe domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte videntibus filiis Iſrael. idem patet Numeri. 9. capitulo. vbi ponuntur eadem. Et vocatur nubes iſta, quæ dirigebat, & quæ manere faciebat Iſraelitas,

litas, & aliquando recedere faciebat, cum ipsa mouebatur. Dicitur autem ista nubes operuisse tabernaculum; quia antequam fieret istud tabernaculum, nubes erat super paruum tabernaculum extra castra, ut patet supra trigesimo tertio capitulo, cum dicitur. Aspiciant tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium, ingressus autem illo tabernaculum foederis descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturque cum Moysi. Quando autem fuit completum sanctuarium, & erectum, non fuit positum extra castra sicut tabernaculum paruum, sed erat intra castra: & nubes, quae ante sedebat super tabernaculum paruum extra castra deseruit illud, & venit ad tabernaculum foederis, & operuit illud, quia forte dilatata fuit columna nubis super totum tabernaculum, ita ut haberet magis formam nubis, quam columnae: & tunc non stetit alta nubes super tabernaculum, quasi pendens sicut postea erat: sed applicabat extremitas nubis extremitati tecti tabernaculi: & non totum super rectum, sed etiam in circuitu parietum tabernaculi: aliam non diceretur operire tabernaculum. Et gloria domini impleuit illud. Vocatur gloria domini ista nubes, quae sicut supra & in circuitu operiebat, ita intra replebat. Et vocatur gloria domini, quia ista nubes monstrabat maiestatem Dei, scilicet quod illa nubes erat aliquid pertinens ad Dei magnitudinem, & honorem; sicut vestes pertinent ad alicuius apparatus, & reuerentiam. Dicitur impleuisse tabernaculum gloria domini, quia totum spatium interius tabernaculi erat plenum nube. Nec poterat Moyses ingredi tectum foederis.

Quare Moyses cum erectum fuit tabernaculum, non potuit illud ingredi.

Q V A E S T I O XI.

ALIQUI dicunt quod Moyses poterat intrare tabernaculum, quia illa nubes interius existens nihil impediabat eum, quia lucida erat, & videre poterat per eam, sed non poterat intrare, id est non audebat intrare propter reuerentiam Dei, quia erat maiestas Dei in nube: sicut cum fuit in monte Sinai manans oues, cum esset pastor: & vidit ardere rubum, & quod non combureretur: volensque accedere, dixit: Vadam & video visionem hanc magnam. & tunc prohibitus fuit a Deo in rubo dicente: Caue, ne appropies, inquit, huc: locus enim, in quo istas sanctus est. Ita igitur cum vidit Moyses nubem illam, non audebat Moyses intrare: sic etiam factum fuit supra vigesimo quarto capitulo, cum ascendit Moyses super montem Sinai, & in vertice eius erat gloria domini in fumo, & igne, et magna nebula: accedens autem Moyses prope non ausus fuit ultra intrare, sed habitauit septem diebus ante illam nebulam, & in septimo die vocauit Deus illum de medio nebulae. Sed satis dicendum videtur, quod Moyses non poterat intrare in tabernaculum foederis, quia illa nubes, quae operiebat tabernaculum, & quae replebat (licet esset lucida) tamen quia erat densa, non erat transparentis, & visui patens: sicut nos sentimus in magna nebula, quae interdum facit nos non posse ultra eam videre, licet ipsa in se obscura non sit, sed est densa: nubes etiam interdum multae albae sunt, & lucidae: quia tamen densae sunt, non sunt diaphanae, & tollunt nobis usum caeli. Quod autem ista nubes ita esset densa satis arguitur, quia intra eam loquebatur angelus loco Dei, sicut patet supra 33. c. Ingressus autem illo, id est Moyses tabernaculum foederis, descendebat columna nubis,

Doct. doct.

F & stabat ad ostium, loquebaturque cum Moysi cernentibus vniuersis: idem patet Numeri. 13. cap. sed ad istam locutionem necessarium erat formari ibi corpus habens organum modum, ad quod erat necessaria magna condensatio nubis totius, ut non videretur corpus multum condensatum ibi ad formandum voces. Dicendum igitur ibi nubem illam multum esse densam, ita ut non esset visui transparentis, nec Moyses potuerit videre aliquid intra tabernaculum, sed hoc non semper durauit, sed paulisper ablatum est, ita ut non maneret aliquid de nube illa interius, & sic fuit factum in templo Salomonis, quando completum fuit, ut patet 3. Reg. 8. cap. cum dicitur: Factum est autem cum exissent sacerdotes de sanctuario, nebula impleuit domum domini, & non poterant sacerdotes stare, & ministrare propter nebulam: impleuerat enim gloria domini domum domini. & illa nebula satis patet, quod erat ita densa, quod impediabat ministracionem, cum dicitur, quod non poterant sacerdotes stare, & ministrare propter nebulam. Ista nubes operuit tabernaculum, & impleuit illud ad signandam diuinam acceptationem, quia nubes mouebatur a Deo: nam ille motus non erat naturalis: cum motus naturalis nubium sit super montes altissimos motu circulari, cum tota sphaera aeris, et ignis, ut patet per Aristotelem in 3. Meteororum: nec mouebatur ista nubes motu recto per impetum venti impellentis, quia tunc non silleret nubes, nec inclinaretur vsque ad terram. H ad subintrandum sanctuarium, sed ista subintrabat sanctuarium, & totum implebat ibi sistendo: ergo non mouebatur ex impetu venti impellentis: mouebatur igitur Deus istam nubem, vel aliquis mandato Dei: ergo manifeste apparebat diuina acceptatio, quia nubes cooperiret tabernaculum: vel impleret illud, & ad hoc Deus illam posuit, ideo dicitur quod impleuit gloria domini tabernaculum. Nube operiente omnia. Id est columna illa nubis, quae erat per totum tabernaculum intus, & extra diffusa replebat omnia, & cooperiebat, ita ut videre non posset. Ex hoc inducitur, quod ante dicebatur, scilicet quod Moyses non poterat ingredi in tabernaculum, quia nihil videbat, et non propter reuerentiam: nam si esset propter reuerentiam maiestatis Dei representate in nube, non solum non intraret Moyses in tabernaculum, si nubes repleteret omnia: sed etiam si solum esset nubes intra aliquas partes: sed in litera ponitur pro causa quod non poterat Moyses intrare in sanctuarium, quia nubes replebat omnia, & non solum quod replebat, sed magis quia dicitur: operiente omnia, id est quia nubes operiebat omnia. Operire autem tollit visionem, ergo intentio est, quod Moyses nihil videre poterat, quia intentio est: omnia erant operata. Et maiestate domini coruscante. Maiestas Dei nihil aliud erat hic quam ipsa nubes, quae demonstrabat diuinam praesentiam, et magnitudinem, cum non posset ipsa naturaliter moueri, sed Deus eam illic specialiter moueri faciebat, ex quo coniiciebatur Dei magnitudo: siue aliquis apparatus demonstrans eius praesentiam, & iste apparatus erat nubes illa gloriosa, & dicitur maiestas Dei coruscans, quia illa nubes, quae erat Dei maiestas, erat lucida & resplendebat. Nam in die illa erat nubes, & erat lucida. Per noctem vero erat species ignis resplendentis, quae videbatur per omnia castra, ut patet in litera, recte ergo erat maiestas Dei resplendens in nube illa. Quia cuncta nubes operuerat. Ista est replicatio sententiae superioris, scilicet, quod omnia essent impleta nube. Sed adhuc non est totaliter replicatio sententiae, quia aliquid nouum operatur. Nam hic redditur causa huius quod supra dicebatur, scilicet, quod maiestas Dei coruscabat, quia nubes cuncta operuerat, Maiestas

Nubes primo operuit tabernaculum cum statim erectum fuit densa fuit.

Maiestas enim Dei in nube manifestabat: si igitur nubes esset parua, & modicam partem sanctuarii intus, & extra occuparet, non diceretur maiestas Dei resplendere, quia modicum manifestaretur, vel parua signa daret suae magnitudinis, ideo non diceretur coruscare maiestas Dei, quod ad quaedam fulgoris, & praesentiae magnitudinem refertur, cum autem omnia erant plena iustus, & extra operiebatur illa nube, monstrabatur magnitudo diuinae maiestatis in magno praesentiae suae apparatu: ideo recte dicebatur coruscare maiestas Dei: quod non esset si non essent cuncta operata illa nube, ideo conueniens causa est ista dicti superioris. Igitur nubes cuncta operuerat. Ideo dicebatur maiestas Dei resplendere, quia cuncta erant cooperata illa nube lucida per diem, & per noctem luminosa in speciem ignis. Si quando nubes tabernaculum deseruebat. Supra ponebatur solum de fabricacione sanctuarii, & de Israelitis permanentibus: hic dantur regulae de ipsa nube, qualiter se habebat in ipsis permanentibus, & recedentibus, quia illa nubes erat, quae dirigebat Israelitas per totum desertum. Nam cum terra illa inuia esset, & cum habitata cultore, nesciret, quae eis perendum foret, ideo Deus dabat eis nubem illam, quae Dei nutu ab angelo mouebatur quocumque Deus volebat. Et patet hoc supra 14. cap. cum dicitur: Tollensque se angelus, qui praecedebat castra Israel, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis priora dimittens post tergum, stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel. Ista nubes erat Iudaeis lex mouendi, & manendi: quamdiu enim ipsa manebat, & ipsi manebant, quamdiu autem ipsa mouebatur, ipsi quoque mouebant tentoria. Si quando nubes tabernaculum deseruebat. Antequam esset factum tabernaculum, erat nubes in priori parte castrorum. I. super vexillum filiorum Iudae, & cum mouebatur, praecedebat primum vexillum, cum autem quiescebat nubes, fiebat super primum vexillum: cum vero factum fuit tabernaculum, nubes venit ad sedendum super tabernaculum, & ibi consistebat quamdiu in aliquo loco manendum foret, cum vero nutu Dei recedendum erat, mouebatur nubes deserendo tabernaculum, & ibat ad priorem partem exercitus, in qua erat vexillum Iudae, & in illa praecedebat. Deseruebat tabernaculum. Quasi dicat, quod semper erat super illud quando erant in quiete, cum autem desererebat illud mouebant. Proficiscuntur filij Israel per turmas suas. Totus exercitus mouebatur, sed non indifferenter, & quomocumque, sed per turmas suas.

Permanentis ordo & proficiscendi Hebraeorum in exitu de Aegypto.

Q V A E S T I O XII.

ISTA profectio per turmas erat, quod ordinaretur totus Israel in quatuor cuneos sub quatuor vexillis, & sub quolibet vexillo essent tres tribus, cum oes simul essent tribus duodecim. Erat autem primum vexillum tribus Iudae. Et sub hoc erant tres tribus, scilicet ipsa tribus Iudae cum alijs duabus. Sub tribu Ruben, quae habebat aliud vexillum, erant aliae duae tribus, & cum ipsa erant tres. Sub tribu Dan, quae habebat vexillum erant duae tribus, & cum ipsa erant tres, & sic erat diuisus totus exercitus duodecim tribuum. Ista vexilla sic se habebant, quod vexillum Iudae cum suis sequacibus erat in parte orientali: in parte meridiana erat vexillum Ruben cum suis sequacibus: in parte septentrionali erat vexillum Dan cum suis: & in parte occidentia vexillum Ephraim cum suis, ut patet Nu. 2. cap. ubi iste ordo notatur. In castrametando enim habebant istam positionem, quae dicta est: ita tamen quod gens cuiuslibet vexilli esset per se, & Alph. Toft. super Exodum

A non miscerentur illi, qui ibant sub vno vexillo eis, qui ibant sub altero: & rursus, qui erant de vna tribu, non miscerentur eis, qui erant de alia tribu, licet essent sub eodem vexillo: & rursus, qui erant de vna tribu familia, non miscerentur familijs alteris eiusdem tribus. In procedendo autem erat iste ordo, quod non poterant omnes tribus, & familiae simul procedere propter angustiam viarum, sicut erat in permanendo, sed mota nube familia, quae erat in priori parte tribus Iudae contra Orientem, mouebat castra, & quousque illa mutasset nulla alia eiusdem tribus, aut alterius audebat mutare. Deinde mota illa mouebatur sequens familia eiusdem tribus, & sic de omnibus alijs familijs eiusdem tribus: & immediatè mouebatur prima familia, quae erat in alia tribu propinqua eiusdem tribus, & sic per ordinem donec mouerentur omnes, qui erant sub illo vexillo. Post istud vexillum mouebantur omnes Leuitae, qui non computabantur sub aliquo vexillo, sed erant in medio castrorum cum ipso tabernaculo in circuitu eius excubantes, & in processu mouebantur post filios Iudae. Deinde mouebantur secundum ordinem dictum in vexillo Iudae ipsi, qui erant ad partem meridianam, scilicet sub vexillo Ruben. Deinde mouebantur, qui erant ad partem occidentalem, scilicet qui erant sub vexillo Ephraim. Deinde in extremo loco qui erat ad partem septentrionalem, scilicet filij Dan cum vexillo suo. De hoc procedendi ordine habetur Num. decimo cap. Si pendebat res super manebant in eodem loco. Nubes dicebatur pendere super tabernaculum quando ipsa erat eleuata super tabernaculum, & non mouebatur, sed erat in pendenti: & hoc fiebat quando cessabat motus. Nam cum Deus voluisset, quod in aliquo loco sillerent, faciebat quod columna nubis, quae praecedebat omnia castra retrocederet, ut staret super tabernaculum, & quando hoc euenisset, stabant Leuitae immoti, & coeteri de alijs tribubus, & in eodem loco, in quo stetit nubes, erigebatur tabernaculum: & quia erat locatio tabernaculi tanquam centrum in circulo per terminum, a quo partes aequae distant, & accipiunt certum situm, locatio illo locabantur alia vexilla, & respectu illius accipiebatur Oriens, Occidens, Meridies, & Septentrio pro locacione vexillorum, & ista nubes differerebat in situatione, quam habebat super tabernaculum, quando cunctae castra metarentur, & in situatione quam habuit, cum perfectum fuit tabernaculum, & erectum. Nam quando fuit nouiter erectum, nubes descendit vsque ad rectum, & fuit in circuitu eius, & intrauit in ipsum replendo ipsum totaliter, ideo non dicebatur tunc pendere, cum vero alias castrametandum foret, nubes non circumibat totum tabernaculum, nec replebat illud intra, sed solum erat super illud erecta non tangens rectum eius, ideo dicebatur pendere super tabernaculum. Manebant in eodem loco. Scilicet in quo ipsa inciperet pendere super tabernaculum, & non est sensus, quod penderet immediatè super tabernaculum, ut erectum erat, quia antequam erigeretur incipiebat pendere nubes: nam aliàs non esset nubes signum manendi, sed ante castra figerentur, & erigeretur tabernaculum, quam maneret nubes. Sed dicendum, quod nubes incipiebat pendere super tabernaculum antequam erigeretur, scilicet cum portabatur, & tunc Leuitae videntes columnam nubis retrocedentem super se pendere non mouebantur ultra, & sic ex hac litera innuitur modus, quo incipiebant castrametari, sicut supra dicebamus. Nubes quippe Domini. Hic vocatur semper nubes, & alibi vocabatur columna, sed non differt, eadem enim est columna, & nubes. Pars Secunda E e Aliqui

Aliqui enim dixerunt, quod essent duo, scilicet quod esset nubes quedam extensa super oia castra ad protegendum ab estu, & alia que in modum colunne penderet super tabernaculum. De hoc tamen declaratum fuit supra 13. cap. vtrum prater columnam nubis oporteret poni quandam aliam nubem, que non esset in modum columne: sed dato quod ponatur due nubes, scilicet vna, q̄ sit expansa vt nubes, & alia que sit formata in columne modum: hic non est dubitandum qn de columna intelligatur, dato quod vocatur nubes quia de ista nube dicitur quod ad motum eius mouebantur castra, & cum ipsa super tabernaculum penderet, figebantur: sed ista conueniunt columne, vt patuit supra in multis locis: ergo ista, q̄ vocatur hic nubes, est necessario, quae erat columna.

Nubes ali
qua lo vo
catur colu
na.

Quare nubes, quae precedebat Israelitas vocatur nubes Domini, & quomodo in ea erant quatuor mirabilia.

QV AESTIO XIII.

Oia debet
vocari ali
quid Dei.

ISTA vocatur nobes Domini, quia erat a Deo facta, & a Deo mota, & conseruata: cum enim omnia Deus fecerit, & faciat tanquam omnipotens artifex, oia debent vocari aliquid Dei, vt homines Dei, nubes Dei, & aquae Dei. Sed communi consuetudine scripturae illa solum vocatur aliquid Dei, quae habent aliquid speciale, quod a Deo sit super omnes alias res: sic erat de nube illa, quae habebat aliqua specialia inter alias nubes, & hoc erat in locatione, per mansione, immutabilitate, & motu. Primò de locatione, quia alie nubes non gignuntur, vel manent apud terram immediate, sed in parte superiori. Cuius causa est, quia nubes sunt impressiones Meteorae ex vaporibus ascendentibus condensatae, quae in tali loco sunt, ad quem reflexi radij solis a terra accedere non possunt, & sic conseruantur. Si autem nubes apud terram gignerentur, & manerent, cum fiat in superficie terrae reflexio magna radiorum, ex quibus causatur calor, dissoluerentur impressiones Meteorae: cum autem radij solis reflexi non pertingant ad locum, vbi nunc gignuntur nubes, & manent, non immutabunt nubes a sua dispositione, & sic conseruari possunt nubes, in sua qualitate, quod non contingeret eis, si apud terrae superficiem essent: ista tamen coluna nubis, quae dirigebat Hebraeos, erat apud superficiem terrae aliquando, sicut quando operuit totum tabernaculum supra, & in circuitu, & intus repleuit illud erecto nouiter illo, vt patet supra. Aliquod modicum eleuabatur a terra, scilicet cum penderet super tabernaculum omnibus aliis temporibus quibus in castris manendum foret. Quocumque tamen modo esset, semper erat ista nubes intra fortem radiorum solarium reflexionem, inter quos nisi a deo specialiter dirigeretur, sic impossibile erat manere. De generatione autem nubis illius colunaris non constat vtrum Deus eam in loco, in quo mouebatur precedens Hebraeos, produxerit, an fecerit eam descendere de loco aliarum nubium, quocumque modo ponatur, non stat sine miraculo. Nam si ponatur, quod nubes ista fuerit genita in parte inferiori istius interstitij vltimi aeris, hoc non potest esse, cum vapores, quando sunt in parte ista inferiori, non habeant frigiditatem conuenientem ad causandas tales impressiones, etiam quia non est in eis debita densitas, cum calor solis semper resoluat & disgreget. Quod igitur in hoc loco nubes gignerentur, requirebat quandam potentiam maiorem, quam sit naturalis, secundum quam nubes nunc generantur, cum nunquam talem generationem nubis viderimus nos, nec patres nostri. Quod autem ista nubes fuerit adducta de parte superiori, vbi nubes gi-

De generatione nubis, quae Israelitas precedebat.

Fgnuntur, & sunt, necessarium erat quantum ad hoc esse potentiam aliquam rationalem operantem; siue sit potentia infinita Dei, siue potentia ministrorum suorum angelorum: nam ad hoc non requirebatur infinita potentia dei, cum videamus, quod demones ad pacta facta cum quibusdam hominibus, faciunt descendere nubem aliquam, in qua ferant eos ad alterum locum, vel regionem, vt sepe factum, & publice visum est: Ipsa etiam columna nubis non posset suscipere a solis viribus naturae talem figurationem, si esset columna: sed oportebat aliquam virtutem rationalem cooperari principaliter ad haec, sicut cooperaretur angelus, vel Deus. Prater hoc erat ista nubes multum densa, vt videri posset tanquam quodlibet perspicuum terminatum, & non esset transparentis visui: quod satis videmus aliquando in aliis nubibus, quae dense sunt, ita vt de numero istorum corporum multum solidorum aspectui censeantur. Sed fuit aliqd speciale in ista nube, quod non videtur posse fieri operatione naturae, scilicet quod erat valde lucida, ita vt specialiter differre videretur ab omnibus aliis nubibus in candore. Et licet hoc naturaliter fiat aliquando in quibusdam nubibus regularibus, i. aequalibus in temperamento vaporis, tamen modicum durat, & raro fit: & hoc solum fit in nubibus, quae sunt suppositae soli, vel circa dextram aut sinistram eius, & tunc ille tantum illuminatur, quod videtur esse sol: & quia materia sua est satis pura, & vniuersalis, & bene susceptiua solaris luminis, recipitur in ea lumen solis ita regulariter, quod videtur illa nubes esse sol, & vocantur tales nubes parelij, i. aequales soli in fulgore, de par paris, & elios quod est sol, quasi aequales soli, & sunt meteorae impressiones, de quibus Aristoteles in 2. meteorae & secundum has videtur aliquando quod sunt plures soles: sed raro accidit fieri parelios, cum raro detur nubes sic regularis, & in dispositione, vt possit suscipi lumen solis. De nube autem columnari dirigente Hebraeos, non poterat dici, quod multum esset lucida ex tali receptione radiorum solarium, quia cum aliquando non appareret sol obsecurato aere, non esset fulgida illa columna, sed semper erat lucida, ergo non erat ex tali receptione. Sed dicendum quod Deus cauauerat in ea specialiore fulgorem, quam in aliis nubibus, quia erat ista nubes specialius nubes Dei, quam aliae nubes, sicut innuit litera vocas eam nubem Dei. Erat etiam aliquid speciale in nube ista quantum ad permanentionem: nam ista nubes manebat taliter, qualiter nulla nubes manere potuisset: nam nubes sunt impressiones Meteorae & non sunt entia perfectarum specierum, ideo modicam per manentiam habent, sed continue immutantur, quia aliquando condensantur in pluias, & aliquando aliter transmutantur. Et patet, quia tempore estatis non videntur nubes, & tempore pluuioso, vt in hyeme, & parte autumnii, & in parte veris sunt nubes: ergo oportet, quod modico tempore permaneat, sed ista nubes mansit immutata magno tempore, scilicet quadraginta annis: sic enim dicitur supra decimotertio capitulo in fine, quod nunquam defuit nubes Israelitis, ex quo egressi sunt de Aegypto, donec intrauerunt terram Chanaan, & istud fuit spatium quadraginta annorum, vt patet supra decimosexto capitulo, & Numeri decimoquarto, & in multis locis Deuteronomij. Non potuit igitur ista nubes tanto tempore permanere naturaliter, potissimum cum maneret in loco extra suam naturalem dispositionem, quia nubes habent pro loco naturali locum frigidum aeris, ad quod non attingit reflexio radiorum, sed in loco, in quo ista nubes erat, fiebat incidentia, & reflexio radiorum fortis, quia erat circa terram: necessario ergo dicendum illam nubem adductam incorruptam immutatamque conseruari.

Erat

Quomodo nubes haec habebat aliquid diuinum.

Prima regula ad sciendum quomodo magis nubes distat a terra.

Erat etiam ista nubes aliquid speciale a Deo quantum ad immutabilitatem, quia aliae nubes mouentur ad impetum venti, cum nubes sit corpus densum, & suscipiat impulsum corporis mouentis: & videmus nos, quod si ventus Aquilo vigeat, impeller ventus iste nubes contra Austrum, & si vigeat Subsolanus, impellet contra Fauonium, qui est occidentalis, & sic de alijs ventis. Cum igitur ista nubes esset densa, sicut aliae nubes, & adhuc densior, multum debuisset impelli a vento mota: sed nunquam impellebatur, cum semper penderet super tabernaculum, quando castra fixa erant, & semper precedebat faciem castrorum, quando mouenda erant: etiam si ventus contra eam veniret: ergo necessarium erat istam nubem dirigi a Deo: & sic erat, quia angelus eam dirigebat, & sic licet ventus impelleret, angelus tenebat eam, mouens ad quamcunque partem velleret. Erat etiam aliquid diuinum in hac nube, quia cum nubes sit corpus imperfectum non determinatum ad aliquam speciem, secundum quod nubes est: non competit ei motus determinatus, maximè motus, qui est quasi progressus, qui competit animali: sed sicut est quod ista nubes mouebatur motu recto, non sursum, & deorsum, qui est motus rerum etiam inanimatarum grauium, & leuium, sed motu plano, scilicet ante, & retro, quod solis animalibus, vel rebus rationalibus conuenit: ergo ista nubes habebat aliquid diuinum in suo motu. Patet hoc quia aliae nubes quando sunt in aere, quia aer est earum locus, non mouentur supra, & deorsum, nisi aliquando contingat nubem ingrossari, & humiliari: sicut in pluuiabilibus temporibus, resolutis nubibus in humorem pluuialem: vel si aliquando eleuentur, vt in tempore magna aestatis, aut in vere propter radios solis esse directiores, quia sol magis accedit ad perpendicularem, & sunt necessario anguli reflexionum maiores, & radij reflexi magis eleuantur, & calore suo calefaciunt aerem, & per actionem suam repellunt nubes frigiditas, quae erant inclinatae versus terram ad partem frigidiorum, & sic altiores sunt a terra nubes in aestate, quam in hyeme: & est necessarium, quia in hyeme sol multum declinat a nobis, & radij modicum incidunt, & faciunt paruos angulos reflexionis, & consequenter modicum eleuantur radij illi, & perueniunt ad paruam altitudinem aeris super terram: ideo ad modicam altitudinem impellent nubes respectu partis superioris: in vere autem, vel aestate sol accedit versus nos, ascendendo versus zenit: ideo fient anguli reflexionis maiores, & necessario radij magis eleuantur versus partem superiorem, & sic necessario magis impellent nubes. Est ergo regula, quod ceteris paribus, maximè distat nubes a terra in tempore mensis Iunij, & Iulij: quod patet, quia quando sumus in mense Iunij, sol ascendit ad suam maximam altitudinem, cum in die decimosexto Iunii sit sol in capite Cancrini in tropico, ultra quem non est ascendere, cum non curuetur magis linea egyptica, per quam mouetur sol: tunc ergo fient necessario radij reflexionis maximè directi in altum, & anguli reflexionis maiores, & impellent magis nubes contra partem superiorem. In mense Iulij eodem modo, quia mouetur sol per medietatem Cancrini, scilicet vltique ad diem decimum septimum mensis eiusdem, quod signum est maximè altitudinis: ideo erit magna reflexio, & magna eleuatio radiorum reflexorum: in alia medietate mensis illius decurrat sol per medietatem Leonis, quod est signum satis magne altitudinis post Cancrum, ideo fiet magna reflexio, & multum eleuantur radij, licet non tantum quantum in mense Iunij, sed forte erit aequalis, vel maior eleuatio nubium a nobis in mense Iulij, & Augusti, quanta in mense

A Iunij, quia licet non tantum eleuentur radii in his duobus mensibus, sicut in mense Iunij: ex reflexione tamen magis calefaciunt, & in aere calefacto non poterunt consistere nubes: quod nos experimur, quia in mense Iulij, & Augusti maior calor nos afficit, quam in mense Iunii: cuius causa est, quia licet non sint tanti anguli reflexionis, nec tantum radii reflexi eleuentur: tamen aer ex continuo calore procedente, est multum dispositus ad calorem, & facilliter recipit impressiones caloris maiores quam in alio tempore, scilicet in Iunio quando non erat sic aer calefactus: apparet etiam hoc in aliis rebus, nam si sint duae res naturales combustibiles, vel receptivae caloris, & vna sit multum disposita, vt ligna arida: & alia sit modicum disposita, vt lapides frigidi, vel ferrum. Manifestum est, quod res minus calida agens in ligna sicca magis calefaciet illa, quam res magis calida agens in ferrum vel lapides, nisi sit magnus excessus calidi ad calidum: apparet ergo quod dictum est, scilicet maximam eleuationem nubium a nobis esse in mense Iunij, & Iulij. Sed obiciet, quod sit tanta eleuatio in Maii, quia in medietate mensis Maii sol est in Geminis, & hoc signum est maximè altitudinis in fine suo aequale principio Cancrini, quia finis Geminorum, & principium Cancrini idem sunt, cum continua sit huius conditionis, quod vltima eorum sunt idem: in alia parte prima Maii decurrat sol per vltimam partem Tauri, quae est tate declinationis ab aequinoctiali, & eleuationis ab aequinoctiali, sicut pars prima, siue medietas prima Leonis, ergo tate eleuationis erunt nubes a terra in toto mense Maii, sicut in toto mense Iulij, licet opposito modo: quia tanta erit eleuatio in prima parte Maii, sicut in vltima parte Iulij: & tanta eleuatio in vltima parte Maii, sicut in prima parte Iulij. Quod apparet ex eleuationibus partium signorum, in quibus est sol, quando decurrat in illa parte anni. Respondetur ad hoc, quod semper est maior eleuatio nubium a nobis in Iulio, quam in Maio, quia ad eleuationem maiorem nubium a nobis facit maior aeris caliditas, sed aeris caliditas maior, vel minor causatur ex duobus, ergo quando ista duo concurrant ceteris paribus, erit maior eleuatio nubium a nobis, quam vbi vnum eorum solum est. Est autem haec causa duplex, scilicet maior eleuatio reflexorum radiorum, & maior dispositio ad recipiendam caliditatem: in mense ergo, in quo ista sunt, eleuantur magis nubes, quam in mense, vbi solum est alterum eorum. Si igitur in Maio, & in Iulio esset aequalis eleuatio radiorum reflexorum, & aequalis dispositio aeris ad recipiendam caliditatem, esset aequalis eleuatio nubium a nobis, sed non reperiuntur ista duo aequaliter in vtroque: nam tanta est eleuatio solis versus perpendicularem in toto Maio, sicut in toto Iulio: per oppositum tamen, vt declaratum fuit supra, scilicet quod pars prima Maii correspondeat vltimae parti Iulij, & pars postrema Maii correspondeat primae parti Iulij, & tanta erit necessario eleuatio reflexorum radiorum in vno mense, sicut in alio: secundum tamen deficit, quia non est tanta dispositio in mense Maii in aere ad recipiendum calorem, sicut in mense Iulij: nam in mense Iulij tota terra, & aer sunt multum calefacti ex diutina reflexione, & magna radiorum immoratione super terra in signo Geminorum, & Cancrini, & in Leone, in quibus fit magna reflexio propter magnam eleuationem istorum signorum, & accessum circa perpendicularem: est ergo tantum dispositus aer ad calefactionem in mense Iulio, quod cum modica reflexione fieret magnus calor: quod patet, quia licet in Cancro sit maior altitudo solis in mense Iunij: quia tamen non est facta tanta dispositio in Iunio, sicut in Iulio, fit maior calor in Iulio.

Pars Secunda. Ec 2 De

Alph. Tost. super Exodum

De mense Maii dicendum est, quod non est aer tunc dispositus ad magnum calorem, quia tempus Aprilis præcedens fuit pluuiosum, & terra manet adhuc humida, ideo satis est, quod deficcetur tunc terra ad calefactionem, & aer adhuc est humectus, & non multum calefit: ideo licet fiat reflexio satis magna, sicut in Julio, tamen non poterunt nubes pelli ad partem superiorem propter calorem, & deficcationem aeris, sicut in Julio. Dicebatur superius, quod cæteris paribus in mense Iulij, & Iulij magis distant à nobis nubes, quàm in alijs mensibus, hoc est, quia iste duæ causæ sunt magis in illis mensibus, quàm in alijs, poterit tamen aliquid accidere propter quod in illo tempore sint nubes minus distantes, quàm in alio tempore, ut potè si eueniant fieri coniunctiones planetarum pluuiosorum in signis aqueis, causabunt magnas pluuias in tempore illo, & frigiditates, & radius solis obstantibus nebulis transire non poterit ad deficcandum, vel si transuerit, erit modicæ actiuitatis, ita quod non possit deficcare, & calefacere aerem ad faciendum nebulas eleuari, & nubes ad partem superiorem, & poterit esse, quod in Augusto, aut in Septembri fiat coniunctio planetarum calidorum in signis calidis, & causent magnum calorem maiorem, quàm esset in Iunio, aut Julio. Si tamen cætera paria sint, id est quod eadem sint agentia ad caliditatem, vel frigiditatem, siccitatē, vel caliditatem, maior erit nubium eleuatio à terra in Iunio, & Iulio, quàm in toto anno. Secunda regula sit, quod minima distantia nubium à terra in toto anno est sole existente in mense Decembri, & Ianuario, cuius causa est, quia cum sol est in mense Decembri est in fine Sagittarij, & in prima parte Capricorni, & tunc est in maxima declinatione ab æquinoctiali versus partem meridianam, & est maxima propinquitas ad horizontem. Cum autem est minima altitudo, est minima reflexio radiorum, & minima eleuatio eorum versus partem superiorem, præcipuè, quia tunc sunt tempora nimis pluuiosa, & nubes pondere hymbrii deprimuntur: cum autem sumus in mense Ianuarij, sol est in Aquario, & post Capricornum nō est aliquod signum maioris depressionis versus horizontem, considerando principium suum, & principium cuiuslibet alterius signi: tantum enim depressum est principium Aquarij, sicut principium Sagittarij. Etia, quia in mense Ianuarij ex mensibus præteritis, quæ fuerunt frigidi, & pluuiosi est dispositus aer ad magnum humiditatem, ideo pondere ingrossatorum vaporum deprimuntur nubes versus terram, præcipuè cum sol non possit digerere tantam humiditatem, & repellere nubes ad partem superiorem. Et si arguatur de mense Nouembris, quod sint æqualiter nubes terræ appropinquantes ad terram, sicut in mense Ianuarij, quia æqualiter est sol depressus versus horizontem, dum est in Sagittario in principio, & dum est in principio Aquarij, & æqualiter est depressus dum est in mense Nouembris in principio, quia est ibi in fine Scorpionis, sicut cum est in fine Ianuarij, quia est ibi in medietate Aquarij, & est æqualis declinatio solis ab æquinoctiali, & inclinatio versus terram. Respondetur, sicut respondebatur supra de mense Maio, & Iulio, quod sicut in Maio, & Iulio sunt æquales eleuationes solis, & æquales reflexiones radiorum, & tamen maior calor valde est in Julio, quàm in Maio propter esse terræ, & aerem in maiori dispositione ad suscipiendum calorem, & consequenter est maior eleuatio nubium à terra in Julio, quàm in Maio: ita licet in toto mense Nouembris sit æqualis depressio solis versus horizontem, & æqualis radiorum reflexio, tamen magis dispositus est aer, & terra in mense Ianuarij ad recipiendam humiditatem, & minus dispositus ad hoc, quod sol di-

gerat, & eleuet humiditates aeris, quàm in mense Nouembris: ergo magis erunt nubes eleuate in Nouembri, quàm in Ianuario: & ista regula intelligitur, sicut alia superior cæteris paribus, quia poterit contingere, ut in Ianuario magis sint eleuate nubes à terra, quàm in Martio, vel Aprilis secundum regulam supra positā. Ex his corollarie inferitur, quod interstitia aeris non sunt semper æqualia, sed aliquando maiora, & aliquando minora: nam nubes pertinent ad principium secundi interstitij: & quia ut probatum est, aliquando sunt magis eleuate à terra, quàm in alio tempore, necessarium est interstitium istud primum, & medium interdum dilatari, interdum autem angustari, ita quod in mense Iulij, & Iulij cæteris paribus, maior est primum interstitium aeris, quod est apud terram, quàm in alijs mensibus: & in mense Decembri, & Ianuarij minus est, quàm in omnibus alijs temporibus: & è contrario medium interstitium maximum est in mense Decembri, & Ianuarij, quàm in alijs mensibus: & mensis Iulij, & Iulij sunt, in quibus cæteris paribus minus est istud interstitium, quàm in omnibus alijs mensibus. Redeunt ergo ad propositum dicamus, quod ista nubes non mouebatur supra, & deorsum motu aliarum nubium per humiditatem ingrauantem, aut per calorem sursum repellentem. Etiam non mouebatur motu raptus, cum raptus aliarum nubium, quæ sunt in altissimis partibus super montes altissimos, & cum tota aeris sphaera mouentur ad motum aliarum superiorum sphaerarum, ut ait Aristot. in 2. Methco. Non mouebatur etiam ista nubes, vel impulsā à vento ad aliquam partem, quia tunc semper contra illam partem, contra quam erat impetus venti moueretur nubes: sed non erat sic, quia mouebatur interdum contra ventum, & moto vento cum forti impetu nubes pendebat super tabernaculum, in motaque manebat: sed erat motus istius nubis quasi motus rationalis ad diuersas partes, secundum quod oportuisset quasi motu progressiuo, & quia nō videbatur aliquod aliud mouens, quod moueret, necessarium erat dici, quod mouebatur à Deo, vel ab aliquo diuino agente, & sic vult littera, scilicet quod moueretur ab angelo, ut patet supra 14. capit. Rectè ergo dicitur de ista nube, quod erat nubes Dei, id est quod apparebat in ea aliquid speciale à Deo, quod non apparebat in alijs nubibus. Incubabat per diem tabernaculo. Id est cubabat, vel pendebat super tabernaculum, sicut supra dicebatur. Incubare enim est in alio cubare. Et ignis in nocte. Id est per noctem erat super tabernaculum illa columna in figura ignis, ita quod erat fulgida, sicut ignis, ut per noctem omnes, qui in castris erant viderent non indigentes lumine lucernæ. De isto igne quæsitum fuit supra 13. c. an esset ignis verus, vel apparentia ignis: responsum fuit quod erat apparentia ignis, sicut innuitur Nu. 9. c. cum dicitur: In die, qua erectum est tabernaculum operuit illud nubes, à vespere autem super tētorium erat quasi species ignis, sic faciebat iugiter, per noctem erat quasi species ignis, & per diem operiebat illud nubes. De ista columna ignis, supposito quod non esset verus ignis, quæsitum fuit, an esset eadem cum columna nubis, vel duæ columnæ, & responsum fuit ibidem, quod erat eadem: de quibus latè ibidem. *Videntibus populis Israel.* Id est vidētibas omnibus Israelitis, qui vocabantur hic populi, eo quod multi erant, quæ quilibet tribus faciebat quasi vnum populum, cum esset magna multitudo, ut patet Nu. 1. ca. vbi computantur viri bellatores cuiuslibet tribus à viginti annis supra vsque ad sexaginta, & in aliquibus tribubus reperiebantur plura, quæ 70. millia virorum bellatorum, ut patet de tribu Iuda ibidē, & de quibusdā alijs. *Per cunctas mansiones suas.* Id est tanta erat lux huius ignis apparentis per noctem super tabernaculum, quod

quod videbatur in omnibus tentorijs, siue mansionibus filiorum Israel: quasi dicat, quod hoc erat valde multum, quia tentoria filiorum Israel occupabant valde magnum spatium, cum essent ibi plura, quàm sexcenta millia virorum præter mulieres, & paruulos infra viginti annos, & ultra sexaginta, & præter vulgus promiscuum Aegyptiorum, quod ascendit cum eis: & erant infinitæ multitudinis, ut patet supra 12. capit. Occuparent ergo ista fortè duas leucas, aut valde multum. Quod igitur ista lux ignea columnæ per omnes videretur, qui erant in castris, erat satis magnum. *Per cunctas mansiones suas.* Quasi dicat, licet istæ mansiones satis essent separatæ tabernaculo, tamen per omnes mansiones videbatur, quia in quacunque mansione esset aliquis in omnibus castris filiorum Israel, videbat clare illud lumen, & non indigebat lucerna per noctem. Erant autem sic dispositæ mansiones in castris: quia in circuitu tabernaculi erant situata tentoria omnium leuitarum excubantium secundum ordines suos, ut habetur Num. 2. & 3. cap. deinde ad plagam orientalem atrij erat vexillum tribus Iuda, & sub illo tres tribus: ad plagam meridianam vexillum tribus Ruben, & sub illo tres tribus: ad occidentem vexillum tribus Ephraim, & sub illo tres tribus: ad borealem plagam vexillum tribus Dan, & sub illo tres tribus. De his Num. 2. capit. in omnibus ergo mansionibus istis videbatur per diem pendere columna nubis super tabernaculum, & videbatur pendere columna ignis per noctem, & hoc erat eis signum manifestum ad sciendum, quando manere debebant, aut quando quiescere: nam si videbant columnam ignis, vel nubis super tabernaculum, intelligebant quiescendum esse. Cum verò videbant eam ablatam, sciebant castra mouenda illico esse, & ad hoc faciebat Deus, ut hoc signum videretur per omnes mansiones, ne solliciti essent Iudæi semper inquirentes quando recedere deberent, sic autem certificati erant, nec oportebat à quouis illud queri, cum nulli ignotum foret.

De compositione & figura tabernaculi.

QV AESTIO. XIII.

CVPIENTIBVS cognitionem plenariam de figura, & compositione tabernaculi, totiusque sanctuarij comprehendere, magna satis difficultas obijcitur: ex varietate rerum, ex quibus construebatur ipsum sanctuarium, & ex inordinatone tractandi, quia non eo modo res dicuntur, quod nos optime intelligere possemus. Quamobrem aliqui conati sunt dare figuram rerum sanctuarij, & ipsius sanctuarij totius, & errauerunt circa nonnulla, quia eorum assignatio satis discordat litteræ, & aliqui doctores famosi hoc fecerunt, ut Ricardus in quodam libro specialiter de hoc facto, colligendo sensum historicum, & mysticum. Et hos secutus fuit Beatus Thomas de Aquino in prima secundæ tractans de præceptis cœremonialibus veteris testamenti. Volentes igitur totum sanctuarium, quàm breuius poterimus collocare, primò cuiuslibet rei figuram per se describam, deinde eam cum alijs ad compositionem totius sanctuarij conferam: & hoc pro qualibet re allegando locum, in quo supra scriptus fuerit. Nec in hoc loco aliquid ad allegoricum, tropologicum, aut anagogicum sensum pertinens inuestigare conabor, cum hæc per alios sufficientissimè elucidata sint; solo literali, ut consueuimus, sensu contentus. Ad cuius introductionem imaginandum est, quod Deus volebat sibi inter filios Israel conseruare tabernaculum, in quo

Alph. Tost. super Exodum

maneret, & ambularet inter eos, ut patet supra vigesimo quinto capitulo. Et erat istud sanctuarium ad hoc, quod ei in loco illo speciale obsequium præstaretur: nam ipse ad morandum loco non indiget: imò nec in loco morari potest, sicut protestatus fuit Salomon, cum finiuisset templum tertio Regum capitulo octauo, dicens: Quod non faciebat templum illud, ut Deus habitaret in eo, sicut filii hominum habitant in domibus manufactis, quia cœli cœlorum Deum capere non possunt, quanto magis domus, quam Salomon adificauit domino, sed erat, ut intiocaretur nomen domini ibi. In hoc sanctuario factio per Moysem erant multæ partes, ex quibus construebatur, & multa supellectilia ad cultum sanctuarij, de quibus omnibus causas, quare tales figuræ erant, & quare ad vsum tabernaculi fiebant, & quare in tali, vel tali loco aptabantur, nunc dicere non conabor, cum supra in prosecutione litteræ in suis locis expressè sint. Requiritur tamen in illis capitulis, in quibus posita sunt, de quibus hic mentio fiet, cum de rebus singulis peragetur. Hic enim solum rerum figuræ succinctè tanguntur in seipsis, & quomodo se habeant in tota illa fabricatione sanctuarij. Considerandum autem primò, quod accipi debet quidam locus magnus, scilicet spatium terræ planæ, intra quod debeat situari totum sanctuarium, & quidquid ad illud pertinet, & sit hoc quadrangulum altera parte longius, scilicet quod habeat in longitudine centum cubitos, & in latitudine habeat dimidium, scilicet cubitos quinquaginta, ita latus meridianum istius spatij quadranguli sit latus longitudinis, & contineat cubitos centum, & latus septentrionale sit aliud latus longitudinis, & contineat alios centum cubitos: latus orientale, & occidentale sint latera latitudinis, & contineat quodlibet cubitos quinquaginta: istud totum spatium erat ad construendum sanctuarium, & vocatur atrium sanctuarij, siue tabernaculi, quia tabernaculum non occupabat totam istam spatij magnitudinem, sed in quadam parte eius erat, ut infra declarabitur. Quod autem tanta spatij magnitudo accipi deberet pro atrio tabernaculi, patet supra vigesimo septimo, & trigesimo octauo capitulis: deinde ne istud spatium apertum maneret, & posset quilibet intrare in illud, sed ut haberetur tantum sacrum, clausum est ex omnibus quatuor lateribus, & fuit facta ista clausura de columnis, & tentorijs erectis in modum parietum, & erant columnæ ad circundandum de aere, & habebat capita argentea, & bases aeneas. Altitudo autem cuiuslibet columnæ erat cubitorum quinque, & disponebantur istæ columnæ hoc modo, quod in latere meridiano spatij illius erant columnæ viginti, & quia inter se æquè distabant, necessarium erat, quod inter columnas, & columnam intercideret spatium cubitorum quinque, ut patet diuidendo centum per viginti, quia cuiuslibet provenient quinque: & eodem modo erant alie columnæ viginti in latere meridiano, & secundum eandem distantiam collocatæ. In latere autem occidentali, quod erat longitudinis cubitorum quinquaginta, scilicet medietas lateris meridiani, erant columnæ decem, & inter quamlibet columnam & alteram erat distantia cubitorum quinque, ut patet diuidendo quinquaginta cubitos decem columnis. In latere orientali erant cubiti quinquaginta, sicut in latere occidentali, & erant columnæ decem, & inter quamlibet & alteram erat spatium cubitorum quinque, & isto modo intra illas columnas includebatur spatij illud magnum quadrangulum, scilicet cubitorum centum in longitudine, & cubitorum quinquaginta in latitudine, intra quod erat totum quiddam pertinebat ad sanctuarium.

Part. Secunda

Ee 3

De

De his omnibus habetur supra vigesimo septimo, & trigesimo octavo cap. Positis autem sic istis columnis, ne pateret introitus inter eas ad loca sancta, mandavit Deus, vt ponerentur tentoria in circuitu columnarum, & tegeant omnes columnas, ita quod de eis videri nil posset præter capita, & sic totum illud interius spatium velatum erat tanquam parietibus, vel muro. Erant autem ista tentoria de bysso retorta facta, & altitudo cuiuslibet illorum tentoriorum erat cubitorum quinque iuxta altitudinem columnarum, & in latere meridiano posita sunt tentoria, id est cortinæ cubitorum centum, sicut latus erat cubitorum centum, vt dictum fuerat supra, & sic totum latus tegebatur. Latus occidentale erat immediatum, & erat cubitorum quinquaginta: ideo ponebantur ibi tentoria cubitorum quinquaginta, vt totum latus tegerent: latus septentrionale sequebatur immediatè, & in hoc ponebantur tentoria cubitorum centum, quia erat latus centum cubitorum: deinde sequebatur latus orientale quod erat cubitorum quinquaginta; ideo ponebantur ibi tentoria cubitorum quinquaginta, sed in hoc differebat, quia in alijs lateribus erant tentoria cubitorum omnium eiusdem coloris, & texture, scilicet omnia de bysso retorta opere textili solum. In hoc latere orientali differebat, quia erant triplicia tentoria diuidendo illud latus, quod erat cubitorum quinquaginta in tres partes, scilicet incipiendo à latere septentrionali in extremitate lateris orientalis coniuncta: accipiebatur quindecim cubiti, & post illos accipiebantur viginti cubiti, & erant triginta quinque, manet alij quindecim ad splendendum quinquaginta. Et secundum istas tres diuisiones, ita fiebat tres tentoriorum differentia: quia incipiendo à latere septentrionali, vbi coniungitur latus septentrionale lateri orientali accipiebatur quindecim cubiti primi, & sup illos ponebantur tentoria de bysso retorta, deinde accipiebantur viginti cubiti sequentes, & super illos ponebantur tentoria viginti cubitorum. Sed hæc erant multum variata ab alijs, quia erant facta de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumario. Et in hoc loco erat introitus atrij. Itaque cum aliquis intrare debebat, mouebatur tentorium illud tractum per funiculos, & cum volebant sacerdotes per eosdem funiculos trahentes claudebant, & ob hanc causam erat maior pulchritudo tentorij, vel cortinæ illius, quia erat in introitu sanctuarij, scilicet atrij. Post hæc manebant alij quindecim cubiti tegeudi vsque ad finem lateris huius orientalis, vbi coniungitur lateri meridiano, & istud spatium operiebatur tentorij factis de bysso retorta, & sic erat operum totum atrium in circuitu. De his omnibus supra 27. & 38. ca. & quia istæ columnæ atrij non poterant teneri, nisi figerentur in aliquo, quod eas teneret, ne caderent, supponebantur eis bases, scilicet quod quælibet columna haberet sub se vnam basem, quæ erant de ære, & infigebantur capita illarum basium in columnis, & quia acutæ erant & longæ, infigebantur terræ, & sic tenebantur columnæ, ne in diuersa laberentur. Præter hoc, quia tentoria illa, siue cortinæ mouerentur impetu ventorum, & non maneret tectum ipsum spatium clausum intra columnas, alligabantur quidam funiculi in extremitatibus tentoriorum, vbi accedebat ad pauium, & funiculi illi alligabantur quibusdam æneis paxillis, qui infigebantur terræ: & sic firmiter continebantur tentoria, ne vento impellente mouerentur. De his supra 27. & 38. cap. Erat ergo sic perfecta fabricatio totius atrij, quod non habebat tectum, sed solos parietes cubitorum quinque altitudinis tanquam spatia vallata, quæ nos canalina nuncupamus, cuius ratio in prædictis locis posita est. Isto atrio sic facto manebat illud

spatium magnum cubitorum centum in longitudine, & quinquaginta in latitudine clausum, & tamen nil erat intra illud: fiebat igitur immediatè post hoc intra atrium illud quædam domus, quæ vocabatur tabernaculum. Pro quo sciendum, quod accipiebatur in medietate illius atrij, vt est satis probabile quoddam spatium magnum, quod erat in longitudine cubitorum triginta, & in latitudine cubitorum decem, vt probauimus supra 25. cap. & etiam in isto capitulo, & æquè distabat ab vtriusque extremis, scilicet tantum ab vno extremo longitudinis quantum ab alio: & tantum ab vno extremo latitudinis quantum ab alio. Erat autem distantia vnius lateris tabernaculi longitudinis ab altero latere longitudinis atrij cubitorum viginti, vt declarauimus in isto vltimo capitulo, & totidem cubitorum in altera parte, scilicet inter latus longitudinis tabernaculi, scilicet quod latus meridiano tabernaculi distabat viginti cubitis à latere meridiano atrij: & latus occidentale tabernaculi, quod erat latus latitudinis distabat à latere occidentali atrij cubitis triginta quinque, & latus orientale atrij à latere orientali tabernaculi distabat cubitis triginta quinque quod patet, quia latus, siue linea ducta à latere orientali atrij ad latus occidentale erat centum cubitorum, linea autem protacta à parte orientali tabernaculi vsque ad latus occidentale erat cubitorum triginta tollendo ergo istam quantitatem de centum cubitis manebat quantitas cubitorum septuaginta, qui si diuidantur per medium, manebit ad partem vnam quantitas cubitorum triginta quinque, & ad aliam totidem. Situabatur ergo in medio huius atrij tabernaculum secundum modum dictum, & habebat quatuor latera, sicut collocatur vnus quadrangulus paruus intra magnum quadrangulum. Erant autem latera duo, scilicet meridiano, & septentrionale maiora, & erat quodlibet cubitorum triginta: latera duo alia, scilicet orientale, & occidentale erant minora, scilicet quodlibet cubitorum decem: latera hæc tabulis tegebantur: non quidem omnia quatuor, sed solum tria: nam latus orientale erat sine tabulis, vt colligitur supra 26. capit. erant autem in quolibet duorum laterum, scilicet meridiano, & septentrionali tabulæ viginti, & in latere occidentali tabulæ octo, vt patet eodem capitulo. Erat autem altitudo cuiuslibet istarum tabularum decem cubitorum, & ponebantur stantes, id est erectæ, & latus vnus erat coniunctum lateri alterius: & sic de omnibus: latitudo istarum erat cubiti & dimidii, præter duas earum, quæ erant in latere occidentali in extremitatibus lateris: quarum quælibet erat dimidii cubiti. Cum igitur in latere meridiano ponerentur tabulæ viginti coniunctæ in lateribus, & quælibet habebat cubitum & dimidii in latitudine, sequebatur longitudo cubitorum triginta in toto latere. Item in latere septentrionali erant alie viginti tabulæ, & faciebant cubitos triginta. In latere occidentali erant octo tabulæ, sed sex earum erant habentes similiter cubitum & dimidii, & faciebant cubitos nouè, & duæ tabulæ parue faciebant vnum cubitum, ita vt completerent cubitos decem: ad hoc autem, quod istæ tabulæ se possent continere, ne à se inuicem laberentur, fiebant in castraturæ in eis, scilicet quod in quolibet fiebant duæ cauaturs in lateribus, vt quælibet aliis duabus vniretur per illas duas cauaturs, sicut fit interdum in ostiis domorum, vt in vno ostio in extremitate à supra vsque ad infra sit vnum labium prominens, & in alio ostio sit vna cauaturs à supra vsque ad infra, & subintrabit labium in cauaturs, vt multum maneat firma, & nil interluceat. Præter hoc, quia non poterant tabulæ erectæ esse, nisi ab aliquo tenerentur, ne in partem alterutram mouerentur, ponebantur bases sub tabulis,

ita

ita quod sub qualibet tabula ponerentur duæ bases argenteæ in extremitatibus tabularum. Erant autem istæ bases acutæ, vt infingerentur capita earum in quibusdam cauaturs tabularum, & reliquæ partes infingerentur terræ: & sic firmiter manerent tabulæ stantes. De his supra 26. & 36. cap. erant autem in toto tabernaculo tabulæ quadraginta octo, scilicet viginti in latere meridiano, & viginti in latere septentrionali, & octo in latere occidentali: bases argenteæ erant duplè, scilicet quæ sub qualibet tabula ponebatur duæ bases. Istæ tabulæ vt pulchre essent, deaurabantur intus, & foris infixis laminis aureis, ita vt viderentur aurum purum, & quia non poterant adhuc contineri omnes tabulæ in vna cõpage, cum non haberet vna per quid taliter alteri stringeretur, infigebatur cuiuslibet tabulæ in dorso vnus annulus, siue circulus aureus magnus, & per illos annulos positos in eodem ordine mittebantur vectes, vt continerent tabulata, ita vt totum vnus tabulatum ad vnam compagem pertineret, sicut fit in ostiis domorum: quia coniunguntur multæ tabulæ, & ex illis fit ostium, super quas ponuntur transuersaliter aliqua ligna, quæ continent tabulas simul in vna compage. Ponebantur autem in quolibet latere quinque vectes peruenientes ab extremitate tabularum vsque ad aliam extremitatem, & erant isti vectes super dorsa tabularum. Præter hos erat vnus alius vectis in latere occidentali, qui mittebatur per foramina facta in grossicæ tabularum, & non ponebatur super dorsa tabularum, & de hoc nil apparebat cum totus esset intra tabulas, & duæ extremitates huius exhibant extra tabulas, & vna contingebat latus meridiano, & infigebatur in extremitate eius: alia extremitas contingebat latus septentrionale, & infigebatur in eo, & sic contingebat ille vectis tria tabulata trium laterum; ne a se inuicem disiungerentur. Vectes autem isti, & tabulæ omnes erant de lignis fetim, & sicut tabulæ erant deaurate: ita vectes deaurabantur, vt totum aurum videretur. De his omnibus supra vigesimo sexto, & trigesimo sexto capitulo. His factis erant positi tres parietes tabernaculi. In latere autem orientali nullus paries tabularum erat. Deinde manebat intra illos parietes spatium clausum secundum longitudinem cubitorum triginta, & secundum latitudinem cubitorum decem, & diuidebatur illa longitudo in duas partes inæquales, scilicet quod acciperetur ad vnam partem spatium cubitorum decem versus latus occidentale, & manerent viginti cubiti spatij versus orientale latus: fiebat autem ista diuisio per quædam columnas positas in locis diuisio num, & erant quatuor columnæ de lignis fetim habentes altitudinem cubitorum decem secundum altitudinem tabularum tabernaculi, habebantque capita aurea, & bases argenteas. Ante eas appendebatur quoddam velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere polimario, id est quod fiebat diuersæ figuræ ex figuris diuersorum colorum, & fiebant ex vtraque facie panis. Erant autem columnæ illæ contextæ per totum laminis aureis, & posito velo ante eas manebat illa pars tabernaculi distincta, tanquam vna camera illius domus: & erat quadrata domus illa, quia in longitudine habebat cubitos decem manentibus cubitis viginti ad aliam partem. In latitudine autem habebat cubitos decem, cum in omnibus partibus esset latitudo tabernaculi cubitorum decem, scilicet à latere meridiano ad septentrionale. Erat etiam altitudo cubitorum decem, quia altitudo cuiuslibet tabulæ erat cubitorum decem. Erat igitur illa domus, tanquam corpus geometricum quadrangulare, quod vocatur exactum: siue tetragonum aut taxillus. Et ista domus

parua vocabatur sancta sanctorum, quæ erat secretissima sancta, in qua erat arca custodita, vt infra dicitur. De his omnibus habetur supra 26. & 36. capitu. Manebat autem spatium cubitorum viginti, secundum longitudinem adhuc in tabernaculo illo, & ista pars nondum erat clausa, sed claudebatur in latere orientali mediantibus columnis, & tentorio quodam: nam in latere illo orientali non erant tabulæ, sed ponebantur columnæ quinque de lignis fetim, & ille deaurabantur, infixis in superficie laminis aureis, habebantque capita aurea, & bases argenteas. Erat autem altitudo columnarum cubitorum decem iuxta altitudinem tabularum tabernaculi, & velum pendeat ante has columnas, vt tegeat totum latus illud orientale: & vocabatur illud latus introitus tabernaculi. Tentorium autem quod pendeat ante columnas, id est cortina illa erat de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto opere plumario, id est quod erat factum opere acus, scilicet quod imagines quædam erant, & apparebant in vna parte, & non in alia: de his supra vigesimo sexto, & trigesimo sexto capitu. Ista pars tabernaculi secunda sic clausa vocabatur sanctum, vel sanctuarium. Istud tentorium, quod appendebatur ante columnas, & velum, quod distinguebat sancta sanctorum ab alia parte, erat altitudinis cubitorum decem, quodlibet secundum altitudinem columnarum, & tabularum. Sic igitur vndique clausum erat tabernaculum, sed nondum habebat tectum, manebatque vt curiale habens in longitudine triginta cubitos, & in latitudine decem, & in altitudine decem, & nunc non differebat ab atrio, sed positum fuit tectum.

Quadruplex operimentum tabernaculi.

Q V A E S T I O. XV.

ET ponebatur quadruplex operimentum planum super illud. Primum erat de cortinis, secundum de sagis, tertium de pellibus arietum rubricatis, quartum erat de pellibus hyacinthinis, vt patet supra vigesimo sexto, et trigesimo sexto capitu. primum autem sic factum erat, quia de quatuor generibus filorum texebantur cortinæ, scilicet de hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & factæ sunt cortinæ decem, ita quod quælibet per se texeretur, quarum quælibet habebat in longitudine cubitos viginti octo, in latitudine autem quatuor. Deinde cum omnes factæ essent: quinque earum iuebantur simul, ita vt latus vnus alteri confunderetur, & erant quinque cortinæ vna cortina. Post hæc in vno latere cuiuslibet istarum magnarum cortinarum duarum ponebantur quoque anfulæ hyacinthinæ quinquaginta, & inter has anfulas ponebantur circuli aurei quinquaginta, & isti non erant infixi alicui de istis duabus cortinis magnis, sed duæ anfulæ concurrebant ad vnum circulum aureum, scilicet vna anfula cortinæ vnus magnæ, & alia anfula cortinæ alterius, & circulus vtrunque cortinam per anfulas colligabat, ita vt essent anfulæ centum, & circuli aurei quinquaginta: cū igitur sic colligatæ essent istæ duæ magnæ cortinæ per circulos & anfulas, fiebat ex eis vna magna cortina continens decem cortinas. Et quia quælibet illarum decem cortinarum continebat in latitudine cubitos quatuor, cum iungerentur in latitudinem, faciebant simul cubitos quadraginta, in longitudine autem continebat quælibet cortina cubitos viginti octo, & non addebatur vna alteri secundum longitudinem, sed solum secundum latitudinem.

itudinem. Manebat ergo quantitas viginti octo cubitorum: habebat ergo tota illa magna cortina sic copulata ex vna parte cubitos quadraginta, & ex alia cubitos viginti octo, & extendebatur cortina hæc super tabernaculum ad operiendum illud, atque vocabatur tectum tabernaculi, vt patet supra vigesimo sexto, & trigesimo sexto capitu. longitudo autem cortinæ huius magnè ponebatur super longitudinem tabernaculi, & latitudo super latitudinem. Erat autem longitudo cubitorum quadraginta, & latitudo cubitorum viginti octo, latitudo autem tabernaculi erat cubitorum decem, & longitudo cubitorum triginta: multum ergo excedebat longitudo, & latitudo cortinæ magnæ ad longitudinem, & latitudinem tabernaculi, sed hoc quod excedebat nõ erat superfluum, quia cum poneretur longitudo cortinæ super longitudinem tabernaculi, & longitudo cubitorum esset cubitorum triginta, & longitudo cortinæ cubitorum quadraginta, supererat longitudo cortinæ cubitis decem ad longitudinem tabernaculi. Isti decem cubiti pendebant ad partem posteriorem tabernaculi vsque ad pauimentum post sancta sanctorum. Nam altitudo tabernaculi erat cubitorum decem, cum quolibet tabula haberet altitudinem decem cubitorum, & illi decem cubiti cum penderent, inclinabantur vsque ad pauimentum, & sic accipiendo a fronte orientali tabernaculi vsque ad occidentalem cooperiebant cubiti triginta. Descendendo autem vsque ad pauimentum operiebant cubiti decem. In latitudine tabernaculi erant cubiti decem, scilicet a latere meridiano vsque ad septentrionale. Cum ergo poneretur latitudo cortinæ, quæ erat viginti octo cubitorum super decem cubitos latitudinis tabernaculi, supererant cubiti decem & octo. Et isti pendebant super duo latera, scilicet medietas super latus meridianum, & medietas super latus septentrionale, scilicet super quodlibet latus cubiti nouem: & quia altitudo lateris cuiuslibet erat cubitorum decem, secundum altitudinem tabule, manebat in quolibet latere vnus cubitus, qui non tegebatur: & iste cubitus postea tegebatur in isto operimento, quod erat operimentum sagorum: & vt istud tectum maneret, ne vento impellente moueretur, in extremitatibus cortinæ alligabatur funiculi, & his funiculis alligabatur paxilli ænei, qui firmiter terræ infixi retinebant, ne cortinæ illæ, quous in nõ mouerentur. Secundum operimentum erat de sagis. Febant enim saga vndecim, & quodlibet sagorum habebat in latitudine cubitos quatuor, & in longitudine cubitos triginta, & ligabantur quinque; saga istorum ad vnam partem, & sex saga ad alteram partem, & hoc per futuram. Deinde in extremitatibus istarum duarum magnarum cortinarum, scilicet in extremitate vna cortinæ vnus, & in extremitate altera cortinæ alterius ponebantur ansulæ quinquaginta ligabantur autem istæ ansulæ fibulis æneis in medio positis. Erant autem fibulæ æneæ quinquaginta, & ad quamlibet pertinebant duæ ansulæ, scilicet vna ansulæ vnus cortinæ, & alia alterius cortinæ, & sic fiebat vnum magnum sagum ex sagis vndecim. Erat autem totum istud sagum in longitudine habens cubitos quadraginta quatuor, & in latitudine cubitos triginta, quod patet, quia quodlibet sagum erat latitudinis cubitorum quatuor, cum ergo iungebantur vndecim saga, faciebant cubitos quadraginta quatuor, longitudo autem istius sagi magni erat cubitorum triginta quia quodlibet sagum habebat in longitudine cubitos triginta, cum autem non adderetur vnum sagum alteri secundum longitudinem, necessesse erat solum triginta cubitos longitudinis totum sagum magnum continere. Cum autem ponebatur

Secundum operimentum:

totum sagum super tabernaculum, operiebat totum tabernaculum, tam secundum latitudinem, quam secundum longitudinem. Erat autem longitudo sagi magni super longitudinem tabernaculi cubitorum quatuordecim, quia tabernaculum continebat in longitudine triginta cubitos, & longitudo sagi istius magni erat cubitorum quadraginta quatuor, ergo supererant quatuordecim cubiti, de quibus pendebant decem super latus occidentale sanctuarij post sancta sanctorum. Supererant quatuor cubiti, qui faciunt vnum sagum per æquivalentium, de quibus duo cubiti replicabantur post sancta sanctorum a pauimento supra ad protegendum latus illud. Alij duo cubiti pendebant in fronte tabernaculi ad partem orientalem ad tegendum capita columnarum, & replicabantur isti duo cubiti, scilicet quod penderet secundum quantitatem vnus, & alius replicabatur sursum. Latitudo autem istius magni sagi ponebatur super latitudinem tabernaculi, & quia latitudo tabernaculi erat cubitorum decem a latere meridiano vsque ad septentrionale, posita latitudine illius sagi, quæ erat cubitorum triginta, supererant cubiti viginti, qui pendebant super duo latera tabernaculi, medietas super vnum latus, & medietas super alterum, scilicet super latus quodlibet cubiti decem, & quia quodlibet latus erat altitudinis cubitorum decem, tegebatur totum vsque ad pauimentum. Tegebatur ergo operimentum sagorum totum tabernaculum ex omnibus lateribus tabularum, ita vt nulla pars tabularum appareret, & duo cubiti, qui manebant discooperiti in latere meridiano, & septentrionali, scilicet vnus cubitus in latere meridiano, & alius in septentrionali tegebantur per operimentum sagorum, quia quodlibet sagum erat longius cubitis duobus cortinis, cum quolibet cortinarum contineret cubitos viginti octo in longitudine, & sagum continebat triginta: vt autem ista saga essent firmiter facta, ne quolibet impulsu, vento fluitarent, in extremitatibus eius ligabantur funiculi, & paxilli ænei, quibus affigerentur terræ, firmaque manerent. De his omnibus supra vigesimo sexto, & trigesimo sexto capitu. Tertium operimentum erat de pellibus arietum rubricatis, & ponebatur immediate super operimentum sagorum, nec ponebatur de isto operimento, ex quor pellibus arietum fieri debebat, sed coniungebantur multe, & iuebantur arte futoria quotquot sufficerent ad tegendum sanctuarium. De hoc autem non ponitur quantum pendere debebat super latera, vel si forte pendere debebat. Vnde aliqui dixerunt, quod solum cooperiebat tectum, & non pendebat aliquomodo super latera. Quid autem verius sit, dictum fuit supra vigesimo sexto capitu. Quartum cooperitorium erat de pellibus hyacinthinis, & erat vltimum, de quo totaliter dicendum est, sicut de operimento pellium arietinarum rubricatarum. Erant autem ambo eiusdem latitudinis, & longitudinis, cum nil specialius textus exprimat magis de vno quam de alio. Quomodocumque se haberent ista duo operimenta, siue tegerent totum tabernaculum vsque ad pauimentum ex omnibus lateribus, siue solum tectum tegerent, necessarium erat, vt in extremitatibus istorum duorum operimentorum essent funiculi, qui alligarentur paxillis æneis, & figerentur in terra ad ea firmiter retinendum. De his supra vigesimo sexto, & trigesimo sexto capi. Erat autem isto modo completa tota apertura tabernaculi.

Tertium operimentum.

Quartum

De

De suppellectilibus ipsius tabernaculi.

QUESTIO. XVI.

NUNC verò dicendum restat de suppellectilibus ipsius tabernaculi, & totius sanctuarij ad ministrandum in eis: & primò de eis, quæ in tabernaculo erant. Erat enim diuisum tabernaculum in partes duas, vt declaratum fuit supra, quarum vna erat sancta sanctorum, & alia sanctum, vel sanctuarium. Sanctum erat pars maior, scilicet viginti cubitorum, partem autem minorem decebat vocari sancta sanctorum, & alia pars minor erat interior, & ibi ponebatur solum arca, quæ erat facta de lignis setim cubiti & femis longitudine, & duorum cubitorum & dimidij in longitudine, & operiebatur laminis aureis intus & foris, ponebanturque quatuor annuli siue circuli aurei in lateribus arcæ circa angulos, & per hos mittebantur duo vectes in quibus portabatur arca. Erat autem super istam arcam cooperitorium de auro purissimo nil de ligno, aut altera materia continens: & vocabatur oraculum, vel propitiatorium. Et de extremitate propitiatorij in vno latere opere ductili fiebat vnus cherub, & in alio latere fiebat alius cherub productilis: & isti cherubim extendebant contra se alas, ita vt vna ala cherub vnus tangeret vnâ alterius alam cherub: & altera ala tangeret alteram alam. Claudebaturque in medio spatium super propitiatorium, de quo vox Dei aut angeli loquentis audiebatur. De his omnibus supra vigesimo quinto, & trigesimo septimo capitu. Erat autem ista arca dicta arca testimonij, quia erat ad custodiendum testimonium, idest tabulas. Ponebantur namque in ea tabulæ testimonij, & vna aurea cum manna, & virga Aaron, quæ fronduit, vt patet ad Hebræos nono capitu. Ponebatur etiam in latere eius Deuteronomius ille, quem manibus suis Moyses scripsit. De quo Deuteronomij trigesimo primo capitu, & licet ab omnibus istis vocabatur arca testimonij, quia omnia erant testimonia diuersarum rerum, vt declaratum fuit supra vigesimo quinto capitu. Tamen principaliter vocabatur arca testimonij propter tabulas illas, quæ erant testimonium quod Deus dedisset legem iudeis: & quod dedisset omnia illa præcepta, quæ continebantur in illis tabulis. Cum autem aliquis negaret dominum dedisse præcepta, aut dedisse præcepta illa, probaretur contra eum per tabulas, quæ custoditæ erant in arca in testimonium. Intra sancta sanctorum nil aliud erat, quam ista arca. Erat autem alia pars sanctuarij, quæ vocabatur sancta, vel sanctuarium, & in ista erant tria suppellectilia, scilicet altare thymiamatum, & candelabrum, & mensa propositionis. Altare thymiamatum erat de lignis setim, & cooperitum laminis aureis: habebatque altitudinem cubitorum duorum, & latitudinem cubiti vnus, & longitudinem cubiti vnus: & de quatuor angulis procedebant quatuor cornua, quæ erant eleuationes factæ de ipsa tabula altaris: hoc erat positum circa velum, quod distinguebat sancta sanctorum a reliqua tabernaculi parte, & in eo quotidie thymiamata incendebatur in aurora, vt patet supra trigesimo capitu. Erat etiam in eadem parte sanctuarij mensa propositionis, & ista erat facta de lignis setim altitudinis cubiti & dimidij, longitudinis duorum cubitorum latitudinis vnus cubiti, & erat tota cooperita laminis aureis, tam in tabula, quam in pedibus mensæ: & in ipsa mensa erat quoddam labium de auro, idest quedam virga grossa iacens in extre-

mitate tabule mensæ per gyrum, sicut solet fieri in aliis mensis, & super labium erat quedam corona aurea, idest quadam lamina aurea eleuata, quæ circumdabat totam mensam in sua quadratura, & sub tabula mensæ verius pedes pendebat alia lamina aurea operiens totam mensam in circuitu, & sic erant due coronæ eiusdem mensæ vna supra labium, & alia infra labium, & vtraque erat ex eadem lamina aurea continuata. Fiebant autem in pedibus quatuor mensæ huius sub tabula circuli, scilicet in quolibet pede vnus circulus, & isti erant aurei, & per ipsos circulos mittebantur vectes, scilicet per duos circulos vnus vectis, ita vt portari possit mensa in vectibus. super mensam istam erant super duodecim panes in memoriam filiorum duodecim Israel. Et erant sic dispositi, quod in vno ordine erant sex, & in alio sex, vt patet Leuitic. 24. capit. Erant etiam vasa super istam mensam, scilicet acceptabula, & phyalæ, & cyathi, atque thuribula. Erant acceptabula ad accipiendum farinam similicam. Phialæ erant ad tenendum oleum, cyathi erant ad tenendum vinum, quia omnia ista tria erant ad ministerium sacrificiorum, scilicet ad ponendum similam, & vinum, & oleum in quolibet sacrificio, vt patet Nume. decimo quinto capitu. erant thuribula ad ponendum in eis thus, vt ibi esset, & portaretur inde quotidie ad altare thymiamatum. De his omnibus supra vigesimo septimo, & vigesimo quinto capi. Erat tertium vas aut supellex in hac parte sanctuarij candelabrum, quod erat de auro purissimo habens vnum talentum auri cum omnibus vasibus suis. In quo primo fiebat pes sine basis ampla, sicut in aliis candelabris, & de illa base surgebat stipes siue hastile, & istud erat grossum, & erat immediate vnus scyphus aureus productilis in ipso pede hastilis, & super scyphum erat spherula aurea productilis, & deinde liliū, & supra erant duo calami nascentes, vnus ad vnum latus, & alius ad alterum latus, & supererat scyphus, deinde spherula, & liliū: postea surgebant alij duo calami de hastili contra duo latera, & supra erat vnus scyphus, deinde spherula, & liliū: iterum alij duo calami egredientes de duobus lateribus oppositis, & sic erant sex calami, & supra erat scyphus, deinde spherula, & liliū: & ibi fiebat hastile: & in extremitate eius, scilicet in capite erat vnum vas continens oleum, quod vocabatur lucerna. In quolibet autem sex calamorum egredientium de hastili erant tres scyphi, tres spherule, tria lilia, & in extremitate calami erat vas continens oleum, quod vocabatur lucerna, & sic erant septem lucernæ in candelabro. Erant etiam in candelabro duo rostra aurea, idest due recuruaturæ, in quibus pendebant duo infusoria aurea continentia oleum. Erant etiam quedam vasa candelabri plena aqua, in quibus lychnum iniiciebatur cum tolleretur de candela, vt non fumigaret cum extingueretur. Erant etiam vasa, quæ vocabantur emunctoria, scilicet forcipes ad tollendum lychnum. Hæc omnia appendebant vnum talentum auri, vt patet supra vigesimo quinto, & trigesimo septimo capitu. Hæc erant omnia, quæ intra sanctuarium erant, scilicet intra tabernaculum. Extra tabernaculum in atrio eius, erant duo suppellectilia, scilicet altare holocaustorum, & labium æneum. Erat altare holocaustorum factum de lignis setim altitudinis cubitorum trium, & longitudine quinque cubitorum, & totidem in latitudine, & cauum, non habens operitorium. Erant autem tabulæ operitæ laminis æneis vsque ad medietatem altitudinis, scilicet ad cubitum & dimidij descendendo versus pauimentum: & in alia medietate altitudinis, quæ erat vsque ad pauimentum, scilicet in alio cubito & dimidio

midio erat retiaculum, scilicet craticula ænea in modum retis, & replebatur istud altare terra vsque ad certum locum, & desuper sternebantur ligna, & componebantur carnes sacrificiorum super ligna. Ponebantur quatuor circuli, siue annuli ænei in quatuor lateribus altaris, & ponebantur duo vectes per illos, ut portaretur altare. Habebat autem istud altare vasa ad ministracionem, scilicet lebetes, forcipes, fuscinulas, & ignium receptacula atque vncinos. Lebetes quidem ad educendum cineres altaris, fuscinule, & vncini ad educendum carnes sacrificiorum de ollis, forcipes ad apprehendendum carbones, & ad ordinandum in altari, vel ad tollendum inde, ut portarentur ad alium locum, scilicet ad altare thymiamatum. **G** Erant alia vasa, quæ vocantur ignium receptacula, quia in eis recipiebantur prunæ, ut inde tollerentur, & ponerentur quotidie in altari thymiamatum, ut super eas poneretur thymiamata, & arderet. De his omnibus supra vigesimo septimo, & trigesimo octavo capit. Erat autem altare holocaustorum ad faciendum omnia sacrificia in eo qualiacunque essent. Aliud vas quod erat in atrio tabernaculi erat labium æneum cum base sua, de cuius figura dictum est supra trigesimo capitu. & in isto ponebantur aquæ, ut laurent sacerdotes manus, & pedes quodocunque ministrare deberent. Et sic consummatur tota fabricatura tabernaculi, & supellectilium, atque vasorum, & collocatio eorum. Deo gratias.

Venetijs ex Typographia Rampazetana.

R E G E S T V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z;

A a B b C c D d E e.

Omnes sunt Quaterniones, Præter E e Terniones.

